*TRACTAI US DOCMATiCUS*

# DE EXTREMA UNCTIONE

## TOM. I. DE CAUSIS INTRINSECIS

EMMANUEL DORONZO, O.M.I.
S.T.D., l'ii.D.

Professor of Theology
The Catholic University of America

EX TYPOGRAPHIA BRUCE
*Milwaukee, Wisconsin, U.S.A.*

Imprimi potest: Stanislaus Larociifxle, Superior Provincialis
Nihil obstat: Joseph C. Fenton, Censor Deputatus
Imprimatur: 4* Patrick A. O'Boyle, D.D., Archicpiscopus Washingtonicnsis
dic 23“ januarii, 1953

5-7- Q-OH

*Library of Congress Catalog Card Number: 54-7738*

Copyright, 1954
The Bruce Publishing Company
Made in the United States of America

# ORDO PARTIUM

## DE EXTREMA UNCTIONE

### Tom. I. Dc Causis Intrinsecis


INTRODUCTIO 1-29

*CAPUT I. DE INSTITUTIONE SACRAMENTI*

Art. 1. Utrum Extrema Unctio sit verum sacramentum N.L., a Christo Domino institutum. 30-198

Art. 2. Utrum Christus Extremam Unctionem immediate instituerit, non secus ac cetera sacramenta. 198-316

*CAPUT II. DE MATERIA*

Art. 3. Utrum materia remota hujus sacramenti sit "oleum olivarum rite benedictum." 317-397

Art. 4. Utrum materia proxima huius sacramenti sit usus olei, seu unctio, et quidem quaelibet unctio. 398-459

Art. 5. Utrum unctio quinque sensuum sit de necessitate sacramenti tanquam pars integralis. 459-477

*CAPUT III. DE FORMA*

Art. 6. Utrum hoc sacramentum habeat aliquam formam. 478-487

Art. 7. Utrum forma hujus sacramenti sit essentialiter deprecativa. 487-553

Art. 8. Utrum forma hujus sacramenti sit quaelibet formula verborum, quae sufficienter exprimat quinque elementa significata in ipsa forma latina, scilicet materiam, ministrum, effectum, subjectum et causam principalem. 553-583

Art. 9. Utrum Ecclesia habeat potestatem determinandi materiam et formam hujus sacramenti, ita ut Christus nonnisi generice eas instituerit. 583-588

*INDICES*

INDEX BIBLICUS L1]-[2]

INDEX EXEGETICUS [3]

INDEX THOMISTICUS [4]-[51

INDEX ONOMASTICUS [6]-L14]

INDEX ANALYTICUS I15]–[38]

# DE EXTREMA UNCTIONE

## TOM. I. DE CAUSIS INTRINSECIS

# DE EXTREMA UNCTIONE

## INTRODUCTIO

"Quintum sacramentum est Extrema Unctio"[1] sive ordine naturae, in quo succedit Poenitentiae, tamquam ultimum inter ea quibus homo individualiter perficitur,[2] sive ordine dignitatis et perfectionis, in quo praecedit eam,[3] tamquam ipsius *"POENITENTIAE CONSUMMATIVUM."*[4] Ordine autem temporis, hoc sacramentum est ultimum remedium quod ad limina aeternitatis homini praebetur, tanquam *ultima poenitentia,* "totius christianae vitae, quae perpetua poenitentia esse debet, consummativa"[5] et tanquam *ultimus baptismus,* quo homo in supernam Ecclesiam introducitur et in futura vita generatur.'

Ad rem S. *Thomas:* "Hoc sacramentum est ultimum, et quodammodo consummativum totius spiritualis curationis, quo homo quasi ad percipiendam gloriam praeparatur. Unde et Extrema Unctio nuncupatur" *(C. Gent.* 4. 73). Cujus spiritualis effectus amplitudinem sic apte pandit theologus schismaticus ipse *Simeon Thessalonicensis* (t 1429): "Scitis quot sancta et maxima Dei charismata impertiatur: ab infirmitatibus alleviat, peccata dimittit, sanctitatem largitur, divinum robur et denique regnum coelorum praebet. . . Oleum quidem est, sed gratia plenum divini nominis invocatione. . . Merum est oleum, sed oleum sanctum per sacram sanctificationem, et repletum divina virtute; et dum sensibiliter delectat, potest simul animas illuminare et sanctificare corpus quoque et spiritum, et vulnera adimere, necnon infirmitates sanare et a luto peccatorum emundare, Deique misericordiam et jucunditatem nobis comparare."[7]

Ex qua quidem copulata ratione consummatae curationis in periculo

[1] *Cone. Flor., Decr. pro Armenis,* Denz. 700. Cf. *Cone. Trid.,* sess. 7, can. 1, Dcnz. S44
[1] Cf. 3 p., q. 65, a. 2, ad 5.
[*] Cf. tractatum *De sacr. in genere* 533 sq.
[*] *Cone. Trid.,* sess. 14, *De Extrema Unctione,* prologus, *Denz.* 907; cf. 3 p., q. 65, a. 4.
[5] *Cono. Trid., loc. cit.*
[6] *Cate.chismus Cone. Trid.,* 2 pars, c. 6, q. 1.
[7] *Dialogus in Christo adversus omnes hacreses {De Sacramentis — De sacro ritu Sancti Olei sive Euchclaei),* c. 291, *MG* 155. 519.

mortis exhibitae, patet quantum sit hujus sacramenti *momentum* et quanta pariter incumbat *necessitas* illius usum apud fideles inculcandi.

Ad rem *Cone. Tridentinum:* "Clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis praeparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint: ita extremae unctionis sacramento finem vitae tanquam firmissimo quodam praesidio munivit. Nam etsi 'adversarius noster' occasiones per omnem vitam 'quaerat' et captet, ut 'devorare' [1 Petr 5, 8] animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suae versutiae nervos intendat ad perdendos nos penitus, et a fiducia etiam, si possit, divinae misericordiae deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitae perspicit" (sess. 14, *De Extrema Unctione,* prologus, *Denz.* 907).

*Catechismus Cone. Trid.:* "Cum sancta Scripturarum oracula ita doceant, 'In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis' [Eccli. 7. 40; Deut. 32.7; Psal. 28. 10], tacite Parochi admonentur, nullum tempus praetermittendum esse fidelem populum cohortandi, ut in assidua mortis meditatione versetur. Quoniam autem Extremae Unctionis Sacramentum non potest supremi illius diei memoriam coniunctam non habere, facile intelligitur, saepius de eo agendum esse, non solum ob eam causam, quod illarum rerum mysteria, quae ad salutem pertinent, aperire et explicare maxime convenit; sed etiam quia fideles, moriendi necessitatem omnibus propositam esse, animo repetentes, pravas cupiditates coercebunt. Quare fiet, ut in ipsa mortis expectatione se minus perturbari sentiant; sed immortales Deo gratias agant, qui ut Baptismi Sacramento aditum nobis ad veram vitam patefecit, ita etiam ut ex hac mortali vita decedentes, expeditiorem ad coelum viam haberemus, Extremae Unctionis Sacramentum instituit" (pars 2, c. 6, q. 1).

## I. OBJECTUM TRACTATUS

### Definitio nominalis.

Pluribus nominibus hoc sacramentum designatur, quorum praecipua ac frequentiora desumuntur ex ipsa materia remota (oleo) vel proxima (unctione) suamque originem habent ex verbis ipsis *Iacobi* 5. 14: "Ungentes oleo."

*Ex parte materiae remotae* dicitur a Latinis *Oleum,* a Graecis «Λάιον, addito plerumque attributo sanctificationis vel benedictionis:

"Oleum" (Herardus Turonensis"); "Chrisma" (Theodorus Cantuariensis); "Oleum sanctum" (Cassiodorus, Vitae S. Eugenii et S. Marii); "Oleum benedictum" (S. Bonifacius, Eligius, Vitae S. Leobini et S. Cuthberti); "Oleum Crucifixi" et "Oleum apostolorum et martyrum" (Isaac Antiochenus); "Sanctum oleum chrismatis" (Innocentius I); "Sacrum unctionis oleum" (Mandakuni. Vita S. Leobini, Jacob Edessenus); "Oleum infirmorum" (Hugo a S. Victore. Petrus Lombardus); το βλαχον, ™ ἁγιον «λαιον (communiter apud Graecorum Euchologia et theologos); *μυστήριον* τών λυχνιών (i.e. mysterium seu sacramentum lampadum; apud Syros et Maronitas9). Etiam in nonnullis modernis linguis occidentalibus, uti gallica et italica (LOlio Santo, Il Sacramento dell'Olio Santo), similes voces adhibentur.

*Ex parte materiae proximae* dicitur a Latinis *Unctio,* Sacra Unctio, Extrema Unctio, Sacramentum sacrae unctionis, Sacramentum Extremae Unctionis, a Graecis vero χρίσκ vel χρίσρα:

"Unctio" (Ivo Carnotensis, Petrus Lombardus. Bonaventura); "Unctionis sacramentum" (Bonaventura); "Sacra Unctio" (Vita S. Leobini); "Sacra Unctio Dei" (Cone. Moguntinum); "Sacramentum unctionis" (Goffridus Vindocensis, Petrus Cluniacensis, alii frequenter saec. 12); "Olei unctio" (lonas Aurelianensis, Amalarius Metensis); "Unctio sancti, vel sacri, vel sacrati, vel sanctificati olei" (Cassiodorus, Cone. Aquisgranense, Hincmarus, Isaac Lingonensis, lonas Aurelianensis); "Sacramentum unctionis" et "Sacramentum unctionis infirmorum" (cf. infra); "Extrema Unctio" vel "Sacramentum Extremae Unctionis" (appellatio classica, de qua infra); χρίσι vel *χρίσμα* (i.e. UUCtio), ελαίου χρίσι , *χρίσμα* δι' ελαίου (i.e. olei Unctio); Russi utuntur vocibus: eleosviachtchenie (i.e. olei consecratio) et eleopomazanie (i.e. olei unctio).

*Ex parte jormae sacramentalis* (seu potius materiae simul ac formae) dicitur a Latinis Benedictio seu oratio olei, vel Oleum benedictionis seu orationis, a Graecis vero εὐχε'λαιον (i.e. Oleum orationis) :10

"Oleum orationis" (Josephus patr. nestorianus saec. 6); "Benedictio chrismatis" (Vita S. Launomari); "Oleum consecrationis" (Vita S. Leobini); "Unctionis officium" (Theodulphus Aurelianensis);

'Textus istius aliarumque auctoritatum, quae modo sequuntur, invenies citatos infra in art. 1, in argumento traditionis, p. 94-177.

' Cf. Dyovuniotis, Τὰ *μυστήρια* (Athenis 1913) 185; cf. infra in art. 1, p. 178, ubi de Syris et Coptis.

'"Attamen quaedam ex his expressionibus, ut benedictio olei, consecratio olei, oleum benedictionis, oleum consecrationis, quandoque sunt ambiguae, cum possint reterri vel ad ipsam formam sacramentalem vel ad praesacramcntalem olei benedictionem, de qua mox dicetur.

"Benedictio sancti olei" (Herardus Turonensis); "Sanctificatio unctionis" (Paschasius Radbertus); "Oleum benedictionis" (idem); το *(ύχϊ/ ίλαιον* (i.e. orationis oleum); το «όχΛαιον (i.e. oleum cum oratione; appellatio classica, de qua infra).

*Ex parte jormae praesacramentalis,* seu benedictionis qua consecratur materia valida, dicitur: Oleum sanctum, vel sacrum (cf. supra), Oleum sacratum, Oleum consecratum vel Oleum consecrationis, Oleum sanctificatum vel Oleum sanctificationis, Oleum benedictum vel Oleum benedictionis (cf. infra in art. 3, p. 353 sq.).

*Ex parte effectus* vocatur:

"Oleum sanctae reconciliationis" (Vita S. Tresani); "Animae corporisque medicina" (Cone. Cabillonense); "Medicina sancta" (Goffridus Vindocensis); "Publicae poenitentiae sacramentum" (Ivo Carnotensis); "Consummativum totius spiritualis curationis" (S. Thomas, *C. Gent.* 4.73); "Poenitentiae et totius Christianae vitae consummativum" (Cone. Trid., *Denz.* 907); "Complementum sacramenti poenitentiae, et quasi poenitentia quaedam infirmorum" (Bellarminus, cap. 7); *καθιέρωσή δι' ίλαίου* (i.e. consecratio seu sanctificatio olei). Ceterum, hae similesque expressiones, potiusquam nomina hujus sacramenti, sunt ejus descriptiones per effectum.

*Ex parte subjecti* dicitur:

"Oleum infirmorum" (Theodulphus Aurelianensis, Petrus Lombardus); "Unctio infirmorum" (Theodulphus Aurelianensis, Pseudo-Petrus Damianus, Ivo Carnotensis, Goffridus Vindocensis, Petrus Cluniacensis, Summa Sententiarum, Petrus Lombardus, Innocentius III); "Sacramentum unctionis infirmorum" (Hugo a S. Victore, Petrus Lombardus, Catechismus Cone. Trid.); "Sacra unctio infirmorum" (Cone. Trid., *Denz.* 927); "Sacramentum exeuntium" (Petrus Pictaviensis,[1] Albertus M., Bonaventura, S. Thomas, *Suppi.,* q. 30, a. 1; q. 32, a. 1; Cone. Trid., *Denz.* 908; Catechismus Cone. Trid.); "Extrema Unctio" et "Sacramentum Extremae Unctionis" (voces classicae, de quibus infra); το Ιλαων τ«ϑικ *άρρωστων* (i.e. oleum infirmorum; Simeon Thessalonicensis, theologus schismaticus).

*Ex parte accidentalis cujusdam caeremoniae* vocatur Impositio manuum (Origenes, in textu Jacobi substituens verba "Et imponent ei manum" verbis "Et orent super eum"; Athanasius, Possidius, Ambrosius, Liturgia Ambrosiana infra cit. in p. 438) et olim apud

[1] "*Sententiae,* l. 5, c. 3 et 17: "Sacramentorum alia sunt intrantium, alia progredientium, alia pugnantium, alia redeuntium, alia exeuntium. . . Unctio est exeuntium. . . De ultimo igitur septem sacramentorum, id est extrema unctione, ultimo loco esset agendum" (AfL 211. 1229 et 1264).

Graecos το «πταπάπαδον (i.e. officium septem presbyterorum; cf. Joannem Veccum infra cit., p. 182).

*Ex parte sacramcntalis indolis,* seu sub ipso nomine sacramenti:12 "Sacramentum" (Innocentius I, Beda, Amalarius, Vita S. Adalhardi, Pseudo-Petrus Damianus, Bernardus, alii); "Salutare sacramentum" (Cone. Ticinense); "Publicae poenitentiae sacramentum" (Ivo Carnotensis); "Sacramentum exeuntium" (ut supra); "Sacramentum unctionis" (Goffridus Vindocensis, Petrus Cluniacensis, Hugo a S. Victore, Abaelardus, Summa Sententiarum, Bonaventura); "Sacramentum unctionis infirmorum" (Hugo a S. Victore, Petrus Lombardus); "Unctionis extremae sacramentum" (Prudentius Trecensis?, Alexander III); "Sacramentum extremae unctionis" (S. Thomas, Cone. Trid., Catechismus Cone. Trid., Rituale Romanum); μυστών τών λυχνιών (i.e. sacramentum lampadum; apud Syros et Maronitas).

*Praecipita tamen nomina,* jam diu usitata et hodie veluti propria hujus sacramenti, sunt apud Graecos το *άχΐλαην* et apud Latinos *Extrema Unctio.*

Εὐχίλαιον (latine Euchelaeum), sicut ipsa expressio το «ὔχ^- «λαών (oleum orationis) indicat utrumque elementum materiae et formae sacramenti, iuxta *lac.* 5. 14 sq.: "Ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum." Hoc nomen, ut proprium et classicum hujus sacramenti, videtur esse recentioris usus, ut fatentur ipsi theologi schismatici qui eo praecipue utuntur; *C. M. Rallis'3* et *Dyovuniotis"* initium repetunt ex *Job monacho,* cognomento "peccator" (saec. 13), qui in suo libro de septem Ecclesiae sacramentis pro ultimo sacramento nominat α'χίλαιον, illud tamen confundens cum Poenitentia (cf. infra, p. 46). *Simeon Thessalonicensis* (saec. 15) hoc nomine utitur una cum antiquiori appellatione *άγιον cAacov* in titulo suae tractationis de hoc sacramento qui sic sonat: "De sacro ritu Sancti Olei sive Euchelaei" (Λ/G 155. 515 sq.).

Ceterum, ipsa appellatio "Oleum orationis" (το α'χτ]? ελαιον), ex qua nomen Euchelaei descendit, est antiquissima, cum ea utatur Josephus patriarcha nestorianus saec. 6 et inveniatur in Canonibus Hippolyti (can. 219; cf. infra, p. 110), qui. si non sunt ipsius Hippolyti saec. 3 (contra Duchesne) saltem referunt paulo posteriorem traditionem

"Cf. infra, p. 176 sq.

" Περί τών *μυστηρίων τήί μ(τανοίαι και τού* εύχελαίον (Athenis 1905) 110. Ibidem vides collecta supradicta nomina quae apud Graecos tribuuntur huic sacramento: "Το εύχε αιον καλείται καί ?λαιον, *άγιον (λαιον, ήγιασμένον* ίλαιον, ελαίου χρίσι$, *χρίσμα, χρίσμα δι'* ελαίου, *καΟιίρωσιζ δι' ΐΧαίον."* Eadem iere colligit Goar in suo *Euchologio sive Rituali Graecorum* venetiis 1047.

" Τα *μυστήρια* (Athenis 1913) 184.

ecclesiae aegyptiacae; imo merito dici potest ea expressio ascendere ad ipsum textum *Iacobi:* "Orent super eum ungentes eum."

*EXTREMA UNCTIO.*

Hoc nomen occurrit sub quadruplici forma: Unctio Extrema, Extrema Unctio, Sacramentum Unctionis Extremae, Sacramentum Extremae Unctionis. Est recentioris originis; communiter adhibetur a doctoribus saec. 12-13 post Petrum Lombardum, ex quibus transivit in ipsa documenta Ecclesiae tanquam proprium nomen hujus sacramenti; occurrit tamen etiam in duobus probabiliter antiquioribus documentis.

*Statuta S. Sonnatii* (forte ante saec. 9) adhibent vocem "Extrema Unctio" ("Extrema Unctio deferatur laboranti"). *Prudentius Trecentis* episcopus (saec. 9) loquitur de "Unctionis Extremae sacramento" ("Eucharistiae et Unctionis Extremae recipiam sacramenta"). Authenticitatem tamen hujus appellationis in his duobus documentis quidam eruditi negant vel in dubium revocant, eo quod, aiunt, ea nonnisi saec. 12 vulgari coeperit (cf. infra, p. 131 sq. et 153, ubi haec documenta citantur).

*Petrus Lombardus* (**t** 1160) utitur nomine "Unctio Extrema" in *Sent.,* l. 4, dist. 2, ubi refert septenarium catalogum sacramentorum ("Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Unctio extrema, Ordo, Conjugium"); in dist. 13 in titulo assumit nomen "Sacramentum Unctionis Extremae," in textu vero adhibet nomina "Unctio" (sic et simpliciter), "Unctio infirmorum," "Sacramentum unctionis infirmorum," "Oleum infirmorum." *Albertus M.* (In 4 *Sent.,* dist. 23) jam passim utitur altera nominis forma, i.e. "Extrema Unctio," etsi saepe etiam utatur forma Lombardi "Unctio Extrema"; adhibet quoque expressionem "Sacramentum exeuntium" (a. 5 et a. 1[16]). *Bonavcntura* (In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 1, 2, 3; a. 2, q. 1,4; dubia circa litteram Magistri): "Unctio" (sic et simpliciter), "Unctio Extrema," "Extrema Unctio," "Sacramentum unctionis." S. *Thomas:* "Extrema Unctio" *(Suppi.,* q. 29, prolog., a. 1 et 2; q. 30, a. 1; 3 p., q. 65 per totam; *C. Gent.* 4.58), "Sacramentum Extremae Unctionis" *(Suppi.,* q. 29, prolog., a. 3; *C. Gent.* 4.73), "Sacramentum exeuntium" *(Suppi.,* q. 30, a. 1; q. 32, a. 1). S. Doctor praeterea non cunctatur asserere "Extremam Unctionem" fuisse jam suo tempore commune nomen hujus sacramenti *(Suppi.,* q. 32, a. 2, Sed contra: "Hoc sacramentum dicitur ab omnibus extremae unctionis").

" Ubi ait: "Unum est sacramentum infantium [lege: intrantium], sicut baptismus. Est iterum unum progredientium, sicut viaticum. Unum stantium, sicut confirmatio. Unum redeuntium, ut poenitentia. Unum ministrantium, ut ordo. Ergo etiam erit unum exeuntium: et hoc non potest esse nisi unctio extrema" *(Opera omnia,* ed. S.C.A. Borgnet, XXX [Parisiis: Vivès 1894] 2).

Circa idem tempus hoc nomen in ipsis documentis ecclesiasticis apparere incipit. In Decretalibus *Gregorii IX* (a. 1234) haec verba ex *Alexandro III* (**t** 1181) referuntur: "Alex. III. — Solus Sacerdos potest sacramentum unctionis extremae infirmo conferre" (c. 14, X, de verb, signif., V, 40). *Innocentius IV* (a. 1254): "Infirmis vero iuxta verbum lacobi Apostoli, unctio exhibeatur extrema" (cf. infra, p. 47). *Cone. Lugdunense II* a. 12 74 refert "Extremam Unctionem" in septenario catalogo sacramentorum. Deinceps hoc nomen factum est veluti proprium in documentis Ecclesiae. *Cone. Constanticnse:* "Sacramenta confirmationis, vel extremae unctionis . . ."; *Cone. Flor.:* "Quintum sacramentum est Extrema Unctio"; *Cone. Trid.:* "Extrema Unctio" *(Denz.* 844, 910, 926, 928, 929), "Sacramentum Extremae Unctionis" *(Denz.* 907, 908, 910; concilium adhibet transeunter etiam nomina "Sacra unctio infirmorum," *Denz.* 908, 92 7, et "Sacramentum exeuntium," *Denz.* 910); *Catechismus Cone. Trid.:* "Extrema Unctio," "Extremae Unctionis sacramentum," "Haec ipsa Unctio a maioribus Sacramentum etiam Unctionis infirmorum, et Sacramentum exeuntium dicta est." A Cone. Trid. pendent posteriora Ecclesiae documenta, uti *Rituale Romanum* (tit. 5, c. 1 "De sacramento Extremae Unctionis"; in rubricis, c. 2, n. 7, adhibetur etiam expressio "Unctionis Sacramentum") et *Codex J. C.* (tit. 5 "De Extrema Unctione," can. 937: "Extremae unctionis sacramentum").

*Sensus vocis "Extremae"* quadrupliciter a theologis explicatur. Scilicet, hoc sacramentum dicitur unctio extrema, *primo* relate ad subjectum, cui confertur in extremis vitae; quo sensu appellatio aequivalet alteri "Sacramentum exeuntium." *Secundo,* relate ad alias unctiones tam sacramentales quam extrasacramentales (scilicet unctiones baptizandorum seu catechumenorum, in pectore et scapulis: baptizatorum, in vertice; confirmandorum, in fronte; neopresbyterorum, in manibus, necnon episcoporum, in manibus et capite: saecularium principum; ecclesiae, altaris et calicis), quatenus unctio hujus sacramenti est postrema inter unctiones quae homini conferuntur. *Tertio,* relate ad administrationem aliorum sacramentorum, quatenus hoc sacramentum conferendum est post alia, juxta Rituale Romanum, tit. 5, c. 1, n. 2: "Illud in primis ex generali Ecclesiae consuetudine observandum est, ut, si tempus, et infirmi conditio permittat, ante Extremam Unctionem, Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta infirmis praebeantur." *Quarto,* relate ad effectum aliorum sacramentorum, quatenus effectus istius est ultima spiritualis curatio seu, ut ait S. Thomas, "ultimum et quodammodo consummativum totius spiritualis curationis" *(C. Gent.* 4.73).

Quod autem attinet ad sensum originalem, in quonam nempe ex

quatuor praedictis sensibus attributum illud "Extremae" primitus appositum fuerit voci unctionis, dissentiunt doctores. Plures enim eligunt secundum sensum, scilicet postremae inter unctiones; ita *Estius* (In 4 *Sent.,* dist. 23, n. 1), *Billuart, Lépicier, Van Noort-Vcrhaar, Daflora,* post *Catcchismum Cone. Trid.* dicentem: "Primum illud tradendum erit, hoc Sacramentum idcirco Extremam Unctionem appellatum esse, quod haec omnium sacrarum unctionum, quas Dominus Salvator noster Ecclesiae suae commendavit, ultimo administranda sit. Quare haec ipsa Unctio a maioribus Sacramentum etiam Unctionis infirmorum, et Sacramentum exeuntium dicta est" (pars 2, c. 6, q. 2). Eundem sensum eligunt Protestantes ex suo scopo negandi sacramentalitatem hujus ritus, qui, aiunt, ab antiquis non habebatur ut sacramentum infirmorum in extremis constitutorum, sed tantum ut ultima inter caeremoniales unctiones benevalentibus collatas.

Alii vero eligunt primum sensum, scilicet unctionis collatae in extremis vitae. Ita *Chardon* scribens: "Ce sacrement n'a pas toujours porté le nom d'Extrême-Onction. Ce nom lui est venu de l'abus qui s'est introduit, et qui n'est que trop commun depuis quelque temps, d'attendre à l'extrémité pour le recevoir."[16] Quem sequitur *Kern* scribens: "Theologi plerique . . . declarant, sacramentum vocari Extremam Unctionem, quod post alias unctiones — in Baptismo, Confirmatione, Ordine — applicetur. Sed haec declaratio non fulcitur testimoniis historicis. 'Extrema Unctio' valorem termini technici non obtinuit nisi exeunte saeculo xii, cum iam late grassaretur abusus expectandi extrema hominis aegroti pro administrando hoc ritu sacro. Unde 'Extrema Unctio' videtur idem valere quod 'sacramentum exeuntium,' qui terminus pariter a fine saeculi xii. increbrescere incepit. Ecclesia utrumque vocabulum, maxime prius, suo usu consecravit, quia teste Concilio Tridentino (doctr. de sacr. Extremae Unctionis) 'clementissimus Redemptor noster. . . Extremae Unctionis sacramento finem vitae tamquam firmissimo praesidio munivit' ideoque ritum s. olei ex primaria intentione ad hoc ordinavit, ut infirmis moribundis supernaturalia auxilia praeberet pro extremo agone."[17]

Si testimonia historica attendantur, duo priora, i.e. *Statuta S. Sonnatii* et *Prudentius Trecensis,* nihil dicunt aut innuunt de sensu illius vocis, *Petrus Lombardus* favet utrique sententiae, nam ex una parte loquitur de "unctione infirmorum, quae fit in extremis," ex alia vero parte hoc videtur explicare exhibens tria genera unctionum,

[16] *Histoire des sacrements, Du sacrement d'Extrême-Onction,* in Migne, *Theologiae cursus completus* XX (Parisiis 1841) 747.
[17] *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonac 1907) 3.

quarum ultima est hoc sacramentum; similiter coaevi scriptores, ut *Pseudo-Abaelardus (Epitome,* c. 30), *Hugo a* S. *Vietore (De sacram.,* l. 2, pars 15, c. 1) et *Petrus Cluniacensis (Epist.* 7), hanc cum aliis unctionibus comparant et ultimam numerant, etsi extremam non vocent.

*Bonaventura,* explicite loquens de sensu illius vocis, profert primum et tertium ex praedictis sensibus. In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 2, q. 2: "Quod solis in periculo mortis existentibus [hoc sacramentum conferri debeat], videtur per ipsam denominationem, qua dicitur Unctio Extrema: ergo solum in extremis debet dari." Ibid., dub. 1 circa litteram Magistri: "In parte ista sunt dubitationes circa litteram. Et primo de ordine istius sacramenti ad antecedentia et sequentia. Videtur enim male ordinari. Cum enim inter omnia sacramenta ultimo detur, propter quod et Extrema Unctio nuncupatur, videtur quod ultimo debeat ordinari."[18]

S. *Thomas,* similiter explicans illam vocem, eligit quartum ex praedictis sensibus, addito, ut accessorio ac consequente, primo sensu. *C. Gent.* 4.73: "Manifestum est quod hoc sacramentum est ultimum, et quodammodo consummativum totius spiritualis curationis, quo homo quasi ad percipiendam gloriam praeparatur. Unde et Extrema Unctio nuncupatur." *Suppi.,* q. 32, a. 2, Sed contra et corp.: "Hoc sacramentum dicitur ab omnibus extremae unctionis. Sed non omnis infirmitas ad extremum vitae perducit, cum quaedam aegritudines sint causa longioris vitae, ut dicit Philosophus. Ergo non omnibus infirmantibus debet hoc sacramentum dari. . . Hoc sacramentum est ultimum remedium quod Ecclesia potest conferre, immediate quasi disponens ad gloriam. Et ideo illis tantum infirmantibus debet exhiberi qui sunt in statu exeuntium, propter hoc quod aegritudo nata est inducere mortem, et de periculo timetur" (cf. q. 33, a. 1, ob. 2 et ad 2).

Ex testimoniis igitur ipsius temporis quo illa vox vulgata ac firmata est, nihil conficitur in favorem exclusivae sententiae Chardon et Kern, et multo minus in favorem affirmationis Chardon quod ea vox introducta fuerit ex abusu differendi ad extremum susceptionem hujus sacramenti. Quatuor praedicti sensus, utpote de se convenientes indoli hujus unctionis, connaturaliter accesserunt sub termino "extremae" in mente theologorum qui primi eo usi sunt; an autem unus vel alter sensus, et quinam, antiquior sit, nemo facile judicabit.

*Aptitudinem hujus nominis* "Extrema Unctio" impugnant recentiores theologi schismatici, uti *Macarius Bulgakov, Bjeljaev, Mazanov,*

[18] *Opera theologica selecta* IV (editio minor, \d Claras Aquas 1949) 588, 592.

*Michalcescu,* post *Metrophanem Critopulum,* patr. Alex, (circa 1630-1641), scribentem: "Hoc oleum precum non vocatur extrema unctio [ε'σχα'π; xpuns], neque enim extrema aegroti expectamus et tunc ad hanc accedimus" *(Confessio fidei,* c. 13). Ratio impugnationis, quam ipse Metrophanes innuit, est ex una parte calumnia quam Graeci Latinis affigunt, quod nempe ad sacramentum ministrandum expectent extremum momentum in quo nulla sit amplius spes recuperandae sanitatis, et ex alia parte error et praxis plurium orientalium hoc sacramentum conferendi etiam sanis vel leviter infirmis (cf. infra, art. 30-31, in torn. 2).

Ceterum, ut observat *Jugie,* "appellatio . . . latina: Extrema Unctio *το ίσχατον χρίσμα,* ή *τιλ^νταία χρίσπ,* inde a saeculo xiii usque ad saeculum xix, a theologis graeco-russis non raro usurpata est, quamquam nostris diebus hoc ipsum nomen Latinis catholicis a polemistis dissidentibus communiter crimini vertitur. Illam invenies non solum apud Latinophronas epochae byzantinae, sed etiam apud rigidos *orthodoxos* saecul. xvi, xvii et xviii, praesertim vero apud Kiovienses et Moscovitas, qui de theologia dogmatica latino sermone tractarunt. . . Hoc sacramentum vocatur a Theophylacto Gorskii, *Orientalis Ecclesiae dogmata,* p. 257: *oleum consecratum, Extrema Unctio, unctio sacra.* Gabriel Petrov utitur voce *Extrema Unctio* in sua *Explicatione sacrae liturgiae* ab Eugenio Bulgari in graecum translata: Τελετουργία ίερά, Petropoli, 1799, p. 297: *ή τελευταία χρίσκ.* Sylvester Lebedinskii item inscribit cap. Ixiii sui *Compendii theologiae classici: De Extrema Unctione,* p. 545. Theophilus, Campaniae episcopus, Ταμείου όρθοδοξία, C. XX, haec habet: 'Το *μυστήριον τοϋ* εὐχελαίου, το όποιον λεγεται και τελευταία χρίσι .' "[10]

Praeterea idem nomen displicet quibusdam doctoribus catholicis, qui, ad evertendam falsam quorundam fidelium interpretationem et aversionem ab usu hujus sacramenti, conantur illi alias appellationes substituere, uti "Sacra Infirmorum Unctio" ab ipso Concilio Tridentino adhibita. Jam in ipso Concilio *episcopus Coloniensis* hanc substitutionem suggerebat, inquiens: "De extrema unctione, dicatur, unctione infirmorum."[20] Similem substitutionem suggerere videtur *Chardon* (supra cit., p. 8). Subinde *Kcrn* scripsit: "Ecclesia utrumque vocabulum [Extrema Unctio et Sacramentum exeuntium], maxime prius, suo usu consecravit. . . Hinc tamen minime sequitur, vituperandos esse sacerdotes, qui, ut eliminent stultam aversionem multorum fidelium a medicina salutari animae, et quantum expedit, etiam cor-

[10] *Theologia dogmatica Christianorum Orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* III (Parisiis 1930) 478 sq., in textu et in nota.

[20] A Theiner, *Acta genuina SS. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriae 1874) I 593.

poris, in concionibus, catechesibus et libris ad aedificationem populi christiani editis vitant terminum 'Extrema Unctio.' In documentis enim ecclesiasticis sacramentum saepe aliis nominibus designatur et ab ipso Concilio Tridentino iterato vocatur 'sacra infirmorum Unctio.' In antiqua Ecclesia magna varietas nominum huius ritus sacramentalis occurrit."[21]

Tandem quidam moderniores instantius nominis mutationem invocare videntur. Ita *D. Jorio* in suo opusculo vernaculo cui titulum imponit "La sacra unzione degli infermi," scribit: "Quel che non possiamo comprendere è come vi siano. tra i cristiani, non pochi malati e malati al punto di trovarsi in pericolo di perdere anima e corpo, i quali non si prendano nessuna cura di chiedere la celeste medicina, lasciataci dal medico divino, vale a dire il Sacramento dcll Olio Santo, detto anche dell'Estrema Unzione, ma che noi, a scanso di equivoci e fobie, preferiamo chiamare. con una espressione dei Concilio di Trento, *Sacra Unzione degl'Injermi,* per guarire a un tempo, dalla malattia dell'anima e del corpo. . [Una] causa ldi questa strana condottaj sta nel pregiudizio di credere che 1'Olio Santo sia il passaporto infallibile per l'etemità; pregiudizio avvalorato, purtroppo, dalfarbitraria interpretazione data comunemente al nome di Estrema Unzione. quasi che si tratti di unzione riservata agli estremi momenti della vita, mentre invece il sicnificato vero e proprio dell'aggettivo 'estrema' non è di ultima nella vita, ma nella serie delle unzioni sacramentali — dopo quelle cioè del Battesimo e della Cresima — oltre la quale non v'è da aspettarsene altra."[22]

Pariter *B. Botte:* "Un premier voeu [que je me permets de suggérer], c'est qu'on revienne, autant que possible, à l'ancienne appellation d'onction des malades. Question de mots, dira-t-on. Je n'irai pas jusqu'à répondre avec Chesterton que les mots sont la seule chose qui vaille la peine qu'on se batte. Mais enfin les mots ont parfois leur importance, et ici l'emploi de l'adjectif *extrême* a eu de fâcheuses conséquences. Ce n'est donc pas par un amour exagéré de l'antiquité que je souhaite un retour à l'ancienne appellation, c'est par amour de la vérité. Une nouvelle terminologie peut être un progrès, et. dans ce cas, il faut l'adopter sans réserve. Mais le terme d'extrême-onction a été une des causes qui ont fait réserver l'onction aux agonisants par certains théologiens et. en pratique, par beaucoup de prêtres. Elle ne marque pas un progrès, mais une déviation. L'Église s'est conformée à la terminologie courante, mais elle a refusé ... de sanctionner cette conception de l'onction.

"Cependant, à côté de cette raison principale, qui est la vérité, il en est une autre, d'ordre psychologique. Si l'on veut faire accepter l'onction par un malade, il n'y a pas de moyen plus efficace que de lui en faire lire les prières. Mais le moyen de les lui faire lire dans un fascicule intitulé: *Les derniers sacrements. Le saint viatique, l'extrême-onction·, l'indulgence plénière, la prière des agonisants?* Pourquoi ne pas ajouter, tant qu'on y est, le rituel des funérailles? Allez expliquer après cela que l'Eglise bénit l'huile des malades le jeudi saint pour la guérison du malade. Il est probable qu'il n'y comprendra plus grand'chose. et il comprendra moins encore quand il lira, dans les explications, que ce sacrement a été institué pour le soulagement spirituel des *mourants.* Ce qu'il faudrait, c'est une brochure intitulée: *Le sacrement des malades: l'onction des malades,* où l'on expliquerait que Ponction a été instituée pour le réconfort spirituel et corporel des malades."[23]

Attamen, valde dubitandum est de convenientia et utilitate abro-

[21] *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonac 1907) 3.

[22] *La sacra unzione degli infermi* (Roma 1935) 9-11.

[23] "L'Onction des malades," *La liturgie des malades* ("La Maison-Dieu," n. 15, Paris 1948) 104 sq.

gandi eam appellationem, tam venerabili et antiquo theologorum et Ecclesiae usu consecratam, et tam apte exprimentem ipsam indolem hujus sacramenti prout est consummata curatio spiritualis, dispositiva ad gloriam. Ceterum, invocatus abusus multorum fidelium non ex ipso nomine procedit, ad quod ceteroquin plures inter rudiores non attendunt nec forte intelligunt, sed ex ipsa indole sacramenti, prout est adjutorium versantium in periculo mortis.[24]

Definitio realis.[25]

*DEFINITIO METAPHYSICA: Sacramentum spiritualis curationis.*

In hac definitione, Sacramentum est *genus proximum* (seu materia metaphysica), spiritualis vero curatio est *specifica differentia* (seu forma metaphysica). Loco curationis posset etiam poni alleviatio, vel sanatio, vel convalescentia; sed alleviatio non satis exprimit proprium et specificum effectum hujus sacramenti qui est abstersio reliquiarum peccati, sanatio vero convenit etiam ac praecipue Poenitentiae, convalescentia tandem, etsi melius fortasse exprimat proprium effectum Extremae Unctionis, tamen nimis metaphorica videtur nec est in communi usu; unde praeferenda videtur vox curationis, etsi non careat aliqua ambiguitate, cum conveniat etiam Poenitentiae, quamvis minus proprie.

*Definitio acquivalcns* sed minus propria: Signum rei sacrae, inquantum est spiritualiter curans hominem.

*Descriptio:* Signum et causa gratiae curativae, vel: Signum practicum gratiae curativae.

*DEFINITIO PHYSICA: Unctio infirmi, sub forma deprecativac orationis, significans spiritualem animi curationem.*

In hac definitione unctio infirmi est *materia* (in qua mentio infirmi necessaria videtur eo quod infirmitas in subjecto unctionis sit conditio validitatis); formula vero deprecativae orationis est ipsa *forma* sacramenti (in qua indicatur necessaria ejus indoles tum vocalis tum deprecativa); relatio autem signi ad spiritualem curationem est *ultima forma* totius sacramentalis artefact! (in qua spirituali curatione, exercite accepta, indicatur etiam efficacitas signi).

*Descriptio:* Compositum artefactum ex unctione infirmi et deprecativa oratione, convenientibus tanquam materia et forma in unum subjectum relationis signi gratiae spiritualiter curativae, ab eodem subjecto causatae.

MCf. [Vermeersch], "Osscrvazioni sui nome di 'Estrema Unzionc,'" *La Civiltà Catlolica,* a. 87 (1936), vol. 1, p. 478-483.

" Cf. dicta de definitione sacramenti in communi (quae hic determinatur) in tractatu *De sacr. in gen.* 68-75 et 104 sq.

*Utraque metaphysica et physica definitio* sic in unum copulari potest: Sacramentum spiritualis curationis per unctionem in verbo.

*Copulata vero descriptio* sic efferri potest: Sacramentum N.L. quo, per unctionem et deprecativam orationem confertur infirmo gratia spiritualis curationis.

## II. PRINCIPIA TRACTATUS

### I. Scriptura.

Aliqui theologi, tam inter catholicos quam inter schismaticos, vident in quibusdam textibus sive A. sive N. Testamenti, abstrahendo a duobus testimoniis *Marci* 6. 12 sq. et *lacobi* 5. 14 sq., quasdam figuras seu adumbrationes hujus sacramenti, alii vero negant ullam Extremae Unctionis figuram praecessisse praeter Marci insinuationem. Videtur tamen in utraque affirmatione aliquid exaggeratum contineri. Aptius distinguantur sequentia:

1. *Merae commendationes,* quibus nempe ostenditur convenientia instituendi aliquod sacramentum consistens in unctione et aptitudo hujus ritus ad exprimendum effectum sanationis qui est proprius hujus sacramenti.

Hujusmodi commendatio continetur ex ipsa natura rei in omnibus unctionibus adhibitis sive in A. sive in N. Testamento, tam in religiosis quam in profanis observantiis, quas propterea S. Thomas "figuras remotas" appellat *{Suppi.,* q. 29, a. 1, ad 2, mox citand.). Tales unctiones exhibuimus in tractatu *De Baptismo et Confirmationc* (p. 298), agendo de unctione sacramenti Confirmationis, ubi vidimus ritum unctionis significasse generaliter copiam donorum Dei. sive corporalium sive spiritualium, ac pro tanto commendasse aptitudinem ritus sacramentalis unctionis, in quocumque adhibeatur sacramento, sive Confirmationis sive Extremae Unctionis.

Hujus sacramenti ritum, quatenus est curativus per signa sensibilia, commendant etiam generaliter omnes miraculosae sanationes a Christo operatae per tactum vel impositionem manuum, scilicet caecorum *{Mat.* 20. 34), socri Petri *{Marc.* 1. 31), leprosi (ibid. 1. 41), filiae lairi (ibid. 5. 23, 41 ), hemorroissae (ibid. 1. 25-34), energumeni (ibid. 6. 26), infirmorum in genere (ibid. 6. 5; *Luc.* 4. 40); item charisma sanationum concessum apostolis *{Mat.* 10. 1, 8; *Luc.* 9. 1 sq.; *Marc.* 16. 18: "Super aegros manus imponent, et bene habebunt").

Eundem ritum commendat usus medicinalium unctionum tam apud paganos[20] quam ac praecipue apud Hebraeos, de quo sive in Scrip-

[20] Cf. F. Cabrol, "Huile," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 6.2 (1925) 2777.

tura *(Eccli.* 38. 7-9; *1er.* 8. 22; 46. 11; *Lue.* 10. 34; cf. infra) sive in hebraica traditione. Ad rem *Knabenbauer:* 'Oleum adhibebatur ad vulnera curanda; cf. Is. 1.6 Luc. 10. 34, et unctiones medicinales apud ludaeos in usu fuisse colligitur ex talmude quoque (cf. *Lightfoot,* ad h. 1.) et losephus narrat medicis visum esse Herodem graviter aegrotantem ut refoverent demitti in solium olei plenum (Antiq. 17. 6, 5)."[27] Item *Chaîne:* "L'antiquité a reconnu la vertu thérapeutique de l'huile et s'en est servie (Pline *H.N.* XXIII, xxxix, xl); chez les Hébreux, l'huile était surtout utilisée pour guérir les plaies (Is. i. 6; cf. Jér. vii. 22; xlvi. 11) ; on la mélangeait quelquefois avec du vin (Le. x. 34) ; Rabbi Meir permettait qu'on fasse cette mixture et qu'on oigne un malade le jour du sabbat, mais il arriva qu'il fût malade ce jour-là; alors raconte Rabbi Siméon ben Eléasar, il ne voulut pas qu'on lui fît ce remède *(Jcr. Berac.* 3. 1, cité par Lightfoot, *Horae Hebraicae,* t. II, p. 363)."[28]

2. *Proprie dictae figurae seu adumbrationes.*

Sicut similes figurae assignantur pro aliis sacramentis, nominatim Baptismo, Confirmatione, Eucharistia et Poenitentia, ut ostensum est in introductione tractatuum de his sacramentis, ita non abs re erit quaerere de figuris Extremae Unctionis, nec sine ulla ratione quis dicet cum quibusdam doctoribus eas contineri in variis unctionibus, praecipue factis cum oleo, ordinatis ad aliquem curationis effectum. Tales fortasse quis agnoscere potest in *Eccli. 38. 7-9:* "Curans mitigabit dolorem, et unguentarius faciet pigmenta suavitatis et unctiones conficiet sanitatis. . . Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te"; *Is. 1. 6:* "A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus et livor et plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine neque fota oleo"; *1er. 8. 22:* "Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filiae populi mei?" (cf. 46. 11); *Mare. 7. 33; 8. 23; Io. 9. 6* (unctio seu linitio sputi super linguam muti et oculos caeci); *Lue. 10.34* (parabola Samaritani qui "alligavit vulnera . . . infundens oleum et vinum").

3. *Figura sacramentalis seu sacramentum figurate.*

Ut notatum est cum S. Thoma (1-2, q. 102, a. 5, ad 3) in tractatu *De sacr. in genere* 503 sq., dum Baptismus, Eucharistia, Poenitentia et Ordo, habuerunt in V.T. sacramenta figuralia sibi correspondentia, Confirmationem, Matrimonium et Extremam Unctionem nulla hujusmodi figura praecessit, eo quod eorum sacramentali significationi non

[27] *Commentarius in evangelium secundum S, Marcum* (Parisiis 1907) 164.
[28] *L'épitre de Saint Jacques* (Paris 1927) 129. Cf. Ropes, /1 *Critical and Excgctical Commentary on the Epistle of St. James* (New York 1916) 304 sq.

congruit imperfectio illius legis; ita "Extrema Unctio est quaedam immediata praeparatio ad introitum gloriae, cujus aditus nondum patebat in veteri lege, pretio nondum soluto." Hoc iterum valde signanter docet S. Thomas, directe agens de Extrema Unctione, in *Suppi.*, q. 29, a. 1, ad 2: "Hoc sacramentum immediate hominem ad gloriam disponit, cum exeuntibus a corpore detur. Et quia in veteri lege non erat adhuc tempus perveniendi ad gloriam, quia neminem ad perfectum adduxit lex; ideo illud sacramentum ibi praefigurari non debuit per aliquod sacramentum sibi respondens, sicut per figuram eiusdem generis. Quamvis per figuras remotas aliquo modo figuratum sit in omnibus curationibus quae leguntur in veteri lege."

4. *Directa insinuatio* sacramenti instituti vel instituendi. Haec certe habetur in *Mare. 6, 13,* juxta ipsum Cone. Trid. (sess. 14, cap. 1). De quo disputabitur in art. 1 (p. 51-62).

5. *Institutio vel declaratio jactae institutionis.* Textus institutionis non habetur; textus declarationis seu, ut ait ipsum Cone. Trid. (ibid, et can. 1), commendationis ac promulgationis, habetur in *lac. 5, 14.* De quo in art. 1 (p. 62-90).

2. Patres et theologi.

In antiquiori Traditione rarius occurrit sermo de hoc sacramento, ob varias rationes infra explicandas (art. 1, p. 91-93). In prima periodo, seu usque ad saec. 5, nonnisi indirectae allusiones vel incidentia testimonia occurrunt, quorum praecipua et certiora sunt *Origcnis, Chrysostomi* et *Sacramentarii Serapionis.* In secunda periodo, a saec. 5 ad 8, testimonia multiplicantur et clariora evadunt, inter quae eminent verba *Innocenta I* et *Cacsarii Arelatcnsis;* praeterea ipse ritus in embrionalibus sacramentariis delineari incipit et ipsa praxis unctionis in quibusdam Vitis Sanctorum exhibetur. In tertia periodo, a saec. 8 ad 12, hoc sacramentum magis determinate ac frequentius proponitur sive in operibus doctorum, nominatim apud *Bcdam,* quem frequenter repetunt posteriores, sive in jam pullulantibus *libris liturgicis,* signanter in Sacramentariis Gelasiano et Gregoriano quibus cetera Sacramentaria et Ordines facile conformantur, sive in *episcopalibus et conciliaribus statutis,* uti Sonnatii, Bonifacii. Theodori Cantuariensis, Egberti Eboracensis, Caroli Magni, Theodulphi Aurelianensis, Amalarii Metensis, Conciliorum Cabillonensis. Aquisgranensis, Moguntini et Ticinensis.

*Apud doctores saec. 12* jam incipiunt moveri directae quaestiones vel controversiae de hoc sacramento. Notabilis est controversia de ejus

initerabilitate, agitata in priori parte illius saeculi a *Goflrido Vindoccnsi, Ivone Carnotensi* et *Petro Cluniacensi.* Phires praeterea doctores, nominatim *Pscudo-Abaelardus, Hugo a S. Victore, Summa Sententiarum* et *Petrus Lombardus,* incipiunt varia elementa hujus sacramenti in systematicam quandam ac distinctam tractationem colligere, in qua referunt ejus institutionem, materiam, effectum, et peculiariter praedictam quaestionem de initerabilitate. Theologi *saec. 13,* signanter *Alexander Halensis, Albertus M., Bonaventura et S. Thomas,* tractum hunc amplificant ac perficiunt, agentes de institutione, materia, forma, effectu, subjecto et ministro, in quibus explicandis S. Thomas immoratur per quatuor integras quaestiones Supplementi (q. 29-33), ex suo Commentario in Sententias excerptas. Praecipuus dissensus inter hos doctores respicit modum institutionis, nam Halensis et Bonaventura docuerunt quandam mediatam tantum institutionem per Christum. Apud posteriores doctores, a *Scoto* ad Concilium Tridentinum, praecipuus dissensus videtur esse de proprio ac specifico effectu sacramenti, quem schola scotistica reposuit in plena ac finali remissione venialium peccatorum.

*Theologi postridentini* de hoc sacramento fusius disseruerunt (etsi minus copiose quam de pluribus aliis sacramentis), sive sub aspectu positivo, ad elucidandum contra Protestantium impugnationem utrumque scripturisticum et patristicum argumentum, tum etiam sub aspectu theologico, ad determinandam indolem et valorem variorum sacramentalium elementorum. Praecipuae quaestiones et controversiae respiciunt: *materiam,* seu an et quomodo quintuplex unctio sit ad valorem necessaria; *formam,* seu an debeat esse necessario deprecativa; *effectum,* seu quinam sit proprius ac specificus (qua occasione quidam moderni conati sunt tribuere huic sacramento etiam effectum plenae remissionis omnis poenae temporalis); *initerabilitatem* (quidam enim recentiores conati sunt quodammodo restaurare sententiam Goffridi Vindocensis et Ivonis Carnotensis de iterabilitate Extremae Unctionis in eodem periculo mortis); *necessitatem,* seu an nulla per se adsit stricta obligatio suscipiendi hoc sacramentum; *subjectum,* seu an ad validitatem requiratur verum aliquod periculum mortis et an possit licite sacramentum administrari acatholicis et impoenitentibus saltem sensibus distitutis.

*BIBLI0GRAPH1A THEOLOGORUM.*

Auctores generalium operum et commentariorum de sacramentis minus copiose disserunt de Extrema Unctione. Quidam ex majoribus commentatoribus, ut Joannes a S. Thoma, Salmanticenses dogmatici et Lugo, peculiarem tractatum de hoc sacramento non instituunt, tum quia in Summa Theologica S. Thomae hujusmodi tractatus desideratur, tum quia, utpote minoris momenti speculativi quam Eucharistia et Poenitentia, facile doctoribus moralibus committitur Inter antiquiores

theologos qui fusius aut peculiariter de Extrema Unctione agunt, notandi sunt *Hugo a S. Victore, Summa Sententiarum, Petrus Lombardus, Alexander Halensis, Albertus M., Bonaventura, S. Thomas, Victoria, Dom. Solo, Bellarminus, Suarez, De Sainte-Beuve, Gonct, Tourncly, Billuart, Clericatus, Trombelli, Benedictus XIV.*

Moderni auctores dogmatici in suis generalioribus operibus vel manualibus, sobrie omnino de hoc sacramento occupari solent, libenter moralistis illud renuntiantes. Plures tamen prodierunt optimae monographiae necnon theologicorum Dictionariorum et Ephemeridum articuli circa particulares praesertim quaestiones, inter quorum auctores signanter indigitari possunt *Schmitz, Kern, Bord, Lépicier, Spàcil, Cappello, Chavasse, Netzer, Godejroy, Ruch, Verhamme.* Harum praecipue monographiarum et articulorum elenchum hic submittimus.


Aalmoezenier, "We moeten zieken vroeger berechten, *Pastor Bonus 2I* (1950; 18-26.

A.D.S., "An et quoties iterari potest Extremae Unctionis susceptio," *Collationes Brugenses* 5 (1900) 18 sq.

Andrieux, L., "Le Viatique et l'Extrême-Onction des enfants, II. L'Extréme-Onction," *Revue pratique d'apologétique* 14 (1912) 81-100.

Anonymus, "L'administration de l'Extrême-Onction," *L'Ami du Clergé* 54 (1937) 241-246.

Anonymus, "Intention necessary for Extreme Unction," *The [American] Ecclesiastical Review* 91 (1934) 389-395.

Arendzen, J. P., *Extreme Unction,* New York 1931.

Arminio, Fra, "Historical Proof of Extreme Unction," *The* [American] *Ecclesiastical Review* 84 (1931) 618-620.

Baets, M. de, "Quelle question le Concile de Trente a entendu trancher touchant l'institution des sacrements par le Christ," *Revue Thomiste,* 14e année (1906) 31–47.

Barry, D., "The Effects of Extreme Unction — St. Robert Bellarmine's view." *The Irish Ecclesiastical Record* 38 (1931) 64–78; "Extreme Unction and Convalescence," *ibid.* 40 (1932) 190–202; "Conditional Anointing," *ibid.* 625-635; "The repetition of Extreme Unction," *Clergy Review* (1933) 193-205.

Baumeister, A.. "Der sakramentale effectus principalis und der finis sacramenti bei der letzten Oelung," *Theol. Quartalschrift* (1909) 106 sqq.

Benedictus XIV. *De synodo dioecesana,* l. 8. c. 1-8. in Migne, *Theologiae cursus completus* XXV (Parisiis 1841) 1085-1109; *De sacramentis,* tit. 3, c. 8, apud Fr. Heiner, *Benedicti XIV opera inedita,* Friburgi Brisgoviae 1904.

Bittremieux. J., "L'institution des sacrements d'après S. Bonaventure." *Etudes Franciscaines* 35 (1923) 129–152, 337-355: "La doctrine de S. Bonaventure et le Concile de Trente," *ibid.* 225-240. "L'institution des sacrements d'après Alexandre de Halès," *Ephemerides theologicae Lovanienses* 9 (1932) 234-251.

Boelaars, H., "De ontvanger van het heilig oliesel," *IVerkgenootschap van katholieke theologen in Nederland* (Hilversum 1951) 61-81.

Bonincontro, E., "La Sacra Unzione degli infermi. Se e quando la Sacra Unzione degli infermi valga a compiere la perfetta purificazione del cristiano." *Palestra del Clero,* a. 14 (1935), v. 2, p. 371-375.

Bord, J., *L'Extrême Onction, Etude de théologie positive,* Bruges 1923.

Borella, P., "Materia e forma dell'Estrema Unzione nell'antico rito ambrosiano," *Ambrosius* 20 (1944) 13-18; "Gli esorcismi nel battesimo e nell'Estrema Unzione." *ibid.* 40-45; "L'orazionc e l'imposizione delle mani nell'Estrema Unzione." *ibid.* 49-57.

Botte, B., "L'onction des malades," *La Liturgie des malades* ("La Maison-Dieu." cahier n. 15, Paris 1948) 91-107.

Boudinhon, A., "La théologie de l'Extrême Onction," *Revue Catholique des Eglises* 2 (1905) 385-411; "Si les fidèles se faisaient eux-mêmes autrefois les onctions de l'huile sainte," *Revue du Clergé Français* 68 (1911) 722-728.

Browe, P., "Die letzte Oelung in der abendlàndischen Kirche des Mittelalters," *Zeitschrift für Kath. Théologie* 55 (1931) 515-561.

Bruders, H., "Allmâhliche Einführung lasslicher Siinden in das Bekenntnis der Beicht," *Zeitschrift für Kath. Théologie* 34 (1910) 526-536.

Buttignoni, "L'assoluzione degli acattolici," *Palestra del Clero,* a. 15 (1936), v. 1, p. 390-392.

Cappello, F. M., "Quomodo sint intelligenda verba can. 479, § 1: 'salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo'?," *Periodica de re Morali, Canonica, Liturgica* 19 (1930) 93*-96*; *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* III: *De Extrema Unctione,* Taurini 1942.

Catechist, "Comment," *The [American] Ecclesiastical Review 55 (1916) 299* sq.

CavalLERA, F., "Le décret du Concile de Trente sur les sacrements en général," *Bulletin de littérature ecclésiastique* 6 (1914) 407-417; "Le décret du Concile de Trente sur la Pénitence et l'Extrême-Onction," *ibid.* 39 (1937) 3-29.

Chaîne, J., *L'épître de saint Jacques,* Paris 1927.

Chaîne, M., "Le rituel éthiopien. Liber lampadis," *Bessarione 29* (1913) 420-51; 30 (1914) 12-41.

Chardon, C., *Histoire des Sacrements, Du Sacrement d'Extrême-Onction,* in Migne, *Theologiae cursus completus* XX (Parisiis 1841) 747-782.

Chavasse, A., "L'onction des infirmes dans l'Eglise latine du iii° siècle à la réforme carolingienne. Les textes," *Revue des Sciences Religieuses* 20 (1940) 64-122; *Etude sur Ponction des infirmes dans l'Eglise latine du iiie au ixc siècle,* I: *Du iiie siècle à la réforme carolingienne,* Lyon 1942.

Clericatus, J., *De sacramentis et sacramentalibus decisiones,* Decis. 61-82 (De Extrema Unctione), Venetiis 1673.

Connell, F. J., "The Hospital Chaplain and the Administration of Extreme Unction," *The [American] Ecclesiastical Review* 109 (1948) 95-104.

Coppens, J., *L'imposition des mains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans l'Eglise ancienne,* Wetteren 1925.

D'Alès, A., "Extrême-Onction," *Dictionnaire de la Bible, Supplément* 3 (1938) 262-272.

Dai viLLiER, J , "Extrême-Onction dans les Eglises Orientales," *Dictionnaire de Droit Canonique* 5 (1951-1952) 725-789.

De Clercq, C., "Ordines unctionis infirmi des IX et X siècles," *Ephemerides liturgicae* 44 (1930) 100–122; *Ordre, mariage, extrême onction,* Paris 1939.

De Goeij, J. A., "Aan wie het H. Oliesel toedienen?," *R.K. Artzenblad* 26 (1947) 66-71; "Het opnieuw toedienen van het H. Oliesel," *ibid.* 82-84.

De Guibert, P., "Extrême-Onction," *Dictionnaire Apologétique de la foi catholique* 1 (1925) 1868-1872.

De Meester, P.. *Studi sui sacramenti amminislrati seconda il rito bizantino* (Roma [1947]) 189-240.

De Sainte-Beuve, J., *Tractatus de sacramento Unctionis Infirmorum Extremae,* in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 9-132.

Deshusses. "Extrême-Onction en droit occidental," *Dictionnaire de droit canonique* 5 (1951) 721-725.

Di Mento, F., "Intorno ail' Εὐχ/λαιον dei Greci," *Bessarione 2* (1899-1900) 533-541.

Drapier, G., *Tradition de l'Eglise touchant l'Extrême Onction,* Lyon 1699.

Feld, W . "Why be anointed?," *The [American] Ecclesiastical Review* 84 (1931) 484-491; "Is Purgatory Inevitable?," *ibid.* 88 (1933) 581-589.

Ferreres, J., *La muerte real y la muerte aparente con relation a los Santos Sacramentos. Estudio fisiolôgico-teolôgico,* Madrid 1904.

Filocalo, A., "Estrema Unzione in caso di morte apparente," *Palestra del Clcro,* a. 16 (1937), v. 2, p. 114-117. Vide: Pasté-Filocalo.

Fischer, B . "Die Reihenfolge der Sakramente beim Versehgang," *Trierer theologischc Zeitschrift* 60 (1951) 54-56.

Forrest, M. D., "Conditional Administration of Extreme Unction," *The [American] Ecclesiastical Review* 100 (1939; 455-461.

Friesenhahn, H., "Die Lehre des Duns Skotus über die Wirkung des Sakraments der Krankenôlung," *Franziskanische Studien* (1938) 93-97.

Gerster λ Zeil, Th. V., *Sacramentum Extremae Unctionis, Tractatus dogmaticus praesertim ad mentem S. Bonaventurae,* Taurini 1936.

Gits, A., "Purgatory and Extreme Unction," *The Irish Ecclesiastical Record* 68 (1946) 104-108.

Goar, Εὐχολόγιον *sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum: S. Piget 1647) 431-444 "In officium sancti olei, notae"; 862 sq. "In officium communis suppli-cationis, notae."

Godefroy, L., "Extrême Onction chez les Scolastiques," *Dictionnaire de théologie catholique* 5.2 (1913) 1985-1997; "Extrême Onction d'après le Concile de Trente et les théologiens postérieurs," *ibid.* 1997-2014; "Extrême Onction, Questions morales et pratiques," *ibid.* 2014-2022.

Gougnard, A., "De materia proxima Extremae Unctionis." *Collectanea Mechli-niensia* 3 (1929) 39-44; *Tractatus de Extrema Unctione,* Mechliniae 1938.

Greghi, E., "L'imposizione delle mani nella Estrema Unzione." *Palestra del Clero,* a. 14 (1935), v. 1, p. 391-393; "Iterazione di Estrema Unzione." *ibid.,* a. 15 (1936), v. 2, p. 40.

Grosan, W., "Wiederholung der letzten Oelung und des Sterbeablasssegens" *Theologisch-praktische Quartalschrijt* 79 (1926) 352-358.

Guillaume. L., "De institutione sacramentorum et speciatim Confirmationis juxta Alexandrum Halensem O.F.M.," *Antonianum 2* (1927) 437-468.

H.. "Extreme Unction and Beatific Vision," *The* [/bncricun] *Ecclesiastical Review* 56 (1917) 85 sq.

Hanley, P. J., *Treatise on the Sacrament of Extreme Unction,* New York 1907.

Heimbucher, *Die heilige Oelung,* Regensburg 1888.

Herbst, W., "Extreme Unction: A Pastoral Brief." *The [American] Ecclesi-astical Review* 127 (1952) 205-210.

Hofmeister, P., *Die heiligen Oele in der morgen-und abendlàndischen Kirche, Einc kirchenrechtlich-liturgische Abhandlung,* Wirzburg 1948.

Holtum, G. von, "Die Wirkungen dor letzten Oelung." *Theol. Prakt Monats-schrift* (1917) 247 sqq., 459 sqq.

Humilis a Genua, "Influxus Patrum et theologorum in doctrinam S. Bonaven-turae de institutione Extremae Unctionis a saeculo VI usque ad initium XIII," *Collectanea Franciscana* 8 (1938) 325-354.

Irving, F. F., *The ceremonial use of oil among the East — Syrians,* London 1903.

Jacquemier, G., "L'Extrême Onction chez les Grecs." *Echos d'Orient* 2 (oct. 1898 —oct. 1899) 193-203.

Janin, *Les églises orientales et les rites orientaux,* Paris 1926.

Janssens, A., *Het heilig Oliesel,* Bruxelles 1939.

Janssens de Bisthoven, B., "Ordo ministrandi sacramentum extremae unc-tionis," *Collationes Brugenses* 48 (1952) 119-121.

Jorio, D., *La Sacra Unzione degli Infermi,* Roma 1935.

Jugie, M., *Theologia dogmatica Christianorum Orientalium ab Ecclesia Catholica dissidentium* III (Parisiis, 1930) 474-490 (De Extrema Unctione apud Graeco-Russos); V (Parisiis, 1935) 322 sq. (apud Nestorianos), 732-740 (apud Mono-physitas, praesertim Armenos).

Kern, J., *Tractatus dogmaticus de sacramento Extremae Unctionis,* Ratisbonae 1907; "Num ecclesiae orientales ab unitate catholica separatae habeant sacramen-tum Extremae Unctionis," *Slavorum litterae theologicae,* Pragae 1907; "Ein missverstandenes Zeugnis des hl. Ioh. Chrysostomus für die letzte Oelung," *Zeit-schrift für Kath. Théologie* 29 (1905) 382-389; "Zur Kontroverse der kath. und griech. Theologen über das Subjekt der heil. Oelung," *ibid.* 30 (1906) 597-624.

Kilker, A. J., *Extreme Unction, A Canonical Treatise,* St. Louis 1927: "The

repetition of Extreme Unction," *The* [American] *Ecclesiastical Review* 86 (1932) 41-54, 626-632.

King, J. I., *The Administration oj the Sacraments to Dying Non-Catholics,* Washington 1924.

Kiselstein, G., "L'Extrême Onction sacrement des malades," *Revue ecclésiastique de Liège* 20 (1928-1929) 2O5-21S; "De unctionibus in ministratione Extremae Unctionis faciendis," *ibid. 21* (1935-1936) 44-49; "De iteratione Extremae Unctionis," *ibid.* 118-122; "De Extrema Unctione sub conditione ministranda," *ibid.* 181-185.

Koerperich, G., "De ministro Extremae Unctionis," *Collationes Namurcenses 29* (1935) 354-357; "De subjecto Extremae Unctionis," *ibid.* 30 (1936) 14-25.

Kryger, H. S., *The Doctrine oj the Ejjects oj Extreme Unction in Its Historical Development,* Washington 1949.

Launoy, J. De, *De sacramento Unctionis Infirmorum liber, Opera omnia* 1.1 (Coloniae Allobrogum 1731) 442-622.

Leclercq, H., "Extrême-Onction," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 5.1 (1922) 1029-1037.

Ledent, G.-M., *Le sacrement des malades* ("Etudes religieuses," n. 614-615), Liège 1947.

Lehr, F., *Die sakramentale Krankenblung im ausgehenden Altertum und im Frühmittelalter,* Karlsruhe 1934.

Lejay, P., "Le rôle théologique de Césaire d'Arles," *Revue d'histoire et de littérature religieuse* 10 (1905) 606-610; "Ancienne philologie chrétienne," *ibid.* 11 (1906) 372-374.

Lépicier, A. H. M., *Tractatus de sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis,* Romae 1928.

Lequien, *Oriens Christianus* II (Parisiis 1740) 173 sq.

Lesêtre, H., "Extrême-Onction," *Dictionnaire de la bible 2* (1899) 2140sq.

Lôffler, E., "Die Weihe der heiligen Oele historisch und liturgisch beleuchtet und erklârt," *Der Katholik* (Mainz 1885).

Lubeck, K., "Die heilige Oelung in der orthodoxen griechischen Kirche," *Théologie und Glaube* 8 (1916) 318-341; "De conceptu sacramentorum confirmationis, poenitentiae et extremae unctionis in theologia Orientis separati," *Acta conventus Velehradensis* 5 (Olomuci 1927).

Mabillon, J., *Observatio de Extrema Unctione,* in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 131-136.

Mac Donald. A., "Extreme Unction," *The [American] Ecclesiastical Review* 42 (1910) 18-26; "Repetition of Extreme Unction," *ibid.* 86 (1932) 626-632.

Madden, J., "Questions about Extreme Unction," *Australasian Catholic Record* 29 (1952) 51 sqq.; "Repetition of Extreme Unction," *ibid.* 144 sqq.

Mahoney, E. J., "Dispositions for Receiving Extreme Unction." *The Clergy Review* 35 (1951) 104-106.

Malvy, A., "Extrême-Onction et imposition des mains," *Recherches de science religieuse* 7 (1917) 519-523; "L'Onction des malades dans les Canons d'Hippolyte et les documents apparentés," *ibid.* 9 (1919) 222–229; "Extrême-Onction et imposition des mains," *ibid. 22* (1932) 320-324.

Malvy. A.-Viller. M., *La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila. Text latin inédit* ("Orientalia Christiana," η. 39, Roma 1927) 53, 69, 159 sq.

Mancini, A.. "Estrema Unzione in grave choc nervoso." *Palestra del Clero,* a. 13 (1934) v. 1. p 87-89; "Sacramento degli infermi o Estrema Unzione." *ibid.,* a. 15 (1936), vol. 1. p. 313-315.

Mannaert. V., "De requisitis ad validam et ad licitam susceptionem sacramenti extremae unctionis," *Collationes Gandavenses* 14 (1927) 160-170; "De iteratione extremae unctionis," *ibid.* 15 (1928) 7-13.

Martène, E.. *De antiquis Ecclesiae ritibus,* 1. 1. pars 2, c. 7. a. 1-3 (Rotomagi

1700) 103-116. In a. 4, *ibid.* 116-257, referuntur 30 Ordines seu ritus Extremae Unctionis in usu in variis ecclesiis.

Martigny, J. A., "Onction (extrême)," *Dictionnaire des antiquités chrétienne^,* Paris 1877.

Matzerath, P., *Busse und hl. Oelung in der byzantinischen Kirche,* Paderborn 1940.

McCarthy, J., "Extreme Unction and the Remission of Temporal Punishment,' *The Irish Ecclesiastical Record* 67 (1946) 255-259; Repetition of Extreme Unction," *ibid. 14* (1950) 363-365; "The Principal Effect of Extreme Unction. Repetition of the Sacrament," *ibid.* 75 (1951) 247-254.

McDonald, W., "Repetition of Extreme Unction," *The Irish Theological Quarterly 2* (1907) 54; "The Sacrament of Extreme Unction," *ibid.* 342-345.

Merlin, C., *Traité historique et dogmatique sur les paroles ou les jormes des sept sacrements de l'Eglise,* chap. 12, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXI (Parisiis 1841) 176-180.

Michaud, H.. "La mort apparente et l'administration des sacrements," *Revue Apologétique* 63 (1936) 280-297.

Michel, R., "Le rite ordinaire de l'extrême-onction," *Revue diocésaine de Tournai* 3 (1948) 48-50; "L'extrême-onction conférée in casu necessitatis," *ibid.* 222; "L'extrême-onction conférée sous la condition 'si vivis.'" *ibid* 410-414; "La réitération de l'extrême-onction," *ibid.* 517-519.

Netzer, H., "L'Extrême-Onction au VIII et IX siècles." *Revue du Clergé Français,* 58 (1911) 182-207.

O'Neill, P., "Effects of Extreme Unction." *The Irish Ecclesiastical Record* 39 (1932) 74 sq.

Paste, R., "La morte apparente e l'Estrema Unzione." *La Scuola Cattolica* 14 (1929) 182-191.

Paste, R.-Filocalo. A., "Ancora dell'Estrema Unzione in caso di morte apparente," *Palestra del Clero,* a. 16 (1937), v. 2, p. 206-209.

Pickar, Ch., .4 *Commentary on the New Testament, The Epistle of St. James,* Washington 1942; "Is Anyone Sick Among You?." *Catholic Biblical Quarterly* 7 (1945) 165-174.

Poschmann, B.. *Busse und letze Oelung* ("Handbuch der Dogmengeschichte." band 4, fasc. 3.), Freiburg i. Br. 1951.

Prümmer, D, "The Recipient of Extreme Unction according to the new Code." *The Homiletic and Pastoral Review* 26 (1926) 739-742; "Conditional Administration of Sacraments to Non-catholics." *ibid.* 30 (1929) 234-241.

Quera, M., "La forma del Sacramento de la Estremauncion." *Estudios Ecclesiasticos* 3 (1924) 264-281.

Quinn, A., *Some Aspects oj the Dogma of Extreme Unction,* Dublin 1920.

Rath, M., *Institutiones theologicae de Extrema Unctione et de Ordine,* Haaren 1912.

Richards, H. T. H.. "Extreme Unction and the Beatific Vision." *The* [.4mericon] *Ecclesiastical Review,* 55 (1916) 668-673.

Riebartsch, E., "Das alteste Traditionszeugnis fiir das Sakrament der hl. Oelung," *Liturgische Zeitschrift* 1 (1929) 201 sqq.

Rouët De Journel, M. 1.. "Le rite de l'Extrême Onction dans l'Eglise grécorusse," *Revue de l'Orient chrétien* 21 (1918-1919) 40-72.

Ruch, C., "Extrême Onction dans l'Ecriture," *Dictionnaire de théologie catholique 5.2* (1913) 1897-1927; "Extrême Onction du 1 au IX siècle." *ibid.* 1927-1985.

Sacchus, F., *Sacrorum elaeochrismaton Myrothecia tria,* Amstedolami 1701.

Sacerdos, "Why be anointed?," *The* [4mencan] *Ecclesiastical Review.* 85 (1931) 69 sq.

Schaefers, W., "Catholic Physicians and the Sacrament of Extreme Unction."

*The [American] Ecclesiastical Review* 91 (1934) 469-474; "Some Reflexions on the Sacrament of Extreme Unction." *ibid.* 94 (1936) 173-177.

Schelfhout, "De sacramento Extremae Unctionis in epistola S. Jacobi," *Collationes Gandavenses* (1935) 216-221.

Schmid, F., "Uebcr die Wiedcrholbarkeit der Krankenolung," *Zeitschrift für Kath. Théologie 25 (1901) 258-269.*

*Schmitz,* L, *De effectibus sacramenti Extremae Unctionis. Dissertatio historico-dogmatica,* Friburgi Brisgoviae 1893.

Schôn, A., "Spendung der letzlen Oelung an Kinder," *Theologisch-praktische Quartalschrift* 86 (1933) 579-583.

Serarius, N., *Disputatio de sacramento Extremae Unctionis,* in *Thesaurus theologicus,* ed. A. Zaccaria, vol. 3, Venetiis 1763.

Slater, P., "Repetition of Extreme Unction," *The Irish Theological Quarterly* 4 (1909) 427-440.

Spâôil, Th.. *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* ("Orientalia Christiana." n. 74), Roma 1931.

Statkus, F. J.. *The Minister of the Last Sacraments,* Washington 1951.

Straub, A., *De Ecclesia Christi* (Oeniponte 1912) II 283-326.

Suarez, In 3 p., q. 84 sqq., disp. 39-44, *Opera omnia* XXII (ed. C. Berton, Parisiis: Vives 1866) 807-878.

Tecklenburg, F., "The Primary Effect of Extreme Unction," *The [American] Ecclesiastical Review 55 (1916)* 291-299.

Thieman, P., "Morte aparente e extreme-unçâo," *Revista Eclesiastica Brasileira* 12 (1952) 635 sq.

Toner, P. J., "Extreme Unction," *The Catholic Encyclopedia* 5 (1919) 716–730; "Repetition of Extreme Unction," *The Irish Theological Quarterly* 2 (1907) 247-250; 4 (1909) 129-145.

Trombelli, J. Ch., *Tractatus de sacramentis per polemicas et liturgicas dissertationes dispositi. De Extrema Unctione,* 3 voll.. Bononiae 1776-1778.

Umberg, J. B., "Spendung der Krankenolung bei verunglückten, unbekannten Personen," *Theologisch-praktische Quartalschrift* 79 (1926) 784-791.

Van der Heeren, A., in *Revue d'histoire ecclésiastique* 8 (1907) 797-803 recenset, inter alia, opus P. Pourrat, *La théologie sacramentaire.*

Van Grinsven, M., "Vermeend of werkelijk stervensgevaar?" *Nederlandsch Katholieke Stemmen* 20 (1924) 152-155; "Toediening der sacramenten bijeen autoongeluk," *ibid.* 27 (1927) 119-122; "'Si dispositus es' of 'si capax es'?," *ibid.* 28 (1928) 277-280.

Van Loock, E., "De effectibus sacramenti extremae unctionis," *Collectanea Mechlinensia* 21 (1951) 603-607.

Verhamme, A., "Prolegomena de sacramento Extremae Unctionis," *Collationes Brugcnses* 45 (1949) 39-42; "Extrema Unctio est sacramentum," *ibid.* 43-47, 114-119; "De institutione sacramenti Extremae Unctionis," *ibid.* 119-122; "De materia remota sacramenti Extremae Unctionis," *ibid.* 199-205; "De materia proxima Extremae Unctionis," *ibid.* 280-286; "De forma Extremae Unctionis," *ibid.* 364-371; "De effectibus sacramenti Extremae Unctionis," *ibid.* 46 (1950) 15-23, 100-107; "De ministro Extremae Unctionis", *ibid.* 186-199; "De subjecto Extremae Unctionis," *ibid.* 267-275, 339-344; "De reviviscentia Extremae Unctionis." *ibid.* 457-460; "De iterabilitate Extremae Unctionis," *ibid.* 460-463; "De necessitate Extremae Unctionis." *ibid.* 47 (1951) 65-69; "De obligatione ministrandi Extremam Unctionem." *ibid.* 69-72.

Vermeersch, A., "De conditionata Extremae Unctionis administratione," *Periodica de re canonica* 14 (1925) (7) — (11); "Osservazioni sui nome di 'Estrema Unzione,'" *La Civiltà Cattolica* a. 87 (1936), vol. 1, p. 478-483.

Vicarius. "Primary' Effect of Extreme Unction," *The [American] Ecclesiastical Review 57* (1917) 189 sqq.

Victorel.lt, A., *De Extrema Unctione,* Patavii 1609.

ViLLiEN, A., "L'Extrême-Onction," *Revue du clergé français* 70 (1912) 640-667; *Les Sacrements* (Paris 1931) 246-284.

Vivoda, A., *Riceviamo per tempo l'Estrema Unzione,* Torino 1939.

Walter, E., *Die Herrlichkeit des christlichen Sterbens. Die h. Oelung als lelzte Vollendung der Taufhcrrlichkeit,* Freiburg i. Br. 1940.

Weebers, "Te laat," *R. K. Artsenblad,* 27 (1948) 222-224.

Weinhart, "Die letzte Oelung," *Wetzer und Weltes Kirchenlexicon* 9 (1895).

Weisweiler, H., "Das Sakrament der letzten Oelung in den systematischen Werken der ersten Frühscholastik," *Scholastik,* 7 (1932) 322-353, 526-560.

Wouters, C., "In den slaap bediend," *Nederlandsch Katholieke Stemmen* 24 (1924) 279-281.

## 3. Documenta Ecclesiae.

Praecipua documenta doctrinalia sunt epistola Innocentii I ad Decentium, Decretum pro Armenis Cone. Florentini et sess. 14 Cone. Tridentini; praecipua documenta practica, doctrinam ipsam involventia, sunt Rituale Romanum et Codex J.C.

*INNOCENTIUS I,* Ep. "Si instituta ecclesiastica ' ad Decentium episc. Eugubinum, 19 mar. 416. Est primum documentum S. Sedis de hoc sacramento. Proponitur institutio, nomen et indoles sacramentalis ("genus est sacramenti"), materia seu oleum ab episcopo benedictum, subjectum seu fidelis infirmus, minister seu sacerdos *(Denz.* 99).

*INNOCENTIUS III, Professio fidei Waldcnsibus praescripta,* ex Ep. "Eius exemplo" ad archiep. Terraconensem, IS dec. 1208. Proponitur Extrema Unctio inter septem sacramenta, assignatur subjectum seu infirmus et materia seu oleum consecratum *(Dettz.* 424).

*INNOCENTIUS IV,* Ep. "Sub catholicae" ad episc. Tusculanum, Apostolicae Sedis Legatum apud Graecos, 6 mar. 1254 Praescribitur infirmis Extremam Unctionem adhiberi; prohibetur unctionem imponere poenitentibus in sacramentalem satisfactionem *(Denz.* 451).

*CONC. LUGDUNENSE II,* a. 1274. *Professio fidei Michaelis Palaeologi.* Numeratur Extrema Unctio inter septem sacramenta ejusque subjectum seu infirmus designatur *{Denz.* 465).

*CLEMENS VI,* Ep. "Super quibusdam" ad Consolatorem catholicon Armenorum, 29 sept. 1351. Proponitur subjectum seu infirmus in periculo mortis constitutus, et initerabilitas sacramenti in eodem mortis periculo.[29]

*MARTINUS V,* Bulla "Inter cunctas" 22 febr. 1418. In *Interrogationibus Wicleffitis et Hussitis proponendis,* exhibetur fides in sacramentum Extremae Unctionis *{Denz.* 669).

*CONC. FLORENTINUM, Decretum pro Armenis,* ex Bulla "Exultate Deo" 22 nov. 1439. Distincte traduntur omnia hujus sacramenti elementa, seu materia (septem unctiones), forma, subjectum seu infirmus in periculo mortis, minister, effectus tum spiritualis tum conditionaliter corporalis *{Denz.* 695, 700).

*CONC. TRIDENTINUM, Sess. 7,* can. 1 de sacr. in gen., refert Extremam Unctionem inter septem sacramenta, quinto loco *{Denz.* 844). *Sess. 14* (25 nov. 1551), altera pars de sacramento Extremae Unctionis, constat prologo, tribus capitibus et quatuor canonibus. Prologus agit generaliter de indole et fine hujus

* Apud Raynaldum, *innates ecclesiastici* 11.

sacramenti; cap. 1 de institutione; cap. 2 de effectu; cap. 3 de ministro et subjecto; can. 1 de indole sacramentali et institutione; can. 2 de effectu; can. 3 de ritu; can. 4 de ministro *(Denz.* 907-910. 926-929).

*CATECHISMUS CONC. TRID.,* In 2 parte, c. 6, agitur de hoc sacramento per 16 quaestiones; q. 1 de generali indole et fine; q. 2 de nomine; q. 3 de sacramentali ratione; q. 4-5 de materia; q. 6-7 de forma; q. 8 de auctore; q. 9, 10, 12 de subjecto; q. 11 de initerabilitate; q. 13 de ministro; q. 14-16 de effectu.

*PAULUS V,* Decretum S. *Officii* 18 jan. 1611. Agitur de materia remota, seu de necessitate episcopalis benedictionis olei ad valorem sacramenti *(Denz.* 1628).

*BENEDICTUS XIV,* Constitutio "Etsi Pastoralis" 26 maii 1742 et Encyclica "Ex quo primum" 1 martii 1756. Declaratur necessitas infirmitatis ad valorem sacramenti; judicatur mos Graecorum ungendi sanos; renovatur prohibitio Innocent» IV imponendi unctionem in sacramentalem satisfactionem.30

*PIUS VI* (·}· 1799) denegavit presbyteris facultatem benedicendi oleum infirmorum.31

*PIUS VII,* Decretum 5. *C. de Propagande Fide* 20 febr. 1801. Conceditur ministratio hujus sacramenti infirmis nondum in proximo mortis periculo constitutis.32

*GREGORIUS XVI,* Decretum 5. *Officii* 14 sept. 1842. Denegatur presbyteris facultas benedicendi oleum infirmorum *(Denz.* 1629).

*PIUS IX,* Decretum 5. *Officii* 12 jan. 1850. Eadem facultas denegatur.

*LEO XIII,* Decretum 5. *Officii* 15 maii 1878. Declaratur necessitas episcopalis benedictionis olei ad valorem sacramenti.

*PIUS X,* Decretum 5. *Officii 25* april. 1906 declarat in casu necessitatis sufficere breviorem formam hujus sacramenti *(Denz. 1996).* Decretum 5. *Officii* 31 jan. 1907 (Non officiale nec publici juris factum) agit de supplendis unctionibus omissis in breviori ritu collationis sacramenti. Decretum 5. *Officii "Lamentabili"* 3 jul. 1907 damnat 48 propositionem Modernistarum dicentium in textu Jacobi non agi de aliquo Christi sacramento *(Denz.* 2048). Decretum S. *C. de Sacramentis "Quam singulari"* 8 aug. 1910 reprobat abusum non conferendi Extremam Unctionem pueris, usum rationis assecutis *(Denz.* 2144).

*BENEDICTUS XV,* Rescriptum 5. *Officii* ad episcopum Linciensem 17 maii 1916 (Non officiale nec publici juris factum) agit de quaestione an schismatici possint inungi in articulo mortis. Decretum 5. *Officii* 9 mart. 1917 agit iterum de supradicta supplentia omissarum unctionum (/1.4S IX 178). Litterae Apostolicae "Sodalitatem" 31 maii 1921 declarant ad ministrandum hoc sacramentum non esse expectandum extremum mortis articulum (/LIS XIII 342).

*PIUS XI,* Litterae Apostolicae "Explorata res est" 2 febr. 1923. Idem instantius declaratur (/IAS XV 105).

" *Benedicti XIV Bullarium* I (Prati 1S45) 107 sqq.; III. 2 (Prati 1847) 299 sqq. Item, *Acta et decreta sacrorum conciliorum recentiorum. Collectio Lacensis* II, Friburgi Brisgoviae 1876.

" *Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum* (Opera W. Miihlbauer, Monachii 1865) II 426.

*"Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide* (Roma: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1907) I 397, n. 651.

*PIUS XII,* Rescriptum *S. Officii* 15 nov. 1941 ad Visitatorem Apostolicum pro Ucranianis in Germania (Non officiale nec publici juris factum). Agitur de eadem supradicta quaestione an schismatici inungi possint in articulo mortis.

*RITUALE ROMANUM,* tit. 5, c. 1, n. 1-22. Agitur de institutione, fine, ministro, subjecto, materia, forma, ritu. Cf. c. 2, ubi ritus determinatur et exponitur.

*CODEX J. C.,* tit. 5 "De extrema unctione." Praeponitur generalior can. 937, sequuntur cap. 1 de ministro (can. 938 sq.), cap. 2 de subjecto (can 940-944). cap. 3 de ritu (can. 945-947); in can. 940, §2 agitur de initerabilitate sacramenti in eodem vitae discrimine et in can. 944 de non stricta ejus necessitate.

4. Errantes.

*SCHISMATICI ORIENTALES.*

Abstrahendo a pluribus differentiis liturgicis aut disciplinaribus, de quibus infra, nullum adest doctrinale et essentiale discrimen ipsius ecclesiae schismaticae a catholica quoad hoc sacramentum, saltem si attendantur ipsa authentica et communia symbola illius ecclesiae. Si vero consideratur doctrina ipsorum theologorum separatorum, duplex de facto deprehenditur, praecipue apud recentiores Graecos, discrimen et error.

Primum, ac speculative saltem principale, discrimen respicit proprium ac specificum effectum hujus sacramenti quem generarim dicunt esse *corporalem sanitatem,* non vero spiritualem, et multo minus eam spiritualem curationem qua, juxta doctrinam catholicam, homo peculiariter praeparatur ad bonam mortem et felicem aeternitatem. Aliud, ac de facto praecipuum, discrimen respicit ipsam praxim; nam, ex partiali saltem influxu prioris erroris, mos in Oriente invaluit, ac latissime apud Graecos ad hodiernum diem perseveravit, hoc sacramentum administrandi quibuslibet tam spiritualiter tantum quam quomodolibet corporaliter infirmis, adeoque sive poenitentibus, sive *leviter tantum infirmis,* sive *etiam sanis* ut ad communionem eucharisticam praeparentur.

Quem tamen Graecorum morem et errorem abiecerunt, saltem communiter, recentiores Russi, etsi et ipsi concinant Graecis in ea calumnia juxta quam Ecclesia Catholica administret hoc sacramentum solis infirmis in extremo articulo constitutis ac converterit sacramentum infirmorum, a Iacobo commendatum, in sacramentum moribundorum et sacram unctionem in Extremam Unctionem. Ceterum in hoc more et errore nec ipsi Graeci constantes fuerunt; nam ille error videtur originem habere a Simeone Thessalonicensi (t 1429) et mos ipse ungendi sanos, saltem ut determinata et diffusa praxis attentandi administrationem ipsius sacramenti, videtur esse recentioris originis nec probabiliter saec. 16 antiquior.

Praedictae differentiae liturgicae vel disciplinares, quae ceteroquin sunt fere communes ipsis catholicis orientalibus, ad sequentes reducuntur. *Materia* sacramenti apud Latinos est purum oleum olivae, apud Orientales vero saepe admiscetur vinum; item, apud Latinos consecratur ab episcopo atque semel tantum in anno, apud Orientales vero a presbytero et quidem toties quoties, immediate ante sacramenti ministrationem; item, qualitas et numerus partium inunctarum varia est apud Latinos et Orientales; item, dum apud Latinos variae unctiones nonnisi semel fiunt, apud Orientales toties iterantur quot sunt ministri, seu septies juxta pleniorem ritum. *Forma* apud Latinos est partialis pro unaquaque unctione, apud Orientales vero adhibetur forma generalis pro singulis unctionibus, saepius sive septies repetita. *Minister* apud Latinos est unicus, apud Orientales vero multiplex, nam regulariter exiguntur septem ministri, etsi sufficiant tres vel etiam duo, imo in casu necessitatis admittatur sufficientia unius ministri. *Ritus* latinus, jam a pluribus saeculis firmatus, requirit ut Extrema Unctio administretur post Viaticum, dum Euchologium Graecum potius contrarium ordinem supponit; item, totus ritus latinus brevissimus est si comparetur ritui graeco cujus expletio exigit duas vel tres horas.

*BIBLIOGRAPHIA.*

Inter catholicos scriptores, praeter classica opera *Allatii, Arcudii, Goar, Renandot* et *Schelstrate,* in quibus, simul cum liturgicis documentis, plura capita theologiae schismaticorum exponuntur, peculiariter ad eorum doctrinam de Extrema Unctione spectant supra relata (p. 18-22) opera *Dauvillier, De Meester, Di Mento, Hojmeister, Jacquemier, Janin, Jugic, Lequien, Lübeck, Malvy-Viller, Matzerath, Rouët de Journet, Spâcil.* Copiosius agunt Jacquemier. Jugie et Spâcil. Inter ipsos schismaticos ad rem faciunt praecipue sequentes:

Alentov, B., *Ritus sacramenti Sancti Olei, Conspectus historico-liturgicus* [russice], Serghiev Posad 1917.

AndrutsUS, Ch., Δογματιχί/ *ορθοδόξου ανατολική 'Εκκλησία* , Athenis 1907

Anonymvs, "Sacramentum Benedictionis Olei [i.e. Extremae Unctionis]," *Supplementum ad editionem operum SS. Patrum* [russice] XVII, Mosquae 1858.

/Xrchangelskij. M., *Inquisitio de historica evolutione ritus Benedictionis Olei* [i.e. Extremae Unctionis] [russice], Petropoli 1895.

Bjeljaev, "Benedictio Olei [i.e. Extrema UnctioJ," *Orthodoxo-theologica encyclopaedia* [russice] 5 (1904) 397-406.

DiNAKOPULOS, G., Ἐγχϊΐρίδιον *λειτουργική* , Athenis 1898.

Dmitrievskij, A.. *Liturgia in Ecclesia Russica saec.* 16 [russice], Pars 1, Kazan, 1884; *Descriptio liturgicorum nanuscriptorum, quae asservantur in bibliothecis Orientis separati* [russice], II: Ευχολόγια, Kijew 1901; *De defectibus contemporaneae ecclesiastico-religiosae educationis* [russice], Kijew 1901.

DyOVUNIOTIS, K. I., Τα *μυστήρια τή ανατολική ορθοδόξου εκκλησία εξ άπόψεω δογματική* , Athenis 1913.

Golvbcev, A , "De liturgico aspectu sacramenti Benedictionis Olei [i.e. Extremae Unctionis].' *Supplementum ad editionem operum SS. Patrum* [russice] XL1I (Mosquae 1888) 113-130.

Gorskij, Th. (pseud. O. E. M.), *Orthodoxae orientalis ecclesiae dogmata seu doctrina Christiana de credendis,* Mosquae 1831.

Job monachus (probabiliter Job Jasita, monachus Constant., circa finem saec. 13), *De septem sacramentis.* Hoc opus edidit Chrysanthus, patr. Hier. ad calcem sui tractatus *Ο,υντα'/μάτιον,* Tcrgovisti 1715.

Katanskij, A., "Adumbratio historica Benedictionis Olei [i.e. Extremae Unctionis]," *Lectio Christiana* [russice] II (Petropoli 18S0) 92-131.

Kefalas, N., Όρ^όδοίο *ttpà* κατήχησι , Athenis 1899.

Lebedinskij, S., *Compendium theologiae classicum* [russice] Mosquae 1S05.

Macarius Bulgakov, *Orthodoxo-dogmatica theologia* [russice], vol. 2, ed. 5, Petropoli 1895; Εγχειρίδιου τή δογματική Θεολογία , Versio N. Pagidas ex originali russico, Athenis 1882.

Malinovskij, N., *Summa orthodoxo-dogmaticac theologiae* [russice], vol. 4. Sergiev Posad 1909.

Maltzew, A.. *Die Sakramente der orthodox-katholischen Kirche des Morgenlandes,* Berlin 1898.

MESOLORAS, I. E., Συμβολική τή *ορθοδόξου* ανατολική Εκκλησία . 2 voll., Athenis 1883–1901; 'Ορθόδοξοί χριστιανική κατηχησι » Athenis 1SS9; 'Εγχειρίδιου Λειτουργική τή *ορθοδόξου* ανατολική Εκκλησία , Athenis 1895.

Moghila, P., *Confessio Orthodoxa,* pars 1, q. 90. 117, 118, 119: pars 2. q. 45. apud A. Malvy et M. Viller, *La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila. Texte latin inédit* ("Orientalia Christiana," n. 39, Roma 1927) 53, 69, 70, 90.

Pavlov, A., *Nomokanon in Magno Trebnik* [i.e. *Ritualt]* [russice], can. 163 (Mosquae 1897) 305-309.

Petrov, G., Τελετουργία ιερά, Versio E. Bulgari ex originali russico. Petropoli 1799.

Petrovskij. A.. "De historia ritus Benedictionis Olei [i.e. Extremae Unctionis]." *Lectio Christiana* [russice] LXXXIII (Petropoli 1903) II 44–59: "Benedictio Olei [i.e. Extrema Unctio] sub aspectu liturgico." *Orthodoxo-theologica encyclopaedia* [russice] 5 (1904) 408-415.

RALLIS, K. P.. Περί των μυστηρίων τή μετάνοια καί τού εύχελαίου, Athenis 100?.

Simeon Thessalonicensis. *Dialogus in Christo adversus omnes haereses (De sacramentis, — De sacro ritu Sancti Olei sive Euchelaei),* c. 40. 56 sq.. 283-293. *MG* 155. 179. 203-207, 515-536.

Stefanus episcopus (Mogilevskij ). *De sacramentis et ritibus orthodoxae ecclesiae* [russice], Charkov 1904.

Uspenskij, *A.* L, *Sacramentum Benedictionis Olei* [i.e. Extremae Unctionis] [russice], Mosquae 1908.

## *PROTESTANTES.*

Novatores unanimiter excludunt divinam institutionem hujus sacramenti adeoque ejus sacramentalitatem, quam nulla haeresis ante ipsos, si forte *Albigenses* excipiantur, reicere ausa est. Severius de hoc sacramento judicarunt ipsi fundatores Protestantismi, nominatim *Lutherus* et *Calvinus,* qui veriti non sunt indignis calumniis catholicum ritum cumulare. *Anglicani* vero hunc retinuerunt in generali et elastico catalogo sacramentorum, seu inter sic dicta sacramenta minora, quibus concedunt venerabilem quandam et antiquam ecclesiasticam institutionem cum fundamento in textu Iacobi: imo quidam recentiores inter eos conati sunt redintegrare expurgatum quemdam ritum visitationis infirmorum.

Retenta communiter illius textus authenticitate (quam quidam

olim cum Luthero reiciebant aut in dubium revocabant), non aliud in eo legunt quam meram commendationem alicujus piae observantiae visitandi et confortandi infirmos, vel particularem modum quo tempore apostolico applicaretur in Ecclesia ipsum charisma sanitatum illi aetati reservatum. Ortum autem ipsius ecclesiastici sacramenti explicant per illegitimam interpretationem et posteriorem evolutionem illius ritus a Iacobo commendati, quae coeperit circa saec. 9 et complementum habuerit saec. 12, quando Extrema Unctio, hoc ipso nomine primitus decorata, relata est in septenarium sacramentorum catalogum, eo ipso tempore confectum.

Novatoribus ultro concinunt *Liberales* et *Modernistae,* qui, juxta sua placita de dogmatum evolutione, captioso modo eandem negationem instaurarunt, introducentes quamdam mediatam hujus sacramenti institutionem per Christum, consistentem in evolutione religiosi impulsus a Christo collati vel in posteriori interpretatione alicujus intentionis Christi.

*BIBLIOGRAPHIA.*

Praeter exegetica Protestandum commentaria in textum Iacobi, de quibus infra (p. 62 sq. 65 sq.), ad rem praecipue faciunt sequentia opera:

XXXIX Articuli Fidei (Anglicanae), art. 25. Cf. E. C. S. Gibson, *The Thirty Nine Articles of the Church of England,* London 1902; G. F. Maclear and W. W. Williams, *An Introduction to the Articles of the Church of England* (London 1S96) 304-306.

Augusti, *Denkwurdigkeiten aus der christlichen Archaologie* (Leipzig 1817-1831) IX 473.

Bovon, J., *Théologie du Nouveau Testament* (ed. 2, Lausanne 1905) II 427 sq.

Calvinus, *Institutio christianae religionis,* l. 4, c, 19, η. 18-21, *Corpus Reformatorum* XXX: *Ioannis Calvini opera omnia* II (Brunsvigae 1864) 1079-1081.

Dallaeus. *De duobus latinorum ex unctione sacramentis, confirmatione et extrema ut vocant unctione disputatio,* Genevae 1659. Praecipuum inter opera antiquiorum Protestantium de hoc sacramento.

Kattenbush. F., "Die letzte Oelung," *Realenzyklopadie fiir protestantische Théologie und Kirche* 14 (1904) 304–311.

Loisy. A. (apostata modernista), *Autour d'un petit livre* (2 ed., Paris 1903) 222-228, 250 sq.

Lutherus, *De captivitate babylonica ecclesiae,* § De sacramento extremae unctionis, *D. Martini Lutheri opera latina* (curavit H. Schmidt) V (Francofurti ad M. 1868) 111-116.

Maclean, "Unction," *Encyclopedia of Religions and Ethics* (Hastings) 12 (1921) 509-526.

Picard, E.. "Onction," *Encyclopédie des sciences religieuses* (Lichtenberger) 10 (1888) 1-11.

Puller. F. W., *The Anointing of the Sick in Scripture and Tradition,* London 1904. Praecipuum inter opera modernorum Protestantium quod attinet ad hoc sacramentum. Vide recensionem hujus operis factam a P. LeJay, "Ancienne philologie chrétienne," *Revue d'histoire et de littérature religieuse* 11 (1906) 372-374.

Ropes, J II, *A Critical and Exegetical Commentary on the Epistle of St. James* ("The International Critical Commentary," New York 1916) 304-310.

Turmel, J. (apostata modernista), *Histoire des dogmes,* VI: *La Pénitence, l'Extrême Onction, l'Ordre* (Paris 1936) 463-488.

## III. DIVISIO TRACTATUS

S. *Thomas* de hoc sacramento directe agit in tribus locis, scilicet in *Supplemento* tertiae partis (q. 29–33, quae sunt ipsum Comm, in 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1 et 2), in C. *Gent. 4.* 73, et in *Opusculo de articulis fidei et Ecclesiae sacramentis,* tract. 2, qui fere ad verbum refertur in Decreto pro Armenis a Cone. Flor. Praeterea de hoc sacramento satis fuse agitur etiam in *Opusculo apocrypho de officio sacerdotis,* § De sacramento Unctionis.

In priori loco, seu Supplemento, qui est diffusior ac principalior, materia disponitur in quinque quaestiones sequenti ordine: q. 29 de ipso sacramento, q. 30 de effectu, q. 31 de ministro, q. 32 de subjecto ac partibus inungendis, q. 33 de proprietate relativae initerabilitatis: in originali tamen loco dist. 23 Commentarii eadem materia meliori ordine distribuitur in duas quaestiones, quarum unaquaeque subdividitur in quatuor articulos, scilicet de ipso sacramento (de ipsa Extrema Unctione, effectu, materia et forma) et de administratione seu usu ipsius (de ministro, subjecto, partibus ungendis, iteratione).

Juxta generalem hunc ordinem, paululum quidem reformatum ut exigit amplitudo quam recentius acquisierunt quaestiones de institutione, effectibus et proprietatibus, hunc tractatum, non secus ac superiores, per logicam successionem existentiae, essentiae et variarum causarum, in 8 Capita distribuimus, in duos tomos sequenti modo collecta:

| | | |
|---|---|---|
| *Existentia* | CAPUT I DE INSTITUTIONE | |
| *Essentia* | | |
| Causae intrinsecae | | *Tom. I De causis intrinsecis* |
| Causa materialis | CAPUT II. DE MATERIA | |
| Causa formalis | CAPUT III. DE FORMA | |
| Causae extrinsecac | | |
| Causa finalis | CAPUT IV. DE EFFECTIBUS<br>CAPUT V. DE PROPRIETATIBUS | *Tom. II De causis extrinsccis* |
| Causa dispositiva et efficiens | CAPUT VI. DE SUBIECTO<br>CAPUT VII. DE MINISTRO | |
| *Connexa cum sacramento* | CAPUT VIII DE CAEREMONIIS | |

# CAPUT I

# DE INSTITUTIONE SACRAMENTI

Agitur de existentia sacramenti Extremae Unctionis, et consequenter de ejus propria indole sacramentali; utrumque enim involvitur in quaestione de institutione sacramenti. Duobus sat prolixioribus articulis materia hujus Capitis comprehenditur, quorum prior agit de re dogmatica contra haereticos, seu *de ipso jacto divinae institutionis,* alter vero de re potius historico-theologica, seu *dc modo institutionis* vel *dc immediata Christi institutione* quam quidam olim theologi in dubium revocarunt. Ulteriorem autem quaestionem de ipsa *specifica institutione,* secundum essentialem nempe materiam et formam de facto requisitas ad valorem Sacramenti, remittimus ad finem Capitis sequentis (art. 9) cum ipsa nequeat convenienter resolvi nisi post quaestiones de materia et forma in eodem Capite disputandas. Quaestio vero *de tempore institutionis* distincta tractatione non indiget, tum quia non habet peculiare momentum, tum quia partialiter dependet ex dicendis in his duobus articulis; unde breviter ipsa resolvetur in quadam Nota ad calcem secundi articuli (p. 315 sq.).

## ART. 1. Utrum Extrema Unctio Sit Verum Sacramentum N. L., A Christo Domino Institutum *(Suppi.,* q. 29, a. 1; C. *Gent.* 4. 73: In 4 *Sent.,* dist. 2, q. 1, a. 2; 3 p., q. 65, a. 1; *C. Gent.* 4. 58; *Opusculum de articulis fidei et sacramentis Ecclesiae).*

### STATUS QUAESTIONIS

Momentum hujus articuli apparet ex peculiari impetu quo Extrema Unctio prae ceteris sacramentis impugnatur et abicitur a Protestantibus, tanquam omni Scripturistico et Traditional! fundamento destituta. Prolixitas vero tractationis et peculiaris cura quam in ejus expositione impendimus, justificantur tum ex gravitate ejusdem adversariorum impugnationis, tum ex quadam apparenti vel relativa debilitate argumenti prioris Traditionis, tum ex eo quod hic primo ac directe in unum colliguntur et explicantur praecipua documenta, qui-

bus innituntur et ex quibus determinantur varia capita totius doctrinae de Extrema Unctione, circa ejus nempe materiam, formam, effectum, ministrum, subjectum et caeremonias.

## PARS NEGATIVA

Ante Protestantismum soli *Albigenses,* certe saltem ac directe hujus sacramenti impugnationem protulerunt, etsi ceteroquin haec apprime concordet cum communibus principiis omnium pseudo-spiritualisticarum sectarum, cum mediaevali Catharismo connexarum. Eandem impugnationem decisive resumpserunt *Protestantes* inde a saec. 16, quorum tamen moderniores suas affirmationes et argumenta emollire conantur, nec repugnant restaurationi cujusdem pseudo-sacramentalis ritus visitationis infirmorum. *Protestantes liberales, Modernistae* et *Rationalistae* originem sacramenti explicant, ut de more, juxta eorum principia de evolutione rituum christianae religionis, puta ex istorum derivatione a ritibus judaicis vel paganis. Inter ceteros Christianos ab Ecclesia separatos, uti *Armenos et Schismaticos orientales,* non defuit unus vel alter privatus doctor qui videatur confudisse sacramentum Extremae Unctionis cum sacramento Poenitentiae.

*ALBIGENSES* (ab Albi in Gallia), praecipua inter sectas Catharorum saec. 12, reiecerunt sacramentum Extremae Unctionis, ut refert coaevus doctor *Alarms de Insidis* (t 1203), scribens: "Dicunt etiam extremam olei unctionem quae datur infirmis, nec esse sacramentum, nec aliquem habere effectum, quia hoc sacramentum unctionis infirmorum ab apostolis institutum non legitur" *(De fide catholica,* l. 1. c. 68. *ML* 210. 370). Alanum loqui de Albigensibus patet ex eo quod opus suum, quod est contra errores illius temporis, dividit, ut ipse ait in prologo, in "quatuor volumina . . . quorum primum contra haereticos; secundum, contra Waldenses; tertium, contra ludaeos; quartum, contra paganos [seu Mahometanos]", praedictos autem haereticos, distinctos a Waldensibus, sic describit: "Aiunt haeretici temporis nostri quod duo sunt principia rerum, et principium lucis, et principium tenebrarum" (ibid., 308); manifeste ergo agit de Catharis, manichaeistica doctrina infectis, qui eo tempore praecipue sub nomine Albigensium latissime grassabantur.

*WALDENSES, WICLEFFITAE* et *IIUSSITAE,* solent quoque citari inter negatores hujus sacramenti (ita a Guidone Carmelita, in sua *Summa de haereticis,* Bellarmino, Suarez, protestante Dallaeo). Attamen, quamvis ex istorum pseudospiritualisticis principiis logice ea negatio sequatur, explicite nonnisi contemptum ipsi exhibuerunt erga modum administrationis hujus sacramenti, ut quod oleo conse-

crato conficeretur vel a pluribus ministris conferretur. Nec amplius deduci potest sive ex ipsorum haereticorum scriptis (nominatim Wicleffi), sive ex affirmationibus historicorum de illis haeresibus (uti Ebrardi, *lib. contra Waldenses,* c. 11; Aeneae Sylvii, *Historia Bohemica,* c. 35; Thomae Waldensis, *De sacram.,* t. 2, c. 163), sive ex documentis Ecclesiae, i.e. *Professione fidei Waldensibus praescripta,* ubi dicitur "Unctionem infirmorum cum oleo consecrato veneramur" *(Denz.* 424), et *Interrogationibus Wicleffitis et Hussitis proponendis,* quarum 19a sic sonat: "Item, utrum credat, quod christianus contemnens susceptionem sacramentorum confirmationis, vel extremae unctionis, aut solemnizationis matrimonii, peccet mortaliter" *(Denz.* 669; cf. 665). Idipsum dictum est de sacramento Confirmationis in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 265.

De querelis Waldensium contra usum hujus sacramenti scribit *Reynerius* in suo *libro de Waldensibus:* "Sacramentum Unctionis reprobant [Waldenses] quia tantum divitibus datur, et propter plures sacerdotes ibi necessarios. . . Sacramentum Unctionis extremae dicunt esse ultimam superbiam. . . Occasio quia hoc Sacramentum nulli datur sine pretio. Et hoc facit pluralitas sacerdotum. . . Item praedicant quidam nulli Sacramentum hoc debere dari, nisi qui possit habere saltem duas vaccas. Unde pauperes graviter scandalizantur. Item dicunt quod duodecim lumina sunt necessaria in Unctione, cum tamen sufficiat unicum lumen ubi corpus Christi ministratur, quia est dignissimum Sacramentum; ita et hic."1

*PROTESTANTES* unanimiter reiciunt hoc sacramentum, sicut cetera praeter Baptismum et Coenam; imo etiam illi qui, ut Anglicani, quinque alia sacramenta considerant ut venerabilia et imitabilia quaedam sacramentalia, minorem aestimationem ostendunt erga Extremam Unctionem, cujus nullum substitutum retinent inter suos ritus. Vim testimonii Iacobi abiiciunt, etiam retenta ejus authenticitate (quae a Luthero et quibusdam aliis olim libentius negabatur), dicentes in eo agi de mera observantia adjuvandi infirmos visitatione, consolatione et oratione (effectu spirituali) vel ad summum de modo quo tempore Apostolorum applicabatur potestas corporalis curationis (effectus corporalis) quae erat peculiare charisma illius temporis (cf. infra, p. 64-68). Vim argumenti traditionis antiquae prorsus reiciunt; recentiorem vero traditionem inde a saec. 9 habent ut ipsam causam progressivae introductionis dogmatis novi sacramenti, quae completa est saec. 12 (cf. infra, p. 90 sq.).1

1 r\pud De Sainte-Beuve, *Tractatus de sacramento Unctionis Infirmorum Extremae,* disp. 1, a. 2, in Micne, *Theologiae cursus completus* XX1\ (Parisiis 1841) 11.

*LUTHERUS* in suo *Sermone de Novo Testamento* (a. 1520) admisit septem sacramenta; propterea nullius sacramenti negationis mentio fit in Bulla Leonis X *(Denz.* 741 sqq.), lata die 15 junii 1520 contra errores Lutheri. In suo opere vero *de Captivitate Babylonica,* exarato mense octobris ejusdem anni admisit tantum tria sacramenta, ea cetcroquin reducens ad tria signa unius sacramenti, scribens: "Principio neganda mihi sunt septem sacramenta et tantum tria pro tempore ponenda, baptismus, poenitentia, panis, et haec omnia esse per Romanam curiam nobis in miserabilem captivitatem ducta ecclesiamque sua tota libertate spoliatam. Quamquam, si usu scripturae loqui velim, non nisi unum sacramentum habeam, et tria signa sacramentalia, de quo latius suo tempore, nunc de sacramento panis, omnium primo.

Circa finem ejusdem operis, rejectis quatuor reliquis sacramentis, rediens ad priorem trinam divisionem, eam ulterius ad duo sacramenta vel signa sacramentalia restringit, abiciens Poenitentiam vel eam in Baptismum refundens: "Proprie ... ea sacramenta vocari visum est. quae annexis signis promissa sunt. Cetera, quia signis alligata non sunt, nuda promissa sunt. Quo fit, ut si rigide loqui volumus, tantum duo sunt in ecclesia Dei sacramenta, baptismus et panis, cum in his solis et institutum divinitus signum et promissionem remissionis peccatorum videamus. Nam poenitentiae sacramentum, quod ego his duobus accensui, signo visibili et divinitus instituto caret, et aliud non esse dixi, quam viam ac reditum ad baptismum. Sed nec Scholastici dicere possunt, suam definitionem posse convenire poenitentiae, qui et ipsi sacramento signum visibile asscribunt, quod formam ingerat sensibus eius rei, quam invisibiliter operatur. At poenitentia seu absolutio tale signum nullum habet, quare et ipsi cogentur propria definitione aut negare poenitentiam esse sacramentum, et sic numerum eorum imminuere, aut aliam sacramentorum afferre definitionem."[3]

In paragraphe autem "De Sacramento extremae unctionis" haec scribit:

"Huic ungendorum infirmorum ritui duas additiones sese dignas addiderunt theologi nostri. Unam quod sacramentum appellant, alteram, quod extremam faciunt, sitque nunc sacramentum extremae unctionis, quae nisi in extremo vitae agentibus periculo dari non debeat. Forte (ut sunt arguti dialectici) relativam fecerunt ad unctionem primam baptismi et sequentes duas, confirmationis et ordinis.

'*De Captivitate Babylonica ecclesiae, D. Martini Lutheri opera latina* \ (Curavit H Schmidt, Francofurti ad M. 1868) 21.

**Ibid.* 117.

Verum habent hic, quod in os mihi retundant, nempe, quod autoritate Iacobi apostoli hic promissio et signum sit, quibus ego sacramentum constitui hactenus dixi. Dicit enim: Si infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et, si in peccatis sit, remittentur ei. Ecce, inquiunt, promissio remissionis peccatorum et signum olei.

"*Ego autem dico, si uspiam deliratum est, hoc loco praecipue deliratum est.* Omitto enim, quod hanc epistolam non esse apostoli Iacobi, nec apostolico spiritu dignam, multi valde probabiliter asserant, licet consuetudine autoritatem cuiuscunque sit, obtinuerit. Tamen si etiam esset apostoli Iacobi, dicerem, non licere apostolum sua autoritate sacramenta instituere, id est, divinam promissionem cum adiuncto signo dare. Hoc enim ad Christum solum pertinebat. Sic Paulus sese accepisse a Domino dicit sacramentum eucharistiae, et missum, non ut baptiset, sed ut evangeliset. Nusquam autem legitur in evangelio unctionis istius extremae sacramentum. Sed missa faciamus et ista apostoli, sive quisquis fuerit epistolae autor, ipsa videamus verba, et simul videbimus, quam nihil ea observaverint ii, qui sacramenta auxerunt. [Affert varias rationes, de quibus infra, in p. 66 sq.]

"Hoc unctionis extremae nostrum sacramentum non damno, sed hoc esse, quod ab apostolo Iacobo praescribitur, constanter nego, cum nec forma, nec usus, nec virtus, nec finis eius cum nostro consentiat. *Numerabimus tamen ipsum inter ea sacramenta, quae nos constituimus, ut sunt salis et aquae consecratio et aspersio.* Neque enim negare possumus, creaturam quamlibet per verbum et orationem sanctificari, quod apostolus Paulus nos docet, ita non negamus per extremam unctionem dari remissionem et pacem: non quia sacramentum sit divinitus institutum, sed quia suscipiens ita credit sibi fieri. Fides enim suscipientis non errat, quantumlibet minister erret. Si enim ioco baptisans aut absolvens, hoc est, non absolvens (quantum ad ministrum pertinet) revera absolvit et baptisat, si credat baptisandus et absolvendus, quanto magis ungens extrema unctione pacificat, etiamsi revera non pacificet, si ministerium spectes, cum nullum sit ibi sacramentum. . .

"Verum sophistae nostri de hac fide nihil in sacramentis tractant, sed in virtutibus ipsis sacramentorum totis studiis nugantur, semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Profuit tamen hanc unctionem factam esse extremam, quia hoc beneficio minime omnium vexata ac subiecta est tyrannidi et quaestui, relicta scilicet hac una misericordia morituris, ut libere possint inungi, etiam non confessi nec communicati. Quae si permansisset quotidiana, praesertim si et infirmos sanasset, etiam si peccata non tulisset, quos putas

orbes terrarum non haberent hodie pontifices, qui unius poenitentiae sacramento et clavibus, ac ordinis sacramento, tanti evaserunt imperatores et principes? At nunc feliciter habet, quod, sicut orationem fidei contemnunt, ita nullum infirmum sanant, et e vetere ritu novum sibi finxerunt sacramentum."[1]

*MELANCHTHONIUS* similiter in opere *Loci theologici,* loquens de sacramentorum numero, tria proprie dicta sacramenta recenset, i.e. Baptismum, Coenam et Poenitentiam; dum autem addit Confirmationis ritum valde commendandum esse et Ordinem posse aliquo sensu decorari nomine sacramenti (improprie dicti), pro Extrema Unctione nullum ostendit praedilectionis signum, sed tantum ait eam esse ritum acceptum a Patribus, mandato Dei carentem. Idem repetit in *Apologia Confessionis Augustanae* (art. 13, cit. in tractatu *De sacr. in genere* 510).

"Si sacramenta vocamus ceremonias seu ritus in Evangelio institutos, et proprie pertinentes ad hanc praecipuam promissionem et Evangelii propriam, scilicet de remissione peccatorum, facile est diiudicare. quae sint Sacramenta: Baptismus, coena Domini et absolutio. Nam hi ritus, instituti sunt in Evangelio, et usurpantur ad significandam hanc promissionem Evangelii propriam. Baptizamur enim, ut credamus nobis peccata condonata esse. Sic et coena Domini et absolutio admonent nos, ut credamus certo nobis remitti peccata. *Confirmatio et extrema unctio sunt ritus accepti a Patribus, quos ne Ecclesia quidem tanquam necessarios ad salutem requirit, quia non habent mandatum Dei.* Ideo prodest hos ritus a superioribus discernere, ut sciamus eos non esse necessarios. Sed confirmatio magnopere probanda esset, si usurparetur ad hoc, ut examinaretur inventus et fidem propriam profiteretur. Maxime autem placet mihi. Ordinem, ut vocant, inter Sacramenta numerari, modo ut intelligatur et ipsum ministerium Evangelii, et vocatio ad hoc ministerium docendi Evangelium et administrandi Sacramenta. Prodest enim diligenter ornare ministerium verbi, et scire homines, quod Spiritus sanctus datur per ministerium et meditationem verbi, ne alias illuminationes extra verbum et sine verbo quaeramus; quemadmodum faciunt spiritus fanatici."[5]

*CALVINUS,* more suo, ludibriis cumulat hoc sacramentum, quod vocat "fictitium sacramentum — histrionicam hypocrisim — putidum oleum — abominabilem unctionem — caeremoniam usurpatam a carnificibus qui plus mactando ac trucidando valent quam sanando."

[1] *Ibid.* III 116. Ci. cetera Lutheri verba de textu Iacobi, quae citabimus infra, p. 66 sq.
[5] *Loci theologici,* § De sacramentorum numero, *Corpus Reformatorum,* XXI: *Philippi Melanthonis opera* (Brunsvigae 1854) 470.

"Tertium *fictilium sacramentum* est extrema unctio: quae non nisi a sacerdote perficitur, ideque in extremis (sic loquuntur) et oleo ab episcopo consecrato. . . Aiunt autem institutionem ab Iacobo positam esse. . . Eiusdem rationis est ista unctio, cuius esse manuum impositionem supra demonstravimus: nempe *histrionica hypocrisis,* qua citra rationem, et sine fructu, apostolos referre volunt.

"Refert Marcus (6, 13), apostolos in prima sua missione, iuxta mandatum quod a Domino acceperant, mortuos suscitasse, daemonia eiecisse, leprosos mundasse, infirmos sanasse, in curatione autem aegrorum oleum adhibuisse. Ungebant, inquit, oleo multos infirmos, et sanabantur. Huc respexit Iacobus, quum iussit accersi presbyteros ad ungendum infirmum. Talibus caeremoniis nullum altius subesse mysterium facile indicabunt qui observarint, quanta libertate et Dominus et eius apostoli versati sint in rebus istis externis. Dominus caeco redditurus visum ex pulvere et sputo lutum composuit, alios tactu sanavit, alios verbo. Ad hunc modum apostoli alios morbos solo verbo, alios tactu, alios unctione curarunt. At verisimile est unctionem istam non temere (ut nec omnia alia) fuisse usurpatam. Fateor; *non tamer ut esset curationis organum, sed symbolum duntaxat,* quo imperitorum ruditas admoneretur unde tanta virtus prodiret: ne scilicet eius laudem apostolis tribuerent. Oleo autem significari spiritum sanctum eiusque dona, vulgare ac tritum est. Caeterum evanuit gratia illa curationum, quemadmodum et reliqua miracula quae ad tempus edi voluit Dominus, quo novam evangelii praedicationem in aeternum admirabilem redderet. *Ut igitur maxime demus, unctionem sacramentum fuisse earum virtutum* quae tum per manus apostolorum administrabantur, nihil nunc ad nos pertinet, quibus virtutum administratio commissa non est. . .

"Itaque, ut non abs re apostoli gratiam curationum sibi demandatam, olei symbolo, *palam testati sunt* non suam, sed spiritus sancti esse virtutem, ita rursum spiritui sancto sunt iniurii, qui *putidum et nullius energiae oleum* faciunt eius virtutem. Perinde id est, ac si quis diceret, omne oleum virtutem esse spiritus sancti, quod eo nomine in scriptura nuncupetur; omnem columbam esse spiritum sanctum, quod ea specie apparuerit. Verum de iis viderint. Quod nobis in praesentia abunde est. *certo certius perspicimus, eorum unctionem sacramentum non esse: quae nec caeremonia est a Deo instituta, nec ullam promissionem habet.* Siquidem, quum duo ista in sacramento exigimus, ut caeremonia sit a Deo instituta, ut Dei promissionem habeat, simul postulamus ut caeremonia illa nobis tradita sit, et promissio ad nos spectet. Non enim circumcisionem iam sacramentum christianae ecclesiae quisquam esse contendit, tametsi et Dei institutum erat et

promissionem annexam habebat: quia nec nobis mandata fuit, nec promissio, quae illi adiuncta fuerat, nobis eadem conditione data. Promissionem quam in unctione ferociter iactant, nobis non esse datam evidenter demonstravimus, et ipsi experientia declarant. Caeremonia usurpari non debuit, nisi ab iis qui curationum gratia praediti fuerant; non ab *istis carnificibus, qui plus mactando ac trucidando valent, quam sanando."*[a]

*Calvinistae* in *suo congressu Thoruniensi* a. 1645 hanc declarationem emiserunt: "I. Fatemur, Apostolos unxisse aegros oleo, quo et corporalem sanitatem consecuti sunt; fatemur etiam, Jacobi epistolam iubere Presbyteros ecclesiae ad aegrotos vocari, ut eos oleo ungant et pro iis orent ad sanitatem consequendam; officium etiam hodie ministrorum ecclesiae exigere, ut aegrotos visitent eosque tam praedicatione evangelii quam dispensatione sacrae coenae consolentur ac una cum ecclesia pro eorum salute orent. II. Negamus autem 1. cum desierit donum miraculose sanandi, ritum hunc unctionis amplius in ecclesia esse utilem; 2. esse sacramentum N.T. a Christo institutum, vere ac proprie dictum, et pro tali sub anathemate habendum/"[7]

*ANGLICANI* similiter Extremam Unctionem, una cum aliis quatuor sacramentis, praeter Baptismum et Coenam, excludunt a propria ratione sacramenti a Christo instituti. Hos quinque ritus nequaquam despiciunt, imo habent ut "sacramenta minora" vel "sacramentalia." venerabilis et imitabilis antiquitatis. Extremam tamen Unctionem in minori aestimatione habent, nam solius Extremae Unctionis nullum in eorum rituali seu "Prayer Book" invenitur proprie dictum substitutum, importans nempe ipsum ritum unctionis infirmorum, etsi retineatur quoddam "officium visitationis infirmorum." constans psalmis, orationibus et commendationibus; ritus ipse Unctionis, qui inveniebatur in priori forma "Prayer Book" a. 1549, suppressus fuit in subsequent! forma a. 1552, a qua posteriores omnes editiones dependent.

*XXXIX articuli fidci angUcanac* (art. 25) habent: "Duo a Christo Domino nostro in Evangelio instituta sunt Sacramenta, scilicet Baptismus et Coena Domini. Quinque illa vulgo nominata Sacramenta, scilicet, Confirmatio, Poenitentia, Ordo, Matrimonium, et Extrema unctio, pro sacramentis evangelicis habenda non sunt, ut quae partim a prava Apostolorum imitatione profluxerunt, partim vitae status sunt in scripturis quidem probati, sed sacramentorum eandem cum bap-

[a] *Institutio Christianae religionis,* I. 4, c. 19, n. 18 et 20 (De ultima, ut vocant, unctione), *Corpus Reformatorum,* XXX: *loannis Calvini opera omnia,* II (Brunsvigae 1864) 1079 sq. Confer cetera Calvini verba de textu lacobi, quae citabimus infra, in p. 67 sq.

[7] \UCUSTI. *Corpus librorum symbolicorum qui in ecclesia reformatorum auctoritatem publicam obtinuerunt,* p. 435 sq.

tismo et coena Domini rationem non habentes: quomodo nec Poenitentia, ut quae signum aliquod visibile seu caeremoniam a Deo institutam non habeat."

*G. F. Maclear and* IΓ. IF. *Williams,* exponentes hunc art. 25, observant: "The Article does not deny that these other five, that is to say, Confirmation, Penance, Orders, Matrimony, and Extreme Unction, are holy ordinances, which, in the wider sense of the word, may be called 'Sacraments' or 'Mysteries.' What it does deny is that they are to be counted for 'Sacraments of the Gospel' of like nature with Baptism and the Holy Eucharist. This it does on the ground that 'they have not any visible sign or ceremony ordained of God . . . Thus it is clear that however properly these five Rites may be regarded as 'Sacramental,' they cannot by any possibility be placed on the same footing with the two 'Sacraments of the Gospel,' or regarded as of a nature identical with theirs."[8]

"Extreme Unction of the sick, when all hope of recovery is gone, and death is imminent, grew up out of 'the corrupt following' or imitation of the Apostles, who anointed the sick with oil, with a view to their recover}' as well physical as spiritual, but they are nowhere recorded to have resorted to this Unction only when the sick lay *in extremis*. . .

"The Article does not intend to depreciate Holy Unction of the Sick, but, first, to assign to it its proper position as compared with the *'potissima sacramenta,'* and, next, to indicate that its contemporary use was not in strict accordance with its original institution. With regard to such Unction it may be observed: (i) that, although suggested by common Eastern usage, it was actually distinct from the gift of healing, which was not confined to the Elders, and had its own special accompanying sign, the laying on of hands (Mark xvi. 18); (ii) that its special accompaniment was prayer, and its result (provided there were faith and repentance) consolation and forgiveness, *sometimes* physical recover,' or relief. Dollinger, *First Age oj the Church,* ii. 42, sqq. E. T. Ed. 1877."[9]

Non deest tamen apud recentiores Anglicanos quaedam tendentia ad restaurandum ritum unctionis juxta antiquius "otïicium visitationis Infirmorum ;[10] ita in ultima revisione "Prayer Book" Americani, exarata a. 1928, additae sunt breves quaedam formulae pro unctione vel manuum impositione.

Ad rem *E. L Parsons and B. II. Jones:* "In the West, a pernicious change beginning about the ninth century transformed the rite from a sacrament of healing to a preparation for death, under the name of *Extreme* Unction — i.e., the Anointing of those *in extremis, λ* new ritual was devised of anointing seven parts of the body, with formulae professing to remit specific sins committed through the several senses. This converted the ceremony from a 'confirming' consecration to a solemn Absolution in imminent expectation of death. In the light of such depressing doctrines it is a little surprising that Unction survived at all in [the Prayer Book of] 1549. and not at all remarkable that it was eliminated in 1552. *It is only very recently that a better understanding of the primitive doctrine and use oj the rite have made it possible to restore it in the latest revisions of the Prayer Book. . .* [11]

"Most of the changes made in the service since 1552 have been directed toward making it more available for the consolation of the sick. . . The first American book . . eliminated all mention of a private confession. Our revision of 1928 struck out the old gloomy Exhortation, referring to its subject in a rubric. Private confession is again mentioned, and the short Absolution as in Evening Prayer

[8] An *Introduction to the Articls oj the Church oj England* (London 1896) 304-306.
[9] *Ibid.* 305 sq., in textu et in nota.
[10] Cf F. W. Puller, *The Anointing of the Sick in Scripture and Tradition,* London 1904.

appended after the service. The framework of the old office remains; but an attempt has been made to import an element of comfort and edification by incorporating five psalms, each preceded by an Antiphon and followed by a Collect. The appendix to the service has been enlarged by a Litany for the Dying prayers for the Commendation of the Soul, and *very brief forms for Anointing or Imposition of Hands*. . .

"All these revisions antedate the adoption of the report on the Ministry of Healing at the *Lambeth Conference of 1930,* which established the fact that the whole trend of modern psychology is to recognize the fundamental place of spiritual wholeness in bodily healing, and to approve what we have seen to be the faith and practice of the primitive Church. *The way is therefore open for future revisions to reconstruct the naw obsolete Office of Visitation along primitive lines, and to restore it as a living and usable rite.*"[1]

Doctrinam et objectiones Novatorum circa sacramentum Extremae Unctionis collegit praecipue *Dallaeus* in peculiari opere de Confirmatione et Extrema Unctione (supra relato, p. 28). Inter moderniores scriptores pauci sunt (praecipue *Kattenbusch, Steitz, Puller, Augusti, Gibson, Von Soden, Rosenmuller, De Wette, Hollmann, Windisch, Picard, Ropes;* cf. in p. 65 sq., 90 sq.) qui de hoc sacramento peculiariter occupantur, in Encyclopaediis vel in explanatione librorum symbolicorum vel in exegesi epistolae lacobi; plura ex communibus manualibus et operibus theologicis (ut Hodge. Strong, Finney, Miller, Brown, Mueller, Berkhof, Chafer) fere nihil habent, nisi generalem negationem quinque sacramentorum praeter Baptismum et Coenam.

*MODERNISTAE* eandem Novatorum negationem, cui plene subscribunt, ingenioso quodam ac captioso modo explicare conati sunt, juxta sua placita de dogmatum evolutione, introducentes quandam, ut ait Encyclica "Pascendi," *"mediatam Christi institutionem"*, consistentem in connaturali evolutione religiosi impulsus, a Christo sui$ fidelibus collati, seu in posteriori ecclesiastica interpretatione alicujus ideae et intentionis Christi.

Hoc sensu, inquiunt, omnia sacramenta, habent revera suum "germen in evangelic," proveniunt ex "intentione Christi," habent "initium a Christo," fuerunt "mediate a Christo instituta." In particulari, ipsa *Extrema Unctio,* ait Loisy, "peut s'autoriser même de l'Evangile" ac considerari potest "comme une détermination particulière du pouvoir de remettre les péchés", i.e. ut quaedam evolutio sacramenti Poenitentiae in novum ritum Extremae Unctionis, Poenitentiae nempe ut administratae huic particulari categoriae fidelium qui in infirmitate sunt constituti.

*Decretum "Lamentabili," prop. 39:* 'Opiniones de origine sacramentorum, quibus Patres Tridentini imbuti erant quaeque in eorum

[1] *The American Prayer Book* (New York: Ch. Scribner's Sons, 1946) 256 259.

canones dogmaticos procul dubio influxum habuerunt, longe distant ab iis, quae nunc penes historicos rei Christianae indagatores merito obtinent" *{Denz.* 2039).

*Prop. 40:* "Sacramenta ortum habuerunt ex eo, quod Apostoli eorumque successores *ideam aliquam et intentionem Christi,* suadentibus et moventibus circumstantiis et eventibus, interpretati sunt" *{Denz.* 2040).

*Prop. 54:* "Dogmata, sacramenta, hierarchia, tum quod ad notionem tum quod ad realitatem attinet, non sunt nisi intelligentiae Christianae interpretationes evolutionesque, quae *exiguum germen in Evangelio latens* externis incrementis auxerunt perfeceruntque" *{Denz.* 2054).

*Prop. 48 de Extrema Unctione:* "lacobus in sua epistola [lac. 5. 14 sq] non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi, sed commendare pium aliquem morem, et si in hoc more forte cernit medium aliquod gratiae, id non accipit eo rigore, quo acceperunt theologi, qui notionem et numerum sacramentorum statuerunt" *{Denz.* 2048).

*Encyclica "Pascendi":* "Huic . . . immanentiae pronuntiato aliud [a Modernistis] adicitur, quod a permanentia divina vocare possumus: quae duo inter se eo fere modo, differunt, quo experientia privata ab experientia per traditionem transmissa. Exemplum rem collustrabit: sitque ab Ecclesia et sacramentis deductum. Ecclesia, inquiunt, et sacramenta a Christo ipso instituta minime credenda sunt. Cavet id agnosticismus, qui in Christo nil praeter hominem novit, cuius conscientia religiosa, ut ceterorum hominum, sensim efformata est; cavet lex immanentiae, quae externas, ut aiunt, applicationes respuit; cavet item lex evolutionis, quae, ut germina evolvantur, tempus postulat et quandam adiunctorum sibi succedentium seriem; cavet demum historia, quae talem reapse rei cursum fuisse ostendit. Attamen Ecclesiam et *sacramenta mediate a Christo fuisse instituta* retinendum est. Qui vero? Conscientias Christianas omnes in Christi conscientia virtute quodammodo inclusas affirmant ut in semine planta. Quoniam autem germina vitam seminis vivunt, Christiani omnes vitam Christi vivere dicendi sunt. Sed Christi vita secundum fidem divina est: ergo et Christianorum vita. Si igitur haec vita decursu aetatum Ecclesiae et sacramentis initium dedit, iure omnino dicetur *initium huiusmodi esse a Christo* ac divinum esse. Sic omnino conficiunt divinas esse etiam Scripturas sacras, divina dogmata" *{Denz.* 2088).

*LOISY* Modemistarum placita, tum quoad sacramenta in genere tum quoad Extremam Unctionem, sic exponit in noto suo opere *Autour d'un petit livre* (Taris 190') 222–22S. 250 sq , "Lettre à un Supérieur de Séminaire sur l'institu-

tion des sacrements," ex quo desumptae sunt plures ex propositionibus et assertionibus in praefatis Ecclesiae documentis damnatis, signanter prop. 4S de Extrema Unctione:

"Le développement du culte catholique est un des points sur lesquels les théologiens protestants insistent le plus volontiers quand ils veulent prouver que le catholicisme est une religion fondée à côté de l'Evangile Les orthodoxes ne connaissent que deux sacrements établis par le Christ, le baptême et l'eucharistie. M. Harnack n'en admet aucun, et il pense que Jésus n'avait pas institué d'autre culte que le culte en esprit, la religion du Père céleste, sans aucune forme d'organisation sociale ou rituelle. Vous m'accorderez sans peine. Monsieur le Supérieur, que j'aurais perdu mon temps à citer au critique allemand les définitions de l'Eglise sur les sept sacrements en général et sur chacun d'eux en particulier. M. Harnack est trop bon protestant pour recevoir les canons de Trente. Mais vous savez déjà que mon abstention a un autre motif, et que je n'aurais pas songé à utiliser pour moi-même les décrets conciliaires comme un témoignage d'histoire.

"Ainsi que je vous le disais dans notre conversation, le concile ne définit pas l'histoire, mais la façon dont il convient que la foi l'interprète. Si l'on y regarde de près, il est aisé de voir les opinions que se faisaient, touchant l'origine des sacrements, ceux qui ont formulé ses décrets. Ces opinions sont en rapport avec la connaissance qu'on avait, en ce temps-là, des origines chrétiennes, c'est-à-dire quelles sont fort éloignées de celles que professent les historiens contemporains, même catholiques. Je vous citerais des noms, s'ils ne se présentaient d eux-même à votre esprit. Que les opinions des Pères de Trente aient déteint sur leurs canons dogmatiques, rien de plus naturel; mais ce n'est pas une raison pour que ces opinions s'imposent maintenant à nous, et les historiens dont je parle ne semblent pas avoir eu de scrupule à s'en écarter.

"Le concile décrète que les sacrements chrétiens sont au nombre de sept, ni plus ni moins, institués par Notre-Seigneur Jésus-Christ, nécessaires au salut, instruments de la grâce divine et la donnant par le fait de leur collation. Allez-vous inférer de là que le Sauveur, au cours de son existence terrestre, a. par sept fois différentes, attiré l'attention de ses disciples sur sept objects ou sept rites qui devaient être, dans l'avenir, les sept sacrements de l'Eglise, et qu'il leur a expliqué la doctrine de la grâce, du signe sanctifiant par lui-même, 'ex opere operato', comme nous disons dans notre latin scolastique? Cette conception peut être une vue de foi. vraie, à sa manière, pour la foi; mais si vous la prenez comme lettre d'histoire, ce sera une opinion absurde et insoutenable. Vous n'ignorez pas que les théologiens ont déjà parlé, pour certains sacrements, *d'institution médiate*. Ce n'est pas ce que dit le concile; mais je ne vois pas d'inconvénient à ce que l'interprétation théologique se mette d'accord avec l'histoire. Les Pères de Trente songeaient à une institution formelle des sacrements chrétiens, comme ils admettaient une institution formelle de l'Eglise chrétienne, en tant que société religieuse distincte de la Synagogue. A cette société distincte il fallait un culte distinct.

"Cependant, il est de toute évidence que les fidèles du Christ ne se sont détachés que peu à peu du judaïsme, et que leur culte particulier s'est organisé de même. Jésus ne l'a pas livré tout fait aux apôtres. S'il en était autrement. l'Eglise aurait-elle pu. pendant des siècles, n'être pas fixée sur le nombre de ses sacrements? Et la définition de Trente ne supposc-t-elle pas derrière elle, non seulement tout le développement du culte chrétien, mais tout le développement théologique sur la doctrine de la grâce et sur la notion du sacrement? Si vous mettez tout cela dans l'Evangile, vous supprimez l'histoire, et l'histoire ne se laisse pas supprimer; vous violentez les textes, et les textes rendent témoignage contre ceux qui les torturent. Vous allez plus loin que n'allaient les Pères de Trente, qui, n'ayant pas une idée précise de la question historique, ne songeaient pas à la trancher absolument. Le Catéchisme dit du concile de Trente'2 déclare que Dieu a institué les

''Pars ii. 21,

sacrements par le Christ. Une telle façon de parler exprime bien la pensée de la tradition; mais elle montre aussi fort clairement que cette pensée n'est point une donnée d'histoire.

"Le concile décrète que trois sacrements, le baptême, la confirmation et l'ordre, impriment dans l'âme un caractère ineffaçable; que tous les chrétiens n'ont pas pouvoir d'administrer tous les sacrements, que les ministres des sacrements doivent avoir l'intention de faire ce que fait l'Eglise. Ces déclarations n'ont leur signification que dans l'Eglise catholiquement organisée, non dans la société évangélique avant la passion du Sauveur. On conçoit que l'initiation chrétienne ne se renouvelle pas, et qu'il en soit de même pour l'investiture sacerdotale. Mais pour qu'il y ait initiation aux mystères, il faut que les mystères existent, et pour qu'il y ait sacerdoce, il faut qu'il y ait culte. L'intention de faire ce que fait l'Eglise suppose que l'Eglise est constituée et qu'elle se regarde comme interprète des volontés de son fondateur.

"Je n'insiste pas sur ce que le concile, sans parler des intentions du Christ, dit que le ministre du sacrement doit se conformer à l'intention de l'Eglise. Les Pères de Trente ne faisaient certainement aucune différence entre les intentions de l'Eglise et celles de Jésus. Les intentions de l'Eglise, en effet, sont, pour le croyant, les intentions du Christ immortel. *Mais il îte faut pas contraindre l'historien à retrouver ces intentions dans l'Evangile,* comme si le Christ les avait expressément manifestées au cours de sa vie terrestre. On perçoit encore sans difficulté, dans le Nouveau Testament, que l'Eglise n'a été fondée et que *les sacrements n'ont été institués, à proprement parler, que par le Sauveur glorifié.* Il s'ensuit que l'institution de l'Eglise et des sacrements par le Christ est, comme la glorification de Jésus, un objet de foi, non de démonstration historique. *L'historien peut constater seulement que l'Eglise est la continuation vitale et logique de l'Evangile.* Il peut vérifier aussi que le Christ a toujours vécu et qu'il vit encore dans l'Eglise, mais il n'accomplit cette vérification que par l'expérience de la foi, non par l'examen critique des textes et des faits. C'est, Monsieur le Supérieur, la distinction que j'avais voulu vous faire accepter; elle me paraît expliquer suffisamment le langage que j'ai tenu, parlant en historien, dans *L'Evangile et l'Eglise.* Je vais maintenant en faire l'application à chaque sacrement. . . . [Post explicationem quatuor priorum sacramentorum, sic prosequitur]

"Le concile décrète que l'extrême-onction est un vrai sacrement, institué par Notre-Seigneur, insinué dans Marc, promulgué par l'apôtre Jacques, 'frère du Seigneur', et que les anciens qui, d'après Jacques, doivent faire cette onction, ne sont pas les plus âgés des fidèles, mais les prêtres ordonnés par l'évêque. Je n'ai pas besoin de vous dire, Monsieur le Supérieur, que l'état historique de la question est beaucoup moins simple et moins clair. Les Pères de Trente eux-mêmes ont hésité à dire que les onctions pratiquées par les apôtres, durant la mission que Jésus leur avait confiée pendant qu'il prêchait encore lui-même en Galilée, fussent déjà le sacrement le l'extrême-onction: c'était quelque chose d'analogue et qui le faisait pressentir. Que Jacques, 'frère du Seigneur', ait été apôtre et qu'il soit l'auteur de l'Epître qu'on lui attribue, ce sont des points dont on est moins assuré aujourd'hui qu'au XVIe siècle. En tout cas. l'auteur ne manifeste pas l'intention de promulguer un sacrement du Christ, mais de recommander une pieuse coutume; s'il voit dans cet usage un moyen de grâce, il ne l'entend pas avec la même rigueur que les théologiens qui ont fixé la notion et le catalogue des sacrements. *Le rite appartient à la tradition chrétienne et peut s'autoriser même de l'Evangile. Son application sacramentelle peut être considérée comme une détermination particulière du pouvoir de remettre les péchés."*

*J. TURMEL* recentius similiter originem hujus sacramenti explicabat in sua Historia Dogmatum, scribens: "A partir du IXe siècle. Fonction des infirmes qui n'était auparavant qu'une recette de médecine surnaturelle, acquiert une autre

mission. Elle ne perd pas sa destination primitive. Elle continue de procurer la guérison des maladies. Mais à sa vertu thérapeutique, elle en ajoute une autre d'ordre spirituel: elle remet les péchés. Cette nouvelle acquisition marque un progrès, une évolution. C'est cela qu'il faut essayer d'expliquer. Pour que la transformation eût lieu, une condition préalable était absolument nécessaire. *Il fallait que le monopole des onctions passât au clergé.* . . Or c'est Boniface . . . qui a donné aux prêtres le monopole des onctions d'huile bénie pour les infirmes. . . C'est . . . Boniface qui a été le grand ouvrier de la transformation dont nous cherchons l'origine (il faut excepter Rome qui certainement garda sa coutume et laissa les fidèles se faire eux-mêmes les onctions jusqu'au jour où la liturgie franque pénétra chez elle, ce qui n'arriva qu'au Xe siècle). . . . Cette réforme préparait la voie à la métamorphose des onctions mais n'allait pas plus loin. Un complément a donc dû être apporté à l'action de Boniface. Ce complément est la confession.

*"C'est la confession qui a transformé l'objectif de l'onction des infirmes.* . . Théoriquement l'onction des infirmes était un don divin destiné à rendre la santé aux malades. Pratiquement ce don merveilleux se heurtait à des principes qui le rendaient inopérant et le ciel était mis en échec par les règlements de la théologie! Comment accepter un état de choses aussi désastreux? Mais aussi comment y échapper sinon en infusant à la tradition un esprit nouveau? Les attributions traditionnelles de l'onction des infirmes étaient limitées à la guérison des malades. De toute nécessité il fallait les élargir. Justement, en relisant le texte de Jacques, on remarqua qu'il promettait éventuellement la rémission des péchés. Hypnotisés par les promesses de guérison les exégètes avaient le plus souvent fermé les yeux sur la rémission des péchés dont ils ne savaient que faire. D'autres fois ils en avaient donné une interprétation fantaisiste. Laissant de côté les exégètes on prit pour guide le texte de Jacques. Il y était question de guérison et de rémission des péchés. On conclut que Fonction des infirmes qui chassait la maladie, supprimait aussi le péché. Et, comme la maladie était souvent la punition du péché, l'onction devait s'attaquer d'abord à la cause du mal c'est-à-dire au péché. Elle produisait ses deux effets l'un après l'autre. Les péchés étaient d'abord remis; la guérison suivait comme la conséquence vient à la suite du principe. Puisque la rémission des péchés occupait le premier plan, c'est sur elle que l'attention du prêtre et du malade devait être attirée. On a maintenant l'explication des formules où Fonction est présentée comme la cause de la rémission des péchés. Après avoir effacé les péchés Fonction chassera aussi la maladie. Mais ce second effet étant la conséquence du premier peut rester dans l'ombre; le principe seul est mentionné.

"Il s'agissait d'expliquer comment Fonction des infirmes, pendant si longtemps simple recette de médicine surnaturelle, a fini par acquérir des pouvoirs spirituels. On a maintenant l'explication. L'onction des infirmes a acquis des pouvoirs spirituels précisément parce que cette acquisition était pour elle le seul moyen de garder ses pouvoires thérapeutiques qui autrement se seraient évanouis. Du même coup on a expliqué pourquoi les pouvoirs spirituels ont pris place dans les formules employées au cours de la liturgie des onctions. Eux seuls rendaient possible la fonction thérapeutique de l'huile des infirmes. C'est donc sur eux que l'attention du prêtre et du malade devait se porter. Et elle ne pouvait s'y porter que s'ils étaient inscrits dans les formules liturgiques."[13]

*RATIONALISTAE* hic etiam reiterant suum conamen explicandi originem sacramentorum Ecclesiae per derivationem seu adaptationem rituum paganorum vel judaicorum (cf. tractatum *De sacr. in genere*

[13] *Histoire des dogmes,* VI: *La Pénitence, L'Extrême-Onction, L'Ordre* (Paris 1936) 482-186.

390 sq.). Ita *Anrich"* et *Renan,* qui Extremam Unctionem deducit ex ritu unctionis usitato in variis sectis gnosticis, qui ritus, inquit, administrabatur "d'une manière qui devait faire une vive impression et que l'Eglise catholique a imitée".15

C. *RUCH* praecipua Rationalistarum conamina, sic refert ac refellit: "C'est en vain qu'on a essayé de . . . découvrir une origine païenne [de l'Extrême-Onction]. Dans les mystères, on ne connaît qu'un cas d'onction. Après des lamentation sur la mort d'un dieu (Osiris?), les pleureurs étaient oints à la gorge par un prêtre qui murmurait ensuite ces deux vers: 'Ayez confiance, mystes du Dieu sauvé, car des douleurs vous viendra le salut.' Firmicus Maternus, *De error, prof, rei.,* XXIII, 5, *P.L.,* t. XII, col. 1032. Nous sommes loin de saint Jacques. Sans doute, dans la plupart des religions antiques, l'art de guérir se mêlait ou se confondait plus ou moins avec la magie. La maladie était souvent considérée comme une action d'esprits ou de divinités mauvaises: l'onction paraît avoir été un exorcisme et, par là un moyen de détruire l'influence nocive d'êtres malfaisants. Anrich, *Das antike Mysterienwesen in seinem Einfluss auf das Christentum,* Goettingue, 1894, p. 103 sq., 208 sq. Mais nulle part, on n'a trouvé l'équivalent du rite de Jacques, avec ses particularités caractéristiques: prière, onction, intervention directe de Dieu, don du salut, relèvement, pardon des péchés. Dans l'Epître, rien ne sent la magie. La conception proposée s'accorde avec le spiritualisme le plus pur. Un Dieu bon sauve, relève le malade, lui pardonne ses fautes. Il le fait, sur la demande des chefs de son Eglise. Déjà nous l'avons observé: l'emploi du mot Jésus n'est pas absolument certain — la formule *au nom du Seigneur* pouvant s'expliquer sans que ce mot soit prononcé; s'il est en usage, ce n'est pas à la manière dont un terme de magie est dit par un enchanteur. Le texte ne le suppose pas, non seulement les affirmations de saint Jacques sur l'onction, mais toute son Epître. rendent invraisemblable l'hypothèse.

"M. Salomon Reinach, *Orpheus,* Paris, 1909, p. 97, a cru pouvoir tenter un rapprochement entre le rite chrétien et une cérémonie persane. D'après l'Avesta, 'la mort est un état d'impureté qui exige des précautions minutieuses pour écarter les esprits du mal, en particulier la mouche des cadavres, la *drug,* charogne. Quand le terme approche, le prêtre fait réciter au moribond une confession de pénitence, il verse le *haoma* dans sa bouche et dans ses oreilles: c'est une véritable extrême onction et peut-être la source même de ce rite chrétien.' Ce *peut-être* n'est vraiment pas superflu. Saint Jacques ne parle pas des morts, ne se préoccqpe pas d'assurer la protection des survivants contre les esprits du mal. il ne pensait guère à la mouche des cadavres et au *haoma.* Les rites sont dissemblables, les effets différents, aucun argument ne prouve une dérivation.

"L'affirmation de Renan, *Origines du christianisme,* t. II, p. 154-156, n'est pas moins fantaisiste. Il dit que l'extrême onction était administrée chez les gnostiques 'd'une manière qui devait faire une vive impression et que l'Eglise catholique a imitée.' Ces hérétiques usaient-ils de ce rite? Les naasséniens oignaient 'd'un chrême ineffable,' *Philosophoumena,* l. V, 7, *P.G.,* t. XVI, col. 3131; les ophites 'd'un chrême blanc,' tiré de l'arbre de vie, Origène, *Contra Celsum,* l. VI, 27, *P.G.,* t. XI. col. 1333; chez quelques Valentiniens, les mourants étaient soumis à une étrange cérémonie appelée *redemptio mortuorum,* c'était une effusion d'eau mêlée de baume ou d'huile destinée à rendre l'homme invisible aux puissances supérieurs, S. Irénée. *Cont. haer.,* l. I, c. XXI, n. 5, *P.G.,* t. VII, col. 665; Théodoret, *Haeret, fabul. compendium,* l. I. 11, *P.G.,* t. LXXXIII, col. 361, des

15 *Das antike Mysterienwesen in seinem Einfluss auf das Christentum* (Goettingen 1894) 104.

16 *Origines du christianisme* II 154-156.

papyrus font allusion à des onctions semblables. Cf. Anrich, *op. cil.,* p. 104. Mais sur le but de quelques-uns de ces rites nous n'avons aucun renseignement. Ceux que nous pouvons rapprocher des ceremonies chrétiennes ont une lointaine analogie avec l'ablution d'eau ou avec l'onction du baptême; l'effusion du chrême ineffable des naasséniens suit un bain dans l'eau vive, le chrême blanc des ophites sert à imprimer le 'sceau', et la *redemptio mortuorum* de certains Valentiniens remplace la rédemption ou le rite d'initiation des autres partisans de la même secte. Elle était retardée jusqu'au dernier moment comme le baptême l'était parfois chez les catholiques; elle n'a qu'une vague ressemblance avec l'onction des mourants; le rite et les effets ne sont pas les mêmes. D'ailleurs, il ne suffit pas de découvrir de.· analogies, il faut saisir une influence. Or. c'est entre les années 120-170 que se placent les premiers systèmes gnostiques. D'autre part. l'Epître de saint Jacques a été composée beaucoup plus tôt; tel est non seulement l'avis des catholiques, mais le jugement d'un bon nombre de critiques protestants ou non chrétiens. Selon toute probabilité, les onctions des gnostiques sont ou des cérémonies chrétiennes conservées et dénaturées ou des rites païens issus de religions orientales. Si donc il y a parenté entre la *redemptio mortuorum* et l'onction des malades, elle est au rebours de celle qu'imaginait Renan.

"Il n'est pas plus facile d'attribuer une origine juive au rite recommandé par saint Jacques. Cf. *The Jewish encyclopedia,* New York, 1901 art. *Anointing,* t. I. p. 613. Sans doute, l'huile est un médicament employé en Palestine. Is.. I. 6; Luc., X, 34; elle sert à divers usages profanes (toilette, sépulture, etc.) et les onctions sacrées sont nombreuses (pierre, objects destinés au culte, grand-prêtre, roi, prophète. Messie). Mais l'acte prescrit par saint Jacques n'est pas connu des Juifs. Bousset, *Die Religion des Judentums itn neutestamentlichen Zeitalter,* Berlin, 1903. p. 183. croit découvrir dans le livre slave ces *Secrets d'Hénoch* (trad. Bonwetsch), des traces d'un 'sacrement de l'huile'. Avant qu'Hénoch entre dans le ciel. Dieu ordonne à l'ange Michel de le dépouiller des vêtements qu'il portait sur terre, de l'oindre, et de lui donner d'autres habits. Le sacrement de l'huile accorderait un corps céleste et nouveau, XXII. 8. Ici. encore, l'analogie est à peine visible, sujet, rite, effects sont différents. Le cas d'Hénoch est d'ailleurs isolé. Il ne faut pas oublier que le livre des *Secrets d'Hénoch* peut n'avoir été composé que vers la fin du 1er ou le commencement du Ile siècle, et que, si tout y est spécifiquement juif d'origine, des remaniements chrétiens ne sont pas invraisemblables. Schürer. *Geschichte des jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi,* Leipzig, 1909, t. III. p. 290-294."[16]

*SCHISMATICI ORIENTALES* a quibusdam auctoribus saec. 16-17 tum protestantibus, tum catholicis (ut Guidone Carmelita, Prateolo. et ipso Allatio' ), afferuntur ut negantes Extremam Unctionem aut ejus

[10] "Extrême Onction (dans l'Ecriture)," *Dictionnaire de théologie catholique* 5.2 (1913) 1924 sq.

[17] *De Eccl. occid. et orient, perpetua cons.,* 1. 3, c. 16. Ad Allatii sententiam notat *Goar:* "Pluribus diligenter et curiose evolutus MS Romanis codicibus vix unum reperire potui, in quo unctionis extremae scriptum manifeste reperirem officium: unde et in doctissimi Allatii paratus ire sententiam, qua censet Orientalem Ecclesiam hoc ultimo Sacramento destitutam; cum plurcs passim in illis preces pro aegrotis adhibita olei unctione legerem, indubitanter decrevi, (ne dignissimam Ecclesiae portionem uno vel Sacramento, cum aliis ita pro libito sentientibus, privarem) preces illas olim sacramento de quo loquuntur administrando fuisse accommodas vel proprias, quae quia a Christo Domino vel ejus Apostolo lacobo non fuerunt spedatim determinatae, potuerunt pro Ecclesiae iurc in alias mutari, atque ita a posteris rccentior et verbis diversus huius sacramenti conferendi ritus, in lucem edi potuit; quorum unum habemus in editis; alium vero multo antiquiorem in vetustissimo Emin. Dorn. Card Barberini MS Euchologio, in quo alia ab editis ratione sacramentum hoc dari describitur" (Ενχολ07«ο»' *sive Rituale Graecorum* [Parisiis 1647], 428; cf. S62sq.).

usu carentes. Contrarium vero omnino constat tum ex Euchologiis tum ex scriptis theologorum orientalium, ut ostendetur infra (p. 181–184) arguendo ex ipso Orientalium cum Occidentalibus consensu.

Fortasse illius affirmationis causa fuit abusus Graecorum conferendi Extremam Unctionem etiam sanis, tanquam complementum Poenitentiae, aut loco satisfactionis sacramentalis (cf. infra, p. 191–193), ita ut viderentur quasi duo sacramenta in unum confundere. Hic abusus probabiliter ratio fuit quare *Job monachus,* cognomento peccator (probabiliter idem ac Job Jasita, monachus constant., circa finem saec. 13) in suo opere de septem sacramentis utrumque sacramentum de facto confuderit, referens pro septimo sacramento Extremam Unctionem seu Poenitentiam (καὶ *ωχίλαων Ζβ8ομον ήτοι ή μετάνοια)* et ponens pro sexto "sanctum habitum" monachalem *(το άγων σχήμα)]* attamen Job explicite etiam asserit illud sacramentum conferri "in fine vitae".18

Apud *NESTORIANOS* autem et *MONOPIIVSITAS* (praecipue Armenos) usus quidem sacramenti deest vel jam dudum obsolevit, ipsa vero existentia sacramenti nequaquam negatur sed in antiquis praecipue ritualibus et canonibus affirmatur, ut ostendetur infra (p. 177-181). Refert tamen *Denzinger"'* ex Galano20 inter Armenos "quosdam sacramentum poenitentiae cum extrema unctione confudisse docentes per hanc unctionem confici poenitentiam ac proinde ungendos esse poenitentes non solum infirmos, sed et sanos. Unde Armenorum complures ab auriculari confessione desuefieri incepisse. Quam ob causam factum esse, ut decerneret Armena ecclesia, ne ulli umquam ministraretur deinceps haec unctio, ne ipsis quidem infirmis quantumvis extreme laborantibus, ut sic vana spes illa remissionis peccatorum neglecta confessione obtinendae omnino praecideretur."

## PARS AFFIRMATIVA

Nota theologica.

*Dc fide* est ex Cone. Trid. (sess. 7, can. 1 et sess. 14, can. 1) Extremam Unctionem esse sacramentum tum verum ac proprie dictum, tum distinctum a Poenitentia, tum a Christo institutum, tum in verbis lacobi (5. 14) expressum seu promulgatum.

"Praedictum opus Jobi edidit *Chrysanthus,* patr. Hierosolymitanus, ad calccm sui tractatus 2*·»τα·γμάτιον (Tergovisti, 1715), expungens tamen *ri› ayiov σχήμα,* cujus loco ponit *τήν μιτάναιαν* (Poenitentiam) pro sexto sacramento.

*''Ritus Orientalium, Copiorum, Syrorum et Armenorum* I (Wirceburgi 1863) 185.

*''Conciliatio ecclesiae armenae cum romana* III 632 sq.

Documenta Ecclesiae.

Plura habentur documenta saeculo 13 anteriora, inter quae insigniora sunt epistola *Innocenta I* ad Decentium a. 416 et can. 8 *Cone. Ticinensis* seu Pavensis a. 850; sed quoniam Protestantes priori documento sacramentalem sensum denegant, in altero vero initium vident introductionis novi sacramenti, antiquitati ignoti, haec documenta adducemus infra, una cum particularium Conciliorum canonibus, in ipso argumento Traditionis, hic sola referentes explicita documenta, saec. 12 posteriora inde ab Innocentio III, quorum sensum Protestantes non negant sed auctoritatem reiciunt.

*INNOCENTIUS III,* in *Professione fidei Waldensibus praescripta,* a. 1208, enumeratis et propositis Ecclesiae sacramentis, immediate post Poenitentiam refert: "Unctionem infirmorum cum oleo consecrato veneramur" *(Denz.* 424).

*INNOCENTIUS IV,* Epist. "Sub catholicae" ad episc. Tusculanum legatum apud Graecos, 6 mart. 1254, rejecto quodam Graecorum abusu imponendi aliquam unctionem in sacramento Poenitentiae, loco satisfactionis sacramentalis (cf. supra, p. 46), docet Extremam Unctionem conferendam esse solis infirmis, referens verba lacobi. "Nullus autem per sacerdotes vel confessores pro satisfactione poenitentiae unctione aliqua solummodo inungatur. Infirmis vero iuxta verbum lacobi Apostoli [lac. 5, 14 sq] unctio exhibeatur extrema" *(Denz.* 451).

*CONC. LUGDUNENSE II,* a. 1274, in *Professione fidei Michaelis Palaeologi,* enumeratis ecclesiasticis sacramentis, ultimo loco post Matrimonium refert "extremam Unctionem, quae secundum doctrinam beati lacobi infirmantibus adhibetur" *(Denz.* 465).

*CONC. CONSTANTIENSE,* inter *Interrogationes Wicleffitis et Hussitis proponendas,* ex Bulla "Inter cunctas", 22 febr. 1418, supradictam (p. 32) prop. 19 refert, in qua simul citantur tria sacramenta, quorum usus ab illis haereticis contemnebatur, scilicet Confirmatio. Extrema Unctio et Matrimonium.

*CONC. FLORENTINUM, Dccr. pro Armenis:* "Quintum sacramentum est Extrema Unctio. . . De hoc sacramento inquit beatus lacobus Apostolus: 'Infirmatur quis in vobis . . .' " *(Denz.* 700).

*CONC. TRIDENTINUM.*

*Sess. 7, de sacr. in gen.,* can. 1, recensetur quinto loco Extrema Unctio inter septem proprie dicta et inter se distincta sacramenta a

Christo instituta: "Si quis dixerit, sacramenta novae Legis non fuisse omnia a lesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora, quam septem, videlicet baptismum, confirmationem, Eucharistiam, poenitentiam, extremam unctionem, ordinem et matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse vere et proprie sacramentum: anathema sit" *(Denz.* 844).

*Sess. 14, de Extrema Unctione,* in prologo (cit. supra in p. 1 sq.) exhibetur generalis indoles et finis hujus sacramenti, quatenus est complementum Poenitentiae et praesidium a clementissimo Redemptore datum pro spirituali necessitate hominis in fine vitae. In cap. 1 et can. 1 asseritur Extremam Unctionem esse verum et proprie dictum sacramentum, a Christo institutum, a Marco insinuatum, a lacobo commendatum et promulgatum; item in verbis lacobi, juxta interpretationem apostolicae Traditionis, significari omnia elementa hujus sacramenti, scilicet materiam, formam, ministrum et effectum. In can. 3 asseritur catholicum ritum et usum hujus sacramenti esse conformem verbis lacobi, seu identicum ritui a lacobo commendato, adeoque non esse mutandum nec contemnendum.

*Cap. 1:* "Instituta est autem sacra haec unctio infirmorum tanquam vere et proprie sacramentum Novi Testamenti a Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum [Mc 6, 13], per lacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum. *Infirmatur,* inquit, *quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super cum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et, si in peccatis sit, dimittentur ei* [lac 5, 14 15]. Quibus verbis, ut ex apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum et effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab episcopo benedictum; nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat: formam deinde esse illa verba: *Per istam unctionem* etc." *(Denz.* 908).

*Cap. 3:* "Nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam et dilucidam Apostoli lacobi sententiam [lac 5, 14] docent, hanc unctionem vel figmentum esse humanum vel ritum a Patribus acceptum, nec mandatum Dei nec promissionem gratiae habentem; et qui illam iam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiva Ecclesia referenda esset; et qui dicunt, ritum et usum, quem sancta Romana Ecclesia in huius sacramenti administratione observat, lacobi Apostoli sententiae repugnare atque ideo in alium commutandum esse; et denique, qui hanc extremam unctionem a fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Haec enim

omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater et magistra, aliud in hac administranda unctione, quantum ad ea, quae huius sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod beatus Iacobus praescripsit. Neque vero tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere et ipsius Spiritus Sancti iniuria esse posset" *(Denz.* 910).

*Can. 1:* "Si quis dixerit, extremam unctionem non esse vere et proprie sacramentum a Christo Domino nostro institutum [cf. Mc 6, 13] et a beato Iacobo Apostolo promulgatum [Iac 5, 14], sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum: anathema sit" *{Denz.* 926).

*Can. 3:* "Si quis dixerit, extremae unctionis ritum et usum, quem observat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiae beati Iacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque a Christianis absque peccato contemni: A.S." *{Denz.* 928).

Propositiones Protestantium, theologorum tridentinorum examini propositae, quae directe condemnantur in can. 1 et 3, sic sonant: "Extremam Unctionem non esse sacramentum novae legis, a Christo institutum sed ritum tantum acceptum a Patribus aut figmentum humanum. *Hic articulus est Lutheri in lib. De captivitate Babylonica et Melanchtonis in Apologia Confessionis augustanae cap. de numero et usu sacramentorum. Item asseritur a Calvino et Bucero.* — Extremae Unctionis ritum et usum non observari ab Ecclesia Romana iuxta b. Iacobi apostoli sententiam; ideoque eum mutandum esse posseque a christianis absque peccato contemni. *Haec assertio est Lutheri in suo Testamento et Calvini in cap. 19 disserentis de E. U. et Melanchtonis in Locis communibus."*

Primum schema capitis 1 sic se habebat:[n] "*Docet igitur S. Synodus extremam* hanc infirmorum unctionem vere et proprie novi testamenti esse sacramentum a Christo *quidem* Domino institutum, *per apostolos vero qui, ut* apud Marcum *legitur, oleo ungebant aegrotos et sanabantur, delineatum* et insinuatum, per Iacobum autem apostolum ac Domini fratrem *cap. V suae canonicae epistolae,* fidelibus commendatum atque promulgatum fuisse dum ait: Infirmatur. . . Quibus verbis *nullam sacramenti partem quam non explicaret omisit. Docet enim in primis* oleum *quod ex more* Ecclesiae ab episcopo *consecratum ac* benedictum *esse debet,* materiam esse huius sacramenti, aptissime Spiritus Sancti gratiam qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur repraesentans. Formam deinde *apostolus ostendit in oratione sacerdotis deprecatoria quod huic sacramento peculiare est ac proprium*

n Typis italicis distinguimus verba quae discrepant a finali redactione supra citata.

*positam esse. Haec autem ut nobis patres velut* per manus *tradiderunt talis* est: Per istam unctionem *et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per visum deliquisti. Ad cumdem modum sex aliae unctiones fiunt ad alias corporis partes accommodatae in quibus diversae orationes pro ipsarum partium varietate adhibentur.*"[22]

Primum vero schema utriusque canonis non differt a forma definitiva, nisi facta in primo canone additione verborum "Et a beato Iacobo Apostolo promulgatum."

*CATECHISMUS CONC. TRID.*, pars. 2, c. 6, q. 3: "Quod autem Extremae Unctioni propria Sacramenti ratio conveniat, in primis explanandum est. Id vero maxime perspicuum fieri potest, si verba, quibus sanctus Jacobus Apostolus huius Sacramenti legem promulgavit, attendamus: 'Infirmatur quis in vobis? inquit, inducat Presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei'. Nam quod peccata condonari Apostolus affirmat in eo declarat Sacramenti vim et naturam. Hanc vero catholicae Ecclesiae de Extrema Unctione perpetuam doctrinam fuisse, cum alia plura concilia testantur, tum a Tridentina Synodo hoc ita declaratum est, ut in eos omnes anathematis poenam constituerit, qui aliter docere, aut sentire audeant. Ac Innocentius quoque Primus hoc Sacramentum fidelibus maxime commendat."

Ibid., q. 8: "Verum cum demonstratum sit, Extremam Unctionem vere et proprie in Sacramentorum numero habendam esse, illud etiam sequitur, eius institutionem a Christo Domino profectam esse: *quae postea a sancto Jacobo Apostolo fidelibus proposita et promulgata est.* Quamquam idem Salvator huius Unctionis specimen quoddam dedisse visus est, cum discipulos suos binos ante faciem suam misit. De illis enim apud Evangelistam ita scriptum est: 'Exeuntes praedicabant, ut poenitentiam agerent, et daemonia multa eiiciebant, et ungebant oleo multos aegros, et sanabant' [Mare. 6. 13]. Quam quidem Unctionem non ab Apostolis inventam, sed a Domino praeceptam, non naturali aliqua virtute praeditam, sed mysticam, potius ad sanandos animos, quam ad corpora curanda institutam fuisse, credendum est. Quam rem sancti Dionysius, Ambrosius, Chrysostomus et Gregorius Magnus asserunt; ut nullo modo dubitandum sit, quin hoc unum ex septem Ecclesiae catholicae Sacramentis summa cum religione accipere oporteat."

*RITUALE ROMANUM*, tit. 5, c. 1, n. 1: "Extremae Unctionis

[22] Apud A. Theiner, .Icia *genuina SS. oecunicnici Concilii Tridentini* (Zagabriae Croatiac 1874) I 590.

Sacramentum a Christo Domino institutum tamquam caelestis medicina, non animae solum, sed etiam corpori salutaris, quamvis per se non sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet negligere. et omni studio ac diligentia periculose aegrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio viget, ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur Oleo."

*PIUS X, Dccr. "Lamentabili"* a. 1907 damnavit supra dictas (p. 39 sq.) prop. 39 et 48 Modernistarum negantium divinam institutionem hujus sacramenti.

## CONCLUSIO

Extrema Unctio est verum et proprie dictum sacramentum N.L.. a Christo Domino institutum et a sacramento Poenitentiae distinctum.

Probatur 1. *EX SCRIPTURA*.

### I. INSINUATIO SACRAMENTI.

*Mare. 6. 12 sq.: "Et exeuntes praedicabant ut poenitentiam agerent, et daemonia multa eiciebant et ungebant oleo multos aegros et sanabant* [καί *ηλαφον ίλαίω* πολλοί»» *άρρωστου·; και* cflcpuirtvoi']."

*AD TEXTUM haec observa.*

Soli Apostoli exhibentur ungentes oleo. Christus vero nunquam dicitur, sive in sua praedicatione sive in miraculis patrandis, unctionem olei adhibuisse. Ea apostolorum unctio refertur semel tantum, et quidem explicite a solo Marco; *Lucas* in textu parallelo solum generice refert evangelizationem et curationem (9. 6: "Egressi autem circuibant per castella evangelizantes et curantes ubique"; cf. *Mat.* 10. 1). Unctio infirmorum conjungitur praedicationi poenitentiae. Aliquis parallelismus observatur inter hunc textum et textum *loannis* 3. 22–26 et 4. 1 sq., in quo exhibentur apostoli, imo et soli apostoli non Christus, administrantes baptismum (qui, ut dictum est in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 32, valde probabiliter fuit ipse Baptismus noster a Christo jam institutus), quidquid ceterum sit de diversitate loci et temporis quo contigit utraque administratio, scilicet baptismi (initio ministerii in Judaea) et unctionis (paulo posterius in Galilaea). Hunc parallelismum agnoscit *Knabcnbauer,* utriusque ritus sacramentalitatem negans: "Uti igitur illa unctio aegrotorum, de qua Mare. 6, 13, non erat sacramentum unctionis, sed praefiguratio quae-

dam ac prolusio, ita baptismus ille pariter censendus erit a ratione sacramenti novae legis alienus" (Comm. in Joan. 3. 22). Suggestivus parallelismus observatur inter textum Marci et textum Jacobi, de quo infra, sive ex parte ministri (Apostoli — presbyteri Ecclesiae), sive ex parte ritus (unctio olei), sive ex parte coniunctae poenitentiae ("Praedicabant ut poenitentiam agerent" — "Confitemini alterutrum peccata vestra"), sive ex parte subjecti (aegroti), sive ex parte effectus sanationis ("Et sanabant" — "Salvabit infirmum"; in Jacobo tamen effectus accipit etiam indolem spiritualem: "Si in peccatis sit. remittentur ei").

*AD INTERPRETATIONEM quod attinet,Protestantes* (cf. Lutherum, Calvinum. Chemnitium aliosque, infra, p. 64-68) et *Modernistac* dicunt in eo textu nihil sacramentalitatis contineri, sed agi de mera observantia adiuvandi infirmos vel forte de modo quo apostoli applicarunt sibi datum charisma corporalis curationis; imo ex non sacramentalitate hujus textus deducunt non sacramentalitatem paralleli textus lacobi.

*Schismatici Orientales* generatim textum Marci sacramentaliter intelligunt. Ad rem *Spdcil:* "Praeter textum lacobi theologi Orientis separati etiam *textum Mc. 6, 12-13* adducunt eumque complures re vera de proprio sacramento unctionis intelligere videntur. Alii quidem dicunt ibi sacramentum unctionis solum 'praesignatum' vel 'praefiguratum' esse; sed deinde, cum textum Mc. explicant, expresse notant non agi de medicamento aliquo naturali vel de charismate, sed de actione quadam sacra ex auctoritate Christi cum dono supernatural! sanationis coniuncta, aliquando adhuc adiungendo apud Mc. et lac. de eadem re seu actione sermonem esse. Videntur igitur rem ita concipere, quod unctio illa apud Mc. narrata re vera fuerit sacramentalis, licet nondum sensu proprio sacramentum unctionis vocari debeat, propterea quod non adhuc permanenter et clare a Christo Domino instituta fuerit. Xon desunt tamen apud separatos theologi, qui unctionem illam non sacramentalem habent, sed de charismate sanationum textum intelligunt. Ceterum notandum est fere omnes theologos dissidentes, etiam eos qui apud Mc. proprium sacramentum unctionis vident, quaestioni, quando proprie sacramentum hoc a Salvatore institutum fuerit, respondere factum hoc esse post Christi resurrectionem."[3]

*Theologi et exegetae catholici* postridentini admittunt sacramentalitatem hujus textus, saltem juxta indeterminatam expressionem ipsius Concilii, qua significat ipsum sacramentum Extremae Unctionis esse

[3] *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* ("Orientalia Christiana." n 74, Romae 1931) 60 sq.

"*apud Marcum insinuatum.*" Quoad determinatum vero sensum hujus insinuationis, utrum nempe ille ritus, ab apostolis applicatus, fuerit tantum quaedam figura et adumbratio, imo et praeparatio instituendi sacramenti, an applicatio ipsius sacramenti jam instituti, quae tamen apud Marcum non clare exhibeatur (et hoc sensu insinuetur) sicut in Iacobo, a quo proinde Concilium dicit commendari et promulgari, dividuntur doctores.

*PRIMAM SENTENTIAM* tenent *Cajetanus, Ruardus Tapper, Dom. Soto, Iansenius, Estius, Bellarminus, Cornelius a Lapide, Calmct, Gonet, Tournely, Billuart, Knabcnbaucr* (qui hanc sententiam tribuit "recentioribus omnibus"), *De Augustinis, Kern, Ruch, De Guibcrt, Lesêtre, D'Alès, Chaîne,* et satis communiter auctores modernorum manualium, uti *Simon-Dorado, Lcpicicr, Billot, Hugon, Dafjara,* qui tamen rem nonnisi leviter tangunt.

*Argumenta hujus sententiae apte colligit Bellarminus* (f 1621; quem posteriores doctores libenter repetunt), scribens:

"Probabilior est sententia posterior. . . Probo igitur breviter [hanc| sententiam. . . Primo illa Unctio, qua utebantur apostoli, referebatur solum aut praecipue ad curationem morbi corporalis, ut ex eo loco patet, unde etiam sanabantur omnes, qui tum inungebantur. Sacramenta autem per se ad animam pertinent, ad corpus per accidens, aut certe secundario.

"Deinde secundo: Apostoli eo tempore nondum erant sacerdotes: et quamvis potuerit Christus etiam per non sacerdotes sacramenta conferre; tamen non est probabile eum hoc fecisse, nec legimus id unquam factum in sacramentis magis necessariis, ut in sacramento Poenitentiae, vel Eucharistiae. Neque obstat quod apostoli baptizarunt. cum nondum essent sacerdotes: nam non ita est de essentia Baptismi, ut minister sit sacerdos, sicut de essentia Unctionis. Nam si laicus baptizet, etiam extra necessitatem, Baptismus est ratus: non autem est rata Unctio, si laicus inungat. Quod autem apostoli nondum fuerint eo tempore sacerdotes, patet, quia facti fuerunt in ultima coena. ut docet concilium tridentinum sess. 22. cap. 1.

"Accedit tertio: Quod apostoli tunc promiscue ungebant quoslibet aegrotos, ut coecos, claudos etc. at sacramentum Unctionis non datur nisi iis, qui decumbunt cum periculo vitae, ut omnes concedunt.

"Item quarto: Apostoli tunc cum inungerent, non quaerebant, essentne baptizati, qui inungendi erant, et omnino probabile est. multos ab eis inunctos, qui infideles erant. At certe sine Baptismo nihil prosunt sacramenta caetera, nec dari possunt aut debent non baptizatis sine peccato. Nec valet quod quidam objiciunt, Cornelio datam Confirmationem ante Baptismum, Act. 10. Deo videlicet in hac re dispen-

sante. Nam Cornelius non habuit sacramentum Confirmationis ante Baptismum, sed effectum sacramenti Confirmationis ab ipso Domino immediate sine sacramento.

"Denique: Tridentinum concilium sess. 14. can. 1. de extrema Unctione, dicit hoc sacramentum insinuatum Marci 6. Dicitur autem insinuari id, quod non expresse proponitur, sed adumbratur, et obscure indicatur. Et hoc eodem modo intelligendi sunt veteres, qui locum Marci 6. conjungunt cum loco Jacobi 5. significant enim uno in loco jacta esse fundamenta ejus sacramenti, quod in altero loco expresse proponitur. Quemadmodum enim cum Matth. 19. et alibi Christus manus imponit, non dicimus tunc instituisse sacramentum Confirmationis, aut Ordinationis, sed tamen agnoscimus adumbrationem quandam sacramenti postea futuri: sic etiam quod Dominus jusserit apostolos oleo curare infirmos, et non alia aliqua re, intelligimus significatum esse, futurum fuisse aliquando tempus, ut oleum esset sacramentum infirmorum."[21]

*SECUNDAM SENTENTIAM* tenent *Thomas Waldensis, Alphonsus de Castro, Dionysius Carth., plures Patres Tridcntini,*[25] *Catharinus, Petrus Soto, Maldonatus* (qui dicit hanc sententiam esse "communem" a qua quidem auctores discedunt), *Mariana, De Sainte-Beuve, Bcrti* et inter modernos *Schell.*

*Argumenta hujus sententiae sic proponit Maldonatus* (f 1583), eam mordicus et asseveranter defendens: "Hoc loco agendum non solum contra haereticos, qui pertinaciter contendunt, hic non esse sermonem de sacramento extremae Unctionis: sed etiam contra quosdam Catholicos, qui paene idem videntur docere, quos tamen magna ex parte aetas nondum novas experta haereses excusat. Quid autem jam attinebat, vigente jam Lutheranorum et Calvinianorum haeresi, quosdam Auctores dicere, scriptisque mandare: oleum istud ab Apostolis non tanquam sacramentum ad sanandos animos, sed tanquam medicamentum ad curanda corpora adhibitum fuisse; neque hic de sacramento quo nunc Catholica utitur Ecclesia, extremae Unctionis agi? Quod idem Lutherani, et Calviniani docent. At non negamus (inquiunt) non esse sacramentum. *Ubi ergo sacramentum est, si hic non est? aut cur hic non, si alibi est?* Enimvero qui hic de sacramento extremae Unctionis agi negat, ad tollendum hoc omnino sacramentum aut maligne, si haereticus: aut imprudenter, si Catholicus est, gradum facit.

"Quid enim aliud est sacramentum, concedentibus etiam haereticis, nisi externa caeremonia a Christo instituta, tanquam ordinarium re-

[24] *De Sacramento Extremae Unctionis,* c 2, *Opera omnia, De controversiis Christianae fidei* 111 (Mediolani 1859) 7$lsq.

[23] Cf. *Cavallera,* infra cit. in p. 58 sq.

medium salutis animae? Haec nimirum externa erat caeremonia, quae extrinsecus adhibebatur. Nam sicut visibilis aqua iis qui baptizantur: ita visibile oleum aegrotis infundebatur. Negant aliqui fuisse caeremoniam, quamvis res fuerit visibilis et externa, quod solum medicamentum esse putent, medicamentum autem, quamvis visibile sit, caeremonia non sit. Hoc primo loco refutandum. Quaero igitur: *si medicamentum tantum erat, cur ad omne morborum genus adhibebatur?* nec enim eadem omnibus curandis morbis medicina opportuna est, sed plerumque, quae uni prodest, alteri nocet, et ut ipsi inter se morbi contrarii sunt: ita oportet remedia morborum esse contraria. Deinde, quorsum Apostoli medicamentis usi fuissent? nec enim medicinam, sed Evangelium profitebantur, missique a Christo erant, potestate donati miracula faciendi, quibus quam praedicabant doctrinam confirmarent. An miracula ita facere conveniebat, ut quam maxima, et quam illustrissima, an ita ut ne miracula quidem esse viderentur? Si oleo ad curandos aegrotos utebantur, videri profecto poterant aut nullo miraculo, sed medicinae arte, aut multo certe minore miraculo curare. *Non ergo ad sananda solum corpora, sed ad curandos sacramento potissimum animos aegrotos ungebant.*

"Ajunt fuisse quidem medicamentum, non naturale tamen, sed divinum, quod impressa quadam Christi virtute morbos curaret, ideoque miraculi speciem non minuisse; adhibitum enim fuisse tanquam signum sanitatis corporis, ut significaretur, quemadmodum solent a medicis corpora oleo recreari: ita ab Apostolis a morbis curata fuisse virtute gratiaque divina, quae solet in Sacris saepe litteris olei nomine declarari. Quid ejusmodi opus erat signo, cum secuta statim sanitas fidem faceret? quam poterat quidem oleum non augere, sed abrogare, existimantibus hominibus, qui oleo adhibito aegrotos sanati viderent, non virtute ulla divina, sed naturali olei proprietate curari? Non solemus ad significanda, quae oculis cernimus, uti signis.

"Non utebantur oleo, inquiunt, Apostoli, ut sanitatem miraculo conferri significarent, sed ut declararent non sua, sed Christi virtute sanare morbos. Istud etiam dicitur absurde; nam neque oleum id potest significare aliena virtute curationem fieri, et potest significare contrarium, neque propria, neque aliena, sed naturali ipsius olei virtute fieri. Deinde si ea de causa oleo Apostoli usi fuissent, non solum in curandis morbis, sed in omnibus prorsus perficiendis miraculis usi fuissent; nec enim minus conveniebat ut alia miracula, quam morborum curationes ostenderent se non sua, sed Christi virtute facere. Et si utrumque ostendere conveniebat, melius id poterant verbis ostendere declararequc, quam oleo, quemadmodum fecisse legimus Petrum [Act. 3. 6]: 'Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi

do. In nomine Jesu Nazareni surge, et ambula'. Et Paulum [Act. 16. 18] 'Praecipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea'. Praeterea si hanc ob causam Apostoli oleum adhibebant, cur alii Christiani atque discipuli, qui Christi etiam virtute morbos curabant, non adhibebant? Neque enim soli Apostoli, ut et Scriptura [1 ad Cor. 12. 9] et experientia docet, curationis donum habuerunt; atqui solos Apostolos oleo usos fuisse legimus. Cur ergo, rogabit aliquis, nullum Christum aegrotum adhibito oleo curasse legimus, Apostolos legimus, nisi quia ideo Apostoli oleo utebantur, ut significarent se non sua, sed Christi potestate curare morbos? Ista quidem ratione ne baptismus quidem sacramentum erit, sed alienae symbolum potestatis. Nam neque Christum quemquam aqua legimus baptizasse, quin legimus non eum. sed Apostolos baptizasse [Joan. 4. 2]. Non ergo medicamentum erat, sed caeremonia. . .

"At tunc, inquiunt nonnulli, nondum Apostoli sacerdotes erant, et non poterat sacramentum ab aliis dari, quam sacerdotibus, et illi ipsi non baptizatos tantum, nec solum moribundos aegrotos, sed omne aegrotorum genus, caecos, mutos, debiles et claudos ungebant, sacramentum autem unctionis nec nondum baptizatis, nec aliis, quam moribundis dari poterat. *Miror quosdam Auctores tam levi ratione in re tanti momenti a vera communique sententia dissidere,* et Christo legis auctori legem imponere. Potuit enim qui legem tulit, pro suo arbitrio lege uti. Nam et ut soli sacerdotes baptizent, nisi aliud necessitas postulet, praeceptum est Christi, qui solos jussit Apostolos baptizare; et ex illis ipsis unus D. Paulus affirmat, se non ad baptizandum, sed ad evangelizandum missum esse, et legimus tamen Apostolos, antequam sacerdotes facti essent, baptizasse. Haec dicimus non necessario; si enim velimus summo uti jure, unde isti auctores probant nondum tunc Apostolos fuisse sacerdotes? Scio vulgarem esse sententiam, sed incertam tamen esse. Qua ratione docent Apostolos aut nondum baptizatos aut omnis generis aegrotos unxisse sine ullo discrimine, cum nullo id Scripturae exemplo probare possint, et nos exemplis possimus probare contrarium? Nam certe Petrus claudum illum non unxit quem ad portam templi sedentem curavit."[20]

His argumentis sequentes rationes ex auctoritate adduntur, quae videntur satis prementes:

1. Plures antiqui hanc sententiam proponere videntur. Ita *Victor Antiochenus* (saec. 5) de textu Marci ait: "Quae apostolus Iacobus

w *Joannis Maldonati, SJ., commentarii in quatuor cvangelistas* I (curavit C. Martin, Moguntiac 1S62) 577-579. Solutio supradictorum argumentorum adversariorum fusius exponitur a De Sainte-Beuve, *Tractatus d? sacramento Unctionis infirmorum Extremae,* disp. 2. a 1, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 19-24.

in sua canonica narrat ab his non dissentiunt."[27] *Beda* (saec. 8) Comm. in Marcum, simul citatis verbis Marci et lacobi, ait: "Unde patet ab ipsis apostolis hunc sanctae Ecclesiae morem esse traditum, ut energumeni, vel alii quilibet aegroti ungantur oleo, pontificali benedictione consecrato" *{ML* 92. 188); in Comm, in lacobum, similiter scribit: "'Et orent super eum, ungentes eum, etc.' Hoc et apostolos fecisse, in Evangelio legimus, et nunc Ecclesiae consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato ungantur a presbyteris, et oratione comitante sanentur" *{ML* 93. 39). Eadem Bedae verba repetunt saec. 9 *Amolarius Metensis, lonas Aurclianensis, Walafridus Strabo* et *Haymo Halbcrstadiensis* (infra cit., p. 150-153). *Pseudo-Oecumenius* (saec. 9), commentans textum lacobi ac se referens ad textum Marci, scribit: "Hoc etiam Domino inter homines adhuc conversante faciebant apostoli, ungentes aegrotos oleo et sanantes" *{MG* 119. 507). *Theophylactus* (saec. 11) ait: "Quod unxerint oleo apostoli, solus Marcus narrat, quod et frater Domini Jacobus in catholica Epistola dicit: Infirmatur quis . . ." *{MG* 123. 550). Idem prorsus repetit *Euthymius Zigabenus* (saec. 12), infra cit., p. 182.

Ad haec opponit *Knabenbauer:* "Haec sententia tamen non videtur posse adscribi *Viet. Theoph. Euth.,* qui solum notant Marcum narrare de unctione, cui similia etiam lacobus dicit in catholica epistola *{Viet.),* quod et frater Domini in epistola dicit *{Theoph.),* admonet autem de unctione etiam lacobus (Euth.). Nec videtur posse attribui *Bcdae."*[28]

2. S. *Thomas, Suppi., q. 29, a. 3, ob. 1,* sibi proponit objectionem: "De institutione sacramentorum quae Christus instituit, fit mentio in Evangelio, sicut de Eucharistia et baptismo. Sed nulla fit mentio de extrema unctione. Ergo, non est a Christo instituta." Respondet autem ad 1: "Multa Dominus fecit et dixit quae in Evangeliis non continentur. Illa enim praecipue curaverunt Evangelistae tradere quae ad necessitatem salutis et Ecclesiae dispositionem pertinent. Et ideo potius institutionem baptismi et poenitentiae et Eucharistiae et ordinis factam a Christo narraverunt quam sacramentum extremae unctionis, quae neque est de necessitate salutis, neque ad dispositionem sive distinctionem Ecclesiae pertinet. Tamen etiam de olei unctione fit mentio in Evangelio, *Marc.* VI. 13, ubi dicitur quod Apostoli 'oleo ungebant infirmos.' "

Ad haec observat *De Sainte-Beuve:* "Quibus certe verbis non est quod dicatur mentio fieri olei unctionis in figura; alias S. doctor non

[n] Hujus ac sequentium doctorum completas citationes dabimus infra in argumento Traditionis.

[27] *Commentarius in quatuor S. Evangelio,* II: *Evangelium secundum S. Marcum* (cd. altera, Parisiis 1907) 165

fuisset locutus ad propositum: quandoquidem non quaerebatur ibi utrum Unctio infirmorum praefigurata fuerit in Evangelio, sed quaerebatur utrum expressa fuerit in seipsa."[20]

Similiter *Albertus M.* sibi propositae objectioni: "Non legitur a Domino [hoc sacramentum] fuisse institutum: ergo videtur, quod non sit facta ejus institutio a Domino," respondet: "Multa non leguntur: quae tamen facta probat Ecclesia ipsa observatione generali ab Apostolis edocta. Marci enim, VI, 13, legitur, quod Apostolis euntibus a Domino missis ad praedicandum, 'ungebant oleo multos aegros, et sanabant': et non est praesumendum, quod aliquid fecerint nisi ex institutione et imperio Domini."[30]

His opponit *Kcrn:* "Evidens quidem est, hos doctores locum Marci referre ad Extremam Unctionem, unum alterumve etiam institutionem sacramenti per Christum probare ex hoc textu; at minime affirmant, Dominum *tunc,* cum apostolos mittebat ad praedicandum, sacramentalem Unctionem instituisse, ritum ab apostolis in sanandis infirmis adhibitum fuisse ipsum sacramentum."[31]

3. *Concilium Tridcntinum* ait hoc sacramentum "apud Marcum insinuatum" esse; ergo apud Marcum agitur de ipso sacramento, etsi non clare sed insinuative, nam insinuare est in notitiam rei adducere ac rem latenter introducere. Confirmatur tum ex eo quod in sess. 22, agens de sacrificio Missae, Concilium ait illud in verbis Malachiae "non obscure innui," quod idem est ac insinuari, in sacrificiis vero A. T. illud figurari, adeoque, in verbis Marci non agitur de aliquo ritu qui sit mera figura Extremae Unctionis; tum ex eo quod in priori schemate illius capitis 1, in quo verba Marci occurrunt, dicebatur in illis verbis sacramentum "delineari et insinuari" (cf. supra, p. 49).

Attamen circa redactionem praedicti capitis 1, quod attinet ad sensum textus Marci, haec notat *Cavallera:* "Les exposés des théologiens mineurs se poursuivirent du 20 au 30 octobre 1551. . . L'opinion que ce . . . texte est . . . aussi une *preuve directe* en faveur du sacrement de ΓExtrême-Onction est soutenue par *Jean Arze,* théologien espagnol, et *Roger Juvenis,* augustin flamand, mais nettement combattue par *Ravcstcyn.* Cependant, il n'est pas à écarter complètement: *Sigismond Phaedrius* y voit comme un prélude de l'institution, tout en accentuant fortement la différence entre cette onction pratiquée par les apôtres qui n'était pas un sacrement et le sacrement lui-même décrit par saint Jacques; Ravesteyn, qui rapproche le texte du chapitre VI

*9 Op. cil.* (supra in p. 56) 20.

In 4 *Sent.,* dist 23, a. 13, ad 2, *Opera omnia* XXX (cd. Borgnet, Pansiis: Vivès 1894) 20. Cf. *ibid.* a. 3, obj. ultimam et ad ultimum, p. 6 et 8.

*ll De sacramento Extremae L'nctionis* (Ratisbonae 1907) 75.

de saint Marc de celui du ch. XII de saint Matthieu, y voit comme une préfiguration du rite vrai pour lequel seul le texte de saint Jacques est à retenir. Aussi n'est-il pas étonnant que lui et ses collègues, dans leur mémoire, le passent complètement sous silence. Il se voit d'ailleurs contredit par *Didier de Païenne* qui affirme, au contraire, que le texte de Marc rapporte l'institution du sacrement par Jésus-Christ. On ne peut, en effet, se contenter de parler à ce sujet de figure, parce que les figures ont complètement cessé avec la loi nouvelle. . .

"La discussion chez les Pères (du 6 au 15 novembre 1551) donne lieu à des constatations analogues. . . L'on discute aussi à propos du texte de saint Marc. Plusieurs y voient mention de l'institution: d'autres lui contestent toute valeur démonstrative, puisqu'il n'a en vue que le pouvoir charismatique de guérison. La plupart soulignent la distinction entre l'institution même du sacrement, qui ne peut venir que du Christ, sa promulgation dans le texte de saint Jacques et sa figuration ou son annonce dans celui de saint Marc. Rien de nouveau, en somme, par rapport aux affirmations des théologiens, sauf l'insistance plus grande due au nombre considérable des Pères et l'autorité majeure qui leur revient. . .

"'[Dans le texte définitif du chap. 1] pour le texte de Marc, le Concile ne suit point ceux qui majoraient sa signification: il modifie même la rédaction primitive qui mettait en scène les apôtres accomplissant les onctions d'huile sur les malades et voyait dans leur geste le secrement *delineatum et insinuatum*. On laisse tomber *delineatum* (l'esquisse), pour ne retinir que *insinuatum,* terme traditionnel, dont la portée exacte est d'ailleurs difficile à préciser. Il évoque à la fois l'idée d'amorce et de suggestion, d'une première et fugitive apparition, plutôt symbolique que s'identifiant vraiment avec la réalité ultérieure. Celle-ci est 'recommandée aux fidèles' et promulguée par saint Jacques."[32]

Argumenta utriusque sententiae satis gravia sunt ut utramque probabilem faciant. Veritas videtur esse in media quadam sententia, quae proponitur a quibusdam modernis, et ad quam reduci potest sensus utriusque opinionis, demptis quorundam exaggeratis expressionibus. Scilicet in textu Marci agitur revera de ipso sacramento, non tamen jam instituto, ut satis valide probant argumenta primae sententiae, sed mox instituendo; agitur autem non de mera figura ut videntur putare quidam patroni illius sententiae, sed de directa insinuatione et indicatione, ab ipso Christo volita et intenta, et de directa praeparatione ac veluti initio ipsius institutionis sacramenti.

[1] "Le décret du Concile de Trente sur la Pénitence et l'Extrême Onction (Session XIV, 25 novembre 1551)," *Bulletin de littérature ecclésiastique* 39 (1038) 9, 10. 21

Apostoli nempe ritum unctionis adhibuerunt non ex propria electione, ut vult D'Alès (Diet. Bible, Suppl.: "Les onctions d'huile n'étaient qu'une industrie charitable due à leur propre initiative"), sed ex ipsius Christi indicatione; idque efficaciter sequitur ex argumentis secundae sententiae (cf. verba Maldonati), praecipue ex eo quod apostoli unanimiter eundem ritum unctionis adhibebant et quidem indistincte in quoslibet aegrotos, quae uniformitas non apparet in ceteris casibus in quibus apostoli utuntur charismate sanationum. Id autem Christus voluit, ut insinuaret apostolis materiam et virtutem sacramenti mox instituendi eosque praepararet ad illius tum intellectionem tum dispensationem. Propterea Christus addidit usui illius unctionis charismaticum effectum corporalis sanationis, conferendae etiam per futurum sacramentum, nec improbabile est addidisse quoque peculiares effectus spiritualis sanationis, ut inde commendaretur ipse principalis effectus futuri sacramenti, nam virtus Dei non alligatur sacramento et praecipue sacramento nondum instituto.

Ex quo sequitur illum ritum non posse vocari meram figuram vel tipum vel adumbrationem sacramenti, ut loquitur *Knabenbauer* ("Sicut . . . Christus saepe signo quodam externo adhibito, impositione manuum, attactu, saliva, morbos pellebat, ita apostolos unctione olei tanquam vehiculo quodam et causa quasi mediante sanitatem aegris inpertire voluit. . . Unde facile patet . . . unctionem hanc esse figuram et typum sacramenti extremae unctionis"), sed esse praeterea ipsius sacramenti "insinuationem" (Cone. Trid.), praeparationem, "specimen quoddam" (Catechismus Cone. Trid.), "initium quoddam" (Cajetanus, In Mare. 6. 13; Bellarminus: "Jacta fundamenta sacramenti"; Lagrange: "Il s'agit plutôt des origines réelles du sacrement"). Quo sensu recte affirmat S. *Thomas:* "Etiam de olei unctione *fit mentio in Evangelio, Marc.* VI, ubi dicitur quod Apostoli 'oleo ungebant infirmos,' " et minus recte scribit *Chaîne:* "Si Jac. avait terminé sa lettre un peu plus tôt nous n'aurions aucun texte scripturaire sur l'extrême-onction."

In hunc sensum collimant sequentes doctores:

*KERN:* "Recte autem, praesertim considerata interpretatione antiquorum doctorum confirmata per Concilium Tridentinum, asseritur, Christum sanationem miraculosam infirmorum fecisse dependentem a ritu Unctionis, ut praefiguraret et insinuaret sacramentum, quo infirmi secundum animam et, si expedit, secundum corpus curantur. Pie opinari licet, eos. qui cum fide et recta dispositione susceperunt unctionem apostolorum, *in* hac unctione speciales gratias ad salutem animae obtinuisse. Liberum quidem est theologo, ut defendat, etiam *per* unctionem et ex opere operato infirmis rite dispositis gratiam sanctificantem cum auxiliis supematuralibus eorum statui convenientibus esse collatam; cum tamen nulla gravis ratio hanc sententiam commendet et obstent argumenta non levis momenti, vix vere probabilis censeri potest."[33]

[33] *Op. cil.* (supra in p. 58) 80.

*LAGRANGE:* "Les apôtres guérissent à l'instar de leur Maître, non pas comme médecins, mais comme thaumaturges; seulement ils emploient l'huile dont il n'a jamais fait usage que nous sachions. Il y a certainement une nuance. On dirait que, par le fait qu'ils emploient un remède classé, ils ne promettent pas toujours une guérison surnaturelle, et Mc. ne dit pas que tous les malades fussent guéris. Ce rite est bien le même qui demeure en usage dans l'Eglise (Jac. v, 14). . . Le terme de figure et de type [employé par Knabenbauer] est peut-être trop faible, car il s'agit plutôt des origines réelles du sacrement, comme Bède (sur Mc) le dit très bien."[34]

*BOYER:* "Sacramentum extremae unctionis non obscure *praefigurabatur et adumbrabatur* per unctiones ab apostolis factas: eadem est materia, effectus est partialiter idem, idem est Christus in cuius nomine ritus conficitur, infirmi in utraque unctione iuvantur. Unde, cum in ordine intentionis prior sit res quam figura, Christus iubendo apostolis in priori eorum missione figurativa futurae universalis missionis, oleo infirmos sanare, tantum de extremae unctionis sacramento conferendo eis concessit, quantum pro opportunitate potuit; et hoc modo, vel etiam cum explicita declaratione quae in evangeliis non fuit conscripta, apostoli intellexerunt se habere potestatem unctione olei iuvare infirmos in Nova Lege, iuxta plenitudinem virtutis efficaciae sacerdotum Christi, quoad omnem salutem quae infirmis fidelibus convenire potest."[38]

Pirot in suo commentario scribit: "Ce qui est à remarquer, c'est qu'ils procèdent tous de la même façon. Une telle unanimité de méthode suppose que l'emploi de ce rite de l'onction procède d'une indication précise venant de Jésus lui-même qui attacha à ce rite sa valeur surnaturelle pour les corps et pour les âmes. Aussi est-ce à bon droit que le concile de Trente a vu *insinué* par ce geste des apôtres le sacrement de l'extrême-onction, dont l'épître de S. Jacques devait montrer la pratique courante aux temps apostoliques . . . (cf. Lagrange, p. 154. 155. qui voit en Marc [VI, 13], avec Bède. Maldonat, les origines réelles du sacrement tandis que d'autres: Bellarmin, Estius. Corneille La Pierre, Jansénius. dom Calmet, Knabenbauer. parlent seulement de 'figure et de type')."[36]

Ceterum, ad respondendum directe objectioni *Protestantium et Modernistarum,* qui nullam vident connexionem inter sacramentum usitatum in Ecclesia et illam unctionem ab apostolis sub Christi impulsu adhibitam, sufficit haec notare cum *Hugueny:* "Cette interprétation des onctions de saint Jacques et de saint Marc est. nous dit-on [du côté des Modernistes], contraire à l'histoire. Rien de commun que le rite matériel entre l'extrême-onction, qui achève la préparation des malades à la mort, et les onctions apostoliques qui ne visaient qu'à leur rendre la santé. Les onctions qui guérissent le corps pourraient se recommander de l'épisode évangélique rapporté par saint Marc et de l'institution du Maître, mais non pas celles qui purifient l'âme du mourant. L'objection nous paraît fondée sur une fausse conception du sacrement et des onctions apostoliques. Celles-ci ne visaient pas que la guérison du corps. Nbtre-Seigneur, en rendant la santé aux infirmes leur remettait leurs péchés, et les apôtres prêchaient le

"*Evangile selon Saint Marc* (Paris 1947) 154 sq.
"*Tractatus de Poenitentia et de Extrema Unctione* (Romae 1942) 400.
'*La Sainte Bible* IX (cd. Pirot-Clamcr, Paris 1946) 466.

royaume de Dieu et la pénitence aux malades qu'ils oignaient. S'ils ont continué cette pratique après l'Ascension, comme en témoigne saint Jacques, il n'est pas antihistorique de supposer que c'est en conformité avec les intentions du Maître. Il est tout naturel que Notre-Seigneur, qui s'était tant occupé des malades, ait promis de sauver ceux que les apôtres oindraient d'huile en son nom après sa mort, comme ils l'avaient fait pendant sa vie. Ce salut ne pouvait être toujours la guérison, mais il était au moins un soulagement du mal et un pardon des péchés."[37]

## II. PROMULGATIO SACRAMENTI.[38]

*1AC. 5, 14-15:* "14. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, 15. et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Domi-

" *Critique et Catholique,* II. 2: *Les mystères du salut* (Paris 1924) 160.

Bardenhewer, O., *Der Brief des heil. Jakobus übcrsetzt und erklàrt,* Freiburg i.B. 1928.

Belser, J., *Die Epistel des heil. Jakobus übcrsetzt und erklàrt, Freiburg* i.B. 1909.

Beysciilag, B. (protestans), *Der Brief des Jacobus,* Goettingen 1898.

Bord, J. B., *L'Extrême-Onction* (Bruges 1923) 34-71.

Bovon, J. (protestans), *Théologie du Nouveau Testament, 2* éd., Lausanne 1905.

CajetanüS, *Comment, in S. Jacobi epistolam,* Lugduni 1639.

Calmèj, T., *Epitres Catholiques,* Paris 1900.

Camerlynck, *Commentarius in Epistolas catholicas,* Bruges 1909.

Chaîne, J.. *L'épitre de Saint Jacques* (Paris 1927) 126-133.

Cladder, H. I., "Der formale Aufbau des Jakobusbriefcs," *Zeitschrift fur kath. Théologie* 28 (1904) 295-330.

Colon, J. B , "Jacques (Epitre de)," *Dictionnaire de théologie catholique* 8.1 (1923) 260-283.

D'Alès, A., "Extrême-Onction," *Dictionnaire de la Bible, Supplément* 3 (1938) 262-270.

De AmbrogGI, P., *Le epistole cattoliche* (Torino 1949) 78-81.

Ermoni, V., "Jacques (Epitre de Saint)," *Dictionnaire de la Bible* 3 (1903) 1088-1098.

Estius, *ht omnes D. Pauli epistolas, item in canonicas commentarii* III (cd. Holzammer, Moguntiac 1859) 471-482.

Fromond, *In epistolam canonicam beati lacobi Apostoli commentaria,* in Migne, *Scripturae sacrae cursus completus* XXV 647-752.

Hollmann, G. (protestans), *Der Jakobusbrief,* in *Die Schriften des Ncuen Testatnentes* II, cd. 2, Goettingen 1907.

Hort, *The Epistle of S. James,* London 1910.

Jacquier, *Epitre de saint Jacques,* in *Histoire des Livres du Nouveau Testament* III, Paris 1921 ; *Eludes de critique et de philologie du Nouveau Testament,* Paris 1920.

Kern, J., *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 65-71.

Knowling (protestans), *The Epistle of St. James,* London 1904.

Liagre, A. I., *Interpretatio epistolae catholicae s. Jacobi,* Lovanii 1860.

Mayor (protestans), *The Epistle of St. James,* London 1913.

Meinertz, M,, *Der Jacobusbrief und sein Verfasser in Schrift und Uebcrlieferung,* in *Biblischc Studien* X. Freiburg B. 1905; *Der Jakobusbrief,* Bonn 1924; "Die Krankensalbung Jak. 5, 14-15," *Biblische Zeitschrift* (1932) 23-36.

Messmer, A. — Mitterrutzner, I C., *Erklàrung des Jakobus-Briefes,* Brixcn und Lienz 1863.

Paes, B,, *In epistolam b. lacobi,* Lugduni 1624.

Puller, F. W (protestans), *The Anointing of the Sick in Scripture and Tradition,* London 1904.

nus, et, si in peccatis sit, remittentur ei." 14. *àvOevêi* τ\ *iv vμIv\ προσκαλίσάσθω του πρίσβυτίρου τή (κκλησία καί ττροσιυζασθωσαν t~' αυτόν αλάψαντί αυτόν* «λαίω ci' τω όρό/ιατι *τοϋ Κυρίου,* 15. *καί η ίυχη τή* ττιστίω σωσιΐ τον *κάμνοντα, καί. ίγι ά αυτόν ο* Κύριο · κάν *αμαρτία ή ττιττοιηκω , αφίθησίται. αντώ,*

## *A. CONTEXTUS.*

*Remotus contextus.*

*Canonicitas* hujus epistolae, definita a Cone. Trid., indubia est, cum saltem ab exeunte saec. 3 epistola recepta fuerit a communi traditione. De ea dubitarunt tantum aliqui antiquiores qui, teste Eusebio *(Hist, cedes.* 2.23), epistolam "spuriam ac supposititiam" existimarunt, et pauci recentiores, uti Erasmus, Cajetanus,[39] Lutherus (cf. supra, p. 34'°) et *Loisy* (cf. supra, p. 42 ), a quibus tamen recedunt non solum moderni protestantes, sed et ipsi primi reformatores Zwinglius, Melanchthonius et Calvinus. *Auctor* epistolae, quae vulgariter inscribitur "Epistola Catholica B. Jacobi Apostoli," non est lacobus filius Zebedaei seu Major *(Mat.* 4. 21; 10. 3; 17. 1) qui a. 44 ab Herode decollatus est, sed lacobus frater Domini (de quo *Mat.* 13. 55; *Marc.* 6. 13; *Act.* 12. 17; 15. 13; 21. 18; *Gal.* 1. 19), ut docent omnes qui canonicitatem epistolae admittunt; hic autem, juxta plerosque catholicos contra plerosque acatholicos, idem est ac lacobus minor *(Mare.* 15. 40) seu Alphaei *(Mat.* 10. 3; *Marc.* 3. 18; *Luc.* 6. 15; *Act.* 1. 13). Quoad *tempus,* nihil certi scitur nisi epistolam

Ropes, J. H. (protestans), *A Critical and Exegetical Commentary on the Epistle of St. Janies,* in *The International Critical Commentary* (New York 1916) 304-310.

Ruch, C., "Extrême-Onction (clans l'Ecriture)," *Dictionnaire de théologie catholique* 5.2 (1913) 1897-1927.

Senegg, P., *Der katholischc Brief des Jakobus iibersetzt und erklàrt,* München 1883.

Spâcil, T., *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* ("Orientalia Christiana," n. 74, Romae 1931) 123-133.

Trenkle, F., *Der Brief des heiligen Jakobus,* Freiburg i.Br. 1894.

Van Steenkiste, *Commentarius in epistolas catholicas,* Bruges 1909.

Von Soden (protestans), *Hand Commentar zum Neuen Testament,* III: *Der Brief des Jacobus,* Freiburg i.B. 1899.

WiNDiscn (protestans), *Die katholischen Bricfc,* Tübingen 1911.

**/. M. Vosté* scribit: "Quoad epistulam lacobi dubium Hieronymi refertur [a Cajetano], nil amplius" *(Thomas De Vio, O.P., Cardinalis Caietanus sacrae paginae magister* [Romae 1935] 11).

"Notat *Comely:* "Novum dogma, quod *Lutherus* falsa doctrinae paulinae interpretatione invexit, solam nimirum fidem sterilem iustificando homini sufficere, lacobus damnavit fidem sine operibus nihil prodesse claris et disertis verbis statuens Quapropter Luthero, ut haeresin suam defenderet, nihil erat reliquum, nisi ut epistolam nostram auctoritate spoliaret atque ex canone eiiceret. A quo facinore non abhorruit. Etenim postquam a. 1522 in praefatione primae editionis versionis suae eam, 'licet ab antiquis esset rciecta', bonam declaravit, quia humanam doctrinam nullam traderet. Dei autem legem urgeret, duobus annis post in secundae editionis praefatione 'stramenticiam epistolam, quae nihil cvangclici habeat', eam appellare non erubuit, atque huic errori, etsi verba ista in iunioribus editionibus sint omissa, illum inhaesisse reliqua illius opera ostendunt" *(Historica et critica introductio in N. T. libros sacros* III [Parisiis 1897] 614).

scriptam esse ante a. 62, quo Jacobus martyrium subiit. *Locus* probabiliter est ipsa urbs Jerusalem, ut suadetur tum ex eo quod Jacobus erat illius civitatis episcopus tum ex modo quo epistola inscribitur: "Duodecim tribubus quae sunt in dispersione," i.e. extra Palaestinam. *Subjectum* cui epistola immediate dirigitur sunt christiani Judaei extra Palaestinam commorantes, ac propterea epistola dicitur catholica seu universalis, utpote non ad aliquam particularem ecclesiam directa. *Objectum* epistolae est sustinere praedictos Christianos in eorum tribulationibus (1. 2-12) et tentationibus (1. 13-18), eos retrahere ab abusibus (oppressione pauperum, falsis prophetis, amore divitiarum, peccatis linguae: 1. 19–27; 3 et 4), eos impellere ad exercitium bonorum operum, cum fides sine operibus mortua sit (2. 14—26), eis commendare in omni tribulatione et necessitate recursum ad media supernaturalia, signanter ad orationem (5. 13-20).

*Immediatus contextus* (5. 13-20).

Apostolus haec media supernaturalia proponit: orationem (v. 13) ejusque efficaciam (v. 16b—18), unctionem infirmorum (v. 14-15), confessionem peccatorum (v. 16a), correctionem fraternam (v. 19-20). Pericopen de unctione praecedit exhortatio ad orationem, v. 13: "Tristatur aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat," sequitur vero exhortatio ad confessionem, v. 16a: "Confitemini ergo alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini." De sacramentali indole hujus confessionis, juxta traditionalem theologorum interpretationem, dictum est in tractatu *De Poenitentia* II 374-378.

*B. TEXTUS INTERPRETATIO.*

1. *Protestantes**' unanimiter reiciunt sacramentalitatem ritus unctionis a lacobo propositi. In illius tamen explicatione ita inter se dissentiunt, ut nihil fere ab uno asseratur quod ab alio non negetur. Abstrahimus autem a radicaliori affirmatione paucorum, uti Lutheri, qui vim textus lacobi conantur evacuare dubitando de ipsius epistolae canonicitate; quam solutionem, ab aliis Novatoribus derelictam, Bellarminus appellat "refugium miserorum."

Ad rem *Kern:* "Theologi protestantes multum mirantur, quod catholica Ecclesia in textu s. Jacobi V. 14 s. videt expressum sacramentum. Communis vero haec admiratio coniungitur cum maximo dissensu vix non de singulis verbis doctrinae apostolicae. Dissentiunt de auctore hujus ritus (Christus, Jacobus, ignotus quidam), de eius duratione (tantum tempore apostolico, usque ad finem charismatum, semper), de eius ministro (seniores aetate, viri graves in communitate,

" Cf. Kern, *op. cit.* (supra in p. 62) 60-65, el Ruch, *art. cit.* (supra in p. 62) 1913-1925.

presbyteri sensu eccleciastico), de subjecto (quivis infirmus, periculose decumbens, moriens), de materia (quodvis remedium naturale, tantum oleum idque vel ob naturalem vim vel tamquam merum symbolum vel tamquam causa partialis), de oratione fidei (Ecclesiae, presbyterorum, infirmi), de fine et effectu (auxilium in corpore et anima, sola sanatio corporis, tantum auxilium ad felicem transitum). Unde etiam catholici possunt mirari, quod protestantes cum tanta unanimitate in neganda veritate revelata coniungunt tantam discrepantiam in asserendo errore. Nullus exegeta eorum proponit rationem, ob quam ritui a s. Jacobo praescripto dignitas sacramenti perpetui Ecclesiae sit abiudicanda, quam non alii ut falsam reiciant."[42]

Quod attinet ad effectum seu efficacitatem ritus lacobi. a qua potissime pendet ejus sacramentalitas, Novatores multiplices afferunt explicationes quae ad tres principales reduci possunt:

Agitur de *naturali remedio sanitatis,* seu de olei unctione qua communiter Orientales eo tempore utebantur, cui ceteroquin additur vis miraculosa apostolorum *(Melanchthonius; Rosenmüller"}* vel vis orationis presbyterorum *(De Wctte**).*

Agitur de *supernaturali charismate* corporalis sanationis (de quo in 1 Cor. 12. 9) quod fuit proprium solius temporis apostolici *(Lutherus, Calvinus, Chemnitius,* modernus anglicanus *F. W. Puller**), vel commissum quidem Ecclesiae in perpetuum, sed ab ea amissum per corruptionem ritus apostolici in sacramentum Extremae Unctionis (Bengel. alias *Bengelius**). Argumentum hujus opinionis, quae est praecipua hucusque a Novatoribus inventa, est parallelismus sive cum textu Marci, in quo agitur de sola corporali curatione, sive cum curationibus a Christo factis mediante materiali ablutione vel linitione, ut caeci nati per aquam Siloë vel muti aut caeci per linitionem sputi.

Agitur non de naturali vitute unctionis nec de supernaturali charismate sanationum, sed de aliqua pia caeremonia, qua vel mere commendatur et extollitur propria *vis orationis (B. Weiss*'),* vel impetratur miraculosa curatio corporalis, ratione *fidei et dispositionum* subjecti et ministri *(Chr. Wolj,**G. Hollmann*" H. Windisch;'*

'■*Ibid.* 60.

*"Scholia in N. T.* (Norimbcrgac 1777-1782) V 394.

*" Kurze Erkldrung der Briefe des Petrus, Judas und Jakobus,* cd. 2, p. 247.

*"The Anointing of the Sick in Scripture and Tradition* (London 1904) 13-40. Cf. recensionem hujus libri factam a P. Lejay, "Ancienne philologie chrétienne," *Revue d'histoire et de littérature religieuses* 11 (1906) 372-374.

*"Gnomon N. T.,* cd. 2, p. 1118sq.

*"Das N. T., Handausgabe,* III 292.

*"Curae philologicac et criticae in SS. Apostolorum Jacobi, Petri, Judae et Joannis epistolas,* cd. 2, p. 80.

[42] *Op. cit.* (supra in p. 62) 527 sq. [M] *Op. cit.* (supra in p. 63) IV 31.

*Mcyer-Beyschlag3')*, vel creditur fieri peccatorum remissio ad finem obtinendae corporalis sanationis, juxta tunc temporis *praejudicium quod omnis infirmitas esset sequela alienjus* peccati *(Stcitz-Kattcnbusch,*[32] *J. Bovon*[33]*),* vel procuratur *jelix transitus ex hac vita* seu securitas salutis aeternae *(Von Soden*[34]*).*

Juverit referre ipsam sententiam (ne dicamus sententias) *Lutheri* et *Calvini.* quae in sua instabili multiplicitate revera continet germen omnium praedictarum discrepantium opinionum quaque nullam subinde alii Novatores invenerunt suis principiis congruentiorem.

*LUTUE.RUS,* praeter verba supra relata (in p. 33-35), haec de textu lacobi profert, quibus complet totam suam paragraphum "De Sacramento extremae unctionis":

"Si [catholici] verum putant et servandum, quod apostolus dicit, qua autoritate mutant et resistunt? Cur faciunt ipsi extremam et singularem unctionem ex ea. quam apostolus voluit esse generalem? Neque enim apostolus extremam esse voluit, et solum morituris dandam, sed absolute dicit: Si quis infirmatur, non dicit: Si quis moritur. Neque enim curo, quid Dionysii ecclesiastica hierarchia hic sapiat, ipsa apostoli verba aperta sunt, quibus et ille et isti pariter nituntur, et tamen non sequuntur: ut appareat eos. non autoritate ulla, sed suo arbitrio ex verbis apostoli male intellectis sacramentum et unctionem extremam fecisse, cum iniuria ceterorum infirmorum, quibus vi propria abstulerunt ungendi beneficium ab apostolo statutum.

"Sed illud pulchrius, quod promissio apostoli expresse dicit: Oratio fidei salvabit infirmum, ct alleviabit eum Dominus etc. Vide, apostolus in hoc ungi et orari praecipit, ut infirmus sanetur et allevietur, hoc est, non moriatur, nec sit extrema unctio, quod ct usque hodie probant preces inter ungendum dictae, quae infirmum restitui petunt. Illi contra dicunt non esse dandam unctionem, nisi discessuris, hoc est. ut non sanentur et allevicntur. nisi res ita esset seria, quis risum queat tenere, super tam bellis, aptis, ct sanis apostolicorum verborum glossis? Nonne hic aperte deprehenditur insipientia sophistica, quae ut hoc loco, ita multis aliis hoc affirmat, quod negat Scriptura, hoc negat, quod illa affirmat? Quin igitur gratias agimus tam eximiis Magistris nostris? Recte igitur dixi, nusquam insignius esse deliratum ab illis, quam hoc loco.

"Ulterius, si unctio ista sacramentum est. debet sine dubio esse (ut dicunt) efficax signum eius, quod signat et promittit. At sanitatem et restitutionem infirmi promittit, ut stant aperta verba: Oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus. Quis autem non videt hanc promissionem in paucis, imo nullis impleri? Inter mille enim vix unus restituitur, idque nemo sacramento, sed naturae vel medicinae beneficio fieri putat, nam sacramento contrariam vim tribuunt. Quid ergo dicemus? Aut apostolus hac promissione mentitur, aut unctio ista sacramentum non erit, promissio enim sacramcntalis certa est, at haec in maiori parte fallit. Quin, ut iterum theologorum istorum prudentiam et vigilantiam cognoscamus, ideo extremam esse volunt unctionem, ne stet ista promissio, hoc est. ne sacramentum sit sacramentum. Si enim extrema est, non sanat, sed cedit infirmitati, si autem sanat, extrema esse non debet. Ita fit horum Magistrorum interpretatione, ut lacobus intelligatur sibi ipsi contradixisse et, ne sacramentum institueret, sacramentum instituisse, dum ideo extremam volunt unctionem, ut non sit verum, sanari per eam infirmum, quod ille statuit. Si hoc non est insanire, rogo quid est insanire?

[**] *Der Brief des Jacobus,* cd. 2, p. 227.
[*''*] *"Oelung," Realencyclopâdie fur fnrotesiantische Théologie und Kirchr* 14 (1904) 305.
[*] *Op cil* (supra in p. 62) II 427 sq. [*] *Dp. cil.* (supra in p. 63) 201 sq.

"Contingit his illud apostoli, I. Tim. 1, volentes esse legis doctores, cum ignorent quid loquantur, aut de quibus affirment. Sic omnia citra iudicium legunt et sequuntur. Eadem enim oscitantia et confessionem auricularem ex hoc apostolo hauserunt dicente: Confitemini alterutrum peccata vestra. Sed nec hoc servant isti, quod apostolus iubet presbyteros ecclesiae induci, et super infirmum orari. Vix unus sacerdotulus nunc mittitur, cum apostolus velit multos adesse, non propter unctionem, sed propter orationem, unde dicit; Oratio fidei salvabit infirmum etc. Quamquam incertum est mihi, an sacerdotes velit intelligi, cum dicat presbyteros, id est, seniores. Neque enim continuo sacerdos aut minister est, qui senior est. quo suspicari possis, apostolum voluisse, ut seniores et graviores in ecclesia visitarent infirmum, qui opus misericordiae facientes et in fide orantes eum sanarent: quamquam negari non possit, ecclesias olim a senioribus fuisse rectas, absque istis ordinationibus et consecrationibus, propter aetatem et longum rerum usum in hoc electis.

"Quare hanc unctionem eandem ego esse arbitror, quae Mar. 6. de apostolis scribitur: Et ungebant oleo multos aegrotos, et sanabant, ritum scilicet quendam primitivae ecclesiae, quo miracula faciebant super infirmis, qui iamdudum defecit, quemadmodum et Mar. ult. Christus donat credentibus, ut serpentes tollant, et super aegros manus ponant etc. Ex quibus verbis mirum est, quod non etiam sacramenta fecerint, cum sint similis virtutis et promissionis cum verbis his Iacobi. Non ergo sacramentum est extrema ista, id est, ficta unctio, sed consilium Iacobi, quo possit, qui velit, uti, sumptum ac relictum ex evangelio Marci 6, ut dixi. Neque enim credo datum infirmis quibusvis, cum ecclesiae gloria sit infirmitas, et mors lucrum, sed his tantum, qui impatientius et rudi fide infirmitatem ferrent. Quos ideo reliquit Dominus, ut in eis miracula et virtus fidei eminerent.

"Et hoc ipsum caute ac de industria Iacobus providit, dum promissionem sanitatis et remissionis peccatorum non tribuit unctioni, sed orationi fidei Sic enim dicit: Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis fuerit, remittentur ei. Sacramentum enim non exigit orationem aut fidem ministri, cum impius etiam baptiset et consecret absque oratione, sed nititur in sola promissione et institutione Dei, exigens fidem suscipientis. In nostrae autem extremae unctionis hodiernae usu ubi est oratio fidei? Quis ea fide orat super infirmum, ut non haesitet eum restitui? Nam talem orationem fidei Iacobus hic describit, dc qua et in principio dixerat: Postulet autem in fide nihil haesitans, et Christus: Quaecunque petieritis, credite, quia accipietis, et fiet vobis.

"Prorsus non est dubium, si hodie quoque talis oratio fieret super infirmum, id est, a senioribus, gravioribus et sanctis viris, plena fide sanari quotquot vellemus. Fides enim quid non posset? At nos fide hac neglecta (quam maxime exigit haec apostoli autoritas) deinde quodvis sacerdotum vulgus per presbyteros, viros scilicet aetate et fide praestantes, intelligimus. Deinde extremam e quotidiana aut libera unctione facimus, tandem effectum promissae ab apostolo sanitatis non solum non impetramus, sed etiam contrario effectu evacuamus. Nihilo tamen minus iactamus, nostrum sacramentum, imo figmentum hac apostoli sententia, plus quam per bis diapason repugnante, fundari et probari. O theologos."

*CALVINUS,* praeter verba supra relata (in p. 35 sq.), haec de textu Iacobi habet, quibus complet totam suam diatribam "De ultima, ut vocant, unctione" (n. 19 et 21):

"Qua maiori ratione sacramentum ex hac [Iacobi] unctione faciunt [catholici], quam ex aliis quibusvis symbolis, quae nobis in scriptura commemorantur? Cur non aliquam natatoriam Siloah destinant, in quam certis temporum vicibus se immergant male habentes? Frustra, inquiunt, id fieret. Certe non magis frustra quam unctio. Cur non mortuis incubant, quoniam puerum mortuum illi incubando suscitavit Paulus? Cur non lutum ex sputo et pulvere sacramentum est? Sed alia singularia exempla fuerunt, hoc autem ab Iacobo praecipitur. Nempe *pro eo*

*tempore loquebatur lacobus, quo adhuc huiusmodi Dei benedictione /ruebatur ecclesia.* Affirmant quidem eandem etiamnum vim suae unctioni inesse: sed aliter experimur. Nemo iam miretur quomodo animas, quas verbo Dei, hoc est vita et luce sua spoliatas, stupidas esse et caecas sciebant, tanta confidentia ludificati sint, quum nihil eos pudeat, corporis sensus, vivos ac sentientes, velle fallere. Ridiculos ergo se faciunt, dum gratia curationum praeditos sese iactant. Adest sane suis Dominus omnibus saeculis, et eorum languoribus, quoties opus est, medetur, non minus quam olim; manifestas tamen illas virtutes non ita exserit, nec miracula per apostolorum manus dispensat, quia et temporale fuit illud donum, et aliqua etiam ex parte hominum ingratitudine statim intercidit. . .

'•Quanquam etiamsi obtinuerint, huic aetati convenire quod de unctione ab lacobo praecipitur (a quo longissime absunt), ne sic quidem adhuc multum promoverint in approbanda sua unctione, qua hactenus nos illeverunt. lacobus omnes infirmos vult inungi: *isti non infirmos, sed semimortua cadavera* sua pinguedine inficiunt; quum iamiam anima in primoribus labris laborat, vel. ut ipsi loquuntur, in extremis. Si praesentem habent medicinam in suo sacramento, qua vel morborum acerbitatem leniant, vel saltem aliquod animae solatium adferant, crudeles sunt qui nunquam in tempore medentur. lacobus vult infirmum ungi a senioribus ecclesiae: isti unctorem non admittunt nisi sacrificulum. Quod apud lacobum presbyteros interpretantur sacerdotes, et pluralem numerum ad decorem positum nugantur, nimis frivolum est; quasi vero ecclesiae eo tempore sacrificorum examinibus abundarint, ut in longa pompa procedere potuerint ad ferendum sacri olei ferculum. *lacobus, dum simpliciter ungi infirmos iubet, non aliam unctionem mihi significat, quam vulgaris olei; nec aliud habetur in Marci narratione.* Isti oleum non dignantur nisi ab episcopo consecratum, hoc est, multo halitu calefactum, multo murmure incantatum, et novies flexo genu salutatum: ter, ave sanctum chrisma; ter, ave sanctum balsamum. A quo tales exorcismos hauserunt? lacobus dicit (5, 15): ubi unctus oleo fuerit infirmus, et precatio concepta fuerit super eum, si in peccatis fuerit, remissum iri; ut scilicet abolito reatu poenae levationem impetret; non intelligens pinguedine deleri peccata, sed fidelium orationes quibus afflictus frater Deo commendatus fuerit, non fore irritas. Isti per sacram suam, id est *abominabilem unctionem,* peccata remitti impie mentiuntur. En quam pulchre proficient, ubi lacobi testimonio pro sua libidine prolixe abuti permissi fuerint. Ac ne diutius sit nobis in probatione laborandum, hac difficultate nos eorum quoque annales liberant. Referunt enim Innocentium papam, qui Augustini aetate romanae ecclesiae praefuit, instituisse, ut non presbyteri modo, sed omnes etiam Christiani oleo uterentur, in suam suorumque necessitatem ungendo."

*Modernistarum* interpretatio textus lacobi,ad quam ceteroquin accedunt moderniores inter supradictos Novatores, cum ipsa sit ultimus terminus evolutionis ipsius negationis protestanticae, reducitur ad hanc *Loisy* propositionem (cf. supra, p. 40 sq.) damnatam in Decreto "Lamentabili": "lacobus in sua epistola non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi, sed commendare pium aliquem morem" *(Dcnz.* 2048), ceteroquin paganae vel judaicae originis, ut dicunt *Renan* et alii (cit. in p. 43 sq.), jam apud Marcum ab apostolis usitatum, qui subinde pedetemptim evolutus est in sacramentum Ecclesiae.

3. *Schismatici Orientales* prorsus consentiunt catholicis circa sacramentalitatem textus Jacobi.

Ad rem *Spâcil:* "Praecipuum testimonium pro hoc sacramento

omnes ex textu Iacobi petunt. Ibi enim apostolus 'proprium et specialem sermonem' de sacramento facit (Knitis), textus est 'testimonium clarum' (Olariu), multo clarius quam apud Mc (Jastrebov), 'omnimode clarum' (Makarij); et in hoc testimonio sacramentum unctionis infirmorum fundatur (Kefalas, Kaliifron, Korais), stabilitur (Theofllos), *ὑπογραμνον κρατά* (StOUrdzas).

"Et quidem imprimis omnes theologi separati unanimiter docent posse ex textu clare et determinate erui unctioni infirmorum ex tribus quae ad constitutionem sacramenti necessaria habent elementis (scilicet 'pars visibilis' = materia et forma, 'pars invisibilis' seu gratia sacramentalis, institutio a Christo) saltem duo competere, id est 'partem visibilem' et gratiam sacramentalem. Agitur enim de aliqua institutione permanente et Ecclesiae universae praescripta. Verba autem apostoli neque de aliquo medicamento mere naturali neque de charismate sanationum explicari possunt. Medium enim praescriptum ad omnes infirmitates sanandas valet, a presbyteris, cum oratione et in nomine Domini administretur oportet, et per illud non solum corpus sanari potest, sed animae quoque peccata remittuntur. Habetur igitur aliqua actio sacra cum oratione coniuncta, cui gratia quaedam invisibilis adnectitur: duo elementa ad sacramentum necessaria.

"Tertium sacramenti elementum, institutionem nempe Christi, aliqui ex textu hoc cum probabilitate solum deduci posse opinantur; alii tamen inde cum certitudine erui posse putant. Apostolus enim rem non ut novam, sed ut notam et traditam proponit; et alioquin apostoli solum pro ministris mandatorum Christi sese habebant, neque propria potestate quid instituere poterant, ubi de gratia conferenda et remissione peccatorum impertienda agitur; si autem in aliis rebus quid propria auctoritate iniungebant, hoc expresse notabant (1 Cor. 7. 8 ss.). . . Ex dictis etiam patet, quo sensu intelligendi sunt ii theologi separati, qui dicunt divinam huius sacramenti institutionem indirecte solum ex s. Scriptura probari posse, vel nullum esse in N. T. textum, in quo institutio unctionis infirmorum a Salvatore directe enuntiatur. Ita scilicet loquuntur theologi, qui apud Mc. de sacramento proprie dicto sermonem esse negant; ex textu Iacobi enim, aiunt, institutio divina quidem deduci potest, non tamen ibi expresse affirmatur."[85]

4. *Catholica interpretatio.*

Tota Traditio textum Iacobi intellexit de sacramento Extremae Unctionis, ut constat ex testimoniis infra referendis et ex solemnibus

[85] *Op. cil.* (supra in p. 63) 59-62.

documentis Ecclesiae supra relatis (in p. 47-51). Quantus esset Traditionis consensus in hac re, ostendit quoque unanimitas theologorum ac Patrum Tridentinorum, quorum nullus in praeparatoriis discussionibus dubium de hac interpretatione movere ausus est, etsi de sensu textus Marci late discussum fuerit.[50]

Praeterea *Concilium Tridentinuni* (cit. in p. 49) solemniter veritatem hujus interpretationis definivit, ita ut haereticum sit affirmare in textu Iacobi non agi de sacramento Extremae Unctionis. Imo de nullo alio sacramentali textu, in Scriptura contento, tam solemnis et completa Ecclesiae declaratio allata est. Docet enim Concilium in textu Iacobi hoc sacramentum commendari ac promulgari; addit in eo exprimi omnia elementa hujus sacramenti, seu Iacobum illis "verbis, ut ex apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docere materiam, formam, proprium ministrum et effectum huius salutaris sacramenti" (cap. 1; cf. can. 4). *Decretum "Lamentabili"* (cit. in p. 40) ulterius determinat in textu Iacobi agi de vero et proprie dicto sacramento, accepto nempe "eo rigore, quo acceperunt theologi, qui notionem et numerum sacramentorum statuerunt." *Catechismus Cone. Trid.* (supra cit., in p. 50) longius progreditur, asserens "Extremae Unctioni propriam Sacramenti rationem convenire . . . maxime perspicuum fieri posse, si verba [Iacobi] . . . attendamus."

Attamen nec Cone. Trid. nec Decretum "Lamentabili" docent ex textu Iacobi, per se solum et sub critica exegesi spectato, independenter nempe ab explicatione Traditionis quae complet rectam et adaequatam exegesim, certo erui existentiam et indolem hujus sacramenti; quinimo ipsum Concilium indicat fontem unde suam hauserit interpretationem, scilicet "apostolicam traditionem per manus acceptam." Unde, etsi ex ipso solo textu Iacobi, validum conficiatur argumentum pro Extrema Unctione valideque refellantur variae Protestantium interpretationes, non est tamen contra doctrinam Concilii dubitare de pleno valore illius argumenti scripturistici, nude et critice spectati, ut fatentur *liarent, M.-J. Lagrange, De Guibert, Ruch*' Bord:*[1]

Ad rem *IIARENT:* "Si le passage de saint Jacques était pris en dehors de toute tradition explicative, nous reconnaissons franchement qu'il nous laisserait dans le doute. On pourrait très bien y voir un sacrament, mais on pourrait y voir quelque chose de moins: le texte seul ne trancherait pas la question. Mais nous avons en plus la tradition; nous avons l'Eglise infaillible, sans laquelle l'Ecriture sainte, dans son obscure brièveté, resterait souvent une base énigmatique et insuffisante de notre religion Aussi la vraie méthode n'est pas d'isoler l'Ecriture de la tradition qui l'explique, de discuter, à l'aide de l'Ecriture seule, jusqu'au dernier détail de la religion; mais, comme le disait déjà Tertullien dans ses Prescriptions

[50] Cf. Cavallera, *art. cil.* (supra in p. 58 sq.) 6-11.
[1] .-Irl. *cit.* (supra in p. 62) 1919.
[1] *L'Extrême Onction* (Bruges 1923) 70 sq.

et Irénée Contre les hérésies, la vraie méthode est de chercher tout d'abord la véritable Eglise, à qui ont été confiées les Ecritures, leur interprétation et toutes les traditions, pour apprendre d'elle ce qu'il faut tenir."[50]

*LAGRANGE:* "La proposition XLVIII [du décret "Lamentabili"]: 'Jacobus in sua epistola (vers. 14 et 15) non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi' etc., ne serait pas réprouvée si elle disait seulement: la seule exégèse du texte ne permet pas d'affirmer que Jacques promulgue un sacrement; elle est réprouvée parce qu'elle nie positivement que Jacques ait promulgué un sacrement, ce que le concile de Trente avait cependant affirmé."[00]

*DE GUIBERT:* "Le décret [Lamentabili] n'entend pas affirmer que S. Jacques enseigne explicitement la notion de sacrement, telle que les théologiens l'exposeront plus tard; ni même que l'étude purement critique de ce texte, indépendamment du secours de la tradition, pourrait démontrer avec certitude que c'est bien d'un sacrement ainsi entendu que parle S. Jacques;—mais il rejette la conception évolutionniste, d'après laquelle l'apôtre aurait recommandé en fait un rite autre, moins riche d'efficacité surnaturelle que le sacrement tel qu'il sera plus tard décrit en détail, un rite sanctifiant quelconque, qui ne serait devenu que longtemps après notre sacrement actuel d'extrême-onction."[01]

Solet hic ab auctoribus notari paucissimos theologos, inter quos praecipue *CAJETANUM, discessisse a sensu traditionis negando in textu Iacobi agi de Extrema Unctione.* Hinc etiam quidam occasionem accipiunt calumniandi auctoritatem Cajetani ut Scripturarum interpretis, recoquentes haec verba *Pallavicini:* "Quant à ce qui concerne Cajétan, parler de ses commentaires sur l'Ecriture. c'est parler des pieds et non du plumage du plus beau des oiseaux Car il se trouve que ce grand homme, dont le génie est admirable dans ses autres ouvrages, n'a laissé rien qui soit digne de son nom dans celui-ci. où il s'est égaré sur les pas d'un guide plus hébraïsant que théologien. Aussi ses commentaires l'ont-ils fait ranger au nombre des hérétiques par Gabriel Prateolo, évêque de Chiaramonte; et supposé qu'il y ait indiscrétion à juger aussi rigoureusement un auteur si pieux et si vénérable, il est toujours certain que ses commentaires ne furent accueillis ni des protestants ni des catholiques."[02]

Quidquid sit de auctoritate Cajetani, ut Scripturae interpretis[63] notandum est imprimis Cajetanum scripsisse ante authenticam declarationem textus Iacobi factam a Cone. Tridentino. Praeterea, ejus verba non repugnant tali benignae interpretationi qua dicatur eum tantum negare quod ex ipso textu Iacobi nude sumpto possit erui sacramentum Extremae Unctionis; sic enim sonant: "Nec

[00] "Modernisme," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* 3 (1926) 614.

[01] "Le décret 'Lamentabili sane exitu' et la critique historique." *Revue biblique,* nouvelle série, 4 (1907) 551 sq.

[02] "Extrême-Onction," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* 1 (1925) 1870.

[63] *Histoire du Concile de Trente* l. 6, ch. 17, n. 2 (Montrouge 1884) II 97.

"Earn non modice extollit I. M. Vosté, O.P. *(Thomas De Vio, O.P. Cardinalis Cajetanus, sacrae paginae magister* [Romae 1935] 7, 17, 30, 39, 43; cf. tamen 62 sq.), qui rcicit praedictam calumniam Pallavicini, scribens: "Diximus *Pallavicinum* alibi erca Caietanum, in specie erga eius commentarios biblicos, esse severiorem, immo, nostro iudicio, iniustum, cum offensive comparatione (omnis enim comparatio est odiosa, sicut et claudicat) illos commentarios comparet pedibus pavonis: 'Quanto appartienc al Gaetano, il parler de suoi Comenti sopra la Scrittura è un pariare, non delle penne, ma de piedi d'un bellissimo paonc'. . . Similiter iuslitiae haud serviunt (quid de caritate dicam?), qui tam pungens dictum sive Caietano sive nobis obiciunt. — Nonne a quolibet, moderate loquenti et veritati servienti, idem dicetur de iniurioso dicto Melchioris Cani [De locis theol., l. 7, c. 3, n. 11] — nimis quandoque stilo ciccroniano indulgentis —, qui loquitur de 'leprae admixtione' doctrinam Caietani foedanti. Haec forsitan olim dici poterant, a nobis vero habentur ut cruda et primaeva, atque iniusta" (p. 39 in nota).

ex verbis, nec cx effectu verba haec loquuntur de sacramentali unctione Extremae unctionis, sed magis de unctione quam instituit Dominus lesus in evangelio, a discipulis exercendam in aegrotis. Textus enim non dicit: infirmatur quis ad mortem, sed absolute: infirmatur quis, et effectum dicit infirmi alleviationem, et de remissione peccatorum nonnisi condicionaliter loquitur, cum Extrema unctio nonnisi prope articulum mortis detur, et directe (ut eius forma sonat) tendit ad remissionem peccatorum. Praeter hoc quod lacobus ad unum aegrum multos Presbyteros tum orantes, tum ungentes, mandat vocari, quod ab Extremae unctionis ritu alienum est."[84]

Non apparet quo gradu a sententia Cajetani distet opinio nostro adhuc aevo prolata a *TH. CALMES* (ψ 1906) qui non agnoscit in textu lacobi, per se solum spectato, sacramentum Extremae Unctionis, etsi addat officialem Ecclesiae interpretationem illum textum connectere cum sacramento Extremae Unctionis. Quam opinionem sic exponit *Ruch:* "On lit . . . dans Calmes, *Epîtres catholiques, Apocalypse,* p. 21: 'Il semble que l'effet des onctions et des prières est de rétablir le malade, de le préserver de la mort afin qu'il puisse assister au retour du Seigneur (cf. I Thés.. IV. 13-18).' Simple variante avec atténuation de l'interprétation de von Soden, discutée plus haut. Cette opinion repose sur un rapprochement gratuit de l'affirmation de Jacques et d'un texte biblique arbitrairement choisi parmi ceux qui traitent de la résurrection, texte qui s'applique non aux malades, mais aux chrétiens que surprendra la parousie. Calmes continue: 'Un autre effet non moins important, c'est la rémission des péchés. Mais ceci dépend autant des prières faites par les fidèles que des onctions pratiquées par les presbytres.' Or, le sacrement catholique des malades n'a jamais été représenté comme un moyen pour les patients de demeurer 'vivants jusqu'à l'avènement du Seigneur.' afin d'être 'emportés avec les morts ressuscités à la rencontre du Christ.' I Thés., IV, 16, 17. Le rite de Jacques ne serait donc pas notre sacrement. Mais l'auteur ajoute: On sait que l'interprétation officielle de l'Eglise rattache le rite mentionné ici au sacrement de l'extrême onction.' Ainsi comme exégète *catholique,* Calmes ne se sépare pas des autres interprètes."[85]

C. *TEXTUS EXPOSITIO.*

Ut docet Cone. Trid. in cap. 1, ecclesiasticae traditionis interpretatio legit in textu lacobi omnia elementa seu causas hujus sacramenti, scilicet "materiam, formam, proprium ministrum et effectum," cui addere oportet subjectum, de quo Concilium loquitur in prologo. Omnia autem haec elementa ita eruuntur etiam ex ipso critico examine textus, abstrahendo a traditionis testimonio, ut vere dici possit ritum unctionis, qui administratur ab Ecclesia, essentialiter quadrare cum ritu qui a lacobo commendatur adeoque jure merito admitti identitatem inter utrumque.

1. *SUBJECTUM,* quod a lacobo proponitur, est infirmus, corporaliter infirmus, in periculo mortis constitutus.[0'|

Ipsa vox *ἰσθινόν (ἰσθινά* = infirmatur) in ipso usu profano ac in sensu proprio exprimit infirmitatem seu languorem corporalem, saepe

"*Opera omnia quotquot in Sacrae Scripturae expositionem referiuntur* (Lugduni 1639) V 570.

** ArL riL (supra in p. 62) 1917.

'Confer etiam infra dicenda in art 30 et 31 (torn. 2), ubi peculiariter sermo erit de subjecto sacramenti.

etiam adhibetur in sensu metaphorico debilitatis et languoris animi.*7 In N.T. saepe adhibetur in proprio sensu corporalis infirmitatis et ita ut quandoque referatur ad infirmos in genere (*Mat.* 10. 3; *Io.* 6. 2; *Act.* 20. 35; 1 *Cor.* 11. 30), saepe vero referatur ad graviter infirmos (certo: *Mare.* 6. 56; *Luc. I.* 10; 9. 2; *Io. A.* 46; 11. 2, 3, 6; *Act.* 9. 37; *Phil. 2.* 26; 2 *Tim.* 4. 20; probabilius: *Mat.* 25. 36, 39; *Luc.* 4. 40; *Act.* 9. 12); ceterum non raro occurrit etiam translata significatio moralis aut spiritualis infirmitatis (imbecillitatis, inferioritatis, servitutis, debilitatis corruptae naturae): *Rom.* 4. 19; 14. 1 sq.; 1 *Cor.* 8. 11 sq.; 2 *Cor.* 13. 3, 9; 12. 10; 13. 4; 11. 29; *Rom.* 8. 3.'8

Quod hic agatur de *infirmitate corporali* suadet imprimis ipsa primaria ac propria acceptio illius vocis in usu sive profano sive biblico, quam oportet retinere nisi contraria aliqua ratio sensum translatum suadeat; secundo, usus diversae vocis κακοπαθάν in versiculo praecedenti (v. 13: "Tristatur aliquis vestrum"), ubi agitur de spirituali infirmitate seu animi languore; tertio, ipsa advocatio presbyterorum (ττροσκαλϋσθαί = ad se clamare), quae indicat infirmum non posse domo exire et per seipsum adire presbyteros. Quod agatur de gravi infirmitate ostendit tum haec ipsa conclamatio, tum vox τον κάμνοντα (infirmum), qua infirmus iterum designatur in v. 15 quaeque alibi significat gravem depressionem vel deficientiam, utut spiritualem,09 et apud auctores profanos designat quandoque etiam moribundum, imo et mortuum.7" Ipsum periculum mortis, prout saltem distinguitur a generali morbi gravitate, non directe indicatur, suadetur tamen tum ex ipsa necessitate advocandi presbyteros, tum ex voce "salvabit infirmum" quae indicat speciale periculum, tum ex expressione "orent super eum" quae potest indicare infirmum decumbentem, etsi possit significare tantum manuum impositionem vel generaliter rationem subjecti pro quo fit oratio (Origenes, Horn. 2. 4 in Lev., infra cit. in p. 98, citans textum Iacobi, verbis "orent super eum" substituit "imponant ei manus"). Agitur praeterea de christiano seu baptizato (Infirmatur quis "in vobis," i.e. inter

'Cf. lexica graeca, v. g. E. F. Leopold, *Lexicon Graeco-Latinum* (Lipsiae 19'5) 141; Liddel and Scott, *Greek English Lexicon Abridged* (26 ed., Chicago 1848) 108.

"Cf. F. Zorell, *Lexicon Graecum Novi Testamenti* (cd. altera, Parisiis 1931) 183-185, ad voces *iffOeviu, àaOevqs.*

•Verbum κ&μνω (dcfctiscor, lassor), praeter *lac.* 5. 15, ubi significat corporaliter infirmum, quinquies occurrit in Scriptura, i.e. *lob* 10. 1 et 2 (taedere), *Hebr.* 12. 3 (fatigari), *Apoc. 2.* 3 (deficere), ubi designat potius moralem deficientiam, et *Sap* 15. 9 (laborari) ubi potest etiam intelligi de corporali labore seu infirmitate. *Job.* 10. 1 et 2: "Taedet animam meam vitae meae. . . , loquar in amaritudine animae meae"; *Hebr.* 12. 3: "Ne fatigemini animis vestris deficientes"; *Apoc. 2.* 3: "Non defecisti"; *Sap.* 15. 9: "Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam brevis illi vita est. . ."

'Zorell, *op. cit.* 654, in sensu aegroti refert ex Scriptura *lac.* 5. 15 et ex auctoribus profanis Herodotum et Xenophontem. Quoad sensum sive infirmi sive mortui, confer nuper relata lexica Leopold (p. 422) et Liddell and Scott (p. 347).

Christianos quibus epistola dirigitur), atque adulto utente usu rationis ("inducat presbyteros," i.e. sua petitione), non tamen necessario actualiter peccatore ("Et, si in peccatis sit, remittentur ei").

2. *MINISTER* est sacerdos, non vero quilibet senior seu natu major, nec a fortiori medicus aut dignitarius synagogae aut civilis magistratus.

Vox quidem *πρατβύτίρο';* tum secundum suam originem, tum etiam secundum usum judaicum ex quo transivit in usum ecclesiasticum, significat seniorem. Attamen *imprimis* jam a priori difficile intelligeretur quare ad salvandum vel sublevandum infirmum vocarentur provectiores aetate potiusquam sanctiores vel peritiores viri. *Secundo,* in usu ecclesiastico ea vox jam inde a saec. 2 adhibetur ad designandum secundum gradum ecclesiasticae hierarchiae, qui usus est probabiliter originis apostolicae; ceterum in ipsa Scriptura, seu in Actibus et Epistolis, vix non semper ea vox indicat munus sacrae potestatis: presbyteri enim cum apostolis connumerantur *(Act.* 15. 2, 4, 6, 22, 33; 16. 14; 1 *Pct.* 5. 1, ubi Petrus vocat se "consenior" seu συμπ/κσβυτίρο ), ab apostolis vel eorum discipulis instituuntur *(Act.* 14. 23; *Tit.* 1. 5) ut curam fidelium habeant et praesint ecclesiis *(Act.* 11. 30; 21. 18; 1 *Tini.* 5. 17; 1 *Pet.* 5. 2), quandoque iidem indiscriminatim vocantur presbyteri et episcopi *(Act.* 20. 28 coll, cum 20. 17; *Tit.* 1. 7 coll, cum 1. 5; 1 *Tim*. 3. 7-9 coll, cum 5. 17-20). Unde, etiam si in textu Jacobi sola haberetur vox "presbyteri," nullum esset dubium eam sacerdotes seu Ecclesiae praefectos designare. *Tertio* ipsa appositio vocis "ecclesiae" ("presbyteri ecclesiae") et ipse finis pro quo presbyteri advocantur (ut scilicet orent super infirmum et sacrum ritum persolvant) omne dubium expellit aut vix rationabile reddit, non secus ac si dubitaretur de sensu ejusdem vocis in *Act.* 20. 17, 18, 28: "A Mileto autem [Paulus] mittens Ephesum vocavit maiores natu ecclesiae. Qui cum venissent ad eum et simul essent, dixit eis: ... Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei." Nec obstant verba "Confitemini ergo *alterutrum* peccata vestra" quae sequuntur in v. 16, ut dictum est in tractatu *De Poenitentia* II 376 sq.; cf. IV 623.

Ibi agi de presbyteris, ut distinctis ab episcopis, non necessario sequitur ex textu, sed suadet tum ipsa distinctio inter presbyterum et episcopum quae probabilius coepit fieri tempore ipso apostolico, tum ipsa pluralitas advocatorum presbyterorum (difficile enim concipitur in eodem loco plures episcopos advocari potuisse), si tamen numerica pluralitas ibi significetur (ex qua interpretatione videtur originem habuisse usus Graecorum conferendi hoc sacramentum per

plures ministros), et non potius plurale majestatis quo adhibeatur "presbyteri" pro "presbyter," ut quidam volunt (juxta similem usum pluralis pro singulari in *Mat.* 2. 20; 9. 8; 27. 44) vel melius, ut alii volunt et aptius explicabitur infra in art. 35 (in torn. 2), plurale categoriae, quo significetur unus de certa hominum classe (ut cum dicitur: infirmum oportet ad medicos recurrere, vel infans debet ad sacerdotes deferri ut baptizetur). Cone. Trid. neutri opinioni favet sed tantum ait: 'Ostenditur illic [i.e. in textu Jacobi] proprios huius sacramenti ministros esse Ecclesiae presbyteros, quo nomine eo loco non aetate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut episcopi aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati" (sess. 14, cap. 3; cf. can. 4, *Denz.* 910 et 929).

3. *FORMA* est oratio.

Hoc est tertium quod occurrit in textu. Tria habentur quae referuntur ad formam.

*Primum est "Et orent sziper eum."*

Vox προσεύχεστε (orare) significat orationem deprecativam et in eodem sensu occurrit etiam in praecedenti v. 13 "Tristatur aliquis vestrum? oret." \;erba "super eum" (επ' αὐτον; επί primo et proprie sonat localiter = super, deinde ac derivative sonat etiam finaliter = pro) videntur innuere peculiarem quandam seu ritualem orationem, quae nempe fit non tantum pro, sed etiam super, quasi habens objectivum quendam valorem ex ipsa sua rituali ratione (ut si dicatur "ex opere operato"). Ipsa forma participii aoristi ἀλεί^αντε? (ungentes), quod immediate sequitur (orent ungentes), ostendit ibi agi de aliquo ritu, composito ex simultaneis actionibus orationis et unctionis (cf. *Luc.* 2. 16; *Act.* 10. 33).

*Secundum est "In nomine Domini."*

Quidam interpretes haec verba coniungunt cum oleo, ac vident significatam benedictionem seu consecrationem olei (ita antiquiores cum Beda; cf. infra p. 352); alii ea coniungunt cum oratione, ac vident indicatam formam sacramentalem, i.e. peculiarem formam orationis factam in nomine Domini et habentem virtutem ex nomine Domini (ita post ipsum Bedam, Fromond et quidam alii); communius moderni exegetae ea referunt ad totum ritum copulatae orationis et unctionis, sed, juxta quosdam (ut Chaîne et Bord) significant necessitatem invocationis divini nominis in hoc sicut in aliis ritibus (nominatim Baptismo, *Act. 2.* 38; 8. 16; 10. 48) aut in patrandis miraculis *(Act.* 3. 6; 4. 10; 16. 18), juxta alios vero (ut Kern, Ruch, Spacil et Verhamme) significant etiam ac praecipue ritum fieri ex mandato Christi adeoque important divinam ritus institutionem, quo

sensu etiam adhibentur paulo ante ab ipso Iacobo (5. 10: "Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini"). Vox Κύριο seu dominus (quae, etsi desit in uno manuscripto, consideranda est ut originalis, cum adsit in ceteris manuscriptis et exigatur ad complendum sensum incisi "in nomine") in N.T. quandoque significat Deum (apud ipsum Iacobum: 1. 7; 3. 9; 4. 10; 5. 11), adhibita generaliter absque articulo, quandoque Christum (apud Iacobum: 1. 1; 2. 1; 5. 7, 8) adhibita generaliter cum articulo (ὁ κύριο ).

*Tertium est "Oratio fidei"* («ι'χή τή πϊστίω ).

Agitur de oratione non ipsius infirmi, sed ministri, ut constat ex verbis praecedentibus ("Orent super eum"), quibus praeterea ista verba coniunguntur particula "et" (i.e. Orent super eum et haec fidei oratio salvabit infirmum). Vox "fides" vario modo exponitur, i.e. vel de fide subjecti (Calmet); vel de fide ministri (Chaîne: Cela "veut dire que cette prière [liturgique des prêtres] est faite avec foi"); vel de fide objectiva, insita ipsi ritui qui est expressio fidei (Kern; Spâèil: "Est igitur oratio fidei oratio in doctrina fidei fundata, ab hac fide ordinata, vi hujus fidei operans"), cui ceteroquin connectitur fides subjectiva tum subjecti petentis tum ministri conferentis ritum fidei; vel de fide generaliter, abstrahendo a praedictis determinationibus (Ruch: "Puisque l'expression de saint Jacques est très générale, pour être sûr de ne rien ajouter à sa pensée, il vaut mieux de dire qu'il s'agit d'une prière à laquelle d'une certaine manière, que l'Epître n'explique pas, est liée la foi").

4. *MATERIA* est unctio olei ("Ungentes eum oleo").

Hic ritus est quartum quod occurrit in textu.

Oleum («λαιον; ἰλαια = oliva) apud Orientales et in Scriptura semper intelligitur oleum de oliva,[7] sicut vinum (οἰνο ) intelligitur de vite. In textu nihil dicitur de modo conficiendi hoc oleum (materiam remotam) nec de modo unctionis (materiae proximae) aut de numero unctionum et partibus ungendis: textus enim non est instructio ad presbyteros sed exhortatio ad infirmum.

5. *EFFECTUS*.

Hoc est quintum et ultimum elementum quod in textu occurrit, et quidem sub triplici expressione.

*Prima est "Salvabit infirmum"*

Vox σώ κι (salvare) in N. T. occurrit sive ac frequentissime (circa 60 vicibus) in sensu spirituali, tam negativo, i.e. liberationis animae

[7] De usu olei in Scriptura confer tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 298 et 302 sq.; item D*Al.is, *op. at.* (supra in p. 62) 263 sq.

a peccato aliisque infirmitatibus, quam positivo, i.e. admissionis ad regnum messianicum vel beatitudinem, sive, sed minus frequenter, in sensu temporalis liberationis a periculis praesertim mortis (circa 15 vicibus) vel sanationis ab ipsa infirmitate (circa 14 vicibus); in epistola Iacobi occurrit quatuor aliis vicibus, et quidem semper in sensu spirituali (1. 21; 2. 14; 4. 12; 5. 20). De voce κόρνων (infirmus; Chaîne: "Littéralement: le souffrant") dictum est supra (p. 73).

Quidam (ut Bord) volunt hic agi de effectu spirituali, tum quia hoc sensu vox "salvare" constanter accipitur a Iacobo, tum quia in tota epistola agitur de vita spirituali et de mediis spiritualis salutis, tum quia Iacobus promittit salvationem modo inconditionato quod nequit convenienter intelligi de sanatione corporali, tum quia ad hanc sanationem exprimendam adhibet inferius aliam vocem, i.e. Ἰάσθαι (v. 16: "Orate pro invicem, ut salvemini," i.e. ab infirmitate). Alii (ut Chaîne) dicunt agi de corporali sanatione, tum quia haec est peculiaris necessitas infirmi, tum quia vox "sanare" illustratur voce parallela "alleviare" seu veluti exurgere, quae immediate sequitur, tum quia de spirituali effectu agitur posterius ("Et, si in peccatis sit. remittentur ei"); confirmatur ex versione syriaca quae loco "salvabit infirmum" habet "sanitatem restituet." Alii dicunt agi de utraque sanitate spirituali ac temporali (Spâcil). principaliter de spirituali et secundario de temporali (Kern), vel peculiariter de temporali (plures). Alii (ut Ruch et D'Alès) dicunt quaestionem non posse ex ipso textu resolvi adeoque consultius intelligi generalem quandam et vagam significationem alicujus effectus qui hic et nunc pro tali infirmo prosit ad salutem.

Ad rem *CHAINE:* "σώσ« qui signifie partout ailleurs dans Jac. le salut spirituel (i, 21; ii, 14; iv, 12; v. 20), se rapporte ici au malade et est mis en parallélisme avec *èyepâ* qui fait image; Jésus (ô Kvpioç) soulève le malade de dessus sa couche, comme autrefois il avait soulevé la belle-mère de Pierre (Mc. i. 31: *προσιλθώ\ ï/yeipti' αὐτην)* ou l'enfant possédé (Mc. ix, 27; cf. Act. iii, 7). σώσα signifie donc d'abord le salut physique, la guérison, comme dans Mt. ix, 21; Mc. v, 2S, 34; vi, 56; x, 52; Le. viii, 48; etc. L'expression est générale, on doit admettre bien des exceptions, car il faut toujours mourir une fois; Jac. n'entend certainement pas dire que les fidèles seront toujours guéris, mais il met en relief l'effet physique de l'onction. Le salut spirituel n'est pas exclu, Jac. va en parler: si le malade a commis des péchés, ceux-ci seront pardonnés; mais le sens spirituel de *σώσα* cl d'èyepci est secondaire."[72]

*KERN:* "Oratio fidei salvabit infirmum, i. e. servabit, liberabit a malis, quae eum premunt. Quaenam sunt mala, quibus graviter aegrotus communiter subicitur? Sunt physici dolores et molestiae, ex his consequens gravis afflictio animae, ineptitude ad actus salutares, pavor mortis, timor iudicii divini, horror poenarum alterius vitae, remorsus conscientiae, diffidentia, impatientia, assultus daemonis ad desperationem trahentis etc. Quibus malis unus infirmus magis, alter minus cruciatur, nullus per se ab omnibus est liber. Dicitur autem absolute: oratio fidei salvabit infirmum.

[72] *Op. cit.* (supra in p. 62) 127 sq.

τον *κάμνοντα,* luctantem contra mala, quae eum invaserunt. Non salvat autem, sed perdit vel saltem nocet id, quod ab homine aufert mala physica, quae ad salutem animae ideoque simpliciter ad salutem hominis sunt utilia, vel etiam necessaria. Ergo sacra unctio cum oratione servabit infirmum, quantum est ex ipsa, imprimis a malis animae, quae sunt semper mala hominis simpliciter, liberabit eum a doloribus aliisque malis physicis, prout expedit vel saltem non obcst saluti animae."[71]

*RUCII:* "Un assez grand nombre d'exégètes et de théologiens croient qu'il s'agit ici et de la santé du corps et du salut de lame; ils admettent volontiers que l'accent est mis sur le concept de restitution de la santé. Le recours à l'usage profane, à la Bible ou au Nouveau Testament tout entier ne permet pas de résoudre le problème. Si très souvent le mot sauver s'applique à l'âme, très souvent aussi il est pris au sens littéral. Le contexte seul permet de choisir. Si l'on consulte saint Jacques seulement, on constate qu'il emploie quatre autres fois le verbe σώ£αν et toujours pour désigner le salut de l'âme, i, 21; ii, 14; iv, 12; v, 20. Et il est utile de noter que, pour dire guérir, il se sert d'un autre terme très précis et qui ne permet aucune équivoque: 'Priez l'un pour l'autre, dit-il, afin que vous soyez guéris, ὁπω *ïαθήτι,'* v, 16.

"Mais, objecte-t-on, le contexte ici tranche la question: puisqu'il s'agit de malades, le salut, c'est la santé du corps. Pas si vite. Tous les chrétiens sont invités à recevoir Ponction des presbytres, pourtant doivent-ils tous ne pas mourir? Les fidèles, les lecteurs de l'Epître ne Pont jamais pensé. L'apôtre ne le croyait pas; et pourtant il n'hésite pas, il ne fait pas des promesses conditionnelles, il ne dit pas: la prière sauvera le malade, s'il plaît à Dieu, mais elle le sauvera. D'ailleurs, parce que quelqu'un est souffrant, le salut ne cesse pas d'être pour lui la justification, la vie éternelle. Un malade a besoin de guérison, mais il lui faut aussi d'autres biens dont parle saint Jacques: la patience qu'il recommande avec tant d'insistance, i, 3; v, 7, 10, 11; un jugement miséricordieux, ii, 13; iv, 12; v, 9, 12; un heureux avènement du Seigneur, v, 7, 8; la fuite de la mort, v, 20; la couronne de vie, i, 12, et la possession du royaume, ii, 5. La lettre de l'apôtre est très courte: or, continuellement saint Jacques est hanté par la préoccupation de Pau-delà, et y revient à tout propos. Les peines de la vie présente ne sont pas un mal à ses yeux: Heureux qui supporte l'épreuve, i, 12; heureux ceux qui souffrent, v. 11; que le pauvre se glorifie de son élévation, le riche de son abaissement, i, 9. Le bonheur est d'accomplir la loi parfaite, i. 25; nous sommes une vapeur qui paraît un instant et s'évanouit iv, 15; être sur terre, y vivre sans les délices, c'est se repaître comme une victime pour le jour où on doit Pégorger, v, 5. L'apôtre qui tient ce langage ne voit pas nécessairement pour tout malade chrétien le salut dans le retour à la santé. La mort, une fin heureuse et sainte est vraiment la seule délivrance; la continuation de la vie sur cette terre peut être un danger et un malheur. Si pour certains il n'en est pas ainsi, pour eux le salut pourra être la guérison.

"Nous concluons que. soit pour ne rien ajouter au texte, soit pour laisser au mot *σωζαν* le sens qui s'harmonise le mieux avec la doctrine de l'Epître. il convient de ne pas le préciser et de lui conserver sa portée vague et générale. La prière de la foi apportera à tous le salut, ce qui est pourchacun hic et nunc le salut. Il est possible que.pour les uns. ce soit un retour à la vie; mais le vrai bien, la grâce digne de ce nom pour l'auteur de l'Epître comme pour tous les bons chrétiens de l'époque, c'est surtout l'avènement du Seigneur, la possession du royaume, une mort patiemment acceptée et pleine d'espérance."[74]

*D'ALES:* "Tel lecteur s'est arrêté au mot κὰ/ινοντα, et s'est empressé de conclure que la guérison du corps était seule en vue. Contre ce jugement sommaire, la

[71] *Op. cit.* (supra in p. 62) 68 sq.
[74] *Art. cit.* (supra in p. 62) 1902 sq.

raison proteste, et aussi les mots. La raison d'abord: car, sans doute, saint Jacques n'a pas voulu promettre la santé à tout malade, si désespéré fût-il, sur qui les prêtres de l'Eglise viendraient prier; à ce compte, on ne mourrait plus, à la seule condition de recourir aux prêtres! La maladie suivra donc son cours; d'ailleurs, la prière officielle de l'Eglise garantit au malade un secours spécial de Dieu, qui l'assistera dans un besoin si pressant. Les mots eux-mêmes protestent; car non seulement toute l'épîtrc est orientée vers des pensées surnaturelles, mais le contexte le plus prochain s'occupe de la rémission des péchés. Le mot *ιτώζαν,* qui porte ici le sens, se retrouve quatre fois dans la même épitre (i. 21; ii, 14; iv. 12; v, 20). toujours pour exprimer le salut de lame. C'est d'ailleurs le sens de beaucoup dominant dans le reste du Nouveau Testament; il faudrait, pour s'en départir ici. des raisons décisives, qui font défaut. Au demeurant, on n'oubliera pas qu'il s'agit d'un malade, qui souffre en son corps. Dans les paroles de l'apôtre, naïvement imprécises, il paraît naturel de voir la promesse d'une grâce doublement salutaire, pour le corps et pour l'âme.

"Grâce de salut pour le corps d'abord: και *eyepû αυτόν b Κύριο ;* on remarquera dans l'Evangile l'application de ce verbe aux trois miracles de résurrection corporelle opérés par le Seigneur (Matth., ix, 25; Luc., vii, 14; Joa., xii, 9); d'ailleurs, le réconfort corporel a pour effect, selon l'intention de Dieu, de libérer l'âme elle-même et de la rendre plus docile aux inspirations salutaires; grâce de salut pour l'âme ensuite, car les péchés que le malade aurait sur la conscience lui seront pardonnés: κήν *αμαρτία ή ττί,ττοιηκω , άφζθησίται αύτφ-* La grâce de l extrême-onction est double; et, dans la description très concrète de l'apôtre, il n'y a pas lieu de dissocier très nettement les bienfaits répandus sur l'âme des bienfaits répandus sur le corps. Mais ces bienfaits se produisent en conformité avec les lois générales de l'action divine pour le bien du corps et celui de l'âme. Or ces lois sont diverses, comme les fins poursuivies. . . Si l'on cherche à établir une hiérarchie entre les effets, on s'inspirera des intentions marquées dans toute l'épître: dans le cas particulier du malade, le soulagement du corps peut être un moyen pour le salut de l'âme; le salut de l'âme est la fin toujours poursuivie, qui exige la rémission des péchés. Voir sur ce point M. Meinertz, *Biblische Zeitschrift,* 1932. p. 27-32."[75]

*Secunda expressio est: "Et alleviabit eum Dominus."*

De usu vocis (hic in versione Vulgata: alleviare) haec habet *Spac'd: "èydpav* (pass, *iγάρατθαι)* a profanis scriptoribus adhibetur pro 'expergefacere, expergefieri', et quidem saepius etiam sensu metaphorico (de animi excitatione); rarius significat idem ac elevare, extruere, vix umquam de suscitatione mortuorum sumitur. In N.T. tamen frequentissime resuscitationem vel resurrectionem a mortuis designat (circa septuagies septies), frequentius pro 'levare' vel 'suscitare' (levari, suscitari) in genere adhibetur (circa trigesies), quinquies suscitationem ex nihilo, ter ex somno, octies elevationem vel surrectionem ex lecto significat, ter de erectione aedificii, ter suscitationem ex infirmitate, ter (Rom. 13, 11: 2 Pe. 1, 13; 3, 1) de excitatione attentionis vel de suscitatione ex torpore spiritus sumitur. . .

"Versio Vulgata habet 'alleviabit', pro quo in aliquibus codicibus 'allevabit' ponitur. Non pauci censent 'alleviare' per transcriptoris mendum in textum irrepsisse (Bardenhewer, Ruch, Schegg), alii tamen illud in originali textu extitisse existimant (Estius). Certum est

[75] *Op cit.* (supra in p. 63) 130sq.

vocabulum esse posterioris latinitatis ('verbum suspectum' iuxta Thesaurum linguae latinae, 'minus latinum' iuxta Estium); invenitur autem, licet rarissime, non solum apud antiquos Ecclesiae scriptores (Tert., Hier.), sed etiam in latino textu s. Scripturae. Significat autem in Scriptura bis 'leviorem facere' sensu materiali (Ion. 1, 5 et Act. 27, 38 de navi), semel sensu morali 'levem reddere' seu dedecorare (Is. 9, 1). Potest igitur dici omnia tria vocabula èyetpciv, allevare, alleviare in significatione generali convenire, cum omnia sensu materiali levare, tollere, levem facere, sensu translato animum erigere, mitigare, lenire significent; nisi quod 'alleviare' sensum metaphoricum magis insinuet."[70]

Hanc infirmi alleviationem seu erectionem quidam, inter eos qui in priori sanatione vident corporalem sanitatem, intelligunt de spirituali gratiae effectu, ne videatur Iacobus bis de eodem effectu loqui; alii (ut Chaîne supra cit.) intelligunt de eodem corporali effectu expresso sub continuata quadam imagine hominis sanati ac surgentis; alii (ut Kern et Bord) intelligunt de utroque effectu, principaliter quidem de spirituali; alii (ut Calmes et protestans von Soden) intelligunt de finali resurrectione; alii (ut Ruch) iterum praeferunt hic videre generalem quandam et indeterminatam expressionem omnium praedictorum effectum seu cujuslibet effectus qui ad levamen et erectionem infirmi referri potest.

Ad rem *RUCH:* "Faut-il préciser le sens du verbe faire lever? Certains auteurs ont cru devoir l'essayer. Les uns ont pensé qu'il s'agissait exclusivement de la résurrection ou du rétablissement eschatologique, von Soden, *op. cit.;* Calmes, *Epitrès catholiques,* Paris, 1905, n. 21; et il est vrai qu'en un très grand nombre de passages *lydptiv* signifie ressusciter, mais cette faveur est accordée à des morts; ici. saint Jacques parle des malades vivants. Plusieurs commentateurs pensent au contraire que le réveil promis, c'est toujours le retour à la santé, Puller, *Anointing of the sick,* Londres, 1904, p. 19 sq.; mais il est facile de constater que le mot dont se sert saint Jacques ne désigne que quelques cas de guérison miraculeuse: nous les avons cités. Au reste, tous les chrétiens malades sont invités à recevoir Ponction; s'ils le font, ils seront relevés, dit l'apôtre et cela sans hésiter, sans mettre aucune restriction, sans apposer la condition qui serait alors nécessaire (s'il plaît à Dieu); d'autre part, saint Jacques sait bien que tous les malades ne seront pas guéris, que les fidèles ne sont pas immortels. Quant à entendre exlusivement le verbe *tydpt.iv* des faveurs spirituelles comme le font beaucoup de catholiques, théologiens et exégètes, n'est-ce pas ajouter au mot, et presque en modifier le sens, puisqu'il est peu ou qu'il n'est pas employé avec la signification figurée?

"Il semble plus sage de n'exclure aucun de ces sens et de conserver au mot relever sa signification la plus générale. Que devaient comprendre les destinataires de la lettre? Sans doute, l'expression relever un malade, les faisait penser naturellement à la guérison qui délivre du lit, qui met debout. Les récits de la vie du Christ et des débuts de l'Eglise présents à leur mémoire les aidaient à accepter

[70] *Op. àt.* (supra in p. 63) 130 sq.

l'idée d'une cure due au Seigneur: il pouvait faire pour les malades ce qu'il avait accompli en faveur de ses contemporains, ce qu'avaient obtenu de lui les apôtres au profit des premiers chrétiens. D'autre part, les lecteurs de l'Epitre — on admet qu'ils sont d'origine juive, ce sont les douze tribus — étaient habitués au langage biblique d'après lequel les justes se tiennent debout au jugement; chrétiens, ils attendent le dernier jour où Dieu fera surgir du tombeau les cadavres et ira à la rencontre des vivants. Les idées de guérison et de résurrection devaient se présenter, l'une et l'autre, à leur esprit, quand ils lisaient la promesse: *Le Seigneur fera lever le malade.* Saint Jacques n'a pas dit autre chose: n'ajoutons rien. Ce serait retrancher d'ailleurs, car pour être moins précis, son langage est plus compréhensif Mettre debout tel malade, ce sera le faire sortir de son lit. Mettre debout tel autre ce sera lui permettre de demeurer droit à l'avènement du Seigneur, de ne pas tomber sous le coup du jugement, v, 12. Mettre debout, puisque par la patience et l'espoir s'affermissent les coeurs, puisqu'une fin pareille à celle de Job est une grâce insigne ménagée par un Dieu plein de compassion et de miséricorde, v. 11, puisque cette faveur est obtenue par la patience, v, 10-11, c'est, le lecteur de l'Epitre peut aussi le présumer, supporter l'épreuve, i, 12, l'âme robuste et remplie de confiance."[7]

*Tertia expressio est: "Et, si in peccatis sit, remittentur ei."*

Vox «ἀν (= *και* «αν — et si) sonat conditionaliter (In casu quo sit in peccatis . . .); non vero dubitative (Quamvis esset in peccatis . . .); nec assertive (Quamvis sit in peccatis ... vel Cum sit in peccatis . . .), ut quidam cum Estio putarunt (ad sustinendam suam doctrinam quod principalis effectus hujus sacramenti sit remissio peccatorum venialium), nam, cum particula "si" in Scriptura adhibetur assertive (2 *Thess.* 1. 6; *Iac.* 1. 5; *Mal.* 1. 6: "Si Pater ego sum, ubi est honor meus?"), lectio graeca habet « cum indicativo. Vox *ἁμαρτία* in N.T. occurrit circiter 150 vicibus, dicta quandoque de peccato in genere, plerumque de mortali; apud ipsum Iacobum ea vox bis significat peccatum in genere (2. 9; 4. 17), ter vero mortale (1. 15; 5. 16. 20). *Χαχάφίημι* (permittere, dimittere, absolvere, liberare), cum in Scriptura refertur ad peccatum, habet constanter sensum condonationis seu remissionis.

Quod attinet ad qualitatem peccatorum, quorum remissio proponitur, quidam dicunt hic agi de sequelis peccati, quae sub generica voce peccati comprehenduntur; alii de solis peccatis venialibus, cum mortalia sint propria materia Poenitentiae et de eorum remissione Iacobus agat in sequenti v. 16 "Confitemini ergo alterutrum peccata vestra" (ita Estius, In 4 *Sent.*, dist. 23; Boudinhon); alii de solis peccatis mortalibus, vel saltem principaliter de his, secus verba conditionalia "Si in peccatis sit" sensum non haberent, cum de facto omnis homo habeat quaedam peccata venialia, juxta ipsum Iacobum 3, 2: "In multis enim offendimus omnes" (ita Kern et Schmitz); alii de utrisque, cum Iacobus non distinguat (ita Ruch et D'Alès).

Ad rem *RUCH:* "Il n'y a . . . pas lieu de découvrir dans la pensée de l'apôtre une précision qui n'y est pas. Essayer d'y ajouter, c'est cette fois encore l'amputer.

[7] *Arl. cil.* (supra in p. 62) 1903 sq.

Gardons à cette phrase, comme aux précédentes sur le salut et le relèvement, la portée la plus générale. *Si le malade a des péchés sur la conscience, quels qu'ils soient,* rémission lui sera accordée. Tous ceux qui ont étudié avec attention l'Epitre de saint Jacques ont observé que l'auteur use volontiers de termes vagues et généraux. Cf. Jacquier, *Histoire des livres du Nouveau Testament,* Paris, 1908. t. iii, p. 224, qui cite de nombreux exemples.

"Pour désigner le sort fait aux péchés du malade, saint Jacques recourt au mot technique qui, déjà à cette époque — de nombreux exemples l'attestent —et toujours depuis, signifie le pardon: *rémission sera accordée.* La promesse est sans restriction. Chez tous, toutes les fautes disparaîtront. Les exégètes et théologiens catholiques ont souvent essayé de déterminer ce qui était enlevé. Ils ont parlé des fautes vénielles, des péchés graves involontairement oubliés, des peines temporelles, des suites de la transgression: langueur de l'âme, tendance au mal, habitudes coupables, etc. Choisir un de ces éléments, c'est dire trop et trop peu. Si l'on veut préciser, ce n'est pas à des conceptions postérieures, quelque respectables qu'elles soient, qu'il faut faire appel: saint Jacques doit être expliqué par saint Jacques. Or. il ne nomme pas le péché sans faire apparaître aussitôt la perspective de ses châtiments; des misères prêtes à fondre sur le coupable, v, 1-5; de l'inimitié de Dieu, iv, 4; de la stérilité de la foi, ii, 17, 20; du jugement et de la condamnation à redouter, ii, 9, 12-13; iii, 1; v, 9, 12; de la mort engendrée par l'iniquité, 1, 15; v, 20. Remettre les péchés, c'est évidemment *purifier le coeur* iv, 9; *couvrir la faute,* v, 20 mais puisque, dans la pensée de l'auteur, le délit et le châtiment sont inséparables, il est permis de supposer que c'est aussi atteindre ce qui a été nommé depuis le *reatus poenae.* Les théologiens et les exégètes qui parlent de la disparition des *restes du péché* sont donc fidèles, semble-t-il. à la pensée de l'écrivain. Mais il faut ajouter qu'elle n'est pas clairement exprimée. Il est donc plus prudent de s'en tenir au mot même de l'Epitre: *Si le malade a des péchés, rémission lui sera accordée."* [3]

Praeterea, hic exegetae et theologi ponunt quaestionem de connexione inter secundam partem v. 15 "Et, si in peccatis sit, remittentur ei" et v. 16 "Confitemini ergo alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio iusti assidua."

Quod habeatur quaedam connexio consequentiae inter utrumque versiculum patet ex particula ow (ergo), quae communiter ut genuina habetur eo quod referatur in pluribus optimisque codicibus et in non paucis versionibus (uti Vulgata: "ergo"); haec particula sive in ipso Iacobo (4. 4. 7, 17; 5. 7) sive apud alios auctores constanter indicat logicum nexum. Quaestio, quam difficilem omnes appellant,[79] est de sensu hujus connexionis, utrum nempe sit potius materialis, ita ut a v. 16 incipiat novus ordo idearum (puta de commendatione sacramenti Poenitentiae et orationis), an formalis, ita ut v. 16 sit continuatio ejusdem ordinis idearum seu commendationis ritus Extremae Unctionis.

*Prima solutio* esse posset quod commendatio Extremae Unctionis absolvitur in priori parte v. 15, ad verba "Et alleviabit eum Domi-

*cit.* (supra in p. 62) 1907.

[79] *Ruch:* "Ce passage [v. 15] vraiment difficile a été expliqué de diverses manières." D'Alès "Il faut reconnaître que cc verset [v. 16] pose un problème assez difficile." Chaîne: "La première partie du v. 16 est difficile."

nus," ita ut secunda pars "Et, si in peccatis sit, remittentur ei" non referantur amplius ad sacramentum Extremae Unctionis, sed ad novam commendationem (in qua communiter doctores vident sacramentum Poenitentiae, ut dictum est in tractatu *De Poenitentia* II 374-378) ac debeant coniungi cum v. 16 in unam pericopen quae hunc sensum haberet: "Si quis sit in peccatis, habet unde remissionem consequi possit, scilicet confessionem, adeoque confitemini peccata vestra." Attamen haec solutio, quae separat effectum remissionis peccatorum ab Extrema Unctione ut illum tribuat soli confessioni, non solum a tota Traditione reicitur, sed etiam repugnat textui cum verba "Si in peccatis sit . . . " coniungantur cum praecedentibus particula και (k«f — *καί èûv).* Nec verba *Cassiodori* et *Bcdac,* in eorum explicatione textus lacobi (cf. infra, p. 99, 131, 143), sunt in eo sensu intelligenda, etsi aliquam ambiguitatem prae se ferant.

Ad rem *BOUDINIION:* "Qu'on veuille bien relire le passage en discussion. 'La prière de la foi le sauvera, et le Seigneur relèvera le malade et s'il a commis des péchés, ils lui seront pardonnes', de cette lecture on recevra l'impression bien nette qu'il n'y est question que d'un seul rite, destiné aux malades, mais le même pour tous. Ce rite consiste dans la prière sur le malade et l'onction faite sur lui au nom du Seigneur. De cet unique rite découlent deux sortes d'effets, l'un pour le corps: la prière fidèle 'sauvera' le malade et Dieu le 'relèvera'; l'autre pour lame: ses péchés, s'il en a, lui seront pardonnes. Pourquoi séparer ces deux parties d'une même phrase moralement reliée par la conjonction 'et'? N'est-il pas évident qu'il s'agit du meme malade, du commencement à la fin de la phrase? Au chrétien malade, quel qu'il soit, on indique ce qu'il doit faire: appeler les presbytres: à ceux-ci, on indique également ce qu'ils auront à faire: prier sur le malade et lui faire l'onction au nom du Seigneur, enfin on dit ce qui en résultera . . Comment supposer que cette rémission des péchés résulte d'autre chose que de ce qui précède: la prière et le rite de l'onction?"[80]

*Secunda solutio* est, connexionem illam esse potius materialem, seu solius coincidentiae idearum. Scilicet, sermo de Extrema Unctione ejusque effectibus absolvitur com v. 15; in v. 16 vero incipit nova commendatio (probabiliter ipsius sacramenti Poenitentiae, in verbis "Confitemini ergo," praeterquam efficacitatis orationis in verbis "Orate pro invicem, ut salvemini," ubi vox «ισ0αι non significat salvationem corporalem sed spiritualem[81]). Ita plures exegetae et theologi.

Nexum autem idearum, quem exigit particula "ergo." alii alio modo explicant. *Van Stecnkistc* ponit connexionem inter efficaciam orationis fidei quae salvat infirmum et efficaciam orationis unius fidelis pro altero, quasi Apostolus dicat: "Cum oratio fidei sit tam efficax quoad infirmum ut eum liberet a peccatis per sacramentum Extremae

"La théologie de l'extrême onction," *Revue catholique des Eglises 2* (1905) 391.

Haec vox in Scriptura quandoque accipitur in sensu proprio corporalis salutis *(Mat.* S 8, 13; 15. 28; *Mare. 5.* 29; *Lue.* 5. 17, 19), quandoque metaphorice seu in sensu liberationis a peccato *(Deui.* 30. 3; *Is.* 6. 10, cit. in *Mat.* 13. 15; *Io.* 12. 40; .let. 28. 27; *h.* 53. 5, cit. in 1 *Pel. 2.* 24).

Unctionis, recurrite instanter ad medium orationis pro invicem ut per eam peccatorum remissionem consequamini, sed, ad hoc ut alii inpellantur ad orandum pro remissione vestrorum peccatorum, nihil aptius est quam eis confiteri seu humiliter manifestare peccata vestra." Quae explicatio ut peregrina et arbitraria reici solet. *Chaîne* affert connexionem inter remissionem peccatorum factam infirmo per Extremam Unctionem et remissionem peccatorum obtinendam ab aliis fidelibus per Confessionem, quasi Apostolus dicat: "Infirmus obtinet remissionem peccatorum per Extremam Unctionem; quaerant ergo et alii fideles eandem remissionem per alia media sibi praestita, scilicet per confessionem et orationem." *Froniond*[2] et *Spdcil* ponunt connexionem inter remissionem peccatorum obtentam per Extremam Unctionem et remissionem peccatorum quam idem infirmus debet prius sibi procurare per sacramentum Poenitentiae, quasi Apostolus dicat: "Si infirmus sit in peccatis, utique haec per Extremam Unctionem remittentur ei, sed, quia medium ordinarium consequendi remissionem est sacramentum confessionis, oportet ut prius ad confessionem recurrat."

Ad rem V/lfV *STEENKISTE:* "Puisque la prière de la foi unie à l'onction est si efficace en faveur de la guérison des infirmes et de la rémission des péchés, je vous exhorte à recourir au secours d'une sainte intercession même en d'autres circonstances: 'Priez les uns pour les autres afin que vos fautes vous soient remises' et qu'ainsi vous parveniez au salut, car 'elle est puissante la prière fervente du juste', par exemple, cellé qu'il adresse pour la conversion du pécheur. Mais afin que vos frères soient engagés à prier pour le salut d'autrui, rien n'est meilleur que 'la confession humble et sincère que vous leur faites de vos fautes'. L'adverbe 'ergo' se rapporte donc directement à 'orate pro invicem' et indirectement à 'confitemini'."[83]

*CHAINE:* "Le verbe ὗισ0αι peut signifier la guérison physique. . .; Mgr. Ruch. Spitta. Ropes l'entendent en ce sens. . . Il faut dire alors que Jac. s'adresse aux malades; mais dans ce cas il change d'interlocuteurs, car l'expression £^ομολογ<ισ0£ «λληλοι semble bien devoir s'entendre dans un sens général. De plus, Jac. parait parler encore à tout le monde, il ne dit rien qui puisse montrer qu'il s'adresse tantôt aux uns tantôt aux autres. Le sens de guérison physique présente donc une difficulté. Mais ἰάσ0αι . . . signifie souvent une guérison métaphorique. . . Cette acception a l'avantage de bien convenir au contexte immédiat. . . Tout le monde commet des péchés au moins légers (iii, 2), les fidèles ont été invités à les accuser; dès lors on comprend bien qu'ils soient invités à prier pour en recevoir le pardon. D'ailleurs la confession est d'abord en vue de la guérison spirituelle. . . Mais alors comment le v. 16a peut-il être la conséquence de ce qui précède (ουν), s'il ne s'agit plus de la guérison des malades? Il n'est pas la conséquence de 14—15, mais seulement de 15b *κάν αμαρτίαν* . . . Jac. vient de parler du pardon des péchés accordé au malade, il garde cette idée du pardon des péchés et passe à une application pratique pour tout le monde. Le malade est pardonné, peut-être lui-même a-t-il dit ses fautes au moment de Fonction. Que les fidèles obtiennent donc leur pardon eux aussi par L'éxomologèse et la prière."[94]

[82] *Op cit.* (supra in p. 62) 728.
[83] Apud Ruch, *art. cit.* (supra, in p. 62) 1905.
[84] *Op. cit.* (supra in p. 62) 131 sq.

*SPACIL:* "Facile nexus inter v. 15 et 16 statuitur et sensus propositionis *κἀν αμαρτία* etc. determinatur. Medium ordinarium ad peccata remittenda et ad gravia condonanda per se necessarium est sacramentum paenitentiae; confessio sacramentalis igitur per se ritui unctionis praemittenda est. Sed unctio infirmorum quoque vim suam ad peccata remittenda habet. Docetur igitur per sacram unctionem remitti peccata venialia, immo certis in casibus etiam mortalia . . . Neque cui mirum videatur apostolum primum de unctione, deinde de confessione scripsisse, cum tamen confessio unctionem praecedat. Voluit enim per se solummodo fideles monere ut ad sublevandos infirmos ad sacrae unctionis ritum a Domino institutum recurrant. Deinde quasi obiectioni respondens: quid autem si infirmus in peccatis est? addit per s. unctionem etiam peccata dimitti, ita tamen ut medium ordinarium absolutionis sit confessio sacramentalis, quae igitur regulariter unctioni praemittatur oportet."[88]

*Tertia solutio* docet connexionem illam esse directam et formalem. Scilicet v. 16 ita connectitur et sequitur ex v. 15 ut referatur ad idem objectum, tresque versiculos 14, 15 et 16 constituere unam eandemque pericopen et unum nexum idearum, in quo a primo ad ultimum agitur de infirmo et de mediis salutis ipsi praebendis; in v. 16 eadem prorsus contineri ac in duobus praecedentibus, scilicet confessionem (seu remissionem peccatorum), orationem, corporalem sanationem (nam vox *Ιάσθαι* non spiritualem sed potius corporalem sanationem significat). Ita, praeter aliquos commentatores, *Boudinhon* et *Ruch,* qui tamen discrepant quoad sensum remissionis peccatorum et quoad assignationem remedii cui remissio tribuatur, an scilicet soli Poenitentiae, an soli Extremae Unctioni, an utrique.

*BOUDINHON* docet in v. 15 agi de remissione venialium, quae in v. 16 tribuitur confessioni, acceptae non pro sacramento Poenitentiae sed pro ritu annexo Extremae Unctioni (quale est "Confiteor" quod hodie recitatur ante hoc sacramentum).

Quam sententiam sic refert ac refutat Ruch: "M. Boudinhon. *loc. cit.*[86] p. 393-394, suppose qu'il s'agit de péchés légers et de leur rémission sacramentelle par 'une sorte de confession rituelle, telle qu'elle se pratique à plusieurs reprises dans la liturgie et notamment avant l'administration de l'extrême onction'. L'explication est ingénieuse et c'est assurément la meilleure qui ait été proposée par les interprètes qui se refusent à voir en ce passage une allusion à la pénitence. Mais elle ne va pas sans difficulté. Est-il vrai qu'il n'est pas question ici que des 'peccata leviora', de ces fautes légères qu'il n'est pas nécessaire de soumettre à un rite distinct de l'onction et que l'Ecriture présente comme pouvant être effacées par divers procédés? Rien ne le prouve. . . Saint Jacques ne distingue pas; il écrit: 'Si le malade a commis des péchés, rémission lui sera accordée'. Ajouter à ce texte, c'est le transformer. Et puis, même s'il s'agit de fautes vénielles et de la confession rituelle, le texte de l'apôtre reste embarrassant, inexpliqué. Ou ces péchés sont pardonnés par l'onction des presbytres et alors, pourquoi exiger la confession, pourquoi écrire: les fautes seront remises. Confessez donc' ... ? Ou bien, c'est cet aveu liturgique distinct de la pénitence qui, comme l'aumône, le pardon des injures, etc., obtient le pardon des péchés légers, et alors, l'onction est dépourvue de valeur purificatrice. Telles sont les objections que peuvent faire l'exégète et l'historien. Le théologien catholique aurait le droit

[88] *Op. cit.* (supra in p. 63) 132.
M4rt. *cit.* (supra in p. 83).

de demander aussi aux tenants de cette opinion si l'extrême onction n'est un moyen de rémission des péchés légers qu'à la manière dont le sont la prière, l'aumône, l'eau bénite, les sacramentaux. M. Boudinhon reconnaît loyalement que la question peut être posée et il répond en disant que la solution doit être cherchée ailleurs que dans l'Ecriture sainte, p. 395. Et en effet, on trouve ailleurs les 'preuves convenables'. Mais l'Ecriture n'oblige peut-être pas à poser la question."[87]

*RUCH* vero docet ibi agi de peccatis remissis tam per Extremam Unctionem (v. 15) quam per Poenitentiam (v. 16), ita tamen ut abstrahatur a distinctione duorum sacramentorum, sed indicetur quid ministerium sacerdotale, integraliter acceptum, censebatur praebere infirmis, scilicet sanationem, alleviationem et peccatorum remissionem, quae quidem remissio fiebat vel per sacramentum Poenitentiae ante Extremam Unctionem, si et quando sacerdos judicabat opportunum dare absolutionem (in quo casu Extrema Unctio remittebat solas reliquias peccati) vel per ipsam Extremam Unctionem, quam tamen praecedebat confessio, et propterea Apostolus, memorata in v. 15 remissione peccatorum per ministerium sacerdotale super infirmum (sive ratione praecedentis absolutionis sive ipsius Extremae Unctionis, parum refert), statim in v. 16 mentem convertens ad sacramentalem confessionem, quae erat necessario praemittenda Extremae Unctioni, hanc commendat infirmo.

Ad rem ipse: "On peut . . . semble-t-il concilier les deux affirmations sur la valeur de l'onction et sur la vertu de la confession sans rien ajouter au texte, sans rien en abandonner. La tendance des théologiens et même des exégètes, c'est parfois de trop rapprocher les formes anciennes d'une institution des formes nouvelles, d'expliquer les unes par les autres. . . Tenons-nous-en aux affirmations de saint Jacques si claires et si simples, sans en négliger aucune, sans en compléter une seule si ce n'est à l'aide de renseignement de l'époque; oublions un instant tous les développements postérieurs très légitimes de la pensée et du culte. Si nous comprenons bien les mots de l'Epître, nous croyons que l'usage des malades était le suivant. Us appelaient les presbytres de l'Eglise. Us confessaient leurs péchés, recevaient l'onction. Le texte ne mentionne rien d'autre, mais il indique ces deux actes. Quels étaient les effets produits: salut et relèvement du malade, rémission des péchés. Saint Jacques les énumère et n'en signale pas d'autres. Mais la confession était-elle un sacrement distinct de l'onction ou en faisait-elle partie, comme le 'Confiteor' dont la liturgie romaine prescrit la récitation avant que le prêtre verse l'huile sur le malade? On ne se posait pas la question sous cette forme et on n'aurait pas pu le faire, puisque la notion théologique de sacrement n'était pas encore élaborée. Le malade savait ce qu'il devait demander et il le demandait. Le presbytre n'ignorait pas ce qu'il avait à opérer et il l'opérait. Baptême et confirmation existent dès l'origine et sont distincts par leur rite et par leurs effets, mais toujours soudés et inséparables, ils apparaissent comme les composants d'un acte unique, l'initiation chrétienne. De même, confession et extrême onction forment un même tout, le rite des malades.

"Mais quelle était l'operation qui remettait les péchés? Beaucoup de fidèles pouvaient très bien l'ignorer. Après avoir reçu la visite du prêtre, ils étaient certains qu'ils pouvaient compter sur le salut, le relèvement, le pardon. C'est tout ce qu'ils avaient besoin de savoir. . . Les fidèles de l'Eglise primitive n'étaient d'ailleurs pas hors d'état d'en savoir davantage: ce que l'apôtre ne juge pas utile de dire en cet endroit avait pu leur être enseigné par d'autres. Pour qui veut le lire avec attention et se souvient que l'Eglise primitive croyait avoir reçu le pouvoir de remettre les péchés. Matlh., xvi. 19; xviii, 18; Joa., xx. 23, le texte est claire Les presbytres recevaient l'aveu. 'S'il y avait lieu de réconcilier

[87] .4rt. *cit.* (supra in p. 62) IPOSsq.

officiellement le fidèle', par la pénitence proprement dite, avant de loindre, évidemment ils le faisaient: des hommes qui croient avoir le droit de pardonner les fautes en useront surtout en faveur de ceux qui, malades, sont exposés a perdre la vie et à être jugés par Dieu. Puis avait lieu l'onction accompagnée de prières; elle obtenait 'le salut et le relèvement'; de ce chef, déjà elle complétait l'oeuvre de la pénitence et délivrait des suites du péché. Elle remettait les fautes, nous dit aussi formellement saint Jacques, c'est-à-dire opérait, même après l'absolution, tout ce qui pouvait encore s'appeler rémission des péchés: pardon de crimes oubliés, de délits légers non confessés, condonation des châtiments, paralysie ou destruction des suites de nos iniquités, etc.

"Si les presbytres n'avaient pas jugé nécessaire d'opérer la réconciliation ofncielle après l'aveu — on sait que l habitude de soumettre a la pénitence les fautes légères n était pas aussi répandue qu'aujourd'hui — ils faisaient Fonction et par elle ils effaçaient les péchés. Ainsi s'explique le langage de l'apôtre. Aujourd hui, étant données nos habitudes catholiques, il s'entend moins facilement. Nous distinguons l'aveu qui précède l'absolution et la confession purement liturgique, le 'Confiteor' qui se récite avant l'extrême onction; alors, il n'en allait pas de même. Tout malade, n'eût-il commis que les fautes en apparence les plus légères, reçoit aujourd'hui le sacrement de pénitence, puis seulement l'extrême onction: au siècle apostolique, le sacrement des malades ne pouvait-il pas souvent être conféré seul aux fidèles d'une vie intègre? On aurait fait ainsi appel plus que de nos jours à sa vertu de remettre les fautes vénielles. L'absolution proprement dite est donnée très rapidement, elle est un acte propre au prêtre; qu elle soit accordée ou non, le fidèle se comporte de la même manière: il doit confesser ses péchés et se soumettre à fonction. Saint Jacques lui rappelle ses devoirs: les presbytres connaissent leurs obligations; du moins l'apôtre n'a pas l'intention de les leur rappeler ici. Ainsi s'explique fort bien le langage étrange en apparence: 'Si quelqu'un est malade, qu'il appelle les presbytres . . . , que ceux-ci l'oignent d'huile ... et la prière de la foi le sauvera et Dieu le relèvera et s'il a commis des péchés, ils lui seront remis. Confessez donc vos fautes les uns aux autres.'

"Cet usage de l'aveu ne doit pas surprendre: saint Jacques ne dit pas qu'il est nécessairement et toujours sacramentel, il l'est quand il doit l'être d'après les usages de l'époque. L'apôtre n'aûirme même pas qu'il a toujours lieu; il le recommande pourtant sans réserve ni restriction d'une manière générale. Sa place à ce moment de la vie est toute naturelle. Ou il doit être suivi de la rémission des péchés par la pénitence et alors ... la sentence de pardon suppose la connaissance du délit. Ou cette confession précède seulement l'onction, rite qui remet les péchés: or, c'était une idée reçue que, 'si nous avouons nos fautes, Dieu les pardonne', I Joa., i, 9; de nombreux Juifs consentaient à reconnaître leurs péchés avant de recevoir le baptême de Jean, Matth., iii, 6; Marc., i, 5; à Ephèse, après la prédication et les miracles de saint Paul, 'beaucoup de croyants venaient confessant et déclarant ce qu'ils avaient fait'. Act. xix, 1S.

"Mais pourquoi, si l'aveu précédait l'onction, n'est-il nommé qu'en dernier lieu? Il est facile de l'expliquer. Saint Jacques a écrit: 'Si quelqu'un est malade, qu'il appelle les presbytres'; il est tout naturellement amené à dire aussitôt ce que feront les prêtres; puis énumérant les effets du rite, il indique la rémission des péchés, sa pensée, se porte alors spontanément sur l'aveu des fautes. Ou bien encore, l'apôtre avait écrit sa phrase sur les effets de Fonction: c'est le salut et le relèvement par Dieu. A ce moment, il pense à une objection que pourra faire le lecteur: Si j'ai des péchés? Et il répond: Si vous avez des péchés, ils vous seront remis. La mention de l'aveu suit inévitablement."ss

"*Ibid.* 1909-1911.

*D. CONCLUSIO EX TEXTU lACOBI.*

Ex hujus textus expositione duo sequuntur quae a Protestantibus negantur, scilicet ejus sacramentalitas et ejus substantialis identitas cum doctrina et ritu Extremae Unctionis, qui ab Ecclesia catholica proponuntur.

1. *Sacramentalitas* ritus commendati a lacobi sequitur ex explicatis ejus elementis. Sacramentum enim definitur a catholicis: signum practicum gratiae, seu aliquod elementum sensibile, compositum ex re quadam et verbis, quo significatur et confertur effectus spiritualis. Jamvero a lacobo proponitur res quaedam, seu oleum unctionis; verba, seu oratio fidei; effectus spiritualis ex hac unctione et fidei oratione consequens, seu (quidquid sit de corporali aut spirituali sensu sanationis et alleviationis) remissio peccatorum; hic autem effectus remissionis, necnon sanationis et alleviationis, proponitur ut aliquid dependens ab ipsa positione ritus (ut patet ex repetita particula "et" quae non solum coniunctive sed etiam causative sonat) et ut aliquid per se certo eventurum, quantum est ex propria vi ritus (ut constat ex forma absoluta quo promittitur), in quo quidem residet propria efficacitas et essentialis ratio sacramenti.

Exinde 5. *Thomas* ostendit quomodo Extrema Unctio non sit sacramentale sed sacramentum: "In his quae Ecclesia visibiliter operatur, quaedam sunt sacramenta, ut baptismus; quaedam sunt sacramentalia, ut exorcismus. Quorum est haec differentia, quia sacramentum dicitur illa actio Ecclesiae quae attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum; sed sacramentale dicitur illa actio quae, quamvis non pertingat ad illum effectum, tamen ordinatur aliquo modo ad illam actionem principalem. Effectus autem intentus in administratione sacramentorum est curatio morbi peccati, Isai. 17, 9: 'Hic est omnis fructus, ut tollatur peccatum'. Et ideo, cum ad hunc effectum pertingat extrema unctio, ut ex verbis lacobi patet; nec ordinetur ad aliud sacramentum quasi ei annexum; constat quod extrema unctio non est sacramentale, sed sacramentum" *(Suppi.,* q. 29, a. 1).

2. *Identitas* substantialis ritus propositi a lacobo cum ritu et doctrina Ecclesiae patet ex ipsa superficiali utriusque comparatione.

*Ritus* enim propositus a lacobo est quaedam olei unctio cum oratione, facta a presbyteris Ecclesiae in nomine Domini super fidelem graviter infirmum, ex qua iste consequitur sanitatem, alleviationem et, si sit in peccatis, eorum remissionem. Hoc autem fit in Ecclesia catholica: accedit nempe minister seu presbyter ad infirmum graviter decumbentem, plures orationes effundit super eum, dein ungit pluribus

unctionibus, quarum ceteroquin una tantum dicitur necessaria, tandem pronuntiat peculiarem orationem fidei, quae vocatur forma sacramentalis, quaeque exprimit principalem ac spiritualem effectum "Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen." Si autem ipsa confessio desideratur, de qua Iacobus in v. 16. duplex habetur in ritu Ecclesiae, alia sacramentalis, alia caeremonialis ( 'Confiteor" ).

*Doctrina* autem Ecclesiae, proposita a Cone. Tridentino, aptissime quadrat cum verbis Iacobi, etsi non omnia et singula elementa explicite et directe a Iacobo proponantur. Concilium docet: *Primo,* Extremam Unctionem, quae observatur in Ecclesia, non repugnare sententiae Iacobi (can. 3), quod nuper ostensum est. *Secundo,* eam esse verum sacramentum (can. 1), quod etiam ostensum est. *Tertio,* eam esse a Christo institutam et a Iacobo tantummodo promulgatam (can. 1). quae quidem Christi institutio in verbis Iacobi supponitur, tum quia ipse loquitur fidelibus tanquam non ignaris alicujus ritus jam existentis; tum quia dicit illum conferri in nomine Domini seu ex mandato Dei; tum quia ex ipso spirituali effectu qui absolute promittitur constat nonnisi a Domino hujusmodi ritum institui potuisse: tum quia ad ritum persolvendum dicitur non quilibet homo prudens, aut sanctus, aut propheta, sed Ecclesiae sacerdos esse vocandus, quo innuitur ritus ille esse proprium bonum Ecclesiae a Christo fundatae; tum quia prescribitur ritus aliquis determinatus, seu determinatus aliquis modus juvandi infirmos, dum in operando miraculosas sanationes apostoli exhibentur una vel alia caeremonia aut actione utentes, pro suo arbitrio aut rerum circumstantiis. *Quarto,* eam habere divinum mandatum et esse in Ecclesia perpetuo duraturam (cap. 3); jamvero, etsi id a Iacobo explicite non dicatur, consequitur necessario tum ex ipsa finalitate propositi ritus, seu praebendi auxilium fidelibus graviter infirmis, quae competit omni aetati, tum ex ratione ministri cui ritus committitur, scilicet hominis constituti in ecclesiastica hierarchia perpetuo duratura. *Quinto,* eam conferre gratiam, remittere peccata, alleviate infirmos (can. 2), abstergere peccati reliquias, confirmare animam aegroti ejusque fiduciam excitare in incommodis infirmitatis et tentationibus diaboli, conferre sanitatem corporis, ubi saluti animae expediat (cap. 2): jamvero in verbis Iacobi. promittentis sanitatem, alleviationem et peccatorum remissionem, ea omnia explicite aut aequivalenter exhibentur, consideratis ex una parte indole et efficacitate divini auxilii et ex alia parte conditione in qua versatur infirmus cui auxilium praebetur. *Sexto,* ejus ministros esse non quoslibet aetate seniores in ecclesiastica communitate, sed sacerdotes ab episcopo ordinatos (can. 4); jamvero presbyteri ecclesiae,

quos Iacobus dicit vocandos, nequeunt esse nisi viri in ecclesiastica hierarchia constituti, ut constat ex ipso apostolico usu illius appellationis.

Ex quibus apparet quam inepte Lutherus, Calvinus aliique antiquiores praesertim Protestantes, impugnarunt catholicam exegesim textus Iacobi, atque doctrinam et usum hujus sacramenti ipsi Scripturae repugnare dixerunt. Idque in ipso eorum agmine quidam, dogmatici praejudicii expertes, agnoscere non dubitarunt.

Ita *Leibnitius* (**t** 1716) scribens: "Il est superflu de traiter longuement de ce qui concerne l'Onction des infirmes. Elle a en sa faveur les paroles de l'Ecriture sainte et l'interprétation de l'Eglise, à laquelle les catholiques pieux peuvent se rapporter en toute assurance; et je ne vois rien d'ailleurs que l'on puisse trouver à reprendre dans cette coutume adoptée par l'Eglise. Si nous accordons qu'autrefois, et très souvent, le don de guérir était attaché à ce sacrement, c'était là un de ces bienfaits extraordinaires dont les exemples sont devenus plus rares, maintenant que l'Eglise est affermie; et il ne faut pas croire cependant que, même alors, tous ceux qui recevaient l'Onction fussent guéris. Il nous reste du moins, même aujourd'hui, cette autre vertu de guérison, perpétuelle, infaillible, qui s'applique à l'âme elle-même, si elle est bien disposée, et que l'apôtre saint Jacques ajoute à la première, lorsqu'il décrit l'usage de ce sacrement; elle consiste à remettre les péchés et à fortifier la foi et la vertu plus nécessaires que jamais, lorsque la vie est en danger, que les terreurs de la mort nous assiègent, et qu'il faut repousser les traits de feu dont Satan nous accable en cet instant."[89]

### Probatur 2. *EX TRADITIONE.*

Protestantes asserunt ea quae de textu Iacobi vel de ritu unctionis, sive doctrinaliter sive practice, exhibentur in antiqua Traditione, praecipue ante saec. 8, nullatenus convenire cum his quae docentur et observantur ab Ecclesia catholica. Antiquitus, inquiunt, unctio infirmorum erat quaedam praxis vel privata vel saltem non sacramentalis, nec concipiebatur esse divinae institutionis; paulatim vero ea praxis evoluta est in sacramentum, ita ut nonnisi a theologis saec. 12 affirmaretur ejus proprie dicta sacramentalitas et divina institutio. Quidam magis peremptorie hoc asserunt; ita *Dallacus*™ *Harnack* (qui ait

*Système théologique,* chap. 17, in *Pensées de Leibnitz sur la religion et la morale recueillies par M Emery . . et suivies du Système théologique de Leibnitz traduit par le Prin · Broglie* (Tours 1870) 346 sq.

[89] *Dr duobus latinorum ex unctione sacramentis, confirmatione et extrema ut vocant unctione disputatio,* Genevae 1659.

S. Thomam, saec. 13, primum asseruisse Extremam Unctionem esse sacramentum a Christo institutum”) et *Iugusti* (qui patrem hujus assertionis designat jam Petrum Lombardum, saec. 12"-). Alii inter moderniores, mediaevalium testimoniorum evidentia coacti, eam affirmationem emollire conati sunt, dicentes jam saec. 8-9 praefatam infirmorum unctionem assumere coepisse quemdam spiritualem et ritualem characterem, qui subinde, lento sed constanti pede, magis ac magis determinatus est donec saec. 12 obtinuerit plenam rationem sacramentalem; ita *Stcitz'"* qui initium hujus evolutionis ponit circa finem saec. 8, et *Puller,'"* qui initium refert ad saec. 9, sub influxu, ut ait, imperatorum Caroli Magni et Ludovici Pii.

Sane, si hoc cum aliis sacramentis. Baptismo praesertim et Eucharistia comparatur, dissimulari nequit aliquam inesse difficultatem probandae ejus existentiae ex solis documentis priorum sex saeculorum, non quod absentia aut insufficientia sint testimonia, sed quia rariora et debiliora quam de ceteris sacramentis. Cujus quidem raritatis aut obscuritatis sequentes assignari solent rationes:

*Primo, disciplina arcani.* Haec ratio non multum videtur valere, tum quia plures doctores[95] simpliciter negant vel graviter dubitant de existentia hujusmodi disciplinae." tum quia, si extiterit (usque, ut aiunt, ad saec. 5-6), ipsa nequit satis convenienter explicare abundantiorem longe sermonem de aliis sacramentis necnon persistentem, utut relativum, defectum documentorum de Extrema Unctione usque ad saec. 8. Non tamen negandus est omnis valor huic rationi, praecipue si sequentibus copuletur.[07]

*Secundo, deperdita documenta.* Haec ratio minus certe valet quoad tempus subsequens persecutiones, scilicet post Cone. Nicaenum (a. 325). Nihilominus valet quoad commentaria in epistolam lacobi exarata a Clemente Alex., Didymo, Cyrillo Alexandrino et Augustino, quorum nonnisi pauca fragmenta supersunt.

*Tertio, rariora commentaria* in epistolam lacobi et in Evangelium

“ *Dogmcngcschichte,* cd. 3, III S4S.
n *Denkwürdigkeilen aus der christlichcn Archaologie* (Leipzig, 1817 1831) IX 473.
”.-lrL *cit.* (supra in p. 66) 306.
*' *Loc. cit.* (supra in p. 65).
"Batiffol, *Etudes d'histoire et de théologie positive* (cd. 3, Paris 1904) 3 sqq.; item, “Arcane," *Dictionnaire de théologie catholique* 1. 2 (1902) 1738-1758.
"Extitisse hujusmodi disciplinam sat communiter admittunt theologi post Chardon, *Histoire des sacrements,* in Mignc, *Theologiae cursus completus* XX (Parisiis 1841) 755-757; Merlin, *Traité historique et dogmatique sur les paroles ou les formes des sept sacrements de l'Eglise, ibid.* XXI 121 sqq. (quoad Extremam Unctionem, 176–ISO); A. Binterim, *Die vorzüglichsten Denkwiirdigkeiten der christkatholischen Kirch··* (Dusseldorf 1816) IV 241. Ceterum, moderniores minus insistere solent in hujusmodi lege in suis argumentis.
” Cf. Kf.rn. *Tractatus de sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae, 1907) 19-22.

Marci, quibus minus exegeticum momentum tribution est quam aliis scriptis inspiratis. Epistolae catholicae, et nominatin'! epistola lacobi. a paucis Patribus explanatae sunt, quorum commentaria perierunt, ita ut primus ac integer commentarius, qui extet, sit opus Bedae; evangelii vero Marci primum commentarium apud graecos exaravit Victor Antiochenus (saec. 5) et apud latinos idem Beda (saec. 8).08 Huic rationi non parvam vim confert quod praecise apud Victorem Ant. et apud Bedam inveniuntur insignia documenta de sacramento Extremae Unctionis.

*Quarto, indoles scriptorum Patrum.* Hujus aetatis doctores theologicos tractatus de sacramentis non exararunt, sed de eis tantummodo data occasione loquebantur prout id exigebat eorum scopus apologeticus vel catecheticus vel homileticus. Hinc longiorem et accuratiorem sermonem faciunt de sacramentis christianae initiationis, i.e. Baptismo, Confirmatione et Eucharistia, necnon de Poenitentia (et quidem tantum de publica) et Ordinatione. Peculiarem vero Extremae Unctionis sermonem non exigebat finis apologeticus, cum hic ritus non esset tam alienus ab usibus ipsorum paganorum vel Judaeorum nec ideo ab his impugnaretur, neque finis catecheticus aut homileticus, cum hoc sacramentum non sit tantae necessitatis aut momenti in vita christiana. Etiam apud Scholasticos sermo de Extrema Unctione occurrit quidem in theologicis tractatibus sed nonnisi raro in aliis operibus; hodiedum rarior aut brevior fieri solet sermo de hoc sacramento in catechesi et praedicatione.

*Quinto, indoles hujus sacramenti.* Et imprimis, hoc sacramentum est quoddam complementum Poenitentiae, signanter ratione effectus remissionis peccatorum, ac ita potuit implicite proponi a Patribus ad modum unius cum ipsa Poenitentia dum loquerentur de poenitentia infirmorum, vel de remissione peccatorum in articulo mortis, vel generaliter de cura Ecclesiae erga infirmos. Quae ratio robur accipit ex attenta consideratione textuum Origenis et Chrysostomi, insigniorum testimoniorum primae aetatis. Praeterea, hoc sacramentum est minoris necessitatis, frequentiae et publicitatis. adeoque minorem exiguit scriptorum ecclesiasticorum attentionem. Tandem, ipsa materia in qua hoc sacramentum conficitur, est ratio obscuritatis plurium textuum qui fortasse ad ipsum referuntur; cum enim unctio adhibeatur etiam in Baptismo. Confirmatione et Ordine (imo olim in ipso privato usu. ad modum alicuius sacramentalis), plures textus Patrum, in quibus commendantur generaliter spirituales virtutes olei et usus unctionum, necessariam ambiguitatem assumunt.

** Cf. CORNEtY, *Historica et critica introductio in N. T. libros sacros* III (Parisiis 1897) 302 et 686.

*Sexto, disciplina prioris aetatis.* Et imprimis, hoc sacramentum videtur rarius quam hodie administratum fuisse. Probabiliter enim non administrabatur sive martyribus, sive in articulo mortis baptizatis (plures quidem Baptismum ad hunc articulum differebant), sive quibusdam viris eximiae sanctitatis (quippe qui videbantur hoc auxilio remissionis peccatorum non indigere), sive publice poenitentibus seu nondum publice reconciliatis, sive aliis fidelibus ratione persecutionis, impedientis accessum sacerdotum, aut ratione cohabitationis cum paganis familiaribus quibus invisa aut contemnenda fuisset sacramentorum Ecclesiae administratio. Praeterea, privatus usus unctionis cum oleo benedicto ad modum sacramentalis, qui etiam ante saec. 8 late observatur (cf. infra p. 185-187), causa est alicujus ambiguitatis, an nempe in quibusdam testimoniis agatur de ipso sacramento Extremae Unctionis vel de privata unctione vel de utroque.

*Ceterum non est exaggeranda raritas aut debilitas testimoniorum antiquae aetatis* (saec. 2-8), nam mox referenda documenta (etiam ipsius prioris periodi saec. 2-5) constituunt sufficiens argumentum existentiae hujus sacramenti, tum in seipsis considerata tum maxime si simul colligantur sub ea continuitatis lege quae est primus canon rationabilis interpretationis cujuslibet traditionis.

Unde inepte scribit *LECLERCQ:* "Après les efforts ingénieux et obstinés des apologistes et des théologiens pour découvrir des attestations de l'extrême-onction pendant les premiers siècles et l'aveu qu'ils doivent faire du résultat négatif de leurs investigations, il est permis de croire que le sacrement d'extrême-onction fut administré aux fidèles de façon exceptionnelle. Ce qui a pu engager les apologistes à soutenir le contraire, c'était le fait que l'extrême-onction était devenue l'objet d'une polémique confessionnelle; les protestants disaient n'en recontrer l'usage en Occident qu'au XIIe siècle: naturellement les catholiques eussent pensé compromettre la foi s'ils n'avaient soutenu vaille que vaille que ce sacrement possédait, de siècle en siècle, d'irrécusables attestations. Les textes relatifs ou supposés relatifs à l'existence et à la pratique d'une onction suprême des malades ont été réunis, confrontés, commentés maintes fois, sans grand résultat. Les faits invoqués se réduisent à des interventions de caractère médical avec usage d'onctions, de frictions, de massages pour lesquels l'huile est employée. Si une amélioration et une guérisom résultent de leur pratique, ce n'est pas à l'onction prescrite par l'apôtre Jacques qu'il faut les rapporter. Ces faits sont assurément curieux et nous aurons occasion d'en parler (voir Dictionn., au mot Huile), mais c'est leur faire dire ce qu'ils ne disent pas que d'en tirer parti pour l'histoire d'un rite auquel il demeurent absolument étrangers."[09]

TRES PERIODI distingui possunt in hoc Traditionis argumento, varia testimonia colligendo sub tribus auctoritatibus quae signant veluti expressiores gressus explicationis ecclesiasticae doctrinae de Extrema Unctione, scilicet *Innocentio /. Beda* et *Petro Lombardo. Prima periodus* decurrit a Didache ad Innocentium I (circa initium

[09] ""Extrême-Onction," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 5. 1 (1922) 1030 sq.

saec. 2 ad initium saec. 5), *secunda periodus* ab Innocentio I ad Bedam (initio saec. 5 ad initium saec. 8), *tertia periodus* a Beda ad Petrum Lombardum (initio saec. 8 ad medium saec. 12). Post expositionem variorum testimoniorum uniuscujusque periodi, dabimus brevem ac generalem ejus recapitulationem.

## PRIMA PERIODUS A DIDACHE (CIRCA INITIUM SAEC. II[1]) AD INNOCENTIUM I (INITIO SAEC. V).

*IRANAEUS* (circa 140-202) in opere *Adversus haereses, l. 1, c. 21,* loquitur de modo quo Gnostici interpretabantur et corrumpebant mysteria Christiana. Quidam nempe prorsus reiciunt omnes sensibiles ritus et sacramenta "dicentes, non oportere inenarrabilis et indivisibilis virtutis mysterium per visibiles et corruptibiles perfici creaturas" (n. 4), procedentes usque "ad negationem baptismatis, ejus quae est in Deum regenerationis" (n. 1 sq.). "Quidam [pro ritu christianae initiationis] . . . sponsale cubiculum quoddam adaptant, et quasi mysticum conficiunt, cum quibusdam profanis dictionibus, iis qui sacrantur; et spiritales nuptias dicunt esse id, quod ab ipsis fit, secundum similitudinem supernarum conjugationum. Alii autem adducunt ad aquam, et baptizantes ita dicunt: In nomen incogniti Patris omnium, in veritatem matrem omnium, in descendentem in Jesum, ad unitionem, et redemptionem, et communionem virtutum" (n. 3). "Quidam . . . adducere quidem ad aquam supervacaneum esse dicunt; admiscentes autem oleom et aquam in unum, cum quibusdam profanis dictionibus . . . mittunt super eorum caput, qui sacrantur: et hoc esse redemptionem volunt ungentes et ipsi opobalsamo" (n. 4).

"Alii sunt, qui *mortuos redimunt ad finem defunctionis, mittentes eorum capitibus oleum et aquam,* sive praedictum unguentum cum aqua, et supradictis invocationibus, ut incomprehensibiles et invisibiles principibus et potestatibus fiant, et ut superascendat super invisibilia interior ipsorum homo, quasi corpus quidem ipsorum in creatura mundi relinquatur, anima vero projiciatur Demiurgo" (n. 5, *MG* 7. 606 sq.).

In hoc ultimo textu, legitime legitur allusio ad sacramentum Extremae Unctionis, si attendantur tum testimonia Iacobi et subsequentis traditionis de ritu unctionis apud christianos usitato, tum defectus hujusmodi ritus in religionibus paganis, tum totus contextus Irenaei de corruptione rituum Christianorum apud Gnosticos, tum parallelismus inter hunc unctionis ritum, a Gnosticis superstitiose usitatum, et ipsum sacramentum Extremae Unctionis. Agitur enim de quodam ritu

[1] Plures eruditi assignant compositionem hujus operis inter a. 90 et a. 100; alii vero paulo posterius, seu in prima medietate saec. 2.

unctionis ab eis exercito super subjectum ad limen aeternitatis constitutum (mortuos = τελευτώντα , quod potius vertendum est per "morientes", ut requirit contextus2), cui tribuitur aliquis effectus spiritualis liberationis a diabolo ("Ut incomprehensibiles et invisibiles principibus et potestatibus fiant") et introductionis animae in supernam felicitatem ("Et ut superascendat super invisibilia interior ipsorum homo").

Huic indirecte allusioni ad essentialem ritum unctionis non inepte copulari potest alia indirecta allusio Irenaei ad accidentalem ritum impositionis manuum quae antiquitus unctioni adjungebatur *{ibid.* 2. 34. 4, cit. infra in p. 435 sq.).

*APOCRYPHUM EVANGELIUM NICODEMI* (sive *Acta Pilati),* p. 2, c. 2, inducto Joanne Baptista narrante Patribus in limbo se Christum in Jordane baptizasse, prosequitur: "Et cum haec audisset protoplastus Adam pater, quia in Jordane baptizatus est Jesus, exclamavit ad filium suum Seth : Enarra filiis tuis patriarchis et prophetis omnia quae a Michaele archangelo audisti, quando te transmisi ad portas paradisi, ut deprecareris deum, quatenus transmitteret tibi angelum suum, ut *daret tibi oleum de arbore misericordiae, ut perungeres corpus meum, cum essem infirmus.* Tunc Seth apropinquans sanctis patriarchis et prophetis dixit: Ego Seth cum essem orans dominum ad portas paradisi, ecce angelus domini Michael apparuit mihi dicens: Ego missus sum ad te a domino: ego sum constitutus super corpus humanum. Tibi dico enim, Seth, noli laborare lacrymis orando et deprecando propter *oleum ligni misericordiae, ut perungas patrem tuum Adam pro dolore corporis sui,* quia nullo modo poteris ex eo accipere nisi in novissimis diebus et temporibus, nisi quando completi fuerint quinque millia et quingenti anni: tunc veniet super terram amantissimus dei filius ad resuscitandum corpus Adae et corpora mortuorum, et ipse veniens in Jordane baptizabitur. Cum autem egressus fuerit de aqua Jordanis, tunc de oleo misericordiae unget omnes credentes in se et *erit oleum illud misericordiae in generationem eorum, qui nascendi sunt ex aqua ct Spiritu Sancto in vitam aeternam."*[1]

Agitur de vera olei unctione, qua Adam perungi exoptaverat ad consequendum effectum misericordiae et curationis quaque ab angelo instruitur perungi non posse cum sit beneficium a futuro Redemptore conferendum omnibus credentibus in se et baptismo renatis. Parallelismus tum ritus tum effectus suadet iterum allusionem ad sacramentum Extremae Unctionis.

[1] Cf. adnotationes *Fcrnandcntii* ct *Grabii* super hunc textum, *MG* 7. 1490 sq., 1495.
[2] TiscnENDORF, *Evangelia apocrypha* (cd. 2, Lipsiae 1S76) 393 sq. Cf. textum graccum, ibid. 325 sq.

De tempore quidem compositionis hujus evangelii adhuc disputatur inter criticos; quidam, ut *Tischcndorj,* innixi testimoniis *Justini (Apol.* 1. 35, 48) et *Tertulliani (Apol.* 21; cf. 5), volunt primigenium nucleum illius exaratum esse saec. 2; alii communiter dicunt exaratum esse saec. 4 (inter 325 et 376), textum vero ipsum completum, ex quo variae recensiones derivantur, confectum esse medio saec. 5 (inter 425 et 440).' Quidquid sit, omnes admittunt auctori praesto fuisse antiquiora documenta et traditiones; unde non inepte hic textus affertur inter probabilia monumenta antiquioris traditionis.

Vim illius testimonii ingeniose detexit jam *Albertus M.* scribens: "Istud sacramentum non habuit aliquod sacramentum in lege veteri sibi respondens propter sui perfectionem, et legis veteris imperfectionem. Sicut enim dicitur, ad Hebr. VII, 19: 'Nihil ad perfectum adduxit lex'. Unde in ea decedentes trahebantur ad limbum. Unctio autem propter hoc quod tollit reliquias, valet ad immediatam evolationem: et ideo non habuit locum in Veteri Testamento nec figura ejus. Hoc autem optime invenitur in Evangelio Nicodemi, ubi innuitur, quod Adam misit filium suum Seth ad accipiendum ab Angelo paradisi oleum misericordiae, quo ungeretur corpus suum quod infirmabatur: et negatum fuit ei donec veniret Christus, qui sua unctione corpora et animas reficeret: quia talis unctio non habet locum, nisi in gratia plena (piae facta est per Christum: et ideo etiam typo nullo ostendi poterat, quia typus talis circa infirmos omnino inutilis fuisset."[5]

*HIPPOLYTUS* (saec. 2-3), *Comm, in Danielem* (circa a. 200-204), l. 1, c. 33 (ed. Bonwetsch et Achelis, *Hippolytus Werke* [Leipzig, 1897] I 44 sq.), loquens de lavacro et unctione Susannae, exhortatur christianos ut per vitam sanctam spirituale beneficium capiant ex *"aqua perenni"* et ex *"oleo coelesti,"* ut ita exhibeant Deo corpus mundum et, accensis lampadibus, sint parati ad adventum divini sponsi. Sicut "aqua perennis" suggerit allusionem ad Baptismum, ita "oleum coeleste" ad Extremam Unctionem. Attamen praecipue haec secunda allusio valde incerta est, tum quia totam illam de Susanna pericopem Hippolytus allegorice tractat, ita ut videatur oleum accipere pro virtute Spiritus S., tum quia, si sacramentalis allusio ibi habetur, oleum referri videtur ad unctionem baptismalem.

Legitur enim in *Fragmentis in Danielem* 5. 18: " 'Dixitque puellis: Afferte mihi oleum.' Proinde fides et charitas, oleum et smegmata

[4] Cf. Amann, "Apocryphes du Nouveau Testament," *Dictionnaire de la Bible, Supplément,* 1 (1928) 486-488; Simon-Prado, *Praclecl. Biblicae, Propaedtutica biblica* (Taurini 1938) 109 sq.

[5] "In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, ad 2, *Opera omnia* XXX (ed. S.C.A. Borgnct, Parisiis: Vivès 1894) 3.

lavantibus parant. Quaenam vero smegmata, nisi Verbi mandata: quodnam autem oleum, nisi virtus Spiritus sancti? quibus post lavacrum tanquam unguento fideles perunguntur. Cuncta haec per beatam Susannam nostri causa figurabantur: ne modo scilicet, qui Deo credimus, ea quae impraesentiarum in Ecclesia fiunt, tanquam nova ac peregrina existimemus: sed cuncta haec olim per patriarchas figurata credamus, quemadmodum etiam Apostolus ait: 'Haec contingebant illis in figuris; scripta autem sunt ad nostram exhortationem, in quos fines saeculi devenerunt' " *(MG* 10. 691-694; cf. 5. 7, *ibid.* 690 sq.).

Attamen in *Traditione Apostolica* infra cit. (p. 108 sq.). quae merito tribuitur Hippolyto, habetur implicita allusio ad Extremam Unctionem, et in *Canonibus Hippolyti* (cit. in p. 109 sq.), qui, si non sunt ipsius Hippolyti, ab ipsa Traditione Apostolica proxime derivantur, habetur insigne testimonium hujus sacramenti.

*TERTULLIANUS* (circa 160-222),*De praescriptione haereticorum* (circa a. 200), 41, exprobrans haereticis quod supprimant discrimen inter clericos et laicos, scribit: "Ipsae mulieres haereticae, quam procaces! quae audeant docere, contendere, exorcismos agere, *curationes repromittere,* forsitan et tingere |i.e. baptizare]. Ordinationes eorum temerariae... Et laicis sacerdotalia munera injungunt" (Λ/L 2. 68 sq.). Hic quidam non inepte vident allusionem ad Extremam Unctionem; nam agitur de aliqua actione connexa cum curatione, quae illegitime ab haereticis conceditur feminis, adeoque non agitur de materiali cura infirmorum, nec de ipso charismate sanationum quem ceteroquin ipse Tertullianus sciebat competere etiam laicis. non exceptis feminis (cf. *Ad Scapulani* 4), sed de curationis ritu qui sit proprius ecclesiasticae hierarchiae, nec alium scimus fuisse in Ecclesia hujus generis ritum quam illum de quo Iacobus: "Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum ungentes eum oleo."

*ORIGENES* (circa 185-255), *In Leviticum* (post a. 244), hom. 2. 4, ostendens in N. T. plura esse remedia remissionis peccatorum, nec pauciora quam essent in V. T. sacrificia pro peccato, scribit: "Audisti quanta sint in lege sacrificia pro peccatis, audi nunc quantae sint remissiones peccatorum in Evangeliis. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia est, quae pro eleemosyna datur. . . Quarta nobis fit remissio peccatorum, per quod et nos remittimus peccata fratribus nostris. . . Quinta peccatorum remissio est, cum converterit quis peccatorem ab errore viae suae. . . Sexta quoque fit remissio per abundantiam charitatis. . . Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per poenitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis

stratum suum, et fiunt lacrymae suae panes die ac nocte, et cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum, et quaerere medicinam, secundum eum qui ait [Ps. 31. 5]: 'Dixi: Pronuntiabo adversum me injustitiam meam, et tu remisisti impietatem cordis mei.' *In quo impletur et illud, quod Jacobus apostolus dicit:* 'Si quis autem infirmatur, vocet presbyteros Ecclesiae, et imponant ei manus, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et si in peccatis fuerit, remittentur ei' " *(MG* 12. 417-419).

Prima vice occurrit apud Patres citatio, et quidem directa ac completa, textus Iacobi. Verbis "Et orent super eum" substituuntur verba "Et imponant ei manus," an intentionaliter vel secus (seu quia mere ex memoria textus citatur) non constat, nec ceteroquin multum refert ad sensum textus, tum quia etiam in Extrema Unctione fit manus impositio, tum quia oratio et manuum impositio non raro apud Patres pro invicem nominantur utpote connexae ac concomitantes. Textus Iacobi citatur in directa connexione cum sermone de sacramento Poenitentiae ("In quo impletur et illud, quod Jacobus apostolus dicit"), de quo certissime agitur in verbis "Dura et laboriosa, per poenitentiam remissio peccatorum . . . cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum, et quaerere medicinam."

*Hinc quaestio: utrum Origenes verba Iacobi rejerat ad sacramentum Poenitentiae, an ad Extremam Unctionem,* et consequenter utrum in ejus verbis habeatur necne testimonium hujus sacramenti. Primum tenent plurimi Protestantes, ut *Dallaeus* Steitz-Kattenbusch,' F. W. Puller,*[8] et aliqui catholici, ut *Boudinhon" Lejay,™ Galtier,*[10a] *Coppens™** et *Rahner.*[10c] Alterum tenent communiter catholici doctores; ita (ut nonnisi paucos modernos nominemus) *Pesch, Kern, Schmitz, Bord, Ruch, Dickamp, Lercher, Sold,* qui docent Origenem memorare successive utrumque sacramentum, prius nempe ac directe ipsam Poenitentiam, subinde vero ac veluti obiter Extremam Unctionem tanquam Poenitentiae complementum. Dum nempe Origenes loquitur

* *Op. cit.* (supra, in p. 90), l. 2, c. 7.

[7] *Ari. cit.* (supra, in p. 66) 305.

' *Op. cit.* (supra, in p. 65) 43 sq. Hic auctor proponit mitigatam quamdam explicationem quam refert ac refutat Pesch, *Praelectiones dogmaticae* (ed. 4 et 5, Friburgi Brisgoviae 1920) VII 258. Cf. Rucn, "Extrême-Onction du I au IX siècle," *Dictionnaire de Théologie Catholique* 5.2 (Paris 1913) 1934 sq.

•"La théologie de l'extrême onction." *Revue Catholique des Eglises* 2 (1905) 397.

'' "Ancienne philologie chrétienne," *Revue. d'Histoire et de Littérature Religieuse* 11 (1906) 372.

"¦'* "Imposition des mains," *Dictionnaire de Théologie Catholique* 7.2 (Paris 1927) 1313, 1327, 1329; 4wx *origine^ du sacrement de Pénitence* ("Analecta Gregoriana," v. 54, Romae 1951) 95, 96.

*"b L'imposition des mains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans l'Eglise ancienne* (Wetteren 1925) 41 sq., 374, 377.

l ' "La doctrine d'Origènc sur la Pénitence," *Recherches de Science Religieuse* 37 (1950) 424.

de remissione peccatorum per Poenitentiam, ejus menti occurrunt verba Iacobi in quibus agitur etiam de remissione peccatorum per Extremam Unctionem, eaque illico adjungit, quasi dicat: Remissio peccatorum fit per Poenitentiam confitendo sacerdoti, quae ceteroquin remissio fit etiam per Extremam Unctionem seu continetur in verbis Iacobi loquentis de Extrema Unctione tanquam de remedio peccatorum. Unde sensus illorum verborum "In quo impletur illud, quod Jacobus apostolus dicit" non est: In sacramento Poenitentiae impletur quod dicit Iacobus, vel: de sacramento Poenitentiae agitur in verbis Iacobi, sed: In remissione peccatorum, quae fit per Poenitentiam, impletur etiam, etsi per aliud sacramentum Extremae Unctionis, id quod dicit Iacobus; seu, remissio peccatorum, quae fit per sacramentum Poenitentiae, fit etiam per sacramentum Extremae Unctionis de quo loquitur Iacobus ac ideo in ea remissione implentur verba Iacobi.

Inde convenienter intelligitur processus Origenis: omnia scilicet remedia peccatorum includit inter Baptismum (Primam remissionem) et Poenitentiam (Septimam remissionem) cum qua fundit Extremam Unctionem utpote ejus complementum, quo perfecta christiani poenitentia completur; et cum incoeperit seriem remissionum a sacramento intrantium in Ecclesiam, seu Baptismo, convenienter eam claudit per sacramentum exeuntium, seu Extremam Unctionem. Confirmatur ex eo quod ipse *Bcda* (saec. 8), qui est praeclarus testis sacramenti Extremae Unctionis, distincti a Poenitentia (cf. infra, p. 142-145), utrumque nihilominus sacramentum apparenter confundit dum verba "Et si in peccatis sit, remittentur ei" videtur tribuere sacramento Poenitentiae, non secus ac subsequentia verba "Confitemini ergo alterutrum peccata vestra," et e converso *Cassianus* (circa a. 360-435; *Collatio* 20, c. 8, infra cit., p. 124), etsi habeat prae oculis textum Origenis et eandem fere enumerationem remediorum peccatorum adducat, non cunctatur ad rei claritatem duo illa remedia Poenitentiae et Extremae Unctionis sejungere, interponendo alia remedia.

*Protestantes* sequentes rationes in favorem suae opinionis adducunt:

1. Origenes eam poenitentiam, ad quam refert verba Iacobi. vocat "duram et laboriosam," quod dici nequit de Extrema Unctione.

*Resp*. Negatur suppositum, quod nempe Origenes agat de unico sacramento in toto contextu; in verbis "dura et laboriosa poenitentia" loquitur de sacramento Poenitentiae, citando vero textum Iacobi alludit simul ad Extremam Unctionem, ut distinctum quidem sed completivum sacramentum.

2. Mentio impositionis manuum (seu substitutio verborum “Et imponant ei manus" verbis “Et orent super eum”) ostendit textum lacobi referri ad sacramentum Poenitentiae.

*Rcsp.* Negatur illatio, nam etiam in Extrema Unctione adhibebatur manuum impositio, ut ostendetur in art. 14, p. 334-441.

Non inepte etiam dici potest Originem intentionaliter introduxisse mentionem impositionis manus, eamque intellexisse de ipso sacramento Poenitentiae, eo consilio ut verba lacobi ad utrumque sacramentum, simul infirmis collatum, referret, salvis utriusque attributionibus, quasi lacobus dicat: Si quis infirmatur, vocet presbyteros, qui imponant ei manus, seu prius administrent sacramentum Poenitentiae, et ungant subinde in nomine Domini, administrantes sacramentum Extremae Unctionis, ut per utrumque sacramentum, diverso quidem jure et modo, fiat completa remissio peccatorum.

Ad rem *RUCH:* “L'interprétation de Kern et de Pesch laisse subsister une grosse difficulté. Puisque d'après eux, le texte de saint Jacques s'applique à l'extrême onction, pourquoi est-il choisi comme témoignage en faveur de la pénitence? Et ces théologiens n'expliquent pas pourquoi Origène, en citant la parole de saint Jacques, opère une addition et une soustraction. Nous lisons dans l'homélie alexandrine: 'Si quelqu'un est malade, qu'il appelle les prêtres de l'Eglise et qu'i/s *lui imposent les mains,* l'oignant d'huile au nom du Seigneur.' Un rite nouveau est introduit. Les mots 'qu'ils prient sur lui' sont omis. Dire qu'Origène a cité de mémoire est une réponse commode et qui pourrait être admise si les changements étaient insignifiants. Or, l'un d'eux tout au moins, l'addition, est une importante modification. . .

"Le docteur alexandrin voulait prouver qu'il y avait une septième *rémission des péchés,* il l'avait nommée: c'est la pénitence. 11 l'avait même appelée un *remède,* et son esprit associait habituellement les idées de pardon et de guérison. Aussi, cherchant un texte de l'Ecriture pour démontrer la puissance de la pénitence, tout naturellement, il songea à la recommandation de saint Jacques. Evidemment, ceux qui croient que l'apôtre en ce passage parle seulement de l'extrême onction, éprouvent une réelle difficulté pour justifier le choix d'Origène. Mais il a été démontré que l'Epître conseille, en cas de maladie, et la confession des péchés et l'onction ... ; si l'on veut bien se souvenir de ce fait, toute difficulté s'évanouit. Origène pouvait se servir de la parole de saint Jacques pour établir sa thèse: il est question en ce texte de la pénitence et, ce qui. selon le docteur alexandrin, est très important, il est parlé de l'aveu des fautes. Au contraire, les promesses de Jésus-Christ sur la rémission des péchés ne mentionnent pas expressément cette condition du pardon Elles auraient donc moins bien exprimé ce que voulait dire Origène de la manière *dure et laborieuse* de rentrer en grâce avec Dieu. Et il est aussi très naturel que l'énumération dont le premier terme a été le baptême signale en dernier lieu le sacrement des malades et des mourants. En décrivant la pénitence, Origène ne dit-il pas que celui qui la pratique arrose sa couche de larmes, parole qui est une réminiscence biblique et qui se vérifie même chez le pécheur bien portant (ses pleurs sont le pain dont il se nourrit la nuit), mais qui s'applique encore mieux au malade. Aujourd'hui, sans doute, la confession étant un acte accompli très souvant par un grand nombre de catholiques, un théologien serait moins tenté de recourir, pour démontrer l'efficacité de la pénitence, au texte de saint Jacques. *.Mais à l'époque d'Origène, le sacrement de la réconciliation était moins en usage Et comme il devait l'être surtout et universellement en*

ûm *de maladie grave, pour ce motij encore, le conseil de saint Jacques s'imposait à l'attention du catcchètc alexandrin.*

"Si telle était sa pensée, le changement qu'il introduit est très naturel Appelé par un fidèle, le prêtre lui remettait les péchés et cet acte comportait peut-être une *imposition des mains,* puis il faisait l'onction. *Intentionnellement donc, Origène a modifié le texte..* Les mots: 'que les prêtres prient sur le malade' ne lui paraissant pas désigner assez clairement la pénitence, il les a peut-être remplacés par l'indication expresse du geste de la réconciliation. La prière qui accompagne l'onction n'est d'ailleurs pas supprimée; les prêtres versent l'huile *au nom du Seigneur.* Et même si l'on croit qu'Origène a cité de mémoire et s'est trompé, son erreur s'explique fort bien; tout naturellement, puisqu'il parlait de la pénitence, à l'expression vague de l'apôtre, *il a pu substituer une description précise de l'absolution.* Ainsi, le vrai sens de la parole de saint Jacques permet de découvrir la signification exacte du commentaire d'Origène et le commentaire d'Origène confirme le conseil de l'apôtre. C'est en raison de ce que l'Epître enseigne de la rémission des péchés qu'Origène la cite ici, mais il ne conteste pas et n'entend pas au sens métaphorique ce qu'elle affirme de l'extrême onction."[11]

3. Origenes, ut de more, in citatione Iacobi allegorizat, seu verba Iacobi ita translate accipit ut unctionem sumat pro poenitentia et infirmum intelligat spiritualiter pro peccatore, eo vel magis quod ipse soleat delectari in comparando sacerdotem cum medico spirituali.

*Resp.* Non semper allegorizat Origenes. nec ullum indicium hic habetur ipsum velle allegorizare. imo contraria indicia apparent. Nam imprimis, cum ipse totus sit in distinguendo ac multiplicando remissiva remedia N. T., potius dicendus est tendere ad distinguenda duo remedia Poenitentiae et Extremae Unctionis quam ad ea per allegoriam unificanda. Praeterea, si Origenes verba Iacobi allegorice transferret ad Poenitentiam, ea inintelligibilia vel inepta redderet (quod est indignum tam perspicaci interprete), sic enim ea verba sonarent: "Si quis est spiritualiter infirmus seu peccator, vocet presbyteros Ecclesiae, et imponant ei manus, ungentes eum oleo in nomine Domini, seu applicantes sacramentum Poenitentiae, et oratio fidei, seu absolutio, salvabit infirmum, seu liberabit a peccatis, et si in peccatis fuerit, remittentur ei." ubi supponitur hominem post remissa sibi peccata esse adhuc in peccatis, nisi dicatur idem frustranee, et inepta quidem grammaticali constructione, bis repeti.

4. In Oriente praxis fuit inungendi poenitentes in remissionem peccatorum, adeoque non mirum est Origenem textum Iacobi de sacra unctione referre ad sacramentum Poenitentiae.

*Resp.* Ea praxis, nullatenus ceteroquin universalis, est satis recentis originis apud schismaticos orientales, ut ostendetur infra (p. 193). adeoque nullam habet connexionem cum doctrina et mente Originis.

Frustra autem hic invocaretur antiqua praxis unctionis in reconcili-

[11] *Loc. cit.* (supra in p. 98).

atione haereticorum (cf. in p. 191-193), nam nec Iacobus nec Origenes agit de haereticis sed de infirmis.

*EUSEBIUS CAESARIENSIS* (circa 265-340), *Comm, in Isaiam,* c. 25, relato ad Eucharisticum convivium versiculo 6, sic prosequitur explicans vers. 7 et 8, ubi sermo est de unguento omnibus gentibus parato: " 'Ungentur unguento in monte hoc. Trade omnia haec gentibus: consilium enim hoc super omnes gentes.' Horum porro imagines et symbola in mysteriis novi Testamenti *per mysticum chrisma et salutarem sanguinem* nobis tradidit evangelicus sermo; ut in his probati, etiam meliorum participes simus: etenim Israel his dignus non est. Quemadmodum autem quis depositum cum mensura tradit, sic, inquit, mysticum de praedictis rebus sermonem trade omnibus gentibus: nam hoc consilium super omnes gentes est.

" 'Absorpsit mors praevalens, et rursus abstulit Deus omnem lacrymam ab omni vultu: opprobrium populi abstulit ab universa terra: os enim Domini locutum est.' Tum igitur, cum sancti una cum Filio Dei regnabunt, ipsa mors, quae olim deglutiebat eos, omnino absorbebitur. *Pro illa autem, erit unctio qua inungentur omnes gentes.* Etenim uncti illo unguento, non ultra morti erunt obnoxii, sed immortalitatis et aeternae vitae consortes, mortem imbecillam et quasi mortuam reddent" (.1/G 24. 267-270).

Quaestio est de mystico quodam unguento, quod, sicut mysticum convivium Eucharistiae, dabitur fidelibus in N. T., ad hoc ut fructum immortalitatis consequantur. Parallelismus cum Eucharistia suadet unctionem hanc non esse accipiendam metaphorice sed proprie, seu pro aliqua rituali unctione, nec praeterea agi de unctione baptismali, quae, etsi propria N. T., est mera caeremonia non a Deo sed ab Ecclesia instituta: effectus vero qui huic unctioni repromittitur, scilicet victoria super mortem et dispositio ad aeternam vitam, mentem dirigit ad solum sacramentum Extremae Unctionis.

In *Ilomilia de Resurrectione* (Eusebio tributa, sed dubiae authenticitatis ), 1. 2, circa finem ad evangelicum episodium Mariae effundentis unguentum super caput Christi, legitur: "Unguentum effudit super caput ejus. Irascebantur autem discipuli. . . Dominus autem ad irascentes: . . . Nolite esse molesti: fecit enim. Quod autem fecit ista, non ignorat. Praenuntiat ista meam mortem. *Immittitur enim gentibus qui moriuntur unguentum" (MG* 24. 1111). Brevis

l: Quatuordecim homiliae sive opuscula, quae latine supersunt et in lucem edita sunt a J. Sirmundo sub Eusebii attributione (Λ/G 24. 1047 sqq.)» hodie a criticis habentur saltem ut partialiter apocryphae. Duae primae homiliae "De fide adversus Sabellium" tribuuntur *Eusebio Emeseno* (circa 359).

haec affirmatio, absque ulla explicatione prolata, mentem quoque dirigit ad Extremam Unctionem.

*APHRAATES* (fin. saec. 3 — med. saec. 4), *Demonstratio* 23, 3, exhibens varium usum olei in sacris, ait: "Fructus germinavit olivae splendidae, in qua signum est sacramenti vitae, quo perficiuntur Christiani et sacerdotes et reges et prophetae; tenebras illuminat, *ungit infirmos,* et per arcanum suum sacramentum paenitentes reducit" *(Patrologia Syriaca,* ed. Graffin, 2. 10).

Varii olei usus, qui hic citantur, sunt omnes sacramentales vel rituales: unctio baptismalis ("Quo perficiuntur christiani"), unctio ordinationis sacerdotalis ("quo perficiuntur sacerdotes"), consecratio regum, unctio prophetarum, unctio Confirmationis ("tenebras illuminat"), unctio poenitentium in reconciliatione haereticorum, juxta consuetudinem plurium ecclesiarum ("paenitentes reducit"); unde etiam memorata unctio infirmorum accipienda est ritualiter, non vero pro quadam unctione privati usus vel consuetudinis, utut per oleum a sacerdote vel episcopo benedictum; nulla autem noscitur ritualis unctio infirmorum, praeter sacramentum Extremae Unctionis.

*ATHANASIUS* (295-373), *Epistola encycltca ad episcopos* 5, lamentans mala consecuta ex regimine Gregorii, intrusi episcopi ariani. ait: "Gregorius eos qui domi orant ad ducem defert, et ministros cum ingenti contumelia observat, ita ut ex hac violentia multi nondum baptizati periclitentur. Plurimi vero quod dum *aegrotant a nullo invisantur* (quod illi haud sine lacrymis tolerarint) ejusmodi calamitatem ipso morbo acerbiorem existimant. Dum enim Ecclesiae ministri persecutionem patiuntur, populi qui haereticorum Arianorum impietatem exeerantur, *malunt ita aegrotare ac periclitari, quam ut Arianorum manus capiti suo imponantur" (MG* 25. 234). Etsi non fiat sermo de ipso ritu unctionis, tamen ob mentionem infirmorum verisimile est S. Doctorem alludere non ad sacramentum Poenitentiae sed ad eam manuum impositionem quae fiebat in Extrema Unctione quamque Origenes (cit. in p. 97 sq.) refert ad ipsum textum Iacobi.

*In Psal. 91. 11,* commentans verba "Senectus mea in misericordia uberi" et exaltans coelestem beatitudinem quam justi consequentur, ait: " 'Senectus mea in oleo pingui.' Post labores quos sustinui . . . , tunc ceu oleo utar ad regale sacerdotium; et hoc erit mihi in diuturnorum laborum praemium" *(MG* 27. 406). Allusionem ad Extremam Unctionem suadet copulata mentio mortis, olei et celestis retributionis.

Notandum est Athanasium fuisse coaevum, concivem et familiarem

illius Serapionis Thmuensis in cujus Sacramentario invenitur unum ex praecipuis hujus aetatis testimoniis de Extrema Unctione (cf. infra, p. 111-114).

*AMBROSIUS* (333-397), *De Poenitentia,* 1. 8: "Omnia . . . [Christus] donavit discipulis suis, de quibus ait: 'In nomine meo daemonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: supra aegros manus imponent, et bene habebunt' (Marc. XVI, 17, 18). Omnia ergo dedit, sed nulla in his hominis potestas est, ubi divini muneris gratia viget. *Cur ergo manus imponitis, et benedictionis opus creditis, si quis forte revaluerit aegrotus?* [i.e. si quis ad manus impositionem consequitur sanitatem, quare creditis id esse effectum illius ritus?] Cur praesumitis aliquos a colluvione diaboli per vos mundari posse? Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est: quid interest, utrum per poenitentiam, an per lavacrum hoc jus sibi datum sacerdotes vindicent? Unum in utroque mysterium est. Sed dicis quia in lavacro operatur mysteriorum gratia. Quid in poenitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? Ubi vultis, vindicatis vobis Dei gratiam: ubi vultis, repudiatis?" (*ML* 16. 497 sq.)

S. Doctor distinguit triplicem potestatem, a Christo suis ministris collatam, scilicet imponendi manus aegrotis ad effectum sanationis, remittendi peccata per Baptismum et eadem remittendi per Poenitentiam. Quamvis autem citet verba Marci: "Supra aegros manus imponent, et bene habebunt" (ubi agitur de potestate charismatica). utpote qui ei videatur facere ad intentum polemicum, primam tamen potestatem imponendi manus ad sanitatem infirmorum non intelligit charisma sanationum, sed potestatem sacramentalem, quemadmodum et alias duas potestates, cum agat de ritu tunc communiter usitato ("Cur ergo manus imponitis?"), quod de illo charismate dici nequit. Nulla autem extat in Ecclesia potestas sacramentalis circa aegrotos sanandos praeter Extremam Unctionem. Non abs re erit notare quod in posteriori *liturgia Ambrosiana* (cf. in p. 438) Extrema Unctio vocatur impositio manuum.

*CHRVSOSTOMUS* (344-407) est. una cum Origene, praecipuus testis sacramenti Extremae Unctionis in hac periodo. Explicitant pariter et completam citationem textus Iacobi affert in *De sacerdotio* 3. 6: et similiter ejus verba fallaci adversariorum interpretationi ansam praebent.

*De sacerdotio* 3. 6: "Hi [i.e. sacerdotes] sunt, quibus concrediti sunt spirituales partus et generatio per baptismum: per hos Christum

induimus, et cum Filio Dei sepelimur, membra beati istius capitis efficimur. Ita non modo principibus ac regibus formidabiliores, sed patribus etiam venerabiliores, nobis jure fuerint. Illi enim ex sanguinibus exque voluntate carnis genuerunt; hi vero illius quae ex Deo est generationis nobis auctores sunt. . . Illi quidem in hanc vitam, hi in futuram gignunt: atque illi ne corporalem quidem interitum a liberis amoliri possunt, non ingruentem morbum depellere; hi vero aegram et mox interituram animam saepe servarunt, aliis remissiorem poenam reddentes, alios prorsus labi non sinentes; idque non doctrinae tantum atque monitionum, sed etiam orationum auxilio. Neque enim tantum cum nos regenerant, sed etiam post regenerationem admissa peccata condonare possunt. Nam 'Infirmatur.' inquit, 'quis in vobis? advocet presbyteros Ecclesiae, et orent super eo, ungentes eum oleo in nomine Domini, Et oratio fidei salvabit infirmum: et excitabit eum Dominus: et si peccata fecerit, remittentur ei' (Jac. 5, 14. 15)" *(MG* 48. 643 sq.).

S. Doctor explicite asserit sacerdotes habere potestatem remittendi peccata etiam post regenerationem seu Baptismum, et ad hoc probandum inducit textum lacobi. Loquiturne de potestate remittendi peccata per sacramentum Poenitentiae aut, si placet, per aliquam orationem dictam super infirmum, ita ut ad hoc sacramentum aut potius ad hanc orationem referat verba lacobi, an de potestate remittendi peccata per Extremam Unctionem? Primum asserunt Protestantes, nominatin') *Dallaeus," Puller,*[13] *Steitz-Kattenbusch,"* alterum catholici doctores.

*Unica hujus textus difficultas,* quare nempe S. Doctor ad probandam potestatem remittendi peccata post Baptismum provocet ad Extremam Unctionem potiusquam ad Poenitentiam, non difficile solvitur ex ipsa contexta oratione, seu ex comparatione quam instituit inter parentes et sacerdotes relate ad salutem filiorum ab ipsis genitorum. Quod attinet nempe ad initium vitae, illi generant materialiter tantum, hi vero spiritualiter: quod vero attinet ad extrema vitae, illi nequeunt filios a morbo liberare et vitam eorum servare, hi vero morientes quidem corporaliter ab aeterna morte servant spiritualiter. Hinc ad scopum hujus comparationis ineptus fuisset recursus ad sacramentum Poenitentiae, de quo ceteroquin S. Doctor explicite loquitur paulo ante (3. 5 sq.), ubi inducit aliam comparationem inter potestatem civilem et potestatem sacerdotalem, non amplius provocans ad textum lacobi sed ad verba Christi de

[13] *Op. cit.* (supra in p. 90), l. 2. c. 8.
'*Op. cit.* (supra in p. 65) 45 sq.
*Ari. cit.* (supra in p. 66) 305.

potestate clavium: "[Sacerdotes] potestatem acceperunt, quam neque angelis neque archangelis dedit Deus. Neque enim illis dictum est: 'Quaecunque ligaveritis in terra, erunt ligata et in caelo; et quaecunque solveritis in terra, erunt soluta et in caelo' (Matth. 18. 18). Habent quidem ii, qui in terra imperant, potestatem ligandi, verum corpora solum: hoc autem vinculum ipsam attingit animam, caelosque transcendit; servorumque sententiam ipse Dominus ratam facit" *(MG* 48, 643; cf. cetera verba S. Doctoris et aliam comparationem inter sanationem leprosorum apud sacerdotes judaicos et sanationem animarum per sacerdotes N. T., quae citavimus in tractatu *De Poenitentia I* 118).

Quod autem ait Dallaeus S. Doctorem tribuere remissionem peccatorum soli orationi sacerdotali super infirmum, non vero unctioni, frivolum est; nam vel loquitur de simplici quadam oratione vim habente ex solo opere operantis, et hoc est contra intentum Chrysostomi qui loquitur de usu potestatis remittendi peccata, non secus ac in Baptismate, vel loquitur de oratione vim habente ex opere operato, seu sacramentali. et tunc inepte fingit veluti novum sacramentum et frustra illud sejungit ab ipsa Unctione, de qua una cum oratione fit sermo in verbis Iacobi, a Chrysostomo allegatis.

*In Matth., hom.* 32. 6, loquens de dignitate et utilitate domus Dei, seu ecclesiae, et hanc comparans domui privatae, scribit: "Dignior haec domus est. Etenim hic majores nostrae possessiones depositae sunt, hic spes nostra omnis. Quid enim hic non magnum, non tremendum est? Siquidem haec mensa longe honorabilior et suavior est, quam tua, *lucerna, quam lucerna tua. Id vero sciunt quotquot cum fide tempestive olei uncti a morbis Uberati sunt.* Arca etiam haec longe melior est quam illa, et magis necessaria: quae non vestes, sed eleemosynam inclusam servat. . . Lectus item tuo praestantior: nam divinarum lectio Scripturarum lecto omni jucundior est" *(MG* 57. 384 sq.).

Hic non improbabilis habetur allusio ad Extremam Unctionem, nec tantum ad communes lucernas accensas in ecclesiis,aut ad aliquod oleum benedictum quod pro usu fidelium in aliqua lucerna asservaretur in ecclesia. S. Doctor enim loquitur de aliqua speciali lucerna, cujus dignitatem assimilât dignitati mensae seu altaris in qua sacramentum Eucharistiae celebratur et asservatur, atque utramque, mensam nempe et lucernam, vocat aliquid "magnum et tremendum" (vim tamen hujus incisi videtur minuere mentio eleemosynae). Incisum quoque "Quot-

" Cf. Chrysostomum, *In Genesim, serrn.* 4. 3, ubi reprehendens socordiam suorum auditorum, ait: "Scripturas vobis enarramus, vos vero aversis a nobis oculis, ad lucernas et ad eum qui lucernas accendebat, eos convertistis" *(MG* 54. 597).

quot cum fide oleo uncti a morbis liberati sunt" in mentem evocat verba Iacobi: "Et oratio fidei salvabit infirmum."

Ad id quod S. Doctor dicit de praedicta lucerna observa non raro apud orientales occurrere *mentionem lucernae* continentis oleum infirmorum. *Syri et Maronitae* Extremam Unctionem vocant "Mysterium lampadum" (cf. in p. 3 et 178), *Aethiopes* vero "Librum lampadis" (Mâsa hefa kandil), *Rituale Gabrielis* patriarchae Copiorum descriptionem ritus Extremae Unctionis incipit his verbis: "Impletur oleo exquisito Palaestinae lampas septem brachia habens, quam lampadem collocant ante imaginem B. Mariae sanctissimae, prope quam evangelium et crux adsit."[17] De *Graecis* scribit Goar: "Oleum infirmis ungendis in vase separato non asservant Graeci, nisi forsan in magna Ecclesia, in una ex appensis lampadibus, ea nimirum quae coram Christi Domini ardet imagine, et hac de causa etiam κανέλα τού αγελαίου audit".[18] *Simeon Thessalonicensis,* agens "de sacro euchelaei ritu," administrato a septem sacerdotibus, ait: "A primo sacerdote et caeteris vicissim dicitur olei oratio, oleumque in urceo [Goar vertit: "in lucernam," inquiens ibi agi de supradicta lucerna] vel alio quodam vase immittitur. Simul septem acceduntur lumina, juxta numerum sacerdotum, et ad exprimendum Spiritus charismata, necnon ut fax divina fit per sanctum oleum, et quasi holocaustum inundaque hostia Deo offertur" (MG 155. 523). Paulo superius, agens de non sacramentali unctione defunctorum, Simeon scribit: "Fratribus ... in Christo mortuis infundimus oleum, quod tamen non est sanctum oleum vivis datum . . . sed oleum ex lampade templi vel potius altaris exceptum. Et nullum ex monachis sepelimus, quin prius oleum lucernae vigilis in corpus ejus infundamus, cum sit sanctificatum utpote ardens in conspectu Domini. . . Alii vero religiosiores viri adhuc viventes euchelaei mysterium conficiunt, in ipsorum propitiationem et absolutam peccatorum remissionem, et si ad mortem infirmitas eis est, ex hoc oleo quoddam servatur, et postquam dormierunt, praesentes eos ungunt in sigillum augustissimum sanctarum obeuntis reliquiarum, honoremque et sanctificationem. . . Semel autem fit posterior haec unctio ex lampade in templo ardente, sigillum et sanctificationem reliquiarum illius qui vita discessit, utpote Christi mysteriis purgatarum et baptismo unguentoque et tremenda communione sanctificatarum" *(ibici.* 519-522).

Vim tamen praedicti textus Chrysostomi, quam agnoscit ac premit *Kcmj*[19]

[17] Dexzixger, *Ritus Orientalium, Captorum, Svrorum et Armenorum* II (Wirceburgi 1864) 483.

[18] Εὐχολόγω»- *sive Rituale Graecorum* (Parisiis 1647) 436.

[19] *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 29-32; "Ein missverstandenes

evacuare conatur *P. LEJAY,* scribens: "Ce passage a été négligé par les historiens de l'cxtréme-onction y compris M. Puller. Il a été remis en lumière par le P. J. Kern, dans la *Zeitschrift fur katholischc. Théologie,* xxix (1905, 381-389). Le l' Kern a rapproché l'usage liturgique des Grecs. Goar rapporte que les Grecs conservent l'huile des infirmes dans une lampe qui brûle devant l'image du Christ *(Euchologion,* p. 353; voy. aussi Denzinger, *Ritus Orientalium,* I, 185; II. 483). Le P. Kern conclut que Jean Chrysostome parle de l'extrême-onction. Mais c'est aller un peu vite. Il parle de Fonction des malades. Et il nous fait connaître une des formes qu'a prise la pratique des fidèles. Ils vont chercher l'huile de la lampe de l'autel. Nous sommes dans un temps où le rite est encore une pratique de médecine religieuse. Plus tard, le rite perdra sa saveur populaire. Cependant. FOrient conservateur, gardera l'habitude d'enfermer dans une lampe l'huile de l'extrême-onction. Il faut se garder de faire faire à l'histoire un saut qui n'est pas justifié par les textes. Dès lors ce texte d'homélie n'explique pas celui du traité sur le sacerdoce. La méthode qui consisterait à les additionner ne manquerait pas de précédents; mais ce n'est pas une méthode scientifique."[20]

*MONUMENTA LITURGICA* hujus periodi suum etiam testimonium afferunt.

*DIDACHE* (circa a. 100). Papyrus, a. 1924 inventus et editus, qui ab eruditis-l agnoscitur continere originale fragmentum versionis copticae inventae a. 1883 a metropolita orthodoxo Briennios, sequenti oratione complet caput 10 Didache: "Quoad unguentum sic gratias agite: gratias tibi agimus, pater noster, pro unguento, quod indicasti nobis per lesum, puerum tuum: gloria tibi in saecula. Arnen."

Sacramentalitas hujus textus, si revera pertinet ad ipsum scriptum originale, suadetur tum ex eo quod oratio ponitur in eo ipso loco in quo in antiquis liturgiis collocatur benedictio olei infirmorum, seu post orationes eucharisticae communionis, tum ex ipso parallelismo cum oratione eucharistica quae praecedit: "Quod ad gratiarum actionem attinet, sic gratias agite: primum de calice: Gratias tibi agimus, pater noster, pro sancta vite David pueri tui, quam indicasti nobis per lesum puerum tuum: gloria tibi in saecula" (9. l sq., *Funk* 1. 21).

*TRADITIO APOSTOLICA,* - etsi, agens de cura infirmorum, nullam referat unctionem, continet sequentem benedictionem olei intra

Zeugnis des hl. Ioh Chrysostomus fiir die letztc Oclung," *Zeitschrift fiir kath. Théologie 29* (1905) 381-389.

[19] /tri. *cit.* (supra in p. 98) 374.

[20] Ci E. Rjebartcii, in *Liturgische Zeitschrift* (Ratisbon, Heft VI) et P. Aidan, in *Theol. Prakt. Quartalschrift,* 1931.

[1] Seu potius *Constitutiones ecclesiasticae acgyptiacae,* quae a pluribus eruditis, post Connolly, identificantur cum Traditione Apostolica ipsius Hippolyti et habetur ut antiquissimum quoddam Rituale Romanum. Opus compositum dicitur in lingua graeca, probabiliter inter a. 218 et a. 235, tempore schismatis Hippolyti. Versio ipsa latina, quae extat in manuscripto exarato circa finem saec. 5, ascendit verisimiliter ad aetatem Hippolyto paulo posteriorem, cum nempe lingua latina evasit officialis sermo ecclesiae occidentalis. Attamen, de praedicta opinione Connolly aliorumquc eruditorum, adhuc disputatur et a nonnullis reicitur. Confer infra dicenda circa *Canones Hippolyti* (p 109 sq.).

missam, cum implicita allusione ad unctionem infirmorum: "Si quis oleum secundum panis oblationem et vini et non ad sermonem dicat, sed simili virtute gratias referat dicens: ut oleum hoc sanctificans das, Deus, sanitatem utentibus et percipientibus, unde unxisti reges, sacerdotes et profetas, sic et omnibus gustantibus confortationem et sanitatem utentibus illud praebeat."[23]

In verbis "Sanitatem utentibus praebeat" merito videri potest allusio ad Extremam Unctionem, praecipue si hic textus comparatur cum clariori textu Canonum Hippolyti, qui a Traditione Apostolica derivantur nec sunt multo posteriores. Difficultatem quidem faciunt alia verba "Omnibus gustantibus confortationem praebeat," necnon titulus "Si quis oleum offert," quae suggerunt privatum usum bibendi oleum benedictum, sed convenienter dici potest ibi agi de benedictione olei destinati duplici usui, sacramentali nempe et privato. Haec interpretatio roboratur ex eo quod (ut ostendetur infra, p. 138) similia verba servantur in Sacramentario Gelasiano et aliquod eorum vestigium adhuc superest in hodierno Pontificali Romano in benedictione olei pro sacramento Extremae Unctionis.

### *CANONES HIPPOLYTI.*

Hos canones primus publicavit, latine versos juxta duo manuscripta arabica, *D. B. Haneberg (Canones S. Hippolyti,* Monachi 1S70); quam versionem reproduxcrunt tum *H. Achelis (Die altesten Quellen des orientalischen kirchenrechts, Die Canones Hippolyti* ["Texte und Untersuchungen zur Geschicte der altchristilichen Literatur," VI Band, Heft 4], Leipzig 1891), tum *L. Duchesne (Origines du culte chrétien* [cd. 3, Paris 1902] 524-543). Subinde If. *Riedel (Die kirchenrechtsquellcn des Patriarchats Alcxandrien,* Leipzig 1900) edidit germanicam versionem factam ex duobus aliis manuscriptis arabicis (saec. 13-14), asservatis in Bibliotheca Berolinensi; quam versionem in linguam latinam transtulit *M.* .1. *Sarrazy* (in *Revue théologique française* 6 [1901] *220-*230, 280-301).

De auctore et tempore compositionis horum canonum non parum disputatum est et adhuc disputatur. Duchesne non dubitavit asserere eos esse anteriores saec. 4 et probabiliter ipsi Hippolyto adjudicandos: "Pour l'ensemble, ce recueil de prescriptions liturgiques et disciplinaires est sûrement antérieur au quatrième siècle et rien ne s'oppose à ce qu'il remonte à la date indiquée par le nom d'Hippolyte" *(op.* nuper *cit.* 524). Subinde R. H. Connolly *(The So-Called Egyptian Church Order and Derived Documents* ["Texts and Studies," vol. 8. n. 4], Cambridge 1916) contrariam opinionem emisit, a pluribus hucusque cum plausu susceptam, juxta quam illi canones sint multo posterior quaedam adaptatio primigenii operis Hippolyti "Traditio Apostolica" (Αποστολικτ/ Παράδοσή) quae nihil aliud esset quam ipse liber hucusque improprie vocatus *Constitutiones ecclesiasticae aegyptiacac.*

Ceterum, nec ista opinio omnibus eruditis placuit. Inde A. Malvy ("LOnction des malades dans les Canons d'Hi jpolyte et les documents apparentés." *Recherches de science religieuse* 9 [1919 224 sq.) rationabilius hanc mediam eligit opinionem: "Oserai-je avouer que Dom Connolly ne m'a pas entièrement con-

; Apud R. II. Connolly, *The So-Called Egyptian Church Order and Derived Documents* ("Texts and studies," vol. 8, n. 4, Cambridge 1916) 176.

vaincu? Après la lecture très attentive de son ouvrage, je garde l'impression que l'oeuvre d'Hippolyte n'est qu'imparfaitement représentée dans multiples recensions et que ces pauvres Canons, autrefois si prônés, aujourd'hui si dédaignés, ne méritent ni cet excès d'honneur, ni cette indignité. Peut-être — tout en accordant à la Constitution dite égyptienne la primauté à la quelle elle paraît avoir droit — vaudrait-il mieux renoncer à posséder dans sa teneur originale l'oeuvre même de saint Hippolyte et se contenter de recueillir d'ici et de là, dans les nombreux documents qui en paraissent dérivés [i.e. Canons d'Hippolyte, VIII livre des Constitutions Apostoliques, Constitutions d'Hippolyte, Testament de N.S.J.Ch.], les moindres filets d'eau qui ont quelques chances de venir d'une source si précieuse." Recentius *P. Naiithi (Hippolyte et Josipe,* Paris 1947) novam controversiam circa opera Hippolyti suscitavit, quae adhuc cum calore agitatur.

In his canonibus (can. 199, 200, 219, 220, 221, 222) plura continentur de cura infirmorum. Praecipui sic referuntur a *Duchesne (op. cit.* 538-540): "199. Sit diaconus qui episcopum comitetur illique indicet singulos infirmos. — 200. Magna enim res est infirmo a principe sacerdotum visitari: reconvalescit a morbo quando episcopus ad eum venit, imprimis *si super eo orat, quia timbra Petri sanavit infirmum*. — . . . 219. Ceterum, quod ad infirmos pertinet, medicina ipsis in eo posita est ut frequentent ecclesiam, ut fruantur oratione, excepto eo qui morbo periculoso laborat; talis a *κληρω* visitetur quotidie, qui certiorem reddunt eum."

Canoni 200, in supradicta *Traditione Apostolica* Hippolyti, vel, si placet, in *Constitutionibus ecclesiasticis aegyptiacis,* haec simplicior et generalior expressio corresponde!: "Valde enim oblectatur infirmus cum memor eius fuerit princeps sacerdotum." Canon 219 vero, in versione Riedel-Sarrazy multo expressior est, cum contineat etiam mentionem unctionis: "Aegroti curationem habent si ecclesiam frequentant ut *aquae orationis et oleo orationis* participent, excepto eo qui morbo periculoso laborat; is debet a clero quotidie visitari qui eum novit."[2-*]

Si hi canones essent revera opus ipsius Hippolyti, constituerent primum certius documentum de Extrema Unctione. Quidquid sit, magnum hic habent valorem ob ipsorum antiquitatem, quam nemo negat. In his ergo agitur de quodam sacro ritu, usitato in Ecclesia ac proprio hierarchiae, consistente in oratione super infirmum, imo in "oleo orationis" (quod est ipsum nomen quo Graeci ad hodiernum

'zl. *Malvy,* relato hoc textu et indicata adiccta illa mentione olei, addit: "J'ai voulu seulement signaler aux théologiens un texte qui ne paraît pas avoir attiré leur attention. Je les supplie seulement d'en user avec discrétion et d'attendre, pour en exprimer tout le suc, que les critiques de métier, dont on connaît les exigences, aient réussi à en déterminer un peu plus exactement la date et le lieu d'origine. Sans cette double précision, un texte, en bonne théologie comme en bonne critique, est inutilisable." Ceterum subinde addit: "Si les Canons d'Hippolyte sont . . . plus explicites [que les Constitutions égyptiennes, par la mention de l'usage de l'huile], on n'a pas le droit d'y voir une interpolation de basse époque, avant que la question littéraire qui concerne l'origine de ces canons ait reçu une solution de tout point satisfaisante" *(art. cit.* [supra in p. 109] 225, 229).

diem hoc sacramentum appellant: «ὑχίλωον), et habente effectum sanationis. Quae omnia conveniunt ritui Extremae Unctionis eique soli, necnon verbis Iacobi de advocandis sacerdotibus (in canone 199 exhibetur diaconus inquirens de infirmis ac referens episcopo ut eos invisere possit), de orando super infirmos, de illis ungendis, salvandis et alleviandis. Etiam si mentio olei in canone 219, juxta alteram versionem, non esset originalis, non multum inde detraheretur illius significationi ac valori ob absentiam explicitae mentionis unctionis, tum quia haec poterat esse quid bene omnibus notum adeoque sufficienter indicatum in ipsa mentione orationis, tum quia ceteroquin implicita quaedam allusio unctionis continetur in can. 222 ubi sermo est de vasis necessariis pro infirmis, quae episcopus committit procuratori ("Procurator ille est cui cura infirmorum committitur. Episcopus autem enutriat illos, et singula usque ad vasa fictilia, quibus opus est infirmis, procuratori tradat"). Item, non obstat mentio umbrae Petri sanantis infirmum, nam hanc allusionem non inferre meram charismaticam sanationem patet ex eo quod tale charisma non pertinet ad omnem episcopum.

*DIDASCALIA APOSTOLORUM* (scripta originaliter in lingua graeca saec. 3, probabiliter in Syria) hanc referunt olei benedictionem juxta latinam quae extat versionem: "Sanctifica hoc oleum, Deus, tribue eis qui utuntur et *recipiunt hanc unctionem* qua unxisti sacerdotes et prophetas, ita etiam da virtutem eis qui istud bibunt et sanitatem eis qui utuntur."[25] Quoad verba "istud bibunt" idem dicendum ac de benedictione *Traditionis Apostolicae* (supra, p. 109), a qua hoc opus dependet.

*SACRAMENTARIUM SERAPIONIS* (circa medium saec. 4), seu collectio quaedam liturgicarum orationum, primo inventa a. 1894 in monte Athos ac tributa Serapioni episcopo Thmuensi in Aegypto (circa 339-362), coaevo et familiari S. Athanasii, est *praecipuum documentum liturgicum* de Extrema Unctione in hac periodo.

Duas refert olei benedictiones.

*Prior* (Oratio XVII, vel V) est benedictio olei et aquae, a fidelibus oblatorum, ac forte respicit tantum privatum usum, quamvis non mere materiales invocet effectus: *"Oratio pro oleis ct aquis oblatis.* Benedicimus per nomen unigeniti tui Iesu Christi has creaturas, nomen nominamus eius, qui passus est, crucifixus est et resurrexit et sedet in dextera increati, super hanc aquam et hoc oleum: largire virtutem curationis in has creaturas, ut omnis febris et omne daemonium et

[25] *Didascalia Apostolorum fragmenta Veronensia latina,* cd. Hauler (Leipzig 1900) 107.

omnis morbus per potum et unctionem removeatur, et fiat remedium curationis et remedium integritatis perceptio harum creaturarum in nomine unigeniti tui lesu Christi, per quem tibi gloria et imperium in sancto spiritu in omnia saecula saeculorum, amen."[20]

*Altera* (Oratio XXIX, vel XVII), quae a doctoribus catholicis affertur pro Extrema Unctione, sic sonat: "Invocamus te, qui *habes omnem potestatem* et virtutem, *salvatorem omnium hominum, patrem Domini nostri et salvatoris lesu Christi,* et oramus, ut emittas vim sanationis e caelis unigeniti super hoc oleum, ut eis, qui his tuis creaturis unguntur vel eas percipiunt, fiat in depulsionem *omnis languoris et omnis infirmitatis,* in remedium adversus omne daemonium, in expulsionem omnis spiritus immundi, in segregationem omnis spiritus nequam, in exstirpationem omnis febris et frigoris et omnis imbecillitatis, in gratiam bonam et remissionem peccatorum, in remedium vitae et salutis, in sanitatem et *integritatem animae et corporis et spiritus,* in valetudinem perfectam. Timeat. Domine, omnis operatio diabolica, omne daemonium, omnes insidiae adversarii, omnis plaga, omne supplicium, omnis dolor, omnis labor vel ictus vel concussio vel umbra mala nomen tuum sanctum, quod invocamus nunc, et nomen unigeniti, et abeant ab internis et externis servorum tuorum horum, ut *glorificetur nomen* ejus, qui pro nobis crucifixus est et resurrexit et *languores nostros et infirmitates suscepit, lesu Christi,* et venturus est *indicare vivos et mortuos,* quoniam per eum tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen."[37]

Sacramentalitatem hujus orationis, ejusque distinctionem a priori, ostendunt tum ejus magna solemnitas, tum ejus locus in liturgia (nam non ponitur, sicut prior, inter orationes liturgiae eucharisticae, sed in subsequent! serie orationum, et quidem post consecrationes baptismalem, chrismativam et ordinationis sacerdotalis), tum insignes effectus ei attributi (inter quos, gratia et remissio peccatorum), tum ejus explicitas titulus qui est "Oratio in oleum aegrotorum."

Vim hujus testimonii vindicat ipse *LECLERCQ,* non obstante suo scepticisme circa documenta antiquae Traditionis de hoc sacramento (cf. supra, p. 93). Scribit enim:

"Il n'est plus ici question [comme dans la première bénédiction] d'huile à bénir pendant la célébration du sacrifice et offerte par les assistants qui la remporteront chex eux Cette série de prières, dont fait partie celle qu'on vient de lire, est un recueil concernant le baptême consécration des eaux, *abremintiatio* des néophytes, entrée dans la piscine et sortie, onction baptismale et chrismation: ensuite oraisons

[20] F.-X. Funk, *Didascalia et Constitutiones Apostolorum* (Paderbornac 1905) II 179-181.
[37] *Ibid.* 191-193.

pour l'imposition des mains sur les diacres, les prêtres, les évêques; prière sur l'huile des malades; prière pour les défunts. Ainsi, *cette prière fait partie d'un rituel destiné à la collation des sacrements et à la célébration de rites publics et officiels;* à la suite des formules de bénédiction à réciter sur l'huile et sur le chrême des baptêmes, une formule à réciter sur l'huile des malades: c'est bien un rituel liturgique. Le titre de l'oraison est formel et le texte ne l'est pas moins. Il s'agit des malades et de l'huile qui, leur étant destinée, est l'objet d'une bénédiction particulière, afin qu'elle possède une vertu curative et devienne véhicule de la rémission des péchés. Et tout ceci se trouve dans le rituel liturgique officiel d'un évêque. L'attestation est si importante qu'on ne peut l'éluder qu'en imaginant le petit jeu des interpolations, qui témoigne chez celui qui s'y adonne plus d ingéniosité que de bonne foi. Au reste l'idée d'interpoler une formule hors d'usage depuis des siècles est une de ces trouvailles auxquelles on est dispensé de leur faire l'honneur d'une discussion.

*"L'Euchologe de Sérapion nous met ainsi en présence d'une formule aussi explicite et aussi complète qu'on la peut souhaiter.* L'huile sainte doit remédier aux infirmités du corps et guérir les défaillances de lame. Tout ce qu'on pourra argumenter contre un texte si clair n'y changera rien, n'obscurcira rien. Ce texte n'offrant décidément que peu de prise aux échappatoires, il a fallu se rebattre sur le titre, ce qui n'était pas impossible à condition de le retoucher. Mais ce titre porte: 'Prière sur l'huile des malades ou l'eau ou le pain', et pas autre chose. L'oraison est donc faite pour l'huile des malades. Le contexte ne parle que d'huile, d'onction et ceci ne s'applique pas au pain pas plus qua l'eau; la prière fut rédigée pour la bénédiction de l'huile. On a pu l'appliquer à l'eau et au pain destinés à divers usages religieux, sauf à modifier la formule ou à l'abréger; ce n'était là qu'une adaptation — officielle ou non? — on peut épiloguer sur la destination du pain et de l'eau bénits de la sorte, on ne le peut pas sur celle de l'huile formellement nommée et bénéficiant intégralement des fruits de la bénédiction; *cette huile est celle du sacrement de Γextrême-onction."*2*

*Protestantes,* nominatin'! *Puller,-'* obiciunt mentionem panis et aquae quae adjungitur mentioni olei in ipso titulo ("Oratio in oleum aegrotorum, vel in panem vel in aquam") quaeque videtur sacramentalitatem orationis, etiam relate ad oleum, evacuare. Cui speciosae nec dissimulandae difficultati, theologi duplicem afferunt non improbabilem responsionem, quam sic refert ac compendiatur *Ruch:*

"Une seule objection est spécieuse. Le titre porte: 'Prière su l'huile des malades *ou sur le pain ou sur Veau'.* Pourquoi ces deux derniers éléments sont-ils nommés? De quel droit la rémission des péchés est-elle attachée à leur emploi? Si l'huile est sacramentelle, le pain et l'eau devraient l'être aussi. Puller, *op. cit.,* p. 98. Kern, *op. cit.,* p. 56, propose une explication très ingénieuse. Dans certaines Eglises orientales, chez les Russes, par exemple, on emploi non seulement de l'huile, mais aussi du *froment* et du *vin,* matières qui pourraient avoir succédé au pain et à l'eau. Elles ne sont évidemment qu'accessoires. Cet usage ne remonterait-il pas à une habitude antique qu'attesterait l'eucologe de Sérapion: les malades auraient été oints d'huile, mais

z'*Art. cit.* (supra in p. 93) 1032 sq.
*Op. cit.* (supra in p. 65) 98.

on leur aurait aussi présenté des compléments secondaires, l'eau et le pain. Toute difficulté disparaîtrait. L'hypothèse est séduisante. Mais nous sommes trop peu renseignés sur l'origine de l'emploi de froment et de vin dans les liturgies modernes pour pouvoir avec certitude le rattacher à un usage d'ailleurs un peu différent de l'Eglise de Thmuis au IVe siècle.

"Drews, *Uebcr Wobbermins 'Altchristliche liturgische Stücke ans dcr Kirche AEgyptens',* dans *Zeitschrijt jiir Kirchcngeschichte,* t. XX, p. 303, et Funk, *Didascalia et constitutiones apostolorum,* Paderborn, 1906, t. II, *Testimonia et scripturae propinquae,* p. 1901 sq., observent que, dans le corps de la formule, *Vhuile* seule est nommée expressément, et que le titre ne porte pas: *prière sur l'huile des malades* et sur l'eau *et sur* le pain. Mais *sur l'huile ou l'eau ou le pain.* Donc l'oraison fut faite avant tout *pour l'huile des malades;* tout ce qu'elle contient s'applique à cette matière. Peut-être, on voulut aussi parfois employer cette prière pour l'eau ou le pain destinés à certains usages religieux; et alors, on se servit de la formule rédigée pour l'huile en faisant les modifications requises. Quels étaient ces changements? Nous l'ignorons. L'un d'eux semble indiqué: des faveurs sont demandées pour ceux qui seront oints *ou pour ceux qui participeront à ces créatures.* D'autres modifications étaient-elles opérées, nous l'ignorons. La prière, sous la forme la plus longue indiquerait ce qui se rapporte à l'huile; sur le pain et l'eau, n'auraient été prononcés que les mots qui leur convenaient. Ou bien la formule était récitée sur les trois éléments, mais deux d'entre eux apparaissent au second plan. La prière aurait donc énuméré, sans déterminer ce qui était produit par le pain seul ou l'eau seule, les effets des trois matières. Mais dans l'une et l'autre hypothèse, puisque seule l'huile est formellement nommée, c'est à elle uniquement peut-être, et à coup sûr c'est à elle avant tout, que sont attribués tous les fruits de la bénédiction. L'historien désirerait être mieux renseigné, mais il a le droit de conclure qu'ici 'est mentionnée l'huile de l'extrême onction,' Funk, *loc. cit.,* et il peut appliquer ce texte à elle sans être contraint d'admettre qu'il y avait un sacrement du pain et de l'eau."[30]

Ceterum, fortasse simplicior solutio erit si dicatur in utraque Serapionis oratione agi de benedictione elementorum quae inservirent utrique usui, sacramentali et privato; idque suadet similitudo omnium liturgicorum documentorum hujus aetatis, inter se connexorum, inde a *Traditione Apostolica* usque ad *Constitutiones Apostolorum* et *Testamentum D.N.I.C.,* de quibus mox.

[30] *Art. cit.* (supra in p. 62) 1949 sq.

*CONSTITUTIONES APOSTOLORUM* (circa a. 400; quae originem habent ex *Traditione Apostolica* et *Didascalia Apostolorum}*, l. 8, c. 29, sequentem referunt benedictionem aquae et olei, quae est ejusdem tenoris ac benedictio *Traditionis Apostolicae* ac *Didascaliae Apostolorum* et prima oratio *Sacramentarii Serapionis:* "De aqua autem et oleo constituo ego Matthias. Benedicat episcopus aquam et oleum; sin vero non adsit, benedicat presbyter praesente diacono; quando autem aderit episcopus, adsistant presbyter et diaconus. Hunc vero in modum dicat: Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum et largitor olei, misericors et hominum studiose; qui dedisti aquam ad potum ac expurgationem et *oleum ad exhilarandum vultum* in exsultationem laetitiae: ipse et nunc per Christum sanctifica hanc aquam atque hoc oleum nomine illius, qui obtulit, aut illius, quae obtulit; et da vim effectricem sanitatis, morborum expultricem, daemonum fugatricem, omnium insidiarum profligatricem per *Christum spem nostram,* cum quo tibi gloria, honor ac veneratio et sancto spiritui in saecula, amen."[31]

*TESTAMENTUM D.N.I.C.* (post annum 400, sed intime connexum ac dependens a praefatis antiquioribus documentis) hanc habet benedictionem super oleum: "Emitte super oleum istud, quod est typus pinguedinis tuae, complementum tuae beneficae commiserationis, ut *liberet laborantes, sanet aegrotantes et sanctificet redeuntes,* cum ad fidem tuam accedunt."[32]

Ex subjecto, in cujus usum hoc oleum benedicitur, scilicet infirmis (laborantibus, aegrotantibus, redeuntibus ad Deum per poenitentiam), et ex effectibus qui praedicantur (liberatione, sanatione, sanctificatione) quique apprime conveniunt verbis lacobi (salvabit, alleviabit, et si in peccatis sit remittentur ei), legitime concluditur hic agi de oleo et sacramento Extremae Unctionis. Nec obstat quod eadem benedictio recitatur etiam super aquam, ut dictum est quoad similem benedictionem Sacramentarii Serapionis. Item non obstat quod in verbis "sanctificet redeuntes" fiat fortasse allusio ad caeremonialem usum olei in reconciliatione poenitentium, late posterius observatum in Oriente.

*In hac igitur prima periodo quatuor priorum saeculorum,* plura inveniuntur testimonia hujus sacramenti quae solidum constituunt argumentum, praecipue si ad modum unius accipiantur, ut sparsa quidem sed continuata indicia ejusdem sensus et praxis universalis Ecclesiae. Praecipua ac securiora documenta sunt *Origcnis, Chrysostomi* et

[31]F.-X. Funk, *Didascalia rt Constitutiones Apostolorum* (Paderbornae 1905) I 533. Fertur etiam in *MG* 1. 1126.

[32]Ed. I. Rahmani (Moguntiac 1899) I 49,

*Sacramentarii Serapionis;* cetera se habent ut plus minusve clarae aut probabiles allusiones vel mentiones hujus sacramenti, sese invicem illustrantes ac roborantes. In duobus documentis Origenis et Chrysostomi textus ipse lacobi directe et integre citatur, simulque ritui unctionis signanter tribuitur ille effectus remissionis peccatorum, quem nihilominus Protestantes contendunt nonnisi in medio aevo fuisse illi ritui attributum. Ceterum tota haec periodus illustratur et confirmatur per ipsum signantissimum textum Innocentii I mox citandum, qui, potiusquam initium novae periodi, se habet ut anterioris apex et expressio.

## SECUNDA PERIODUS, AB INNOCENTIO I (INITIO SAEC. V) AD BEDAM (INITIO SAEC. VIII).

*INNOCENTIUS I*, Ep. "Si instituta ecclesiastica" ad Decentium episc. Eugubinum, 19 martii 416: "Sane quoniam de hoc sicut de caeteris consulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Coelestinus diaconus in epistola sua, esse a tua dilectione positum illud, quod in beati Apostoli lacobi epistola conscriptum est: *'Si infirmus aliquis in vobis est, vocet presbyteros, et orent super eum, ungentes cum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit laborantem, et suscitabit illum Dominus, et si peccatum jecit, remittet ei'* [lac 5, 14 sq]. Quod non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum, non solum sacerdotibus, sed et omnibus uti Christianis licet in sua aut in suorum necessitate ungendum. Caeterum illud superfluum esse videmus adiectum, ut de episcopo ambigatur quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Caeterum si episcopus aut potest aut dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere et tangere chrismate sine cunctatione potest, cuius est chrisma conficere. Nam poenitentibus istud infundi non potest, quia *genus est sacramenti.* Nam quibus *reliqua sacramenta* negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?"31 *(Denz. 99.)*

"Innocentius tamen, tum in hac eadem epistola ad Decentium (7. 10) tum in epistola ad Exupcrium (2. 5sq.), quas citavimus et exposuimus in tractatu *De Poenitentia* IV 403—106, jubet reconciliari poenitentes in articulo mortis. Unde sensus ultimae assertionis hujus textus duplex esse potest, scilicet, vel: Dum aliis infirmis potest dari Extrema Unctio etiam extra ipsum articulum mortis, seu in quolibet periculo mortis, publice tamen poenitentibus nequit conferri nisi in eo extremo mortis articulo in quo tantum dantur eis etiam alia sacramenta, nominatim Poenitentia et Viaticum; vel. ac melius: Publice poenitentibus nequit dari Extrema Unctio nisi postquam, in periculo mortis, reconcilientur, suscipientes cetera sacramenta, Poenitentiae nempe et Viatici. Quem sensum explicite refert in posteriori aetate decretum *Cone. Ticinensis* a. 850. infra cit. (p. 156).

Huic testimonio magnum ab omnibus agnoscitur momentum tum ob ejus auctorem, cum sit authenticum S. Sedis documentum; tum ob ejus tenorem, in quo sonat vox ipsius Traditionis, nam Pontifex loquitur ex una parte quasi obiter, respondens particulari dubio et interrogationi unius episcopi, et ex alia parte valde asseveranter ("Non est dubium"), suam assertionem referens ad "romanam consuetudinem"; tum ob ejus doctrinam, nam: tertia vice in Traditione apparet directa et integra citatio textus Iacobi; datur ejus authentica interpretatio, quod nempe in eo agatur de ritu unctionis infirmorum; agitur de ritu proprio ecclesiasticae hierarchiae seu a sacerdotibus vel episcopo administrando; vocatur "sacramentum," "genus sacramenti," "unum genus de sacramentis," ejusdem indolis ac "reliqua sacramenta" (ubi referentia fit ad Eucharistiam seu viaticum et Poenitentiam seu reconciliationem).

De momento et valore hujus testimonii notat *Bellarminus:* "Innocentii I. testimonium etiamsi solum extaret, sufficere deberet. Nam auctor est antiquus, siquidem anno 402. sedere coepit, estque vir doctus et sanctus, et ab Augustino, Hieronymo. Chrysostomo mirifice commendatus; epistola ejus certa est; dicit expresse et clare hanc Unctionem esse sacramentum a Jacobo explicatum, et ideo non dari iis, qui non sunt capaces aliorum sacramentorum etc. nec ullus unquam veterum eum reprehendit, quod unctionem infirmorum sacramentum esse docuerit. Adde, quod Magdeburgenses Cent. 5. cap. 6. de ritu visitationis infirmorum, hoc testimonio probant, illo saeculo fuisse consuetudinem ungendi aegrotos. Denique Kemnitius. qui omnes fere alios conatur exponere, qui a catholicis proferuntur pro hoc sacramento, hunc auctorem ne nominare quidem ausus est, nec tamen eum ignorare potuit, cum omnes catholici hoc testimonium proferant. Ex hoc etiam testimonio colligimus, cur non extent multa hujus generis testimonia, idest, tam antiqua et tam expressa: quia videlicet non habuerunt occasionem de hac re scribendi. Nam nec Innocentius de hac re scripsisset, nisi episcopo Eugubino dubitatio illa in mentem venisset, utrum episcopus possit dare sacramentum Unctionis extremae, an solus presbyter: ista enim est quaestio ad quam papa respondet. Alioqui enim de sacramentis, quae in usu quotidiano erant, non scribebant Patres, nisi coacti aliqua occasione, vel nisi haereticis respondendum esset."[34]

De valore praeterea hujus testimonii, prout est vox Traditionis, apte notat *Kern:* "Vis hujus testimonii mea quidem sententia plurimum crescit per collectiones canonum huius epochae. Quivis theologus novit, quantum momentum hae collectiones habeant ad aperiendam formam

[34] *Dr Sacramento Extremae Unctionis,* c. 4, *Opera omnia* III (Mediolani 1S59) 756

regiminis, disciplinam ecclesiasticam, praxim sacramentalem priscis illis temporibus vigentem. Atqui instructio Innocentii de sacramento Unctionis infirmorum recepta est, ut tantum praecipuas commemorem, in *'collectionem decretorum Pontificum Romanorum' Dionysiis Exigui"* tempore *Symmachi* papae (498-514), in *collectionem* dictam *Quesnellianam:*™ 'Codex canonum ecclesiasticorum et constitutorum s. Sedis apostolicae', quae verosimillime in Gallia sub *Gclasio* (492-496) est confecta, in *collectionem Hispanam**" c. a. 600, in collectionem *Cresconii*™ episcopi Africani a. 570, quae inscribitur 'Breviarium canonicum'. Nemini in mentem venerit, episcopos Italiae, Galliae, Hispaniae, Africae, adeo antiquitatis studiosos, a collectoribus canonum novum sacramentum sibi obtrudi passos esse idque sine contradictione, cuius nullum extat vestigium. Quare hae collectiones solae praebent evidens argumentum, late per Ecclesiam viguisse usum s. Unctionis infirmorum tamquam veri novae Legis sacramenti."[30]

Coram hujus testimonii evidentia *Protestantes* leviter procedunt. Quidam, ut *Chcmnitius,* prorsus de eo silent. Alii ut *Calvinus* (supra cit., in p. 68), *Dallaeus* et modernus *Puller,* vident in eo merum usum privatum olei ab episcopo benedicti, nixi verbis "Sed et *omnibus uti Christianis licet."* Dallaeus praeterea insistit in mentione *chrismatis* quae, ait, est diversa materia ab oleo adhibito ab Ecclesia in Extrema Unctione.

Hanc objectionem sic refert ac refellit *De Sainte-Beuve:*

'Opponit Dallaeus hanc Innocentianam unctionem ab hodierna Romana differre *materia,* quia oleum est simplex, *Innocentio* asserente *chrisma* esse materiam suae; *Sancto oleo chrismatis perungi possunt;* et: *Tangere chrismate sine cunctatione potest.* Nimirum cum chrisma in ecclesiis ab episcopo benedictum servaretur ad inungendos pro more illius aevi baptizatos, consecrandosque sacerdotes, omnino verisimile est aliquos qui viderent, et oleo adhibito morbos a multis miraculose curatos fuisse, et apud Jacobum legissent verba illa recitata, a Decentio aegrotantes petiisse ut chrismate quoque inungerentur, si forte ea ratione sanari possent, et ex ea occasione quaesiisse Decentium quid facto opus esset.

"Respondeo Dallaeum immerito vim facere in hac voce *chrisma,* quod in Scripturis et apud Patres etiam Latinos usurpatur pro unctione ut sic. Unde 2 Corinth. 1. ubi legitur in Vulgata: 'Qui unxit nos Deus'; 1 Joan. 2: 'Sed vos unctionem habetis a Deo'; Graecum habet

" M. 67, 240. " *Ibid.* 84, 644.
'* *Ibid.* 56, 517. " *Ibid.* 88, 913. jTj

" D< *Sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 49 sq. Plures alias collectiones refert A. Chavasse, *Etude sur l'onction des infirmes dans l'Eglise latine du Hi* au xi* siècle,* I: Dm *iii* siècle à la réforme carolingienne* (Lyon 1942) 98 sq., in nota.

κράψα, a *κρίω*. Cyprianus, Epist. 70, quae est ad Januarium: 'Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit.' Et certe unctio fieri potest ex oleo simplici, fieri quoque potest ex mixtura olei et balsami. Mixtura quoque ista est unguentum. Ergo nomen chrismatis convenit utrique, non tantum si ad modum loquendi Scripturae Patrumve attenderis, sed et si vim ipsam vocis spectes. Unde Eugenius IV, in decreto unionis Armen., ubi de materia Confirmationis loquitur: 'Est chrisma,' inquit, 'confectum ex oleo et balsamo': quo videlicet significaret materiam istius Sacramenti, non esse chrisma simpliciter, sed speciem quamdam chrismatis seu unctionis, eam nempe quae sit mixtura ex oleo et balsamo. Si pontifex sensisset mixturam hanc proprio nomine appellatam fuisse chrisma, dixisset: *Est chrisma;* neque addidisset quidquam, aut si addidisset sequentia, sic locutus fuisset: *Est chrisma, hoc est, unguentum confectum ex oleo.* Sed dicendo: *Est chrisma conjectum,* etc., significavit nomen chrismatis esse nomen genericum et non specificum. Neque vero Dallaeus ostendet unquam nomen *chrisma,* usurpari apud veteres ad significandum ejus mixturam dumtaxat. Bene est autem quod Dallaeus non diffitetur per id temporis chrisma pro mixtura usurpatum, benedici ab episcopo atque asservari solitum ad inungendos baptizatos atque ad consecrandos sacerdotes. Bene quoque est quod agnoscit, oleo adhibito, morbos a multis miraculose fuisse curatos; sed oleum quoque benedictum asservabatur pro infirmis ungendis. Oleum hoc saepe saepius restituebat sanitati fideles eo perunctos: quare credibilius est laicos fideles in suis suorumque necessitatibus illo potius fuisse usos quam chrismate Confirmationis, quae erat tertia difficultas Innocentio proposita."[40]

A fortiori ex voce "chrisma" quis inepte argueret in hoc textu agi de sacramento vel oleo Confirmationis, prorsus enim ignoraret, inter alia, elenchum ipsum quaestionum quibus Papa respondet, cum de hoc sacramento Innocentius distincte agat paulo ante (c. 3, n. 6, *ML* 20. 554 sq.) dicatque nonnisi ab episcopo esse administrandum.

*Vera quaedam ambiguitas invenitur in verbis "Oleo chrismatis . . . quod . . . non solum sacerdotibus, sed et omnibus uti Christianis licet in sua aut in suorum necessitate ungendum."*[41] Triplex autem affertur explicatio.[42]

[40] *Tractatus de sacramento Unctionis Infirmorum Extremae,* disp. 2, a. 3, in Mignl, *Theologiae cursus completus XXIV* (Parisiis 1841) 41 sq.

"In manuscriptis invenitur ipsa forma "ungendum" vel "unguendum," in editionibus vero habetur "ungendo" (ed. Quesn.), "ad ungendum" (ed. Rom.), "inungendo" (ceterae cd.).

[42] Cf. praecipue Boudinhon, "La théologie dc l'extrême onction," *Revue catholique des Eglises 2* (1905) 385-411; "Si le fidèles se faisaient eux-mêmes autrefois les onctions

*Plures,* ut *Netzer, Kern, Spdcil,* interpretantur ea verba in sensu passivo, ita ut significent non solos presbyteros sed etiam ceteros quoslibet fideles suscipere posse Extremam Unctionem. Haec interpretatio magis convenit contextui; nam in toto loco agitur de ipso sacramento Extremae Unctionis et in priori parte usque ad incisum "Caeterum illud," in quo praedicta verba inveniuntur, agitur tantum de subjecto unctionis, sermo vero de ministro incipit ab illo inciso. Manet tamen difficultas ex parte formae grammaticalis quae sonat active ("omnibus Christianis uti licet [adjungendum"); cui difficultati *Kcrn* conatur satisfacere sic glossando: "Omnibus christianis uti licet ad ungendum per ministerium sacerdotum," *Netzer* vero recurrendo ad usum formae activae in sensu passivo qui observatur in posteriori aetate (saec. 6; cf. infra, p. 130 sq.). Etiam *theologi tridentini* eundem passivum sensum illis verbis tribuerunt in primo schemate cap. 3 sessionis 14 de Extrema Unctione, in quo haec verba legebantur, subinde omissa in definitiva redactione illius capitis: "Infirmorum autem nomine non solum sacerdotes aegrotos, sed cuiusvis conditionis fideles homines intelligi oportere, non inutiliter olim Innocentius I. ad Decentium scribens admonuit: Ne quis videlicet, unctionem hanc quarumdam aliarum instar, solos sacerdotes suscipere posse existimaret."[43]

*Alii* vero interpretantur ea verba in ipso sensu activo, ut sonant grammaticaliter, sed dividuntur in explicando quid ipsi laici censebantur sibi vel aliis conferre, dum uterentur unctione.

*Protestantes,* ut *Dallaeus* et *Puller,* dicunt laicos peregisse eandem omnino unctionem, quam sacerdotes peragebant, adeoque ibi non agi de sacramento.

Quidam theologi, ut *Thomas Waldensis, Boudinhon, Lejay, Villien, Leclercq* et *Chavasse,* dicunt in toto textu agi de una eademque unctione sacramentali, quae tamen censebatur tunc posse ministrari etiam a laicis. Attamen, huic explicationi obstat tum ratio dogmatica de sacerdote, solo ministro hujus sacramenti, tum ipse contextus, nam Innocentius provocat ad textum apostoli in quo soli sacerdotes exhibentur esse ministri et ipse de solis sacerdotibus loquitur inde ab inciso "Caeterum illud" ubi incipit agere directe de ministro.

de l'huile sainte," *Revue du Clergé Français* 58 (1911) 722-728; H. Netzer, "L'extrême-onction aux viii' et ix* siècles," *ibid.* 183-185, 207; Kern, *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 47-49; A. Villien, *Les Sacrements* (cd. 2, Paris 1931) 247-251; "La discipline des sacrements, L'Extrême-Onction," *Revue du Clergé Français* 70 (1912) 642 sq.; Rucn, "Extrême Onction du i*r au ix" siècle," *Dictionnaire de théologie catholique* 5.2 (1913) 1952-1955; Bord, *L'Extrême Onction* (Bruges 1923) 103; A. Chavasse, *op. cit.* (supra in p. 118) 89-99.

[43] Apud A. Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagrabiae Croatiae 1874) II 391.

Quidam, ut *I). Soto, Tourncly, De Sainte-Beuve, Tillemont, Arcudius, Launoy, Franz, Fcsch, Ruch, Bord,* dicunt Innocentium agere de duplici usu ejusdem olei infirmorum, altero sacramentali ac sacerdotibus reservato, altero privato ac devotionali qui conceditur laicis: etsi nempe Papa agat in toto textu principaliter de sacramento Extremae Unctionis, incidenter tamen occasionem arripit revocandi in memoriam fidelium omnes posse privatim uti eodem oleo quo soli sacerdotes sacramentaliter utuntur.'4

Attamen haec explicatio, utut ingeniosa, praesertim ad evacuandam Protestantium impugnationem, nec ceteroquin improbabilis, si attendatur communis consuetudo privati usus olei benedicti, non videtur satis convenire contextui; nam ex una parte tota pericope videtur respicere eandem unctionem sacramentalem aegrotis praebendam, ab episcopo praeparandam per olei sacri confectionem et a sacerdotibus vel episcopo ministrandam, et ex alia parte sermo de ministro, seu agente, incipit ab inciso "Caeterum illud" post praedicta verba de unctione laicorum. *Ruch* provocat ad *Bcdani* (f 735), verba Innocenta active accipientem: "Nec solum presbyteris, sed, ut Innocentius papa scribit, etiam omnibus Christianis uti licet eodem oleo in sua aut suorum necessitate ungendo, quod tamen oleum, nonnisi ab episcopis licet confici" *(In lacobi epistolam,* c. 5, *ML* 93. 39). Attamen, cum Beda tantummodo referat ipsa verba Innocentii. frustra ejus testimonium affertur, quippe quod eandem obscuritatem secum ferat. Si mens Innocentii ex posterioribus documentis interpretanda sit, contrarium sensum ostendunt haec verba *Capitularium Theodulphi Aurelianensis (a.* 789, ad finem ejusdem saeculi quo vixit Beda): "Non solum autem clericis, sed et laicis, nec tantum viris, sed et feminis, unctio talis tribuenda, si necesse fuerit. . . Ipsis quoque pueris necessaria est inunctio" *(ML* 105. 221 sq.).

His argumentis recenter acquiescere renuit *CHAVASSE,* patronus prioris explicationis, scribens: "Nous admettons qu'innocent reconnaît aux fidèles la faculté de procéder eux-mêmes à fonction, comme le font les membres de la hiérarchie sacerdotale, quoique en se servant toujours d'huile bénite par l'évêque. Quelques auteurs modernes rejettent cette interprétation. Comme d'une part ils n'ont pu montrer qu'elle était inadmissible, et que d'autre part ils n'ont fait valoir aucune preuve sérieuse — pour rien dire de plus — en faveur des différentes interprétations, qu'ils ont proposées à la place, nous ne nous attarderons pas à les réfuter. Le sens le plus naturel du texte est sans contredit celui auquel nous nous rallions.

*"De Sainte-Beuve* ingeniosiorem hanc explicationem seu determinationem addit "Aut si mavis, Innocentius intelligit quod absente presbytero laicus inungere possit infirmum, unctione quae nostra seu Jacobca sit *quodammodo,* in quantum videlicet includit *votum* seu *desiderium percipiendae unctionis per sacerdotes,* sed non *proprie et vere.* Et haec unctio haberet se eodem modo ad Jacobeam seu nostram inunctionem, quo confessio laico facta defectu sacerdotis haberet sc ad confessionem sacramentalem" *(op. cit.* [supra in p. 1191 44).

"C'est d'ailleurs ainsi que l'ont compris tous les auteurs anciens qui, en le reproduisant, nous ont laissé entendre comment ils l'interprétaient. Et donc comment on l'avait compris et interprété jusque là. Tel est par exemple le cas de Bèdc, au Ville siècle (cf. ci-dessus, § 5 du présent chapitre), et celui de Giraud le Cambrien (ψ vers 1223), lesquels admettent d'ailleurs les fidèles à faire l'onction. Voici le texte de Giraud: 'Intelligendum autem nisi ingruente necessitate, quia tunc si presbyter id forte per se implere non poterit, per diaconum vel etiam laicum fidelem illud adimpleat, sicut et baptizandi officium et etiam extremae unctionis infirmorum. Unde Isodorus ... Item Innocentius papa Decentio episcopo Egabitano: "Fideles aegrotantes sancto oleo chrismatis perungi possunt, quo ob . . . necessitate" (Gemma ecclesiastica, D. I, c. 2: "Utrum per laicum infirmis mitti eucharistiam vel extrema fieri unctio possit"; edit. J. S. Brewer, *Giraldi Cambrensis opera,* vol. II [Æer. *Brit. med. aevi Script.,* t. XXI], Londres, 1S62, p. 13-14). . . Patet etiam quod si corpus Christi conficere, sic et fidelibus illud ministrare, sicut et baptizare et extremam unctionem dare, soli ex officio competit sacerdoti; ex necessitate tamen quae legem non habet possunt haec tria, jussu sacerdotum, ut dictum est, ab aliis impleri' *(ibid.,* D. 1, cap. XII; *loc. cit.,* p. 43).

"Plusieurs auteurs du Ville et du IXe siècle l'ont compris également de cette façon. Mais, comme à leur époque les fidèles n'étaient généralement plus admis à faire Ponction, ils ont 'corrigé' en conséquence le passage litigieux de la lettre du Pape, qu'ils le lussent dans la lettre même du Pape, ou dans la reproduction qu'en avait donnée Bède. Ces corrections n'eussent pas été nécessaires, si le texte d'innocent avait eu d'une façons évidente un autre sens. Voici la liste des textes en question: nous en donnerons un commentaire détaillé dans le chapitre I de notre deuxième partie: Deux copistes de la fin du Ville siècle modifient comme suit le texte d'Innocent: 'Quod de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum non solum sacerdotibus sed et omnibus Christianis licet in sua necessitate ungendum' (Gerbert, *Mon. vet. Iit. Alent.,* t. II. p. 144, d'après le *Sangallcnsis* 349, p. 39-49, fin du Ville s.). — 'Quod de fidelibus et rogantibus accipi vellint elegi deberi, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum non solum sacerdotis sed et omnibus Christianis licet in sua necessitate ungendum' (Paris, Bibi, nat., *Lat.* 3836, fol. 103, fin Vile s.). — Halitgaire de Cambrai (817-831) cite ainsi le texte d'Innocent: 'Quod . . . debere. Qui sancto . . . sed et omnibus utique Christianis. . .' *(De vitiis et virtutibus et de ordine poenitentibus liber tertius,* c 16; *P.L.,* t. CV, coi. 680). Le Pseudo-Chrodegang (après 817) nous fait lire dans ce même texte *ungendis* au lieu de *ungendum (Regula canonicorum,* c. 71; P.L., t. LXXXIX, col 1088 C-D). — Bèdc, de son côté, avait écrit: 'Nec solum presbyteris, sed, ut Innocentius papa scribit, etiam omnibus Christianis uti licet eodem oleo in sua aut in suorum necessitate ungendo. . .' — Jonas d'Orléans modifie ainsi son texte: '. . . uti licitum est in eodem loco in sua aut in suorum necessitate ungendi" *(De institutione laicali* [829], l. III. c. 14; *P.L.,* t. CVI, col. 260 Λ-261 B)."[43]

*AUGUSTINUS* (354-430), in re sacramentaria facile princeps, nihil directe habet de sacramento Extremae Unctionis, etsi sit ipsius Innocentii I coaevus, et ejusdem occidentalis Ecclesiae scriptor; ex quo quidem infirmatur ipsum Protestandum argumentum, deductum ex relativo silentio antiquae Traditionis circa hoc sacramentum.

Tamen, in suo opere *Speculum de Scriptura Sacra* (a. 427 exarato), in quo intendit colligere ex Scriptura praecepta et ordinationes observandas in vita Christiana, seu, ut ipse ait, "quae ita sunt posita

*Op cit.* (supra in p. 118) 93 sq.t in nota; cf. 96, in textu ct nota.

in Litteris sacris, vel jubendo, vel vetando, vel sinendo, ut etiam nunc, id est, tempore Novi Testamenti, ad vitam piam exercendam moresque pertinent" *{ML* 34. 889), *textum lacobi ex* integro recitat *{ibid.* 1036), eo ipso ostendens in eo contineri non peculiarem ritum temporis apostolici aut charisma sanationum, ut volunt Protestantes, sed praeceptum christianae vitae et ritum ecclesiasticae disciplinae. Valor tamen hujus testimonii minuitur ex eo quod, etsi generalis introductio illius "Speculi" necnon breves introductiones uniuscujusque libri sint ipsius Augustini, certum non est textus Scripturae in eo collectos, esse originaliter ipsius Augustini, saltem sub ea forma qua citantur.'0

Mens Augustini videri potest aliquatenus reflecti in Sermonibus *Cacsarii Arelatensis* (**t** 543), ejus fidelis interpretis (praecipue Serm. 265 et 279, inter Apocrypha Augustini, infra cit., p. 128 sq.). Attamen notandum est cum *Chavasse:* "Du fait que Césaire. grand plagiaire d'Augustin, fait allusion à l'onction des infirmes au cours de sermons dont de longs fragments ne sont que des emprunts faits à l'évêque d'Hippone, on pourrait se demander si Augustin lui-même n'a pas parlé de l'onction des infirmes dans les mêmes circonstances. La chose est théoriquement possible. Mais elle est peu probable, du fait qu'aucun des sermons d'Augustin ou Césaire a puisé en l'espèce, n'y fait allusion. Le sermon dont l'édition complète nous a été récemment donné par Dom Lambot, en apporte une nouvelle preuve. Ce sermon traite de la possibilité qu'ont les Chrétiens de se parer d'une gloire équivalente à celle des martyrs, en repoussant l'usage des remèdes magiques, — thème de deux des sermons de Césaire que nous allons étudier. Mais alors que Césaire proposera toujours aux chrétiens de substituer à ces remèdes magiques les remèdes chrétiens de la communion et de l'onction. Augustin les passe sous silence (cf. Lambot, *Sermons complétés, fragments de sermons perdus, allocution inédite de saint Augustin, Revue Bénédictine,* t. 51 [1939], p. 3-30; spécialement p. 19-20 le passage du sermon *De Martyribus* qui offre une grande analogie avec le contexte des allusions de Césaire à Fonction des infirmes)."47

Magis ad rem adducitur *POSSIDIUS,* coaevus et familiaris S. Augustini, qui in sua *Vita sancti Augustini,* c. 27. ad sacramentum Extremae Unctionis alludit, cum inducit Augustinum, juxta *"modum ab apostolo [Jacobo] definitum," accurrentem ad infirmos risque manus imponentem:* "In visitationibus vero modum tenebat ab apostolo definitum, ut nonnisi pupillos et viduas in tribulationibus constitutas

D De Brvyse, "Saint Augustin réviseur de la Bible. §7: le problème du 'Specu Ium,"' *Miscellanea Agosliniana* II (Roma 1931) 599-602.

' *Op. cil.* (supra in p. 118) 88 sq., in nota.

visitaret (Iacobi I. 27). Et si forte ab aegrotantibus ob hoc peteretur, ut pro eis in praesenti Dominum rogaret, eisque manus imponeret; sine mora pergebat" *(ML* 32. 56).

■*ANONVMUS "DE PROMISSIONIBUS ET PRAEDICATIONIBUS DEI"* (inter apocrypha *Prosperi Aquitani,* † circa 463), coaevus S. Augustini et scriptor africanus, exhibet in vidua, quae Eliam prophetam cibavit ac inde meruit miraculose a Deo sustentari farre et oleo, typum animae misericordis et castae, scribens: "Sic anima misericors feneratur Deum, sic dum dat in necessitate, sibi consulit ad salutem. Sic repletur anima, quae corpore abscedente, Domino, castigantem [aliter: castitatem] diligens, unius thori fidem pudico amore custodit, *sacramento jarris et olei unctione munita;* secura expectans gratam pluviam, cum ei dixerit Dominus: 'Euge serve bone et fidelis, quoniam in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui' (Matth. XXV, 21)" (c. 29, *ML* 51. 803).

Non inepte hic legitur allusio ad Eucharistiam et Extremam Unctionem, quibus anima Christiana in exitu munitur et ad caeleste praemium praeparatur.

*CASSIANUS* (circa 360-435), *Collationes,* coll. 20, c. 8, inter varios modos remissionis peccatorum, affert remedium indicatum a Iacobo, integrum ejus textum citans: "Interdum etiam intercessione sanctorum impetratur venia delictorum. 'Qui' enim 'scit fratrem suum peccare peccatum ad mortem petat et dabit ei vitam Deus peccanti non ad mortem' (I *Joan.* V). Et iterum: *Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super cum, ungentes cum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum; et allevabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei" (ML* 49. 1161).

Sacramentalis efficacia hujus orationis super infirmos (distincta a mera efficacia ex opere operantis quae competit alteri simplici orationi qua quis orat pro fratribus peccatoribus), quam Cassianus notare praetermittit, exhibetur ab ejus magistro Joanne Chrysostomo (cf. supra, p. 104 sq.), a quo Cassianus ordinatus est diaconus circa a. 400, postquam in Oriente decem fere annis commoratus fuerit ut doctrinis illius regionis imbueretur.

Vim tamen hujus testimonii conatur infirmare *CHAVASSE,* scribens: "Quant à Cassien. il cite *Jac* 5. 14-15. en même temps que *la Jo.* 5, 16, comme exemple du pardon des péchés obtenu grâce à la prière d'un saint personnage. Son attention se porte donc avant tout et même exclusivement, comme le montre l'expression qu'il emploi: *intercessione sanctorum,* sur le verset 15 de Jacques, où il est question de *roratio fidei* et du pardon des péchés. On ne peut donc donner ce texte comme un témoin de la pratique de l'onction des infirmes au Ve siècle. . . Notons en outre que Cassien se fait, dans le cas. le rapporteur des opinions d'un certain abbé l'inufius – D'autre part, si ce texte devait être allégué en faveur de l'onction

des infirmes, il faudrait y voir un nouveau témoin de l'intervention des fidèles dans l'application de l'huile aux malades. Les *sancti,* dont il est question, sont les fidèles; la citation de la la Joan, le confirme."[48]

*HESYCIIIUS* (f 433) presbyter Hierosolymitanus (vel Pseudo-Hesychius), *Comm, in Leviticum,* l. 1, c. 2, ut exaltet mirabilem efficaciam orationis provocat ad textum lacobi, scribens: 'Oratio . . . plurima operatur: haec quippe maxime animae passiones sanat, haec etiam intelligibilium oculorum curat vulnera, absolvens ab ignorantia atque ex ea quae vere est aegritudo, id est ex peccato lacrymas accedentes salvat. *Infirmatur* enim *quis in vobis,* ait Jacobus, *convocet presbyteros, et orent super eum, ungentes cum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit cum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei" (MG* 93. 805).

*CYRILLUS ALEX.* (f 444), *De Adoratione in spiritu et veritate,* l. 6, reiciens magicas artes et incantationes eorum qui super infirmos carmen daemoniis dicebant, usurpato ipso nomine "Dominus Sabaoth," monet christianum: "Tu vero, si qua tibi pars corporis dolet, et vere credis haec verba, Dominus Sabaoth, et alias hujusmodi appellationes quas Deo qui secundum naturam est, divina Scriptura tribuit, vim habere putas pellendi malum illud, pro te ipso preces fundens, haec verba pronuntia; sic enim rectius, quam illi, facies, neque impuris spiritibus, sed Deo gloriam tribuens. Commemorabo etiam divinitus inspiratam Scripturam quae ait: *'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae; et orent super cum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit illum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei'" (MG* 68. 471).

Etsi S. Doctor infirmis commendet varias divinas invocationes commemoratas in Scriptura, praecipue tamen se refert ad monitum Apostoli vocandi presbyteros Ecclesiae ad accipiendam unctionem cum oratione fidei; quo ostendit hunc ritum non esse peculiarem observantiam aut charisma temporis apostolici. ut volunt Protestantes, sed ritum perpetuo observandum in Ecclesia.

Allusio ad Extremam Unctionem videri potest in *Comm, in Isatam,* l. 3, t. 1: "Unguentum nobis perpulchro sancti Spiritus unctionem designat. . . Ungimur enim unguento tempore *praesertim* sacri baptismatis [i.e. Confirmationis, simul collatae] chrisma statuentes signum ac symbolum participationis sancti Spiritus" (MG 70. 562). S. Doctor verbo "praesertim" alludit ad aliam unctionem, praeter baptismalem-confirmatoriam, nec alia cogitari potest unctio, priori illi comparabilis, praeter Extremam Unctionem.

[48] *Op. cit.* (supra in p. 118) 89, in textu et in nota.

*VICTOR ANTIOCHENUS* (saec. 5). auctor *primi commentarii graeci in evangelium Marci,* commentans verba *Mare.* 6, 13 "Ungebant oleo multos aegros et sanabant" eaque comparans verbis lacobi de unctione infirmorum, scribit: "His similia etiam Lucas exposuit; *ungebant oleo,* solus dixit Marcus, quibus verbis et lacobus in catholica similia dicit: *Infirmatur quis in vobis?* etc. Oleum et defatigationem medetur, et luminis principium ac gaudii exsistit. Significat igitur unctio olei et misericordiam Dei et morbi remedium et cordis illuminationem. Quod enim oratio omnia operatur, cuique manifestum est; oleum vero, ut opinor, symbolum est istorum."[40]

Quamvis Victor videatur tribuere effectum unctionis soli orationi, ita ut oleum sit merum symbolum ejus quod efficitur per orationem, tamen de facto effectum non tribuit nisi orationi quae fit super oleum seu unctionem. Ceterum ejus mens sic aperiri potest ut significet unctionem habere totam suam vim et effectum ratione coniunctae orationis quae, utpote forma, est principale elementum ritus sacramentalis, quo sensu de Baptismo ait *Augustinus:* "Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur?" (In *Io.* 80. 3, *ML* 35. 1840). Quae ceterum omnino congruunt ipsis verbis lacobi tribuentis effectum Extremae Unctionis ipsi "orationi fidei" ("Et oratio fidei salvabit infirmum"). Praeterea illustrari potest mens Victoris per sequens testimonium Isaac Antiocheni, ejusdem aetatis ac regionis.

*ISAAC ANTIOCHENUS* (cognomento Magnus: monachus; circa 365-460), *Disquisitio de potestate, diaboli in tentando homine,* reprehendens quasdam mulieres quae in casu infirmitatis accipiunt sacram signationem seu unctionem ab indebitis ministris seu monachis, sepposito ministerio legitimi sacerdotis, scribit: "Sacerdotem visitatorem non probatum habent stultae ideoque *signationem* eius [i.e. unctionem in forma crucis] contemnunt; sed talem quaerunt, qualem supra descripsimus, qui etiam extemplo advenit, ut ipsas signet. At potius, o mulier, donum quidem tribue recluso, sed *signationem a sacerdote tuo accipe;* cibum affer monacho, sed oleum martyrum sit tibi; omnibus ea administra, quibus indigent, sed in veritate permane apud unum! eleemosynae tuae ad omnes perveniant, sed fides tua in Crucifixum defixa sit; *cius tantum oleum sit tibi, et a sacerdote, signationem accipe. . .* Negligitur *oleum apostolorum et martyrum,* qui pro veritate mortem passi sunt, et oleum mendacium splendet in oribus perversarum. Servi Christi et orthodoxi afferre solent aegrotos et infirmos ad sanctum altare, non autem ipsi oleum conficere audent, ne domum

[40] RouÊT de Journel, *Enchiridion Palristicnm* 2102, ex J Cramer. *Catenae Graecorum Patrum* I (Oxford 1840) 340.

expiationis contemnere videantur, sed ubi sacerdos est regens plebem, observant ordines iustitiae."[50]

Agitur de unctione sacra a Christo instituta ("Crucifixi oleum") et ab apostolis et martyribus nobis tradita ("Oleum apostolorum et martyrum"), a sacerdotali tantum ministerio infirmis applicanda. Habetur ergo indirecta allusio ad verba Iacobi et mentio Extremae Unctionis.

*JOANNES MANDAKUNI,* Armenorum patriarcha (480-487; † circa 498; auctor plurium sermonum et liturgicarum orationum, necnon canonis poenitentialis asservati in rituali Armenorum), *Serm.* 26, increpat aegrotos magicis remediis utentes necnon pastores hujusmodi abusus non reprimentes: "Contemnunt donum curationis; sola enim arte medica urendo et secando et adhibendo medicamina neri potest, ut dolores sanentur. Imo magis contemnunt dona gratiae. Dicit enim Apostolus: *Infirmatur quis in vobis, vocet presbyteros Ecclesiae. Hi orent super cum et ungant oleo in nomine Domini, et oratio cum fide coniuncta salvabit afflictum,* et ex iis, quos vexat spiritus malignus, mandavit, ut eum expellant ieiunio et oratione, signo crucis omnia vincentis. . . Cognoscamus oportet Deum iis non partiturum, qui non fide, sed solo nomine ei se devovent, et in domo Dei manducant, pro Deo honorem excipiunt, caput Ecclesiae habentur, praelegunt legem Dei, vocantur magistri rudium et duces errantium, sed ipsi aberraverunt, *gratiam Dei, orationem et oleum unctionis, quae praecepta pro infirmis praescribunt,* dereliquerunt, dum ipsi ad incantationes et scripta magica convertuntur. . . Legis Scripturam et non intelligis, quae scripta sunt. *Quid nobis mandant praecepta Dei?* Nonne nobis mandant, ut omnia opera nostra in tutela et praesidio crucis reponamus; nonne nobis mandant *orationem pro infirmis et unctionem olei,* et illis, qui a satana affliguntur, ieiunium et orationem? *Qui haec spernit* atque ad libros magicos et mulieres incantatrices recurrit, versatur extra praecepta et religionem christianam, hic *subest maledictioni apostolorum. . . Ecce gratias Dei* et virtutem s. Crucis dissolvis, necnon ieiunium et orationem, quae praecepta mandant; loco horum introducis libros magicos et amuleta incantatorum, quae non continentur in praeceptis, sed sunt absconsae sagittae daemonis."[52]

Insigne hoc ecclesiae armenac testimonium refert ritum unctionis in Ecclesia usitatum et adhibendum de praecepto divino et apostolico in donum curationis et gratiae pro infirmis.

[1] Bickell, 5. *Isaaci Antiocheni opera oninia,* pars 1, p. 187 sq.

[2] Quos gcrmanice edidit I. M. Schmid, *Heiligc Reden des Joannes Mandakuni,* Regensburg 1871.

[3] Apud Kern, *op. cit.* (supra in p, 120) 46 sq.

*PROCOPIUS GAZAEUS* (circa 465 525, praecipuus scriptor ex schola Gazae quae floruit in Syria saec. 5-6), *Comm, in Leviticum,* 19.31 "Non respicietis post pythones, neque hariolos inquiretis," reiciens, sicut Cyrillus Alex, et Mandakuni, superstitiosum infirmorum recursum ad magicas observantias, scribit: "Illas superstitiones nemo sequatur Christianus, cui spes omnes opesque in solo Deo sitae sunt... Objiciunt quidam, invocant Sabaoth. Quid tum? impie hoc faciunt. Nam illam appellationem non Deo, sed daemonibus tribuunt. Et plerumque illi daemoniaci impie usurpant nomina divina, dum ea componunt daemonibus, quorum ambitioni inserviunt. Si autem confidis illi nomini, quin tu accede Deum, hoc nomine ipsum appellato, et sanitatem petito. Imo satius est, ut acquiescas huic consilio: *Infirmatur quis inter vos? accersat presbyteros Ecclesiae, et orent super cum, etc." (MG* 87. 762 sq.).

*CAESARIUS ARELATENSIS* (470-543), Augustini pedissequus, in suis Homiliis et Sermonibus plures (saltem quatuor) exhibet textus de unctione infirmorum:

*Homilia 13 De duodecim remissionibus peccatorum:* "Octava remissio est intercessio sanctorum, ut est illud: *Si quis infirmatur, inducat presbyteros Ecclesiae, et orent pro eo. Et multum valet ap-ud Dominum oratio justi assidua* (Jac, V)" *(ML* 67. 1075). Etsi alludat ad Extremam Unctionem, Caesarius consulto tacet de ipsa unctione solaque assumit verba de oratione, ut istius efficacitatem commendet, tacita sacramentalitate hujus specificae orationis.

*Serni.* 265. 3 (inter apocrypha Augustini), superstitiosas magias super infirmos reiciens, scribit: "Quoties aliqua infirmitas supervenerit, corpus et sanguinem Christi ille qui aegrotat accipiat: et inde corpusculum suum ungat: ut illud quod scriptum est impleatur in eo. *Infirmatur aliquis, inducat presbyteros, et orent super eum ungentes eum oleo: et oratio fidei salvabit infirmum, et allcviabit cum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei* (Jacobi V, 14 et 15). Videte, fratres, quia qui in infirmitate ad ecclesiam cucurrerit, et corporis sanitatem recipere, et peccatorum indulgentiam merebitur obtinere. Cum ergo duplicia bona possint in ecclesia inveniri, quare per praecantatores, per fontes et arbores et diabolica phylacteria, per characteres et aruspices et divinos et sortilegos multiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre" *(ML* 39. 2238 sq.).

*Scrm.* 279. 5 (inter apocrypha Augustini), idem instanter inculcat: "Quantum rectius et salubrius erat ut ad ecclesiam currerent, corpus et sanguinem Christi acciperent, oleo benedicto et se et suos fideliter perungerent; et secundum quod Jacobus apostolus dicit, non

solum sanitatem corporum, sed etiam remissionem acciperent peccatorum. Sic enim per eum promisit Spiritus Sanctus: *Si quis infirmatur, inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum ungentes oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et si in peccatis sit, dimittuntur ei* (Jacobi, V, 14 et 15). Sed forte dicit aliquis: Quid est quod nos tam frequenter de hac re admonet episcopus noster? Hoc ideo, fratres, quia licet tam frequenter admoneamus, adhuc tamen ab aliquibus hominibus fieri sacrilegia ista multorum relatione cognoscimus. Et ideo rogo vos ut qui nondum fecit, non aliquando committat: qui vero fecit, quantum potest, acceleret ut dignam poenitentiam agat"[1] *(ibid.* 2273).

*Sermo de martyribus et de lunae dejectu et de avorsibus vel filacteriis* (editus a dom Morin) contra eosdem abusus habet: "'Illud quoque . . . funestum est occulti persequitoris ingenium, quando aliquarum mulierum filii diversis temptationibus aut infirmitatibus fatigantur, lugentes et adtonitae currunt matres, et quod pejus est. non de ecclesiae medicina, non de auctore salutis exposcunt atque eucharistia Christi, et sicut scriptum est, *oleo benedicto a presbyteris deberent perungere,* et omnem spem suam in Deo ponere. Econtrario faciunt, et dum salutem requirunt corporum, mortem inveniunt animarum. Et atque utinam ipsam sanitatem vel de simplici medicorum arte conquirerent! Sed dicunt sibi: Illud ariolum vel divinum, illum sortilegum, illam erbaream, consulamus: vestimentum infirmis ac refecimus cingulum qui inspici vel mensurare debeat. Offeramus aliquos caractères, aliquas praecantationes adpendamus ad collum. Inter haec una diaboli persuasio est: aut per avorsum occidere crudeliter filios, aut per caractères sanare crudelius."[53]

*Sermo de expetenda magis sanitate animae quam corporis et vitandis sortilegis,* contra eosdem abusus habet: "Vos vero, fratres, sanitatem de Christo requirite, qui est vera lux; ad ecclesiam recurrite, oleo vos benedicto perungite, eucharistiam Christi accipite. Haec si facitis, non solum corporis, sed etiam animae sanitatem recipietis."[5']

In his quatuor praecipue sermonibus recte communis sententia (ita inter modernos *Netzcr, Kern, Ruch, Bord,*™ *Chavasse*™*)* agnoscit

"Apud *Dom* G. Murin, 5. *Caesarii Areiatensis sermones* (Maretioli 1937), Vol. 1, pars 1, p. 220. Cf. eundem, "Six nouveaux sermons de saint Ccsairc d'Arles," *Revue bénédictine* 13 (1S96) 206-210.

[1] *Ibid.* 216.

[5'] *Operibus cil.* (supra in p. 120).

[53] Chavasse *(op. cil.* [supra in p. 11S] 99sq., 107 sq., llosq.), qui longius examinat Caesarii testimonium, scribit: "L'oeuvre de saint Césaire, telle qu'elie nous est actuellement connue, renferme quatre allusions à fonction des malades, allusions dont l'importance pour l'histoire de ce rite n'a pas été suffisamment mise en relief On les relève dans

praeclarum testimonium hujus sacramenti ejusque tam corporalis quam spiritualis effectus. Quidam tamen, ut *Lejay?l Boudinhon* et *Villien?** sustinent Caesarium loqui de consuetudine privatae unctionis per oleum benedictum (sicut interpretantur verba Innocentii I, supra exposita p. 119 sq.) atque iterum invocant argumentum grammaticae indolis quae fert verbum "ungere" in forma activa ("Corpusculum suum ungat," "Se et suos perungerent," "Deberent perungere"), cui addunt quod in tertio sermone dicitur fideles debere perungere cum oleo a presbyteris benedicto.

Attamen, imprimis totus contextus adversatur huic interpretationi, scilicet sive invitatio fidelium ad ecclesiam ad hoc ut possint unctione uti (privata enim unctio non exigeret concursum ad ecclesiam), sive assimilatio receptionis Eucharistiae quae nonnisi per sacerdotes fit, etsi Caesarius de sacerdotum ministerio non loquatur (unde concursus ad Ecclesiam ibi nonnisi advocationem ministrorum Ecclesiae significare potest qui Viaticum et Extremam Unctionem infirmis praebeant), sive effectus remissionis peccatorum bis inculcatus, sive repetita allegatio textus apostoli de vocandis presbyteris. Unde verbum "ungere," etsi in forma activa, accipiendum est in sensu passivo, ut dictum est supra (p. 120, 121) quoad verba Innocentii I et Bedae eo vel magis quod non raro occurrunt hoc eodem saec. 6 exempla formae activae acceptae in sensu passivo seu reflexo; ita Cone. Turonense a. 567: "Caput morbidum si curare [pro: curari] non potest, amputetur," "Non debet spiritali opere etiam regalis praeferre [pro: praeferri] praeceptio," et Cone. Parisiense a. 556-575:

quatre de ses sermons. Ces sermons sont, d'avis de leur dernier éditeur, Dom Morin, des oeuvres entièrement personnelles, de l'évêque d'Arles. . .

"L'évêque d'Arles se sert donc du rite de l'onction des infirmes comme d'un auxiliaire dans sa lutte contre les usages païens. Au siècle précédent à .Mcxandrie, saint Cyrille, et en /Arménie, le catholicos Jean Mandakuni, avaient employé la même tactique. En Syrie, un contemporain de saint Césairc, Procopc de Gaza, la renouvelle. Plus tard, en Gaule, saint Eloi (-f- 660) et Jonas, évêque d'Orléans (-f- 843), useront du même procédé. Ce recours spontané et général à l'onction des infirmes pour supplanter auprès des chrétiens les rites magiques de guérison que leur avait légués le paganisme, jette un jour particulier sur le sens qu'on attribuait alors au rite de Ponction. En ce qui concerne saint Césaire, par suite d'une réaction que l'on constate fréquemment lorsqu'un auteur met en occurrence rites chrétiens et pratiques païennes, cette tactique a même exercé une heureuse influence sur sa conception de ce rite, en l'obligeant à mettre en relief les effets spirituels de Fonction, dont il trouvait la mention dans le texte de saint Jacques. . .

"Colportés par les sermonaires que Césaire répandit lui-même dans et hors de son diocèse, ces quatre sermons, et les idées qu'ils reflètent, connurent une grande vogue. Saint Eloi leur fit vers le milieu du Vile siècle de nombreux emprunts. Il y prit, entre autres, tout le passage du 1er sermon, qui traite de Ponction des malades. Et l'on doit peut-être à saint Césairc la netteté avec laquelle, à partir de cette date, on va parler en Gaule du pardon des péchés procuré par Ponction des infirmes."

*' "Le rôle théologique de Césaire d'Arles," *Revue d'histoire et de littérature religieuse* 10 (1905) 608.

*u Locis cit.* (supra in p. I19sq.).

"Et quia utilium rerum coepit causa tractare [pro: tractari]." Incisum proinde "Oleo benedicto a presbyteris deberent perunguere" nullam facit difficultatem, accepto verbo "perunguere" in sensu passivo, etiam si, ut volunt adversarii, verbum "a presbyteris" referatur ad benedictionem olei ("Olei a presbyteris benedicto") et non potius ad actum unctionis ("Oleo benedicto deberent a presbyteris perunguere"), quod omnino improbabile est, cum in ecclesiis occidentalibus, ex ipso constituto Innocentii I (supra cit., in p. 116), oleum infirmorum benediceretur non a presbyteris sed ab episcopo.

*CASSIODORUS* (477-570) in suo commentario in septem epistolas canonicas, *Complexiones in epistolas Apostolorum, Epistola* S. *Jacobi ad dispersos,* n. 11, scribit: "Si quis alterius praegravatur injuria [puta, si gladio percutitur) vel corporis inbecillitate quassatur, [lacobus] presbyterum dicit adhibendum, qui oratione fideli et olei sancti perunctione concessa, salvet eum qui videtur afflictus: peccata quoque his dimittenda promittens, qui alterutra [i.e. unius pro altero] fuerint oratione visitati" *{ML* 70. 1380).

Cassiodorus loquitur de ritu consueto in Ecclesia, a sacerdote graviter percussis vel infirmis conferendo, in salvationem et remissionem peccatorum, fundato in verbis lacobi. Improbabile autem est Cassiodorum velle separare remissionem peccatorum ab ipso ritu unctionis eamque tribuere soli sacramento Poenitentiae ad quod alludit in verbis "Alterutra fuerint oratione visitati," quae sunt libera citatio et copulatio duorum versiculorum (15 et 16) textus lacobi: "Et si in peccatis sit. remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra et orate pro invicem ut salvemini." Haec textus ambiguitas eodem modo solvenda est ac ea quae continetur in difficilioribus verbis Bedae, infra explicandis (p. 143).

*STATUTA S. SONNATU*™ (archiep. Rhemensis a. 600-631), edita in concilio Rhemensi (in quo partes habuerunt plurimi presules ex aliis provinciis Galliarum), de quorum quidem authenticitate et tempore compositionis serio dubitatur sed quae non improbabiliter dicuntur esse anteriora saec. 9, insigne afferunt testimonium usus hujus sacramenti, adhibito ipso nomine Extremae Unctionis quod prima vice apparet in Traditione: "Extrema unctio deferatur laboranti et petenti, eumque pastor in propria saepius invisat, et pie visitet, eum ad futuram gloriam animando, et debite praeparando" *{ML* 80. 444). Ibidem enumerantur omnia et singula ex septem sacramentis, ad quorum caput dicitur: "Fdelibus pie sacramenta ministrent

"Cf. /Icta *Saclorunt,* ad diem 20 octobris; Migne, *PL* 80. 443 sq.. in nota; D. S. Bâumer, *Histoire du bréviaire,* traduction française (Paris 1905) I 274; Hefele-Leclercq, *Histoire des conciles* III. I (Paris 1909) 264, in nota.

[pastores], semperque afferant quod ad explicandum utilitatem sacramenti et institutionem pertinet" *(ibid.* 443).

Frustra a Protestantibus obicitur haec verba non esse authentica ex eo quod nomen Extremae Unctionis sit proprium saec. 12; nam ex hoc quod nomen nonnisi saec. 12 fuerit vulgatum et evaserit proprium hujus sacramenti, non necessario sequitur ipsum non fuisse etiam antea occasionaliter adhibitum, ut constat etiam de textu Prudentii Trecensis ejusdem fere temporis, in quo ea vox occurrit. Ceterum, etiam si dicatur cum quibusdam eruditis catholicis nomen illud esse interpolatum, inde non sequitur infitiari authenticitaten aut antiquitatem utriusque testimonii.

*ELIGIUS,* episc. Noviomensis (641-659), *De rectitudine catholicae conversationis* (inter apocrypha Augustini), n. 5:eo "Quoties aliqua infirmitas evenerit, non quaerantur praecantatores ... ; sed qui aegrotat, in sola Dei misericordia confidat, ut Eucharistiam corporis ac sanguinis Christi cum fide et devotione accipiat, oleumque benedictum fideliter ab Ecclesia petat, unde corpus suum in nomine Christi ungat; et, secundum apostolum, *oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit cum Dominus* (Jacobi V, 15); et non solum corporis, sed etiam animae sanitatem accipiet: complebiturque in illo quod Dominus in Evangelio promisit, dicens, Omnia enim quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis' *(Matth.* XXI, 22)" *(ML* 40. 1172 sq.).

Verba "Corpus suum in nomine Christi ungat" intelligenda sunt in sensu passivo de unctione infirmi facta per ministerium sacerdotis, ut probat tum mentio "In nomine Domini" quae juxta lacobum, qui invocatur, referuntur ad sacerdotes ("Ungentes eum in nomine Domini"), tum petitio olei ab Ecclesia, non enim infirmus petit ab Ecclesia ipsum oleum, sed unctionem Olei. Confer tamen quae contra sensum passivum verbi "Ungat" opponit *Chavasse?'*

Plures alii Patrum textus, sive hujus sive anterioris periodi, in quibus exaltantur spirituales olei vel unctionis virtutes, etsi sint possibiles allusiones ad hoc sacramentum, non tamen necessariae nec probabiles. Ita *Tertullianus, Adv. Marc.* 1. 14 *(ML* 2. 62), *Athanasius,* In *Psal.* 22 *(MG* 27. 139), *Hilarius,* In *Psal.* 121. 12 *(ML* 9. 665 sq.), *Ephrem* (cf. infra, p. 177 et 18S), *Gregorius Nyss., Hom.* 11 in *Cantica (MG* 44. 963), *Optatus Mil., De schism. Donat.,* 2. 19 *(ML* 11. 972), *Arator, De Act. Apost. (ML* 68. 89), *Primasius,* In *Apoc. (ML* 68. 836 sq.), *Theodorctus, Quacst. in Lev. (MG* 80. 311), *Hieronymus,* In *Eze.ch.,* c. 45 (3/L 25. 456), *Arnobius Junior,* In *Psal.* 22 et 132

"Hoc testimonium late expendit Chavasse, *op cit.* (supra in p. 118) 118-123.
" *Ibid.* 112, in nota.

*(ML* 53. 354 sq. 535), *Gregorius M.,* In I *Reg. (ML* 79. 278), *Isidorus Hisp.,* In *Lev.,* c. 5 *(ML* 83. 323).

*Quaedam jacta* administrati ritus unctionis, relata praecipue in Vitis Sanctorum, exaratis in hac periodo vel circa initium sequentis, confirmant praedicta Traditionis testimonia.

*VITA S. LAVNOMARI* abbatis curboniensis (circa a. 550), scripta ab auctore ejusdem aetatis: "Erat quaedam mater familias nobilitatis titulo praeclara, nomine Vulfrada, quae intra annos adolescentiae gravissima infirmitate et membrorum omnium destitutione tabescebat, ita ut vitalis calor spiritus in solo pectusculo palpitare videretur; et sicut ipsa referebat, supra pedes erigi non poterat iam pene exanimis, longa utique corporis molestia confracta. Famulorum itaque ulnis levata ad hominem Dei medendi gratia defertur. Cumque eam *chrismatis benedictione* liniisset, vexillo s. crucis impresso in antiquum vigorem reformavit" *(Acta Sanctorum,* 19 jan., p. 598).

*VITA TRESANI* (pii sacerdotis rhemensis, coaevi S. Remigii, saec. 6), scripta initio saec. 9. habet: "Vir sanctus Dei sacerdos Tresanus infirmitate corporis praegravatus febrium incommodo vexatus, lecto decumbit et usque ad extrema deductus finem corporis sui imminere persensit; convocat sacerdotes et ordinis ministros; profitetur se iniquum et sacerdotio indignum, se in homines deliquisse et in Dominum criminaliter peccasse. Itaque blanda a ministris consolatione suscepta *oleum sanctae reconciliationis excepit* et cum cordis intima contritione et humilitate suscepit. . . Corpore et sanguine Domini percepto repositus in lectum spem suam ponens, oculisque et corde intentis in coelum sanctum emisit spiritum" *(Acta Sanctorum,* 7 febr., p. 55).

*VITA S. LEOBINI,* episcopi carnotensis (circa a. 550), de Caletrico sacerdote graviter infirmo refert: "Cujus venerabilis germana, nomine Mallegundis, directis velociter missis ad s. episcopum, [oravit] ut ad leviandum fratris sui infirmitatem benedictum dirigeret oleum. Ipse vero cum oleo praesentialiter veniens silentium ab omnibus postulavit dicens: Domine, qui omnia nosti, si hunc famulum tuum Ecclesiae tuae vel populo indicas necessarium, tua opitulante virtute [nobis illum restitue] sanum. Tunc ille aeger statim ut *sacrae unctionis oleo est perunctus,* tantae sanitatis gratiae est restitutus, ut si nullius infirmitatis molestia unquam eius membra fuissent attacta. Ad comprobandam autem sancti viri virtutem reliqua olei pars in tantam constat pulchritudinis claritatem esse conversam, ut cunctis, qui aderant, non olei nitor, sed crystalli videretur clarescere splendor.

nimirum illud praefigurans, ut. qui futurus erat episcopus, per ministerium episcopale oleum consecrationis sanctificaret et divinis virtutibus per coelestem gratiam splendesceret" *(Acta Sanctorum,* 14 martii, p. 348).

I7Γ.4 5. *HYPATII* abbatis in Bithynia (saec. 5), scripta ab ejus discipulo Callinico: "Si . . . necessitas suaderet, *infirmum oleo sacro inungi debere,* [Hypatius nondum abbas] monebat abbatem, qui presbyter erat, et curabat ab ipso perfici unctionem. Et saepe accidit, ut hominem paucis diebus dimitteret sanum Deo ipsi coopérante" *(Acta Sanctorum,* 17 jun., p. 251).

*VITA S. EUGENII* episcopi in Hibernia (circa a. 500), anonymo auctore circa initium saec. 9: "Vitae termino appropinquante annis maturus et meritis gravi corripitur infirmitate, qua magis et magis ingruente omne monachorum agmen convocatur ac *venerabile corpus sacro oleo ungitur* et exitus eius Viatico non deficiente communitur" *(Acta Sanctorum,* 23 aug. p. 627).

17771 S. *MARII* abbatis (circa a. 500), scripta a Dynamio, Gregorii M. coaevo et familiari: "Quaedam matrona nobilis, quae Licinia vocabatur, excepit illum in domum suam: cujus filius adeo infirmabatur, ut memorata mulier et amici de salute ejus desperarent. Rogatus a matre senex *infirmum visitat, super eum orat, oleo sancto eum perungit.* O mira virtutis Dei cum confessore orante celeritas! Dum enim infirmus perungitur, optata sanitas ex insperato revertitur, et infirmitas abjecta fugatur" *(ML* 80. 27; cf. *Acta Sanctorum,* 27 jan., p. 389).

E/771 S. *CUTHBERTI* episcopi lindisfarnensis (saec. 7), scripta a *Beda:* "Neque huic dissimile sanitatis miraculum a venerabile antistite Cudbercto factum, multi qui praesentes fuere testati sunt: e quibus est religiosus presbyter Aedilvald tunc minister viri Dei, nunc autem abbas coenobii Mailrosensis. Dum enim more suo pertransiret universos docendo, devenit in vicum quemdam, in quo erant feminae sanctimoniales. . . Quarum una. quae erat cognata praefati sacerdotis Aedilvaldi, gravissimo tenebatur languore depressa; per integrum namque annum intolerabili capitis, et totius lateris alterius dolore vexata, funditus a medicis erat desperata. Indicantibus autem de illa viro Dei, et pro sanatione ejus obsecrantibus his qui venerant cum eo, miseratus ille miseram *unxit oleo benedicto.* Quae ab illa mox hora meliorari incipiens, post dies paucos plena sospitate convaluit" *(ML* 94. 770 sq.; cf. *Acta Sanctorum,* 20 martii, p. 122).

Subinde, narrans mortem S. Cuthberti, Beda scribit: "At ubi con-

suetum nocturnae orationis tempus aderat, acceptis a me sacramenti' salutaribus, exitum suum quem jam venisse cognovit, dominici corporis et sanguinis communione munivit; atque elevatis ad coelum oculis, extensisque in altum manibus, intentam supernis laudibus animam ad gaudia regni coelestis emisit" *(ibid.* 781). Quidam, ut *Mabillon* et *Netzer,* in verbis "Acceptis sacramentis" legunt receptionem Poenitentiae et Extremae Unctionis. Cui interpretationi non acquiescit *Chavasse,* dicens plurale illud "sacramenta" referri ad acceptionem solius Viatici sub duabus speciebus.62

*VITA S. MESROP,* scripta a Korium episcopo apud Armenos (saec. 5), de obitu S. Isaac patriarchae Armenorum, refert: "Hora diei secunda *inter ministerium olei fragrantis cum oratione Deo grata* animam suam Christo commendavit respiciens ad prophetam, qui dixit: *in manus tuas commendo spiritum meum,* et ad b. Stephanum, qui dixit: *Domine, in manus tuas commendo spiritum meum.*""

*VITA S. EUTYCHII* patriarchae constant, (saec. 6), scripta ab ejus discipulo Eustratio: "Erat in urbe Amasea par quoddam conjugum, legitimis nuptiis copulatum, qui cum filiis procreandis crebro darent operam, frustrabantur effectu; infantibus, prius fere quam de ventre exirent, immature morientibus, parentes magno moerore afficientibus, quia dolores quidem sustinuerunt, gaudio autem privati sunt. .. Confugiunt ... ad beatum virum: supplicant, precibus suis impetret, ut infantes sibi nascantur vivaces. Hic pro illis precatus, ambos unxit oleo sancto, tum eo quod e pretiosa cruce, tum illo quod ex sanctae puraeque Dei Genitricis semperque virginis Mariae Dominae nostrae imagine solet scaturire Sozopoli, dicens: In nomine Domini nostri Jesu Christi; sic enim solebat facere cunctis aegrotantibus, qui ad se accedebant; quemadmodum et divus Jacobus praecepit: 'Infirmatur, inquiens, aliquis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini et oratio fidei salvabit infirmum; et si in peccatis sit. remittentur ei' " *(MG* 86B. 2326 sq.).

Prima pars hujus narrationis videtur referri ad privatum usum olei qui habuerit miraculosum effectum, altera vero pars ad praxim ungendi infirmos sacramento Extremae Unctionis, ut suadet recursus ad praeceptum Jacobi.

Ceterum diffitendum non est multas narrationes hujus aetatis manifesto referri ad privatas unctiones cum oleo benedicto, factas quoque a laicis et feminis, quae quandoque miraculosum effectum consecutae fuerint. Exinde tamen nequaquam infirmatur vis argumenti Tradi-

*cit.* (supra in p. 118) 134 sq.

"Apud Kern, *op. cit.* (supra in p. 120) 40. Refertur a I. Nirschl, *Lehrbuch der Patrologie und Patristik* III (Mainz 1885) 230.

tionis, seu tum Patrum testimoniorum supra relatorum tum etiam istarum narrationum nuper relatarum, ut infra ostendetur in peculiari nota de unctionibus non sacramentalibus (p. 193-197).

*MONUMENTA LITURGICA hujus secundae periodi.*

*LIBER ORDINUM*, antiquae *liturgiae Mozarabicae*** exponit "Ordinem ad visitandum vel perunguendum infirmum," quem Férotin dicit anteriorem invasionibus barbarorum. Sacerdos nempe facit super caput infirmi signum crucis cum oleo benedicto, dicens: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti regnantis in secula seculorum. Arnen. Subinde dicit tres antiphonas, recitat orationem et dat benedictionem.

Ea oratio, in qua signanter exponuntur hujus sacramenti effectus, sic se habet: "Ihesu, saluator noster et Domine, qui es uera salus et medicina, et a quo et cuius est uera salus et medicina, qui *Apostoli tui uoce nos instruis,* ut morbidos olei liquore tangentes, tuam postulamus misericordiam pietatis: aspice propitius super hunc famulum tuum mirabili summitate celorum; ut quem languor curuat ad exitum, et uirium defectio iam pertrahit ad occasum, medella tuae grade restituat castigatum. Et extingue in eum, Domine, libidinum et febrium estus, dolorum stimulos ac utiorum obtere cruciatus.

"Egritudinum et cupiditatum tormenta dissolue. Superbie inflationem, tumoresque compesce. Viscerum uanitatumque putredines euacua. Viscerum interna cordiumque tranquilla. Medullarum et cogitationum sana discrimina. Conscientiarum atque plagarum abducito cicatrices. Fisicis tipicisque adesto periculis. Veteres immensasque remoue passiones. Opera carnis ac sanguinis materiamque compone, ac delictorum illi ueniam propitiatus adtribue. Sicque illum tua iugitcr custodiat pietas, ut nec ad correptionem aliquando sanitas, nec ad perditionem, te auxiliante, nunc perducat infirmitas: *fiatque illi hoc olei sacra perunctio concita morbi presentis expulsio ct peccatorum omnium exoptata remissio.* Pater."[05]

*SACRAMENTARIUM GALLICANUM,* seu *Missale Bobbiensc,* antiquae *liturgiae gallicanae* (saec. 7,00 cujus tamen nucleus est antiquior, probabiliter saec. 407), duas habet orationes consecrationis olei,

M Ci. F. Cabrol, "Missel," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 11. 2 (1934) 1459-1461 ; "Mozarabe (La liturgie)," *ibid.* 12. 1 (1935) 406 ct 408.

'' M Férotin, *Le Liber Ordinum* ("Monumenta Ecclesiae Liturgica," ed. F. Cabrol et H. Leclercq, t. v, Paris 1904) 72 sq. I

"Cf. Dom A Wilmart, "Bobbio (Missel de)," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 2. 1 (1910) 947; H. Leclercq, "Gallicane (Liturgie)," *ibid.* 6. 1 (1924) 523 sq ; Dom A. Wilmart, E. A. Lowe and H. A. Wilson, *The Bobbio Missal, Notes and Studies* (London 1924) 15. Attamen, E. A. Lowe in hoc opere (p. 98) putat hoc missale non esse antiquius saec. 8.

" Cf. L. Duchesne, *Origines du culte chrétien* (Paris 1898) 90.

i.e. exorcismum olei et benedictionem olei, ejusdem fere indolis seu tenoris:

"Exorcismus olei. Exorcizo te, spiritus inmundissime, per Deum Patrem omnipotentem et Jesum Christum Filium ejus Dominum nostrum; ut omnis virtus adversarii, omnes exercitus diaboli, omne phantasma eradicetur et effugiat ab hac creatura olei; et sit ei, qui ex hac creatura olei contingitur, ubicumque in membris illius tetigerit, vel perfusus fuerit, Domino auxiliante, benedictionem percipiat, et vitam aeternam percipere mereamur.

"Benedictio olei. Rex gloriae majestatis tuae, Domine Deus, benedic hanc creaturam olei, et sanctifica eam. Infunde illam a rore caelesti spiritu sanctitatis; ut cujuscumque corpus vel membrum ex eo fuerit linitum vel perfusum, *salutaris gratiam, et peccatorum veniam, et sanitatem caelestem consequi mereatur.* Per Dominum nostrum Jesum Christum" *(ML* 72. 574).

In olei benedictione spirituales Extremae Unctionis effectus clarius perhibentur, i.e. gratia et remissio peccatorum; effectus vero corporalis sanitatis praetermittitur, nisi quis velit illum exprimi in primo inciso "salutaris gratiam" (i.e. gratiam salutis seu sanitatis). *Puller*™ quidem inde concludit ibi agi non de oleo infirmorum, sed generaliter de oleo destinato in privatum usum et utilitatem quorumlibet fidelium. Attamen, tum mentio membri inungendi, tum cognatio aliarum liturgiarum, mozarabicae scilicet et romanae, suggerit ibi agi de oleo infirmorum.

*SACRAMENTARIUM GELASIANUM*™ non immerito ipsi Gelasio Papae (492-496) tributum, saltem quoad primitivum nucleum cui variae additiones accesserunt saec. 8-9,70 exhibet benedictionem olei ad ungendos infirmos, peractam intra Missam Feriae V in Coena Domini, immediate post Pater Noster:

"Benedictio olei. . . *Istud oleum ad ungendum infirmos.* . . Emitte, quaesumus, Domine, Spiritum sanctum Paraclitum de caelis in hanc pinguedinem olei, quam de viridi ligno producere dignatus es *ad rejectionem mentis ct corporis.* Et tua sancta benedictio sit omni unguenti, gustanti, tangenti *tutamentum corporis animae ct spiritus,* ad evacuandos omnes dolores, omnem infirmitatem, *omnem aegritudinem mentis et corporis.* Unde unxisti sacerdotes, reges, et

*Op. cit.* (supra in p. 65) 392 sq.

"De tribus romanis Sacramcntariis, Lconiano scilicet, Gelasiano et Grcgoriano, cf. tractatum *De Eucharistia* II 1182; item, Mvratori, *Dissertatio dc rebus liturgicis (ML* 74. 861 sqq.) et praecipue II. Leclercq, "Sacramentaircs," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne ct de liturgie* 15. 1 (1950) 248-258; "Gélasien (Decret)," *ibid.* 6. 1 (1924) 747 sqq.

:'Dc tempore compositionis hujus Sacramcntarii confer Leclercq, "Gélasien (Décret),"

prophetas, et martyres: chrisma tuum perfectum a te Domine, benedictum, permanens in visceribus nostris in nomine Domini nostri Jesu Christi. Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas" (l. 1, n. 40, editio Muratori, *ML* 74. 1100).[71]

Uterque Extremae Unctionis effectus, corporalis nempe et spiritualis, signanter exhibetur, distinctione "mentis et corporis" (aut "corporis, animae et spiritus") ter repetita. Incisum *"Omni unguenti, gustanti, tangenti"* videtur innuere duplicem usum hujus olei, alterum nempe privatum ("unguenti," accepta voce in sensu activo, et "gustanti," i.e. bibenti) et alterum sacramentalem ("unguenti," accepta voce in sensu passivo, et "tangenti," iterum in sensu passivo). Haec ceterum expressio subinde varias subiit modificationes.[72] In *Sacramentario Hadriani* (i.e. Sacramentario Gregoriano ab Hadriano Papa, f 795, misso ad Carolum Magnum) omittitur vox "gustanti"; in *Sacramentario Gregoriano* (mox citando) omittitur etiam verbum "unguenti" seu "ungenti" et habetur: "Omni hoc unguentum tangenti";[73] in hodierno *Pontificali Romano* (Clementis VIII — Urbani VIII — Benedicti XIV), in quo eadem antiquissima benedictio reproducitur, ea expressio sic exhibetur: "Omni hoc unguento coelestis medicinae peruncto"; adhuc tamen manent in fine ejusdem orationis verba "Chrisma tuum, permanens in visceribus nostris," quae quidam (ut F. Cabrol) dicunt referri ad suppressum verbum "gustanti" ac ideo allusionem ad privatum olei usum continere.[71]

Praeterea in ultima parte ejusdem Sacramentarii invenitur aliquis *ritus unctionis infirmorum,* seu orationes super infirmum in domo, quae tamen videntur esse posteriores additiones factae circa finem saec. 8:

"Deus, qui facturae tuae pio semper miraris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et famulum tuum ex adversa valetudine

" Haec formula quoad suam substantiam videtur antiquior ipso Gelasio, nec immerito a quibusdam refertur ad initium saec. 5 vel ad ipsum saec. 4. Ad rem *Chavasse:* "A quelle époque remonte la composition de cette formule? Il est difficile de le dire avec précision. Nous croyons cependant pouvoir conclure, de ce que l'huile des infirmes y est encore appelée *chrisma,* que cette formule a été composée à une époque où ce mot n'avait pas encore le sens technique que nous lui connaissons et qu'il ne tarda pas à prendre, même à Rome. Or . . . cela nous reporte au moins au début du Ve siècle Ce n'est d'ailleurs qu'à telle date que l'influence de la formule de bénédiction rédigée par Hippolyte a pu s'exercer sur la formule 'Emitte.' Et comme ni les idées qui s'y montrent, ni le rituel qu'elle laisse entrevoir, ne s'opposent à cette ancienneté — nous les retrouvons en effet sensiblement identiques dans le texte d'Hippolyte — la formule peut vraisemblablement dater du IV* siècle environ" *{op. cil.* [supra in p. 118] 41). " Cf. Chavasse, *ibid.* 49-51.

"Tamen in editione H. Lietzmann *{Das Sacramenlarium Gregorianum nach dem Aachener Urcxemplar,* Munster i. W. 1921) retinetur formula "Ungenti, tangenti."

*"Pontificale Romanum,* 3 pars. De officio in Foria V. Coenae Domini, cum benedicitur Oleum Catechumenorum, et Infirmorum, et conficitur Chrisma.

corporis laborantem placidus respice, et visita in salutari tuo, et caelestis gratiae praesta medicinam. Per.

"Deus, qui humani generis et salutis remedii vitae aeternae munera contulisti, conserva famulo tuo tuarum dona virtutum, et concede ut medelam tuam non solum in corpore, sed etiam in anima sentiat. Per.

"Virtutum caelestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem et omnem infirmitatem praecepti tui potestate depellis, adesto propitius huic servo tuo, ut fugatis infirmitatibus, et viribus revocatis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per.

"Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui fragilitatem conditionis nostrae infusa virtutis tuae dignatione confirmas, ut salutaribus remediis pietatis tuae corpora nostra et membra vegetentur, super hunc famulum tuum propitiatus intende, ut omni necessitate corpora infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinae sanitatis perfecta reparetur. Per." *(ML* 74. 1223).

*SACRAMENLARIUM GREGOR!ANUMJ'* quod est quaedam adaptatio Sacramentarii Gelasiani atque merito tribuitur, saltem quoad substantiam, ipsi *Gregorio M.* (540-604),[76] supradictam gelasianam benedictionem olei infirmorum sic paulo immutatam refert: "Emitte, Domine, Spiritum sanctum tuum Paraclitum de coelis in hanc pinguedinem olivae, quam de viridi ligno producere dignatus es *ad rejectionem corporis,* ut tua sancta benedictione sit *omni hoc unguentum tangenti tutamentum mentis et corporis,* ad evacuandos omnes dolores, omnesque infirmitates, *omnem aegritudinem corporis.* Unde unxisti sacerdotes, et reges, prophetas et martyres, chrisma tuum

[76] Cf. H. Leclercq, "Sàcramcntaires," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 15.1 (1950) 254-258; "Grégorien (Le Sacramcntaire)." *ibid.* 6.2 (1925) 1776 sqq. "Quidam moderni Sacramenlarium Gregorianum tribuunt Gregorio Π (φ 731), alii ut Duchesne, Hadriano I (+ 795). Sed apte notat Leclercq, "Grégorien (Le Sacramcntaire)," *ibid.* 1790: "[Les] objections de l'illustre critique [Duchesne] devaient naturellement faire impression et un certain nombre d'auteurs ont depuis lors embrassé cette manière de voir. Mais il nous semble qu'elles ne sont pas irréfutables; les probabilités en faveur de saint Grégoire forment un ensemble vraiment impressionant, et nous pouvons dire aujoud'hui, malgré les objections de Mgr Duchesne, la thèse de l'authenticité du sacramcntaire grégorien, au moins en substance, est accepté par les liturgistes les plus avertis qui sont arrivés au même résultat de leur côté et par des méthodes différentes, comme Ed. Bishop, Dom Morin, Dom Wilmart, Dom Cagin, Probst, Grisar, Dom P. de Puniet. Dom Mohlbcrg, Lictzmann, etc."

Ceterum, ipsum exemplar Sacramentarii Gregoriani, editum ad *Hugone Menardo* a. 1642 et reproductum in Patrologia Migne, non est originale ipsius Gregorii, sed juxta Menardum est antiquius saec. 9 (ante Carolum Magnum), juxta recentiores vero eruditos ascendit ad finem saec. 9 vel initium saec. 10. Ita L. Delisle, *Mémoire sur d'anciens sacramentaires* (Paris 1886) 178; H. Netzer, *L'introduction de la messe romaine en France sous les Carolingiens* (Paris 1910) 107; "L'extrême-onction aux VIII et IX siècles," *Revue du Clergé français* 68 (1911) 205. Ratio quam assignant est quia *Sacramenlarium corbeiense seu S. Eligit,* quod intcgralitcr reproducit Menardus, non est antiquius saec. 9, ut ipse putat, sed adscribi debet saec. 9-10.

perfectum, Domine, a te benedictum in nomine Domini nostri Jesu Christi. Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas, sancti-ficas, viviHhficas, beHhnedicis et praestas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus sancti, omnis honor et gloria" (Λ/£ 78. 83).

Praeter supradictam mutationem in inciso 'Omni hoc unguentum tangenti." supprimuntur voces "animae — spiritus — mentis," sic fortius inculcando effectum sanitatis corporalis, ita tamen ut mentio ipsius spiritualis effectus, qui instanter inculcatur in formula gelasiana, maneat in inciso "tutamentum mentis et corporis."

Praeterea, in ultima parte Sacramentarii describitur *ipse ritus unctionis infirmorum,* qui certe est posterior additio, facta vel ante saec. 8, ut vult Menardus, vel probabilius saec. 9-10. ita ut pertineat ad sequentem periodum, non secus ac supra relatae orationes ritus Gelasiani.

*''Orationes ad visitandum infirmum.* In primis faciant sacerdotes asperso sale aquam benedictam, et aspergant eam cum Antiphona et Orationibus super ipsum infirmum, et super domum ejus [Sequuntur variae orationes et benedictiones, ut benedictio domus et orationes ad visitandum infirmum]. . .

*"Deinde a sacerdote dicatur haec Oratio:* Domine Deus, qui per apostolum tuum locutus es: 'Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum. ungentes eum oleo sancto in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus; et si in peccatis est, dimittentur ei'; cura quaesumus, Redemptor noster, gratia Spiritus sancti languores istius infirmi, et sua sana vulnera, ejusque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis et corporis expelle, plenamque ei interius exteriusque sanitatem misericorditer redde, ut, ope misericordiae tuae restitutus et sanatus, ad pristina pietatis tuae reparetur officia. Per. [Sequuntur duae antiphonae et orationes]. . .

*"Et sic perungat infirmum de oleo sanctificato, cruces jaciendo in collo et gutture, et inter scapulas, et in pectore,* seu in loco ubi plus dolor imminet amplius perungatur; et supplicando, dum ungitur infirmus, dicat unus ex sacerdotibus hanc orationem:

*"Sequitur Oratio. — Inungo te de oleo sancto in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti,* ut non lateat in te spiritus immundus, neque in membris, neque in medullis, neque in ulla compagine membrorum, sed in te habitet virtus Christi altissimi, et spiritus sancti, quatenus per hujus operationem mysterii, et per hanc sacrati olei unctionem, atque

Haec oratio hodicdum adhibetur in *Rituali Romano,* t. 5, c. 2.

nostram deprecationem, virtute sanctae Trinitatis medicatus, sive fotus, pristinam et immelioratam recipere merearis sanitatem. Per eundem. [Sequuntur duae orationes]. . .

"Deinde communicet eum corpore et sanguine Domini. Et sic faciant illi per septem dies, si necessitas fuerit, tam [de] communione quam et de alio officio; et suscitabit eum Dominus, et si in peccatis fuerit, dimittentur ei. . .

"Multi enim sacerdotum infirmos perunguent insuper in quinque sensus corporis, id est in superciliis oculorum, et in naribus [lege: auribus] de intus, et in narium summitate sive exterius, et in labiis exterius, et in manibus exterius, id est deforis. In omnibus ergo his membris crucem faciant de oleo sacrato dicentes: In nomine Pa-^tris, et Fi4«lii, et SpiriHHtus sancti. Hoc enim faciant, ut si in quinque sensus mentis et corporis aliqua macula inhaesit, hac medicina Dei sanetur" (editio Hugonis Menardi, *ML* 78. 231-236).

*In hac igitur secunda periodo trium posteriorum saccidorum* multiplicantur hujus sacramenti testimonia, et quidem mirabili varietate, in Patrum operibus, in collectionibus canonicis (cf. in p. 117 sq.) quibus inseritur praeceptum Innocentii I, in ipsis liturgiis occidentalibus quae incipiunt sub forma Sacramentariorum organizari, in variis Vitis Sanctorum, in ipsis documentis Ecclesiae Romanae (Innocentii I et Sacramentariorum Gelasii atque Gregorii). Ipse *ritus* in liturgia Mozarabica incipit describi (oratio et signum crucis cum unctione in capite infirmi). *Textus lacobi* frequentissime ex integro citatur. *Ipsum nomen "Extrema Unctio"* fortasse prima vice tunc apparet (Statuta S. Sonnatii, quorum authenticitas nondum cum certitudine abiecta est). Ipsa *vox et ratio sacramenti* huic ritui assignatur, eo cum aliis sacramentis connumerato ac comparato (Innocentius I), ac frequenter una cum Eucharistia seu viatico infirmorum exhibito. Ratio ritus proprii ecclesiasticae hierarchiae, seu sacerdotalis ministerii, signanter inculcatur, etsi privatus usus ejusdem olei, tunc late diffusus, ambigua reddat quaedam documenta. Triplex *effectus* Extremae Unctionis, i.e. sanatio corporalis, sanatio spiritualis cum gratia remissiva peccatorum et dispositio ad vitam aeternam, insistenti ac varia ubertate explicatur. Praecipuum testimonium, occurrens quidem ad ipsum initium hujus periodus haneque cum praecedenti intime connectens, est textus *Innocentii I;* insigne quoque extat inter alia testimonium *Caesarii Arelatensis,* quod tamen a quibusdam etiam catholicis infirmatur, detorta ejus significatione ad privatum usum sacrarum unctionum.

## TERTIA PERIODUS, Λ BEDA (INITIO SAEC. VII) AD PETRUM LOMBARDUM (MEDIO SAEC. XII).

*BEDA* (673-735), praeterquam in supra relato textu *Vitae* 5. *Cuthberti* (p. 134), loquitur de Extrema Unctione sive in *Commentario in Ev. Marci* 6. 13 (supra cit. in p. 57) sive in *Commentario in Epistolam Iacobi,* qui est primus qui extat commentarius super hanc epistolam, ubi scribit:

" 'Infirmatur quis in vobis?' etc. Sicut dederat contristato, sic dat consilium et infirmanti, qualiter se a murmurationis stultitia tueatur, juxtaque modum vulneris, modum ponit et medelae, tristato praecipiens ut ipse pro se oret et psallat, infirmanti autem vel corpore vel fide mandans ut qui majorem sustinuit plagam, plurimorum se adjutorio, et hoc seniorum, curare meminerit, neque ad juniores minusque doctos causam suae imbecillitatis referat, ne forte quid per eos allocutionis aut consilii nocentis accipiat.

" 'Et orent super eum, ungentes eum,' etc. Hoc et apostolos fecisse, in Evangelio legimus, et nunc Ecclesiae consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato ungantur a presbyteris, et oratione comitante sanentur. Nec solum presbyteris, sed, ut Innocentius papa scribit, etiam omnibus Christianis uti licet eodem oleo in sua aut suorum necessitate ungendo, quod tamen oleum, non nisi ab episcopis licet confici. Nam quod ait. Oleo in nomine Domini', significat oleum consecratum in nomine Domini. Vel certe quia etiam cum ungunt infirmum, nomen Domini super eum invocare debent.

" 'Et si in peccatis sit, dimittentur ei'. Multi propter peccata in anima facta, infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis. Unde apostolus Corinthiis, qui corpus Domini percipere indigne soliti erant, ait: 'Ideo inter vos multi et infirmi et imbecilles sunt, et dormiunt multi' (I Cor. XI). Si ergo infirmi in peccatis sint, et haec presbyteris Ecclesiae confessi fuerint, ac perfecto corde ea relinquere atque emendare satagerint, dimittentur eis. Neque enim sine confessione emendationis peccata queunt dimitti. Unde recte subjungitur:

" 'Confitemini ergo alterutrum peccata vestra,' etc. In hac autem sententia, illa debet esse discretio, ut quotidiana leviaque peccata alterutrum coaequalibus confiteamur, eorumque quotidiana credamus oratione salvari. Porro gravioris leprae immunditiam juxta legem sacerdoti pandamus, atque ad ejus arbitrium qualiter et quanto tempore jusserit purificare curemus" *{Super epistolas catholicas expositio, Super divi Jacobi epistolam,* c. 5, *ML* 93. 39 sq.).

Signanter effertur praeceptum apostoli, "Ecclesiae consuetudo," minister, materia, forma (explicatur expressio "In nomine Domini"), effectus tam corporalis quam ac praecipue spiritualis. Citantur, imo per partes explicantur, verba Iacobi; inducitur auctoritas Innocentii I.

*De quibusdam non dissimulandis ambiguitatibus, quae occurrunt in textu Bcdae, haec nota:*

Etymologica ejus explicatio vocis "Presbyteri," si revera sub ea voce Beda intelligat indistincte sive sacerdotes sive laicos, potest referri etiam ad privatum usum unctionis; inde tamen non sequitur eum etiam laicos habere ut ministros ipsius sacramenti, nam continuo appellat verba Iacobi in quibus agitur de solis sacerdotibus. Unde videtur exaggerare *Chavasse* scribens: "Tout ce développement [de la première partie du texte], cela est évident, gravite autour de l'*inducat presbyteros* de Jacques: l'attention de Bède se fixe plus particulièrement sur le pluriel *presbyteros* et sur le sens étymologique de ce mot, car il veut en tirer une règle de conduite. Notre impression est que ces réflexions auraient quelque chose d'étrange dans l'hypothèse où, du temps de Bède, les prêtres seuls eussent pu appliquer aux malades l'huile bénite. Cette défiance de Bède à l'égard du jeune clergé de son temps nous étonnerait à bon droit. D'autre part, les fidèles ne devaient pas avoir communément le choix entre plusieurs prêtres d'âge différent: le temps des collèges presbytéraux est passé et les paroisses rurales n'ont qu'un prêtre à leur tête. Le choix à faire de personnes mûries par l'age et l'expérience ne se comprend bien que dans l'hypothèse où de simples fidèles étaient appelés à faire l'onction. Or la suite du texte affirme explicitement que les fidèles, aussi bien que les prêtres, peuvent oindre les malades. Il est donc extrêmement vraisemblable que Bède pense déjà à ces laïques appelés d'aventure à faire Fonction. Le conseil qu'il donne revêt alors toute son opportunité."[78]

De ambiguitate verborum "Omnibus Christianis uti licet eodem oleo etc." dictum est supra (p. 121).

In verbis "Neque sine confessione emendationis peccata queunt dimitti" inculcatur quidem necessitas confessionis sed non negatur Extremam Unctionem hunc quoque effectum habere; Beda, sermoni de Extrema Unctione intime connectit sermonem de sacramento Poenitentiae, simul collato et pariter simul a Iacobo memorato. Confer dicta de connexione utriusque sacramenti in ipsis verbis Apostoli (p. 82-87) et in textu Origenis (p. 98-102). Unde videtur exaggerare *Chavasse* scribens: "Restait à expliquer le mode de rémission de ces fautes. Il est remarquable que Bède ne le trouve pas dans Fonction. Il le donne clairement à entendre en rattachant exclusivement cette rémission à la confession, au repentir et à la réparation requis du malade. S'il le fait, c'est qu'il est convaincu de la nécessité de cette

[78] *Op. cit.* (supra in p. 118) 127sq.; cf. 130, in textu et in nota.

confession et de la réparation qui l'accompagne. Nous sommes en effet à l'époque où la confession, depuis l'introduction de la pénitence tarifée, prend de plus en plus d'importance. Bède se laisse porter par ce courant nouveau et l'accrédite de son autorité. Dans un tel état d'esprit, il ne pouvait que trouver très opportune la recommandation de Jacques de se confesser les uns aux autres: 'Unde recte subjungitur: Confitemini. . . "[re]

De confessione apud laicos, de qua in ultima parte textus, dictum est in tractatu *De Poenitentia* IV 697 sq.

*Chavasse* sequenti modo resumit vim et sensum totius testimonii Bedae: "Un bref résumé s'impose, qui nous mette sous les yeux les points essentiels de la pensée de Bède.

"L'onction des infirmes, que pratique l'Eglise, est un legs de l'âge apostolique. La reçoivent les malades, au nombre desquels sont compris les possédés. Le malade ne doit pas choisir à la légère les laïques qui l'oindront, de peur qu'il ne tire plus de mal que de bien de leur intervention. Une onction lui sera faite, qu' accompagnera une prière consistant dans l'invocation sur l'infirme du nom du Seigneur. L'huile aura été auparavant bénite par l'évêque 'au nom du Seigneur,' car celui-ci a seul le privilège de la consacrer. De cette onction l'effet cherché est la guérison corporelle. Elle n'est pas faite d'ailleurs au moment même de la mort, à laquelle on ne voit pas qu'elle prépare immédiatement. Si par hasard le malade a des péchés (péchés qui peuvent être la cause de son mal), il en obtiendra le pardon en les confessant soit à de simples fidèles (péchés légers), soit au prêtre (péchés graves).

"La pénitence et la confession sont donc pour Bède — et les ecclésiastiques de l'époque carolingienne s'en souviendront — comme les compléments nécessaires de l'onction. Bède, il est vrai, n'a pas précisé le lien chronologique de ces rites les uns avec les autres. Mais il suffit que le principe soit posé, qui explique, dans la triade qui va bientôt apparaître: confession-onction-viatique, l'accouplement des deux premiers termes. Quand le malade n'aura sur la conscience que des fautes légères, pardon et onction purront lui être donnés par les fidèles. Dans le cas contraire, un prêtre seul pourra intervenir, donner la pénitence au malade, et. très vraisemblablement lui faire ensuite Fonction."[80]

Attamen, non satis apparet: *Primo,* quomodo textus Bedae, juxta hanc expositionem, congruat cum duobus his capitibus definitis a

[" *Ibid* 133.
[-*Ibid*. 137.

Cone. Trid., scilicet: Extremam Unctionem esse ordinatam ad conferendam gratiam ac remittenda peccata et eam olim non fuisse tantum gratiam curationum (can. 2), itemque presbyteros Ecclesiae, quos Iacobus adducendos hortatur, non esse aetate seniores sed sacerdotes qui soli sunt ministri Extremae Unctionis (can. 4). *Secundo* ac consequenter, quomodo ea expositio stet cum communi judicio theologorum catholicorum accipientium verba Bedae ut clarum testimonium sacramenti Extremae Unctionis, definiti a Cone. Trid.

Ita, ut paucos inter modernos adducamus: *Kern:* "Beda ... est gravis testis, Extremam Unctionem esse verum N.L. sacramentum" (p. 22), "Beda . . . agit de hoc sacramento, clarissime ... in expositione super divi Jacobi epistola" (p. 15). *Tanquerey:* "[Beda] unctionem infirmorum tanquam sacramentum exhibet" (n. 760). *Dickamp:* "Clare et determinate [Beda] sacramentum infirmorum testatur" (£ 57). *Bord:* "Nous sommes bien en presence du sacrement que l'Eglise confère au malades" (p. 118). *Hervé:* "Clare quidem et diserte [Beda] praedicat sacramentum Extremae Unctionis" (η. 362). *Daflora:* "Commentarius Bedae ... , in quo clare et determinate de hoc sacramento testimonium datur" (η. 820). Ipse *De Clercq,* cujus criticum et theologicum judicium magni facit Chavasse,[81] scribit: "Bède semble *réserver Ponction des malades aux prêtres* et interpréter le texte d'innocent Tr dans ce sens. . . Mais il voit dans l'effet de fonction *plutôt* un soulagement physique ou moral — tel celui des énergumènes — que la rémission des péchés" *{Ordre, mariage, extrême onction* [Paris 1939] 150).

*STATUTA S. BONIFACII* (t 754), n. 4 et 9:[82] "Ut presbyteri sine sacro chrismate, et oleo benedicto et salubri Eucharistia, alicubi non proficiscantur. Sed ubicumque vel fortuitu requisiti fuerint, ad officium suum statim inveniantur parati in reddendo debito. . . Omnes presbyteri oleum infirmorum ab episcopo expetant, secumque habeant.

[81] "A qui voudrait . . . commencer de se faire une idée du jugement théologique qu'appellent les faits que nous avons observés, nous conseillons vivement la lecture des pages rapides, mais très suggestives, consacrées à l'Extrême-Onction par M. l'Abbé de Clercq dans un livre dont nous avons pris connaissance au moment où nous corrigions les dernières épreuves de cette étude" *(Ibid. 202,* in nota).

[82] Quidam haec statuta habent ut authentica, vel saltem referunt ad initium saec. S. Ita Hefele-Leclercq, *Histoire des conciles* III. 2 (Paris 1910) 926: "Nous possédons encore sous le nom de saint Boniface deux collections d'ordonnances ecclésiastiques, qui proviennent soit des conciles réunis par saint Boniface, soit de conciles antérieurs (par exemple celui d'Auxerre en 590) , ces ordonnances ont été ensuite réunies par Boniface lui-même ou par d'autres." Alii vero ea habent ut apocrypha ac referunt ad priorem partem saec. 9. Ita P. Fournier et G. Le Bras, *Histoire des collections canoniques en Occident* I (Paris 1931) 113 (ci. 154 in nota et 209): "C'est à la meme classe (Capitulaires épiscopcaux] qu'il convient de rattacher un recueil dont le caractère apocryphe est aujourd'hui hors de doute, composé entre 815 et 840, les 'Statuta Bonifacii': treize fragments en sont empruntés à l' 'Institutio canonum.' "

et admoneant fideles infirmos illud exquirere, ut, eodem oleo peruncti, a presbyteris sanentur: *Quia oratio fidei salvabit infirmos" (ML* 89. 821 et 823). Verba "Compellimur quoque statutum canonum in hoc observare," quae praeponuntur ad initium horum statutorum, videntur ea referre ad praecedentes episcoporum vel conciliorum ordinationes.

*POENITENTIALE THEODORI CANTUARIENSIS* episc. (668-690), fons plurium recentiorum poenitentialium et collectionum canonum, redactum probabiliter paulo post mortem Theodori, ex "judiciis" seu sententiis ipsi tributis,[83] c. 3: "Secundum Graecos presbytero licet virginem sacro velamine consecrare, et reconciliare poenitentem, et facere oleum exorcizatum, et infirmis chrisma, si necesse est. Secundum Romanos non licet, nisi episcopo soli" *(ML* 99. 929).

*Burchardus, Ivo Carnotensis,* et *Gratianus* citant tanquam ex Poenitentiali Theodori alium canonem, qui est ipse canon 26 Cone. Moguntini a. 847 (infra cit., p. 156). Videntur Buchardus et Ivo, a quibus pendet Gratianus, fuisse falsa attributione decepti, ut non raro contingit in horum doctorum collectionibus.

*EGBERTUS EBORACENSIS* episc. (732-766), *Excerptiones e dictis et canonibus SS. Patrum concinnatae* (i.e. collectio quaedam canonum Egberto tributa, sed confecta circa medium saec. 9), n. 21 sq.: "Ut, secundum definitionem sanctorum Patrum, si quis infirmatur, a sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter ungatur. Ut presbyter Eucharistiam habeat semper paratam ad infirmos, ne sine communione moriantur" *(ML* 89. 382).

*Poenitentiale* (pariter saec. 9 confectum), l. 1, c. 15: "Hic notat sanctus Jacobus: quod si quis infirmatus sit, ut invitet ad se sacerdotem suum, et alios Dei ministros, ut eum admoneant, et infirmus necessitatem suam ipsi indicet, et illum ungant in Dei nomine sancto oleo, et per fidelium preces, ac per unctionem conservari potest, et Dominus ipsum erigit; et si plenus peccatorum est, illa ipsi remittentur. Hanc unctionem quilibet fidelis, si possit, acquirere sibi debet, et statuta, quae ad eam pertinent, quoniam scriptum est quod quicumque hanc disciplinam habuerit, anima ejus aeque pura sit post obitum ac infantis qui statim post baptisma moritur" *(ibid.* 416). Hic emphatice asseritur effectus hujus sacramenti, praecipue quod attinet ad dispositionem ad aeternam gloriam.

*CIIRODEGANGUS METENSIS* episc. (742–766), *Regula canonicorum,* c. 71, citat integrum textum Innocentii I, nec aliud addit *(ML* 89. 1088).

[83] Cf. G. Le Bras, "Pénitcnticls," *Dictionnaire de théologie catholique* 12. 1 (1933) 1166 sq.; "Judicia Theodori," *Revue historique de droit français et étranger* (1931) 95-115.

*CAPITULARE CAROLI MAGNI* (t 814) pluries insistit in sacerdotali officio ungendi infirmos:

*Capitulare generale,* a. 769-771, n. 10: "Similiter de infirmis et poenitentibus, ut morientes sine sacrati olei unctione et reconciliatione et viatico non deficiant" *(ML* 97. 124).

*Capitulare Aquisgranense,* a. 801, n. 20 sq.: "Ut cuncti sacerdotes . . . omnibus infirmis ante exitum vitae viaticum et communionem corporis Christi misericorditer tribuant. Ut secundum definitionem sanctorum patrum, si quis infirmatur, a sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter unguatur" *(ibid.* 220).

*Capitula de presbyteris,* a. 810-813, n. 17: "Ut presbyter in coena Domini duas ampullas secum deferat, unam ad chrismam, alteram, ad oleum ad cathecuminos inunguendum vel infirmos iuxta sententiam apostolicam; ut quando quis infirmatur, inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini" *(ibid.* 326).

*GERBAUDUS*** *LEODIENSIS* episc. (t 809), *Capitula presbyterorum,* n. 19 sq.: "Ut presbyteri quando ad infirmum accedunt, cum oleo consecrato veniant, et oleo sancto ungant eum in nomine Domini, et orent pro ipso, et oratio fidei, sicut scriptum est, salvet infirmum, et allevet eum Dominus, et si in peccatis fuerit dimittantur ei. Ut presbyter sine chrismate et oleo sacrato ad baptizandum alicubi [non] proficiscatur neque sine sacrificio, ut ubicumque contigerit, suum ministerium circa infirmos impleri possit, et ipsum oleum cum chrismate atque sacrificium cum omni custodia et reverentia atque religione custodiat, nec per ebrietatem aut per aliquod neglectum suum inhonoratum fiat sacrum illum suprascriptum" (inter Capitularia Caroli Magni, *ML* 97. 296).

*THEODULPHUS AURELIANENSIS* episc. (t 821), *Capitula ad presbyteros parochiae suae* (a. 789), veluti parvum exhibet rituale de Extrema Unctione: "Admonendi etiam sunt sacerdotes de unctione infirmorum et poenitentia et viatico, ne aliquis sine viatico moriatur. . . Primitus autem infirmo poenitentia detur. Deinde, si permiserit infirmitas, abluto corpore, albis vestibus induatur, et in ecclesiam deportetur, et jaceat in cilicio superjecto cinere. Portetur ibi crux et aqua benedicta, ut cum venerint ad eum, videlicet tres presbyteri, dicant capitulum: *Pax huic domui et omnibus habitantibus in ea. . .* Deinde fundat sacerdos de oleo sacrato in aquam benedictam, et aspergat eam dicens antiphonam: *Benedic, Domine. . .* Et data oratione cinerem sacratum imponat capiti et pectori infirmi in crucis

**Alias Garibaldus, Ghacrbaldus

modum dicens: *In sudore vultus tui. . .* Deinde incipiant septem psalmos poenitentiales pro eo. Et, si potest, infirmus stet genibus flexis et capite inclinato sive omni corpore prostratus.

"Post litaniam dicta oratione incipiat unctionem canentibus caeteris psalmos et antiphonam congruentes, et faciat de oleo super eum duodecim signa crucis, hoc est primum inter scapulas magnam crucem usque ad collum et ex transverso usque super scapulas cum oratione, deinde in collo usque ad cervicem; tertiam super caput usque ad frontem in transverso ab aure usque ad aurem; deinde quartam et quintam in visu, hoc est, in superciliis oculorum; sextam in olfatu, id est, in naso sive in naribus; septimam in gustu, hoc est, in labiis; octavam et nonam crucem in auditu, id est, in auribus deforis; decimam in gutture, undecimam in pectore, duodecimam et decimam tertiam in tactu, id est. in unaquaque manu deforis, reliquas duas in pedibus. Hoc autem numero quindenario facimus cruces de oleo sancto super hominem infirmum propter Trinitatis mysterium et quinque sensuum significationem. Terni enim quinquies quindecim perficiunt. Et quia per imparem numerum saepius sanctificare solitum est, quidam viginti cruces facere super infirmum volunt, quidam ex quatuor, id est, tres inter scapulas, tres super scapulas, tres in collo, in cervice, in cerebro, tres in fronte et superciliis, tres in naribus et labiis, duas in auribus, duas in gutture et pectore, duas in manibus, duas in pedibus. Quidam addunt duas in temporibus, duas in manibus interius faciunt. Quidam in fronte ullius nec in manibus sacerdotis interius crucem de oleo facere oportere dicunt. Sed tamen nil obest. Episcopus enim non oleum infirmorum, sed chrisma frontibus omnium baptizatorum et manibus sacerdotum imponit. Nam pectus et inter scapulas baptizatis crucem faciendo de oleo exorcizato, non de oleo infirmorum, presbyter tangit ante baptismum. Itaque nil obesse videmus eadem loca tangi in unctione infirmi de oleo infirmorum, Apostoli autem ungentes oleo infirmos non amplius quam tres cruces cum oleo super eos faciebant.

"Unde Graeci, qui ipsam traditionem apostolorum imitantur, similiter tres tantum cruces cum oleo faciunt, fundentes cum ampulla oleum infirmorum in crucis modum super caput et vestimenta et totum corpus infirmi, incipientes crucem a capite usque ad pedes, in transverso a manu dextera usque ad brachia, et pectus usque ad sinistram manum, simul dicentes ad ipsas tres cruces: 'Ungo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut oratio fidei salvet te. et alleviet te Dominus, et si in peccatis sis. remittantur tibi.' Illa autem vestimenta oleo superfusa quibus infirmandus (sic) non sepeliuntur, et si convaluerit, abluuntur in loco mundo, et iterum utitur eis" *(ML* 105. 220-222).

*VITA THEODORI STUDITAE* (defensoris orthodoxiae contra Iconoclastas, qui vixit circa 759 826), scripta a quodam ejus discipulo, habet: "Dominico autem die quo commemoratio sancti et gloriosi martyris Menae celebratur, consueta dicta psalmodia, sumptaque eucharistia, et *oleo pro more membra inunctus,* sublatis manibus orans, circa horam sextam ubi sensit se viribus destitui, jussit tacite ut cerei incenderentur; atque ita fratribus psalmum incipientibus 'Beati immaculati', cum ad secundae sectionis versiculum pervenissent dicentem 'In aeternum non obliviscar justificationum tuarum, quia in ipsis vivificasti me', ibi his astantibus sanctam animam suam emisit" *{MG* 99. 326).

Idem refert *Nancratius,* monasterii Studii hegumenus, in sua *Encyclica de obitu sancti Theodori Studitae:* "Porro die Dominica, qua magni martyris Menae memoria celebratur, ubi consueta Cantica et Psalmos recitasset [Theodorus]; tumque particeps sacrorum effectus; *sacrorum, inquam, quae vivifica sunt; ac pro more inunctus constξnatusque* . . . immorantibus nobis Psalmodiae, beatam mundamque suam animam sanctis angelis tradidit" *{ibid.* 1846).

*PSEUDO-AUGUSTINUS* (saec. 8 vel 9). *De visitatione infirmorum,* l. 2, c. 4: "De sacramentis ab infirmo suscipiendis. Quod non sufficiat soli Deo confiteri. Nec praetermittendum est illud apostoli Jacobi praeceptum, 'Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum. ungentes eum oleo sancto in nomine Domini Jesu, et oratio fidei salvabit infirmum' (Jacobi v, 14. 15). Ergo sic roges de te et pro te fieri, sicut dixit apostolus Jacobus, imo per Apostolum suum Dominus. Ipsa videlicet olei sacrati delibutio. intelligitur Spiritus sancti typicalis unctio. Illud etiam vivificum Dominici corporis supplementum suscipere, fili mi. non renuas: quin potius illud avidissime quaeras, fideliter comedas. Cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis, viaticum tibi erit saluberrimum: redemptionis tuae pretium, Redemptoris monimentum, et redempti munimentum. De confessione superiori tractatu te breviter commonefeci" *{ML* 40. 1154).

*AMALARIUS METENSIS* presbyter (**t** 837), *De ecclesiasticis officiis,* l. 1, c. 12, insigne praebet testimonium de indole sacramentali Extremae Unctionis:

"Oleum . . . visibile in signo est, oleum invisibile in sacramento, oleum spirituale intus est. Potest Deus per se oleum tribuere spirituale, sine corporali; sed propter animales aguntur visibilia, ut invisibilia facilius capiantur. Si quis dixerit, si potest, quare tanto studio observatur cultus consecrationis olei, respondebitur: Nonne antiqui justi

potuerunt Deo placere sine circumcisione? Potuerunt utique: sed postquam eis praeceptum est ut circumciderentur, nisi circumciderentur, peccati vinculo tenebantur. . . Apostoli autem hac arte, id est olei, utebantur in redintegratione infirmorum, apostolici viri in consignatione neophytorum. Quapropter non sine peccato a nobis potest dimitti quod eorum auctoritas consecravit. Sic enim scriptum est in Evangelio: 'Exeuntes praedicabant, ut poenitentiam agerent, et daemonia multa ejiciebant, et ungebant oleo multos aegros, et sanabant.' Unde Beda: Dicit apostolus Jacobus: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini: et si in peccatis sit, dimittentur ei'. Unde patet ab ipsis apostolis hunc sanctae Ecclesiae morem esse traditum, ut energumeni, vel alii quilibet aegroti, ungantur oleo pontificali benedictione consecrato. De eo oleo quod infunditur super neophytos, non tale quid legimus, sed tenemus apostolicam consuetudinem, et auctoritatem suam accepimus a Romana Ecclesia, quam pro lege tenere oportet. . .

"Nunc vero quia demonstratum est de generali ratione olei, restat ut primo dicamus de oleo quod consecratur pro infirmo. Consecratur enim in ipso officio consecrationis corporis et sanguinis Domini: non habet proprium officium, id est, nec in capite verba salutationis, nec *Oremus,* nec in fine concluditur ut caeterae orationes: *Per Dominum nostrum Jesum Christum,* sed tantum, *in nomine Domini nostri Jesu Christi.* In eo loco ubi solemus uvas benedicere, ibi consecratur oleum pro infirmo, concluditurque conclusione: *Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas.* Unde intelligimus embolim esse supradicti officii. Supradictum officium immolationem Christi et Ecclesiae tantummodo tenet. Qui enim peccato vivit, non immolatur Domino: qui peccato moritur, immolatur Domino.

"Nisi infirmitas accederet ex peccatis, non diceret Jacobus, 'Et si in peccatis sit, dimittentur ei.' In Epistola quae legitur eadem die ostendit Paulus quibus peccatis accidat infirmitas, dicendo: 'Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi.' Hic ostendit vulnera, Jacobus coapostolus ejus medicinam: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit. dimittentur ei.' Quid infirmum salvet, hic manifestat, scilicet oratio fidei, cujus signum est olei unctio. Si propterea infirmantur quia manducant corpus Domini indigne, quibus tamen subvenit olei unctio, id est. gratia Dei per orationem presbyteri, merito

consecratio de qua nunc agitur consecrationi corporis et sanguinis Domini jungitur, quae fit in commemorationem passionis Christi, per quam auctor peccati aeternaliter prostratus est. Passio Christi auctorem mortis destruxit: gratia ejus, quae significatur per olei unctionem, arma ejus, quae sunt peccata quotidiana, destruxit" *{ML* 105. 1012 sq.).

*AGOBARDUS LUGDUNENSIS* episc. (f 846), praefati Amalarii adversarius in quaestionibus liturgicis, *Epistola ad Bartholomaeum,* 12, reprobans quasdam superstitiosas consuetudines fidelium, ait: "Melius enim facerent, si . . . ad presbyteros Ecclesiae currerent, ungendi oleo, secundum praeceptum evangelicum et apostolicum" *{ML* 104. 184 sq.).

*HALITGARUS CAMERACENSIS* episc. (817-831), *De poenitentia,* l. 3, c. 16, repetit textum lacobi et documentum Innocentii I, nec aliud addit *{ML* 105. 680).

*IONAS AURELIANENSIS* episc. (844), *De institutione laicali* (scripto a. 829), l. 3, c. 14 (quod totum est de infirmis visitandis): "Sunt . . . plerique qui dum infirmantur aut ipsi, aut eorum parentes et propinqui, non sibi presbyteros Ecclesiae induci, seque sanctificato oleo secundum traditionem apostolicam, et *sanctae Ecclesiae inorem perungi;* sed magis divinos et divinatrices, imo in illis diabolum consulere expetunt, sibique divinari quo casu morbum infirmitatis incurrerint, et utrum camdem infirmitatem evadere possint, necne. . . Patet, ut *Beda* scribit, hunc sanctae Ecclesiae morem esse traditum, ut energumeni, vel alii quilibet aegroti, ungantur oleo pontificali benedictione consecrato. Docet quoque Jacobus apostolus dicens: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus: et si in peccatis sit, dimittentur ei' (Jac. V, 14). Quod etiam praefatus Beda ita exponit. . . [Citat textum Bedae].

"Non solum presbyteris, sed, ut *Innocentius papa* scripsit, etiam omnibus Christianis uti licitum est in eodem loco, in sua aut suorum necessitate ungendi. Quod tamen oleum non nisi ab episcopis licet confici. Nam quod ait, oleo in nomine Domini consecrato, vel certe quia etiam cum ungunt infirmum, nomen Domini super eum invocare pariter debent, 'et si in peccatis sit, dimittentur ei'. Multi propter peccata in animo facta, infirmitate, aut etiam morte plectuntur corporis. Unde et Apostolus Corinthiis, quia corpus Domini indigne percipere erant soliti: 'ideo', inquit, 'inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi' (I Cor. XI, 30). Si ergo infirmi in peccatis

sint, et haec presbyteris Ecclesiae confessi fuerint, ac perfecto corde ea relinquere atque emendare sategerint, dimittentur eis. Neque enim sine confessione emendationis, peccata queunt dimitti. *Multis namque propter ignorantiam, multis propter incuriam, haec olei unctio ab usu recessit.* Quibus autem in usu non est, necesse est ut in usum veniat. Unde oportet ut quando quis infirmatur, non a divinis et divinatricibus, quae utique habitationes sunt daemonum, sed ab Ecclesia, ejusque sacerdotibus, et unctione sanctificati olei, sibi remedium non solum in corpore, sed etiam in anima, a Domino Jesu Christo postulet ad-futurum" *(ML* 106. 260 sq. ).

*RABANUS MAURUS* (J 856), moguntinus episc., *De clericorum institutione,* l. 2, c. 55: "Benedicitur oleum ex apostolica auctoritate, ad infirmorum medicamentum, Jacobo apostolo hoc ita praecipiente: 'Infirmatur, inquit, quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, ut orent super eum, ungentes eum in nomine Domini nostri' Jesu Christi (Jac. V)" *(ML* 107. 368).

*Commentarium in Ecclesiasticum,* l. 8, c. 14: "Ne in infirmitate desperemus . . . sed magis oremus Deum, et ipsi curam commendemus salutis nostrae. . . De quo Jacobus apostolus nos instruit, dicens: 'Infirmatur quis in vobis. . .' Sed hoc tunc digne fit, si avertimus oculos mentis nostrae ab omni malo, et dirigimus manus nostras in bona operatione, et mundamus cogitationes cordis nostri ab omni dolo et nequitia" *(ML* 109. 1031 sq.).

*WALAFRIDUS STRABO* (f 849), discipulus et successor Rabani in schola Fuldensi, *Glossa ordinaria, In Evangelium Marci,* ad 6. 13, observat: "'Et ungebant oleo.'- Jacobus dicit: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae et orent super eum ungentes eum oleo' (Jac. V) etc. Unde patet ab apostolis hunc morem esse traditum ut energumeni et alii aegroti ungantur oleo a pontifice consecrato" *(ML* 114. 201).

*In Epistolam B. Jacobi,* ad 5. 15, nihil addit sed mere sese refert ad textum Bedae *(ibid.* 679).

*AMULO LUGDUNENSIS* episc. (841-852), *Epistola* 1, ad Theodulphum lingolnensem, 7: "Si autem et languores aliqui ac debilitates accidunt, juxta evangelicum et apostolorum praeceptum praesto habet unusquisque ut 'inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum' (Jac. V, 14)" *(ML* 116. 82).

*IIAYMO IIALBERSTADIENSIS* episc. (841-853), *Ilomilia* 105: " 'Egressi autem circuibant per castella, evangelizantes et curantes

ubique'. Quid evangelizarent, vel quomodo curarent apostoli, Marcus exponit plenius. 'Praedicabant (inquit) ut poenitentiam agerent, et daemonia multa ejiciebant, et ungebant oleo multos aegros, et sanabantur (Marc. VI)'. Dicit et Jacobus: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super ipsum, unguentes eum oleo sancto in nomine Domini, et si in peccatis sit, dimittentur ei (Jac. V).' Unde patet ab ipsis apostolis hunc sanctae Ecclesiae morem esse traditum, ut pontificali benedictione consecrato oleo, perungatur aegrotus" *{ML* 118. 573).

*PRUDENTIUS TRECENSIS* episc. (circa 843-861), *Sermo de vita et morte gloriosae virginis Mansae:* "[Beata Mansa] nobis videntibus, de lectulo infirmitatis suae, prout potuit, caput erexit, et erectum in partes quatuor inclinavit; et cur hoc faceret a Leone familiariter requisita, respondit: En lectulum meum quatuor fortes a quatuor partibus ambiunt, cruentas bestias repellentes, Petrus videlicet atque Paulus, Gervasius et Protasius quibus quoad vixi devotione, qua potui deservivi. Statimque ad me conversa subjunxit: Hoc extremum munus a te peto, Prudenti Pater episcope, ut in eorum praesentia de manu tua *eucharistiae et unctionis extremae recipiam sacramenta,* quod et factum est; statimque oratione Dominica inchoata, cum secundam petitionem implesset, qua dicitur: 'Adveniat regnum tuum', consummato supernae vocationis jubilo feliciter migravit ad Dominum" *{ML* 115. 1374).

In hoc testimonio, quod ab exceptionibus vindicant auctores *Acta Sanctorum* (ad 21 sept., p. 272), apte Eucharistia et Extrema Unctio sub voce sacramenti coniunguntur, et *nomen ipsum "Extrema Unctio"* prima fortasse vice occurrit in Traditione, si dicantur Statuta S. Sonnatii (de quibus in p. 131) esse Prudentio posteriora. *Mabillon* tamen opponit: "Extrema [unctio hoc sacramentum] sub finem seculi XI vocari coepit. Locus in Vita Maurae a B. Prudentio scripta apud Camucatum, ubi *Unctionis extremae* fit mentio, interpolatus videtur. Nam nec in Sacramentorum libris a Menardo editis, nec apud Udalricum in libris Consuetud. Cluniae., nec apud Lanfrancum, Anselmum, Petrum Damiani, Petrum de Honestis, in Regula Cleric., nec apud S. Bernardum, aut Petrum Lombardum, *Unctionis extremae* nomen occurrit."[85] Idem sentit *Martènc™*

*PASCIIASIUS RADBERTUS,* corbeiensis abbas (f 865), *Liber de corpore et sanguine Domini,* c. 8: "Secundum Apostolum (Jac. V), cum aliquis infirmatur, prius adhibenda est confessio peccati, deinde

[85] *Observatio de Extrema Unctione,* in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 132 sq.

[**] *De antiquis Ecclesiae ritibus,* l. 1, pars 2, c. 7, a. 2, n 2 (Rotomagi 1700) 105.

oratio plurimorum, post sanctificatio 'unctionis': quia impossibile est per medicinam sanari ullius artis, quem divina ultio premit; et si medicina est sectanda, tamen hoc prius agendum Christiano; quoniam si in angelis pravitas est inventa, et astra non sunt munda coram eo, quanto magis homo immundus probatur, si non confessione et bonis operibus quotidie purgetur!" *(ML* 120. 1292 sq.)

Hoc sacramentum ejusque effectus, qui dicitur sanctificatio, exhibetur ut complementum sacramenti Poenitentiae, quod dicitur necessario praemittendum. Idem fere habetur in sequenti testimonio.

*DE VITA* 5. *ADALHARDI* abbatis corbeiensis (eidem *Paschasio Radbcrto* tributa), n. 80: "Cum coepisset . . . episcopus a nobis percunctari, utrum *benedictionis oleo,* sicut a beato apostolo sancitum est (Jac. V), deberet [Adalhardus] perungui; interrogavimus eum, utrumne vellet, quem procul dubio scieramus peccatorum oneribus non detineri. Quod ille audiens, erectis oculis in coelum, cominus obsecrabat ut fieret. Quid putas tum sanctus agebat animus! quantis tunc replebatur lacrymis! Erant igitur oculi ad Deum defixi, manus vero ad coelos extensae; invitansque sanctum Spiritum dicebat: 'Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, *quia percepi omnia tui mysterii sacramenta.* Et nunc quid superest, nisi ut ad te veniam? Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis, tantum fiat voluntas tua'" *(ibid.* 1547).

*RODULPHUS BITURICENSIS* episc. († S68), *Capitula,* c. 14: "De presbyteris qui accipiendi chrismatis gratia ad civitates in Coena Domini venire soliti sunt constituimus ut ex decem unus eligatur, qui acceptum chrisma sociis suis diligenter perferat. Hi vero qui non longius a civitate quam sex aut septem millibus habitant, ad accipiendum chrisma per se veniant. Tres autem omnes secum deferant ampullas, unam pro chrismate, aliam pro oleo ad catechumenos, tertiam pro oleo ad infirmos ungendos. Secundum itaque beati apostoli Jacobi documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi oleo quod ab episcopis benedicitur a presbyteris ungi debent. Dicit enim: 'Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum et allevabit eum Dominus. Et si in peccatis est, remittetur ei.' Non est ergo parvipendenda hujusmodi medicina, quae *corporis animaeque medetur languoribus.* Presbyteri autem, chrisma sub sigillo custodiant, ut nulli sub praetextu medicinae vel alicujus maleficii dare praesumant. Si fecerint, honore priventur" *(ML* 119. 710 sq.).

*HINCMARUS RHEMENSIS* episc. (f 882), *Capitula synodica, Capitula presbyteris data a. 852,* cap. 4: "Ordinem reconciliandi, juxta

modum sibi canonice reservatum, atque ungendi infirmos, orationes quoque eidem necessitati competentes memoriter discat" *(ML* 12 5. 773).

*Ibid., Capitula quibus de rebus magistri et decani inquirere et episcopo renuntiare debeant,* n. 9sq.: "Ut chrisma et oleum consecratum sub sera reconduntur. Si ipse presbyter visitet infirmos, et inungat oleo sancto, et communicet per se, et non per quemlibet, et ille ipse communicet populum, nec tradat communionem cuiquam laico ad deferendum in domum suam causa cujuslibet infirmi" *(ibid.* 779).

*Epistola* 33 (ad episcopos rhemensis dioecesis, circa Odacrum episcopum intrusum), 2: "Nec reverens [Odacrus] divinum judicium, nec pensans quantum periculum sit . . . quantis rusticanarum parochiarum in tanto tempore presbyteris defunctis, ipsarum parochiarum parvuli sine baptismo perire potuerunt, quanti viri, quantae feminae, *sine reconciliatione et sacri olei unctione atque sancta communione,* et sine eorum animarum per orationes solemnes commendatione de isto saeculo exierunt" *(ML* 126. 246).

*Epistola* 36 (ad omnes fideles, de incestuosis Fulchero et Hardoisa. a se excommunicatis) : "Quandiu auten in ipsa illicita conjunctione permanserint, nullus Christianus quocunque modo eis communicet. . . Si antequam se ab hoc incestu separent, quisquam in infirmitatem deciderit, et vel sic jam in desperationem de vita temporali devenerit, si vel tunc ex corde poenituerit, et coram Deo et sacerdote ac fidelibus hominibus confessus fuerit, et fide jussores dederit, ut si de ipsa infirmitate convaluerit ulterius ad illam incestam conjunctionem non rediet, cum aliis peccatis suis de hoc incestu puram confessionem faciat, et a sacerdote reconcilietur, et *sancto oleo ungatur,* et communio corporis et sanguinis Christi ei largiatur" *(ibid.* 256).

*HERARDUS TURONENSIS* episc.. *Capitula* (a. 858), cap. 21 et 56: "Ut in infirmitate positi absque dilatione reconcilientur, et viaticum viventes accipiant, et *benedictione sacrati olei* non careant.. . Ut presbyteri chrisma, oleum, et Eucharistiam semper habeant, ut parati inveniantur" *(ML* 121. 765, 768).

*ISAAC LINGONENSIS* episc.. *Canones* (circa medium saec. 9), tit. 1, cap. 23: "Si in infirmitate deprehensus quis fuerit, vitam sine communione non finiat, nec unctione sacrati olei careat" *(ML* 124. 1082).

*CONC. CABILLONENSE* II a. 813, can. 48: "Secundum beati apostoli Jacobi documentum cui etiam documenta Patrum consonant, infirmi oleo quod ab episcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent. Sic enim ait: Infirmatur quis. . . Non est itaque parvipendenda hujus-

modi medicina quae animae corporisque medetur languoribus" (Z/<zr-*duin* 4. 1040).

*CONC. AQUISGRANENSE* a. 836, cap. 2 *De doctrina episcoporum,* can. 8: "Statutum etiam est, ut vel semel in anno, id est, in quinta feria quae est in Coena Domini, unctio sancti olei, in quo salvatio infirmorum creditur, per omnes civitates ab episcopis non negligatur, sicut nunc usque neglecta est; sed omni devotione juxta traditionem Apostolicam, ac statuta decretalium, in quo de eadem re praecipitur, peragatur" *{ibid.* 1395).

Ibid. *De vita ct doctrina inferiorum ordinum,* can. 5: "Si [subditus] . . . infirmitate depressus fuerit, ne confessione atque oratione sacerdotali, nec non unctione sacrati olei per eius [i.e. pastoris] negligentiam careat. Denique si finem urgentem perspexerit, commendet animam Christianam Domino Deo suo more sacerdotali cum acceptione sacrae communionis" *{ibid.* 1397).

*CONC. MOGUNTINUM I* a. 847, sub *Rabano Mauro* celebratum, c. 26: "Ab infirmis in periculo positis per presbyteros pura inquirenda est confessio peccatorum . . . et ideo secundum canonicam auctoritatem ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus et consolationibus ecclesiasticis sacra cum unctione Dei animati secundum statuta sanctorum Patrum communione viatici reficiantur" *{ibid.* 5. 13). Hic canon refertur subinde a Burchardo, Ivone Carnotensi et Gratiano sub indebita attributione Poenitentiali Theodori Cantuariensis.

*CONC. TICINENSE* seu Pavense a. 850, c. 8, insigne documentum praebet de sacramentali indole et effectibus hujus sacramenti: "Illud quoque *salutare sacramentum* quod commendat Jacobus apostolus dicens: Infirmatur . . . solerti praedicatione populis innotescendum est: *magnum sane et valde appetendum mysterium, per quod si fideliter poscitur ct [peccata} remittuntur et consequenter corporalis salus restituitur.* Sed quia frequenter contingit ut aegrotus aliquis aut *sacramenti vim* nesciat aut minus periculosam reputans infirmitatem, salutem suam operari dissimulet, aut certe morbi violentia oblivisca-tur. debet eum loci presbyter congruenter admonere, quatenus ad hanc spiritualem curam secundum propriae possibilitatis vires vicinos quoque presbyteros invitet. Hoc tamen sciendum quod si is qui infirmatur publicae poenitentiae mancipatus est, non potest hujus mysterii consequi medicinam nisi prius reconciliatione percepta communionem corporis et sanguinis Christi meruerit" *{ibid.* 27).

*CONC. WORMATIENSE* a. 868, can. 72, repetit constitutum Innocentii I nec quidquam addit.

*CONC. TURONENSE,* ejusdem aetatis, de administranda Extrema Unctione decrevit in quodam canone relato a Reginone Prumiensi, mox citando.

*PSEUDO-OECUMENIUS* (seu ignotus auctor Catenae, saec. 9), supra cit. in p. 57.

*REGINO PRUMIENSIS* abbas (**t** 915), *De ecclesiasticis disciplinis,* c. 117sq., simpliciter excribit textus Innocentii I et Bedae. In c. 116 hunc refert canonem ex quodam concilio Turonensi: "Postquam infirmus ab onere peccatorum per confessionem relevatus fuerit et a sacerdote reconciliatus, oleo sanctificato in Dei nomine inungendus est, primum in pectore, deinde inter scapulas cum precibus ad hanc sanctam unctionem pertinentibus, ut juxta Apostolum oratio fidei salvet infirmum, etc." *(ML* 132. 214).

*RATHERIUS VERONENSIS* episc. (**f** 974), *Synodica ad presbyteros et ordines caeteros,* n. 7: "Infirmos visitate, et eos reconciliate; et juxta Apostolum (Jac. v, 14) oleo sancto inungite, et propria manu communicate" *(ML* 136. 560).

*AEFRICUS* (Cantuariensis ?, **t** 1005 ?), *Canones ad Wulfinum episc.,* can. 32: "Habebit etiam presbyter consecratum oleum duplex: hoc infantibus, id aegrotis paratum; et aegrotos semper unget jacentes. Quidam vero aegroti hoc nihili pendunt, et in aegritudine sua se non concedunt ungi. Dicam quid de iis docuit Jacobus Domini apostolus, qui credentibus ait: 'Tristatur. . . Infirmatur quis in vobis. . .' Haec locutus est Jacobus de ungendis aegrotis. Aegrotus autem, priusquam inungatur, confitebitur ab intimo corde si quid peccati commiserit pro quo dignam non contulerit satisfactionem, sicut Apostolus hic jam supra eum monuit: et nemo praesumat ungere, nisi exoratus, et post peractam confessionem. Si antea peccator fuit et negligens, faciat jam demum confessionem, poenitentiam et eleemosynam ante obitum suum, ut inferno non adjudicetur, sed divina gaudeat misericordia" *(ML* 139. 1475).[8]

*BURCHARDUS WORMATIENSIS* episc. (**t** 1025), in suis *Decretis* (celebri canonum collectione, fonte ipsius Decreti Gratiani), l. 18, c. 14, refert tanquam ex Poenitentiali Theodori Cantuariensis (cf. supra, p. 146) canonem 26 Cone. Moguntini a. 847 (cit. in p. 156). Praeterea, *ibid.,* c. 10, refert sequens decretum quod indebite tribuit *Eusebio Papae:* "Si quis poenitentiam petens, dum sacerdos venerit,

[8] Raritas documentorum saec. 10 debetur notae sterilitati hujus saeculi, "quod, sui asperitate ac boni sterilitate ferreum, malique exeuntis deformitate plumbeum, atque inopia scriptorum appellari consuevit obscurum" (Baronius, *Annales ecclesiastici,* ad annum 900).

fuerit officio linguae privatus, constitutum est ut, si idonea testimonia habuerit quod ipse poenitentiam petiisset, et ipse per motus aliquos suae voluntatis aliquod signum facere potest, sacerdos impleat omnia, sicut supra circa aegrotantem poenitentem scriptum est, id est, orationes dicat, et ungat eum sancto oleo, et Eucharistiam ei donet, et. postquam obierit, ut caeteris fidelibus ei subministret" *(ML* 140. 940).

*PETRUS DAMIANUS* (f 1072), *Sermo 69 In dedicatione ecclesiae* (qui tamen fortasse est *Nicolai Claraevallensis* [medio saec. 12], monachi ac secretarii S. Bernardi, cui a criticis tribuuntur saltem 19 ex 75 sermonibus, sub nomine Damiani relatis apud Aligne), enumerans duodecim sacramenta (5 sacramenta proprie dicta et 7 alios ritus vel sacramentalia""), tertium locum assignat Extremae Unctioni, scribens: "Duodecim sacramenta sunt in Ecclesia. . . Tertium est unctio infirmorum. Infirmantibus nobis, et usque ad mortem mortali peccatorum febre languentibus, Spiritus pietatis assistit et recordatus est quoniam pulvis sumus. Ait enim divus Jacobus: 'Infirmatur quis in vobis. . .' Solemnis unctio, liquor excellens, quo sanitas redditur, peccatum dimittitur, immittitur timor Domini. Videsne qualiter sacerdotalis manus infirmantis corpus alleviet, et illecebrosam sensuum motionem sacratissima mitiget unctione? Unde et sancti Patres hanc unctionem sacramentum esse sanxerunt" *(ML* 144. 899).

*BONIZO PLACENTINUS* episc. (t 1089), *Libellus de sacramentis:* "Sancta et universalis mater Ecclesia . . . multa non recipit sacramenta. Habet tamen pauca, duo [i.e. Baptismum et Eucharistiam] ab ipso Domino tradita, quaedam vero ab apostolis instituta. . . Veniam nunc ad sacramenta ab apostolis instituta. Et primo de sacramento salis. . . Transeundum nunc est ad olei sacramentum, quod trifarie dividitur. Est enim oleum chrismale, cujus consignatione septiformis gratia sancti datur Spiritus. Est et oleum exorcizatum, quo unguntur catechumeni ad effugandum inimicum. Est et oleum infirmorum ad sanitatem corporis et animae praeparatum. . . In Novo . . . Testamento omnes per baptismum renati oleo sanctificantur invisibili, et unguntur visibili: licet in primitiva Ecclesia, quae in Judea post Dominicam Ascensionem pullulavit, datum fuisse non legimus. . . Hoc sacramento ab apostolis, antequam dividerentur, instituto baptizatis, et in Christo renatis per apostolos et eorum successores episcopos, ut tutorem haberent Paracletum per manus impositionem, et per chrismalis olei insignitionem coepit Spiritus sancti orando donari charisma. . . Oleum infirmorum ab apostolis institutum testatur Jacobus apostolus dicens 'Infirmatur quis in vobis. . Hoc

M Cf tractatum *De sacr in genere* 515.

omni tempore inter missarum solemnia a presbyteris in eo loco, ubi sic legitur: 'Per quem omnia bona creas,' solebat consecrari. Nunc vero a solis episcopis in eodem loco missae in Coena Domini consecratur. . . Sunt praeterea et alia sacramenta, quibus nunc utitur Ecclesia Dominico exemplo, quamvis non tradito praecepto, ut est exsufflatio in exorcismis, effectatio in catechumenis, et manus impositio, qua baptizatis consignando sanctus datur Spiritus, et qua reconciliantur peccatores matri Ecclesiae, et qua episcopis et sacerdotibus et levitis virtus traditur ministerii" *(ML* 150. 857, 862, 863-866).

*THEOPHYLACTUS* (saec. II),[89] *Enarratio in Ev. Marci* (6, 13): " 'Et egressi praedicabant ut resipiscerent, et daemonia multa ejiciebant, et ungebant oleo multos aegros, et sanabant.' Quod unxerint oleo apostoli, solus Marcus narrat, quod et frater Domini Jacobus in catholica Epistola dicit: 'Infirmatur quis inter vos? advocet presbyteros Ecclesiae, et orent super illum, ungentes eum oleo.' Est igitur oleum et ad labores utile, et lucis fomentum, et hilaritatis effectivum, significatque misericordiam Dei, et gratiam Spiritus, per quam a labore liberamur, et lucem ad gaudium hilaritatemque spiritualem accipimus" *(MG* 123. 550).

*GOFFRIDUS VINDOCENSIS* abbas ac subinde cardinalis (t 1132), *Epist.* 19 ad Ivoneni Carnotensem, circa controversiam tunc exortam de iteranda vel secus Extrema Unctione, scribit: "Sicut consuetudines monachorum B. Benedicti regulae concordantes laudamus, sic eas, quas sanctus Benedictus nec docet, nec praecipit, et quae a ratione penitus discrepare videntur, laudare non possumus. Sunt enim quaedam apud monachos institutiones, quas ratio nullatenus admittit, nec sanctorum quilibet Patrum invenit, sed insipientium consuetudo hominum instituit. . . Et, ut caetera taceamus, in hoc, ut nobis videtur, non mediocriter errant, quod *unctionem infirmorum,* cum a sancta et apostolica sede *sacramentum* vocetur, et cum nullum sacramentum iterari debeat, iterandum putant. *Unctionis utique sacramentum* B. Innocentius papa adeo magnum dicit, quod poenitentibus, quibus caetera sacramenta negantur, nulla ratione putatur posse concedi. Quid tamen super hoc magnitudo vestrae discretionis sentiat, et quid tenendum doceat, scire desideramus, qui quamvis ista et ratione, et auctoritate esse vera non dubitemus, ea tamen vestrae auctoritatis decreto firmari volumus, et rogamus" *(ML* 157. 87 sq.).

*IVO CARNOTENSIS* episc. (f 1116) praefatae epistolae Goffridi

**Acccnseri solet doctoribus catholicis, ob eximiam ejus exegesim, etsi pertineat ad ecclesiam schismaticam orientalem, tempore quo jam separatio ab Ecclesia catholica comsummabatur.

sic respondet, ejus sententiae plaudens: "Unctionem infirmorum non aestimo repetendam, quia, sicut ipse asseruisti, secundum institutum apostolicae sedis, genus est sacramenti, qui autem *sacramenta Christi et Ecclesiae* repetit, injuriam, ipsis sacramentis ingerit. Unctio enim infirmorum *publicae poenitentiae est sacramentum* quam non esse repetendam, sicut nec baptismum, testatur Augustinus, testatur Ambrosius. Augustinus in Epistola ad Macedonium: 'Caute salubriterque provisum est, ut locus illius humillimae poenitentiae semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis; quae tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit.' Ambrosius in secundo libro de Poenitentia: 'Sicut est unum baptisma, ita et una poenitentia; quae tamen publice agitur. Nam quotidie nos debet poenitere peccati; sed haec, delictorum leviorum illa graviorum'" (Inter epistolas Goffridi, *ibid.* 88).

Idem repetit in *Epistola ad Radulphum {ML* 162. 260.). Praeterea in suo *Decreto* (pars 15, c. 35, *ML* 161. 865) citat supradictum (p. 157 sq.) decretum Pseudo-Eusebii Papae, jam relatum a Burchardo.

*PETRUS CLUNIACENSIS* abbas (**t** 1158), *Epistolae,* l. 5, ep. 7 ad Theobaldum abbatem, interrogantem quid sentiendum esset in praedicta quaestione de iteratione Extremae Unctionis, respondet affirmative, finem imponens controversiae; ubi apte proponit hujus sacramenti divinam institutionem, sacramentalem indolem et duplicem effectum:

"Ad unctionis propositae quaestionem sermo procedat, et cur apud Cluniacum plusquam semel sacro infirmi oleo inungantur ostendat. Arbitror autem quod qui unctionem infirmorum iterandam non esse, aut cogitat, aut dicit, causam hanc sibi ipsi objicit, cum unctio baptismatis, cum unctio confirmationis, cum unctio sacerdotalis, cum unctio pontificalis, cum unctio ecclesiarum, cum unctio ecclesiasticorum vasorum, simplex sit, cum nullo deinceps tempore iteretur, qua ratione sola infirmorum unctio, non solum apud quosdam geminatur, sed insuper quibusdam infirmis frequenter per diversa tempora in morbum recidentibus nullo servato numero datur? Qui hoc cogitat, vel qui hoc objicit, attendat non solum unctionem illarum simplicitatem, sed (quod majus est) ipsius simplicitatis scrutetur et intelligat rationem.

"Utquid enim jam baptizatus inungitur, nisi ut jam collata, non conferenda baptizato per Spiritum Dei peccatorum remissio demonstretur? Hoc, quia semel factum sufficit, quia semel remissa peccata simplex sacri chrismatis unctio ostendit, iterandum esse, nulla ratio persuadet. Sed cur et illa, quae ab episcopis fit, confirmationis unctio non iteratur? Non iteratur plane, hac ratione, quia semel

Christianus, post baptismum armis Spiritus Dei per illam unctionem advocati contra Satanae mundique bella munitus, alio rursum spiritu, vel aliis armis illa simplici unctione muniri non posse monstratur. . . Sed cur non iteratur et illa, qua sacerdoti coelestia sacrificia sacraturo et tractaturo manus inunguntur, iliaque qua pontificis caput dum ordinatur, largiore chrismatis inundatione perfunditur? Sed nulla est causa hoc rursus agendi, nulla ratio sacerdoti vel pontifici, iterum manus vel caput ungendi. Sacramentum enim, quod semel a Spiritu Dei accipiunt, etiam judicio Ecclesiae ab officio suspensi vel depositi, nullo pacto perdere, nulla ratione amittere possunt. . . Eadem fere, et de ipsarum rerum insensibilium unctione ratio redditur, quia nec corporalis Ecclesiarum fabrica, nec sacrorum vasorum praeparatio, bina vel terna unctione indiget; quae semel pontificali officio Spiritus Dei benedictione congrua, ac semper dum illa manserint mansura, replet. His de causis, in Dei Ecclesia nulla jam dictarum unctionum unctio iteratur.

"At de infirmis, alia lex, alia de illorum frequenti unctione ratio demonstratur. Iterari enim, prout mihi videtur, necesse est infirmorum unctionem, quia iterari necessarium est *peccatorum, propter quam illa fit unctio, remissionem*. Istud indicant et ipsa verba hoc praecipientis Apostoli: 'Infirmatur,' ait, 'quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini' (Jac. V). Ac sequitur: 'Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, dimittentur [remittentur] ei' (ibid.). Cum igitur certum sit causam unctionis hanc esse ut oratio fidei salvet infirmum, ut allevet eum Dominus, ut si in peccatis sit, dimittantur ei cur non iterabitur unctio, praecedente unctionis causa? Nam si aeger post semel redditam sanitatem, nunquam deinceps in morbum incideret, si nunquam post primam unctionem in peccata corrueret, fateor quod nunquam deinceps unctionem jam dictam iterari fas esset. Quod si rursum infirmatus fuerit, si rursum peccaverit, quae ratio ut rursum ei alleviator, ut rursum ei peccata dimittantur, denuo eum inungi prohibebit? . . .

"Non est plane haec apostolica fides, non est haec apostolica praedicatio, ut vel aegro congrua miseratio vel poenitenti peccatorum negetur absolutio. Haec vero absolutio, quamvis saepissime sine cujuslibet *unctionis sacramento,* tam in aegris quam in sanis ecclesiastico ministerio fiat, non debet tamen aegris cum absolutione unctio sacra subtrahi, quibus juxta intellectum supra scriptum, quotiescumque infirmantur, eam jam dictus apostolus jubet impendi. Nam et haec sola in toto Novi Testamenti canone invenitur, *non more aliarum unctionum a Veteri Testamento mutuata, sed jam in tempore gratiae, apostolica suasione et imperio instituta*" {*ML* 189. 392-394).

*HONORIUS AUGUSTODUNENSIS* (f circa 1150), *Elucidarium sive, dialogus de summa totius Christianae theologiae*[00] l. 2, n. 30: "Quid valet unctio olei infirmis? . . . Peccata confessa, et non iterata, vel quotidiana per hanc unctionem relaxantur, ut dicitur: 'Et si in peccatis est, dimittentur ei (Jacob, v, 15).' Si de peccatis poenitentiam non egerit, ista unctio non solum ei nihil prodest, sed et multum obest" *{ML* 172. 1155).

*ABAELARDUS* (f 1142), *Epitome Theologiae Christianae* (probabiliter non ipsius Abaelardi, sed cujusdam ejus discipuli,[01] fideliter sententias magistri referentis), c. 30, aptissime easdem Extremae Unctionis proprietates exhibet: "De *sacramento unctionis* videndum restat. Sciendum igitur, hoc sacramentum esse ejusdem rei sacramentum, cujus est sacramentum altaris, quia illam unctionem capitis et membrorum significat, quae sacramento altaris significatur. Unctio enim ista sicut trina in capite praecessit, sic et in membris subsequitur. Verum quia *hoc sacramentum ultimum est omnium, et quasi consummatio,* ideo praerogativa quadam, licet in aliis unctio contineatur, hoc unctionis sacramentum jure vocatur, quod quidem in capite nostro Christo, ut dictum est, trina praecessit. Unde et Christus, id est, chrismate unctus, dictus est. Ipse namque oleo spirituali ab ipsa conceptione unctus fuit. . . Postea perunxit Maria pedes ejus in domo Simonis leprosi, deinde caput, quando alabastrum fudit super caput ejus. Has duas unctiones suscepit, quia rex et sacerdos erat. . . Eodem quoque modo unusquisque Christianus ter ungitur, primo ad inchoationem, in baptismate scilicet, ubi peccata dimittuntur; secundo in confirmatione, ubi dona gratiae conferuntur; tertio in exitu, *ubi vel omnia si qua sunt peccata, vel eorum maxima pars deletur.*

"Videndum igitur quae res, quae sit efficacia hujus sacramenti, utrum idem sit res et efficacia an potius inter se diversa. Ad quod dicendum, quod quaedam sacramentorum in hoc conveniunt, quod videlicet alia est eorum efficacia et alia eorum res. Quaedam vero in hoc discrepant, utpote baptismus idem habet rem et effectum. Sacramentum vero altaris non sic se habet. Cum enim idem sit res et quod efficit, tamen aliud efficit sacramentum altaris, de qua efficacia superius ostendimus sufficienter, et alia est res ejus. Similiter et hujus sacramenti alia est res et alia efficacia: res eadem, quae et sacramenti altaris. Nam non hoc sacramentum, quod figurat [facit], sed ostendit factum esse. Prius siquidem est aliquis membrum Christi, quod fit in baptismo, quam ad consecrationem altaris accedat. Similiter ante

[*0] Probabilius ipsius Honorii, etsi fuerit tributum Abaelardo, Anselmo, Lanfranco et ipsi Augustino.

[01] "Forte cujusdam magistri *Hermanni,* scribentis post a. 1139.

est membrum Christi, quam sic unguatur. *Per singulos quoque sensus haec unctio fieri debet,* ut quaecunque sensibus sunt perpetrata, ex toto vel ex maxima parte remittantur. *De iteratione* secundum diversas consuetudines fiat Ecclesiarum. Jacobus enim cum dicat: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et unguant eum et bene habebit' (Jac. V, 14), non videtur prohibere quin repetatur. De majoribus enim, ut baptismo, confirmatione et altaris sacramento, dictum est, nullum sacramentum reiterandum. Neque eadem hostia consecratur bis, cum tamen idem corpus ab eodem frequenter sumatur" *(ML* 178. 1744 sq.).

*BERNARDUS* (f 1153), *Vita S. Malachiae,* c. 24: "Habitabat vir nobilis in vicinia Benchorensis monasterii, cujus uxor cum infirmaretur ad mortem, rogatus Malachias ut descenderet, priusquam moreretur, infirmam uncturus oleo, descendit, et intravit ad eam: quo viso, exsultat illa, spe animata salutis. Et cum pararet ungere eam. visum est omnibus differendum potius usque mane. Erat enim vespera. Acquievit Malachias, et data benedictione super aegram, exivit cum his qui secum erant. At vero post modicum subito clamor factus est, planctus et strepitus multus per totam domum; siquidem insonuit quod mortua esset. Accurrit Malachias tumultu audito, et secuti sunt eum discipuli ejus. Et accedens ad lectum, ut certo comperit exspirasse, consternatus est animo, sibi imputans, quod fraudata *gratia Sacramenti* obierit. Et elevatis in coelum manibus, Obsecro, Domine.' inquit, 'insipienter egi. Ego, ego peccavi, qui distuli; non ista, quae voluit.' Haec dicens, contestatus est in audientia omnium, nullam se recepturum consolationem, nullam daturum requiem spiritui suo, nisi, quam tulerat, liceret restituere gratiam. . . Mane facto, exaudivit Dominus sanctum suum. . . Aperit oculos quae fuerat mortua. . . Malachias gratias agens, benedixit Dominum. Et unxit eam nihilominus, *sciens in hoc Sacramento remitti peccata,* et quod oratio fidei salvet infirmum (Jac. V, 14, 15). Post haec abiit ille, et illa convaluit: et vivens incolumis tempore aliquanto, ut gloria Domini manifestaretur in ea, peracta poenitentia, quam sibi Malachias injunxerat, in bona confessione iterum obdormivit, et migravit ad Dominum" *{ML* 182. 1103 sq.).

*Ibid.,* c. 31, de morte ipsius Malachiae dicitur: "Ungitur, et sumpto viatico, fratrum se orationibus, et fratres commendans Deo, ad lectum revertitur" *(ibid.* 1115).

*GRATIANI DECRETUM* (circa a. 1150), pars 2, causa 26, q. 7, c. 1 *(ML* 187. 1364), repetit ad verbum ex Burchardo suprarelatum can. 26 Cone. Moguntini a. 847, cum eadem indebita attributione Poenitentiali Theodori.

*HUGO A S. VICTORE* (f 1141), *De Sacramentis,* I. 2, pars. 15 (quae integra est de "sacramento unctionis," constans tribus capitibus, i.e. de tribus unctionibus, de institutione hujus sacramenti, de ejus iteratione): "Sacramentum unctionis infirmorum ab apostolis institutum legitur. Jacobus enim apostolus in Epistola sua scribens sic ait: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae ut orent pro eo, ungentes eum oleo sacro; si in peccatis est, dimittentur ei, et oratio salvabit infirmum' (Jacob. V). In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, et ad peccatorum scilicet remissionem, et ad corporalis infirmitatis allevationem. Unde constat quod qui hanc unctionem fideliter et devote percipit, per eam sine dubio et in corpore et in anima allevationem et consolationem accipere meretur; si tamen expedit ut in utroque allevetur, quod si forte corporis sanitatem et valetudinem habere illi non expedit; illam procul dubio quae est animae sanitatem et allevationem hujus unctionis perceptione acquirit" *(ML* 176, 577 sq.).

*SUMMA SENTENTIARUM*,02 tr. 6, c. 15 (constans duabus partibus, altera de institutione, altera de iteratione) : "Praeter supradicta est et aliud sacramentum, scilicet unctio infirmorum, quae fit oleo consecrato per episcopum. Hoc sacramentum institutum fuit ab ipsis apostolis, unde in Epistola Jacobi: 'Si quis infirmatur in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini' (Jacob. V). *Sicut in aliis sacramentis; ita et in isto aliud est sacramentum, aliud res sacramenti.* Sacramentum ipsa inunctio, res sacramenti remissio quae ex interiori unctione confertur. Est enim in eadem Epistola canonica: 'Et si in peccatis fuerit, remittentur ei' (ibid.). Et si ex contemptu hoc sacramentum praetermittitur vere periculosum est et damnabile. Hoc sacramentum in quibusdam ecclesiis solet reiterari, cum dicat Augustinus sacramentum non esse iterandum, et nulli sacramento faciendam esse injuriam" *(ML* 176. 153 sq.).

*PETRUS LOMBARDUS* (t 1160) in quarto libro suarum *Sententiarum* resumit ac perficit doctrinam scriptorum hujus aetatis, simul stabiliens fundamentum ulterioris inquisitionis doctorum saec. 13. In

" Dc auctore operis disputatur. Tributum est uni vel altero ex magnis doctoribus hujus aetatis, uti Petro Lombardo et praecipue ipsi Hugoni a S. Victore. Verisimiliter auctor est aliquis discipulus Hugonis (forte *Otho Lucensis,* scribens inter a. 11-40 et 1146). Opus tamen mirabiliter copulat varios characteres discrepantium scholarum, praecipue Abaclardianae et Victorinae Cf. F. Vernet, "Hugues de Saint-Victor," *Dictionnaire de théologie catholique* 7. 1 (1927) 253-256; P. Axciaux, *La théologie du sacrement de Pénitence au XIΓ siècle* (Louvain 1949) 72 (ubi affertur modernorum bibliographia) ; J. DE Ghellinck, *Le mouvement théologique du XI' siècle* (Bruges 1948) 197-203, qui ait: "L'auteur, croyons-nous, a grande chance de rester longtemps encore, sinon toujours, un inconnu."

(list. 23, quae tota est de Extrema Unctione (cf. dicta superius, p. 6, ubi de nomine Extremae Unctionis, a Petro Lombardo adhibito), in unum conjungit dicta Hugonis a S. Victore et Summae Sententiarum,[03] dividens materiam in tres partes, sicut Hugo a S. Victore, i.e. de tribus generibus unctionis, de institutione Extremae Unctionis, de ejus iteratione. In secunda parte haec habet:

"Hoc *sacramentum Unctionis infirmorum* ab Apostolis institutum legitur. Ait enim Jacobus, cap. ult: 'Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis fuerit, dimittentur ei.' In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, scilicet, *ad peccatorum remissionem, et ad corporalis infirmitatis alleviationem*. Unde constat eum qui hanc unctionem fideliter devoteque percipit, et in corpore et in anima alleviari, si tamen expedit ut in utroque allevietur. Quod si forte corporis valetudinem illi habere non expedit, illam quae est animae sanitatem in hoc sacramento acquirit. *Et sicut in aliis sacramentis, ita et in isto, aliud est sacramentum, aliud res sacramenti.* Sacramentum est ipsa Unctio exterior; res Sacramenti, unctio interior, quae peccatorum remissione et virtutum ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramentum hoc praetermittitur, periculosum est et damnabile" *(ML* 192. 899).

*MONUMENTA LITURGICA* hujus tertiae periodi.

Praeter opera canonico-liturgica, quorum plura supra citavimus, uti Poenitentiale *Theodori* Cantuariensis, Poenitentiale *Egbcrti* Eboracensis, Capitula *Theodulphi* Aurelianensis, et librum "De clericorum institutione" *Rabani Mauri,* huc signanter faciunt sic dicti *Ordines seu Sacramentaria* variarum ecclesiarum, in quibus formulae benedictionis olei infirmorum traduntur et ipse ritus unctionis describitur.

*CELTICA LITURGIA.*

"Les rituels de Dimma (IXe siècle), de Mulling (IXe siècle) et de Stowe (IX-XI s.?), qui offrent à la fois *Vordo administrandi sacram communionem infirmis* et *Vordo ministrandi Extremae Unctionis Sacramentum,* ont été étudiés et comparés avec soin par M. H. Jenner. Dans Dimma la formule de Fonction est la suivante: 'Ungo te de oleo sanctificato in nomine Trinitatis, ut salveris in saecula saeculorum.' Elle est précédée d'une profession de foi en la sainte Trinité, la vie éternelle et la résurrection de la chair. Suit l'administration du saint viatique. Mulling présente la formule: 'Unguo te de oleo sanctificationis in nomine Dei Patris, et Filii et Spiritus Sancti, ut saluus

[03]Cf. editionem Quaracchianam, 1916, II 889-892.

eris in nomine sanctae Trinitatis.' La récitation du *Credo* est prescrite par la rubrique *simul canit,* qui concerne, sans doute, le malade. Suit l'administration du saint viatique. Stowe donne: 'Ungo te de oleo sanctificato ut salueris in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, in saecula.' Suit l'administration du saint viatique. Aucune rubrique ne nous fait savoir quelles parties du corps recevaient l'onction.

*AMBROSIANA LITURGIA.*

In hanc liturgiam, cujus completa descriptio adhuc desideratur,[95] ritus benedictionis olei infirmorum, juxta supradictum ritum romanum et per formulam gelasiano-gregorianam "Emitte, Domine" (cf. supra, p. 137 141), introductus est circa finem saec. 11 vel initium saec. 12. In anteriori aetate, ea benedictio fiebat a sacerdote immediate ante unctionem et per varias formulas, quarum tres praecipuas hic submittimus. Prima ("Deus, humani generis") refertur in quodam manuscripto saec. **1 1** .ante Ordinem unctionis infirmorum; secunda ("Domine sancte") invenitur in alio manuscripto saec. 13,[97] similiter ad caput Ordinis unctionis infirmorum; tertia ("Domine, qui studio salutis humanae") non refertur in codicibus Ambrosianis sed in sic dicto "Ordo romanus antiquus, seu vulgatus,"[98] sub titulo "Benedictio olei ambrosiana ad ungendum tam infirmos quam energumenos."

Tres istae formulae praeter effectum corporalis sanitatis, exhibent etiam spiritualem unctionis effectum, sub verbis "mentis et corporis sanitatem," "animae atque corporis firmamentum," "diaboli temptamenta discutiat," "ad animarum nostrarum sanctificationis utilitatem," "fugatis insidiis adversariae potestatis."

"Deus, humani generis creator, qui, depulsis cunctis doloribus nostris, salutis medicus extitisti, qui per apostolos tuos vexatorum languoribus gratiam sanitatum praestitisti, te nunc supplices deprecamur. ut super hanc creaturam olei inviolabilis virtutis tuae munus infundas; et sanctificata benedictionis tuae munere, et sancti spiritus inumbrata virtute, quotiescumque fidelium tuorum membris infusa

[1] L Goucaud, "Celtiques (Liturgies)," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 2 2 (1910) 3023, Cf. Warren, *The Liturgy and Ritual of the Celtic Church,* p 168 et 223.

Cf. P. Lejay, "Ambrosien (rit)," *Dictionnaire de théologie catholique* 1. 1 (1902) 954 968; "Ambrosien (rit)," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 1. 1 (1907) 1373-1442.

[M] Bibliotheca Ambrosiana, cod. T. 96.

[''] Codex H. 62, olim in ecclesia S. Laurcntioli Mediolani, nunc in Bibliotheca Capit. Metropol.

Edito a. 1568 a M Hittorp, *De divinis catholicae ecclesiae officiis ac ministeriis, . .* (Coloniae 1568) 64. Hic ordo est quaedam aggregatio elementorum aliorum Ordinum (signanter Ordinum 1, 2, 3 et 4, inter cos quos edidit Mabillon), exarata in Gallia circa medium saec. 10.

fuerit, confracta solidet et languentia foveat, ad tactumque hominibus inferat mentis et corporis sanitatem. Per."[aa]

"Domine sancte, gloriose, aeterne, omnipotens Deus, precamur supplices sublimem clementiam tuam, ut hanc creaturam olei benedicere, sanctificare digneris, ut mittere iubeas Spiritum tuum paraclitum, qui replevit orbem terrarum, super hanc pinguedinem, quam de viridi ligno fluere praecepisti, ut si quis ex eo unctus fuerit vel gustaverit, sit ei animae atque corporis firmamentum. Depellat valitudines malas, diaboli temptamenta discutiat, invalescentes estus febrium et causam universi doloris avertat; ut fidem sanctitatis vigore concepto, referat Deo Patri omnipotenti gratias sempiternas. Per Dominum."[1]

"Benedictio olei ambrosiana ad ungendum tam infirmos quam energumenos.

"Domine qui studio salutis humanae creaturis tuis vim benedictionis indidisti, ut ad animarum nostrarum sanctificationis utilitatem creaturarum etiam corporalium ministerio nostris salus temporibus tribueretur, infunde sanctificationem tuam huic oleo, ut ab his quae unxerit membra, fugatis insidiis adversariae potestatis, susceptione presentis olei, Sancti Spiritus gratia salutaris debilitatem expellat et plenam conferat sospitatem, in nomine Domini nostri lesu Christi."[2]

*GALLICANA ET ROMANA LITURGIA.*

*CODEX RHEMENSIS* (Manuscriptus bibliothecae monasterii S. Remigii Rhemensis), compositus a quodam Lantberto sacerdote, tempore Caroli Magni (Menardus illum refert ad a. 800 circiter[3]), continet extensum *"Ordinem ad ungendum infirmum,"* editum ab *Hugonc Menardo.*

Describuntur octo unctiones in variis corporis membris, addita unicuique brevi formula exprimente unctionem ejusque effectum in remissionem peccatorum: "Unguatur [infirmus] a sacerdote, vel plurimis sacerdotibus de oleo sanctificato, facientibus cruces singulis in dextro tempore et sinistro, non in fronte, nec in vertice dicendo: Ungo caput tuum oleo sanctificato, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut, more militis uncti, praeparatus ad luctanem, possis aerias superare catervas. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre.

[aa] Apud M. Magistretti, *Pontificale in usum ecclesiae Mediolanensis necnon ordines ambrosiani ex codicibus s. IX-XV,* in *Monumenta veteris Liturgiae Ambrosianae* I (Mediolani 1897) 110.

[1] *Ibid.* 109 sq.

[2] Apud Hittorp, *loc. cit.* (supra in p. 166).

[3] *Praefatio in Librum Sacramentorum (Gregorii M.), ML* 78. 1'sq. Idem sentiunt L. Delisle, *Mémoire sur d'anciens sacramentaircs,* Paris 1886, et H. Netzer, "L'extrême-onction aux VIII et IX siècles," *Revue du Clergé Français* 68 (1911) 189 sq.

"*Item in superciliis et subciliis juxta angulos oculorum dicendo:* Ungo oculos tuos de oleo sanctificato, ut quidquid illicito visu deliquisti, per hujus olei unctionem expietur. Per eumdem qui cum Patre. *Item aures intus et foris in summitate crucis signa recipiant, dicendo:* Ungo has aures corporis tui, ut per has fenestras recipias auditum gratiae remissionis Christi in vitam aeternam. Per eumdem qui cum Patre. *Item nares in summitate et subtus unguantur crucis modo.* Ungo has nares de oleo sacro ut quidquid noxae ex his superfluo contractum est odoratu, ista medicatio emaculet. Per eumdem qui cum Patre. *Item labia, dicendo, et exterius crucem super mentum, et guttur faciendo.* Ungo labia ista consecrati olei medicamento, ut quidquid otiosa, vel etiam criminosa peccasti locutione, divina clementia miserante, expurgetur hac unctione. Per eumdem qui cum Patre. *Item super humeros duos, hoc est scapulas non in pectore, neqiie inter scapulas.* Ungo has scapulas de oleo sacrato, ut, ex omni parte spirituali protectione munitus, jacula diabolici impetus viriliter contemnere, ac procul cum robore superni juvaminis repellere possis. Per eumdem qui cum Patre. *Item super manus, et si presbyter est, non infra; sin aliter, et infra, et super pedes, et sub plantis cruces fiunt, dicendo:* Ungo has manus de oleo benedicto, ut quidquid illicito vel noxio opere peregerunt, per hanc unctionem evacuetur. Per eumdem qui cum Patre. *Item super pedes, et sub plantis cruces fiunt, dicendo:* Ungo et hos pedes ex oleo consecrato, ut quidquid superfluo, vel nocivo incessu commiserunt sanctorum intercessionibus ista oboleat *[Leg.* aboleat] unctio. Per eumdem Dominum nostrum, qui cum Patre" (*ML* 78. 535).

Sequuntur immediate hae orationes, in quibus praecipue effectus remissionis peccatorum exprimitur:

"In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec unctio olei sanctificati ad purificationem mentis et corporis, et ad munimen et defensionem contra jacula immundorum spirituum. Arnen. . .

"Deus qui peccatores et scelerum onere vulneratos sacerdotibus tuis ostendere jussisti; qui discipulis tuis, ut bene haberent, manus super infirmos ponere praecepisti; qui apostolos tuos pro infirmis orare docuisti, et impositionem manuum sacerdotum cum invocatione sancti nominis tui peccata relaxare voluisti; exaudi Orationes nostras, et da huic famulo tuo *ili.* infirmitatis noxa deprehenso per hoc sacrum ministerium, quod nos indignos famulos tuos agere docuisti, remissionem omnium peccatorum; quatenus per hanc sacrati olei unctionem, et per manuum impositionem, cuncta facinora Spiritus sancti gratia relaxentur; fromenta etiam medicinae tuae eum interius exteriusque imbuant, et sanent, ut non tantum ei noceat conscientia reatus ad

poenam, quam indulgentia, et reconciliatio tuae pietatis ac remissionis ad veniam. Qui vivis et regnas. . .

"Per istam unctionem Dei, et per ministerium nostrum, et Dei benedictionem, mundentur et sanctificentur ab omni sorde et contagione peccati caput tuum et sensus tui, visus, auditus, odoratus, gustus et tactus, ut quidquid in humeris, vel in manibus aut pedibus, sive toto corpore, cogitatione, locutione et opere peccasti, misericordia salvatoris nostri expietur, ut idoneus efficiaris ad invocandum Dominum et benedicendum atque sanctificandum et sacrificandum in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi; reddatque tibi laetitiam Salutaris sui, et Spiritu principali confirmet te, et Spiritum sanctum innovet in visceribus tuis, ne auferat illum a te; sed benedictio Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super te, quae copiose super caput tuum defluat, et in extrema totius corporis tui descendat, interius exteriusque repleat, atque circumdet, et sit semper tecum. Amen" *(ibid.* 535 sq.).

*CODEX RATOLDI* (Manuscriptus bibliothecae corbeiensis), compositus a Ratoldo abbate (f 986) adeoque in decursu saec. 10/ similiter refert ritum *"Incipit ordo unctionis infirmi,"* quem edidit *Hugo Menardus.*

Ante varias unctiones, haec legitur oratio: 'Omnipotens sempiterne Deus, qui per Jacobum apostolum tuum introducere presbyteros Ecclesiae, et ungeto [ungere] oleo infirmos praecepisti, praesta, quaesumus, ut digneris per manus nostras hunc famulum tuum infirmum de oleo sanctificato ungere et benedicere. Hoc autem quod nos exterius tua charismata fideliter complectimur, hoc interius spiritualiter divina virtus ac mirabiliter tuae magnanimitatis operaretur [Lfg. operetur] virtutem. Per Dominum nostrum" *(ibid.* 524 sq.).

Post unctiones haec, inter alias, oratio adhibetur: "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec unctio olei sanctificati ad purificationem mentis et corporis, et ad munimen et defensionem contra jacula immundorum spirituum, Amen" *(ibid.* 525).

*CODEX TILIANUS* (Manuscriptus bibliothecae Joannis Tilii), exaratus medio saec. 11, vel forte saec. 9,[8] easdem fere ritus descrip-

[4] Cf. Menardum, *op. cit.* (supra in p. 167), *ML* 78. 19 sq.

[5] Menardus, *ibid., ML* 78. 19-22, scribit: "[Praefatis duobus codicibus accensendus est] liber manuscriptus bibliothecae Tilianae, qui est Ordo Romanus, cujus mihi copiam fecit vir clarissimus Joannes Titius. Sunt tamen quaedam in eo quae in Ordine Romano non extant; ut in Ordine Romano quaedam reperire est quae in hoc Codice Tiliano desiderantur. Hic liber initio caret, priore quaternione avulso. Videtur olim fuisse Ecclesiae Sagiensis in Normannia sub metropoli Rothomagensi . . . Planum est hunc Codicem scriptum fuisse Henrico illo, qui primus appellatur, in Francia regnante, qui regnum iniit anno Domini 1032." Alii tamen, ut *Delisle* et *Nctzcr,* putant hunc codicem esse saec. 9.

tiones et orationes continet, ubi de *"Ordine ad ungendum infirmum,"* quem similiter edidit *Hugo Menardus.*

Ante unctiones, haec habentur: "Dominus locutus est condiscipulis suis. In nomine meo daemonia ejicite, et super infirmos manus vestras imponite, et bene habebunt. Deus Deorum: *Imponant manus super infirmum omnes sacerdotes, jubente, vel tantum permittente episcopo, quia canonicus sic docet ordo.* Deus, qui non vis mortem peccatorum. . . Deus, qui humano generi salutis remedium et vitae aeternae munera contulisti, conserva famulo tuo tuarum dona virtutum, et concede ut medelam tuam non solum in corpore, sed etiam in anima sentiat. Per. *Et sic perungant singuli sacerdotes infirmum de oleo sanctificato, cruces jaciendo in collo, et gutture, et pectore, et inter scapidas, seu in loco ubi dolor plus imminet, et in quinque sensibus corporis, et in superciliis oculorum, et in naribus intus et foris, et in aurium summitate exterius, sive interius, et in labiis exterius, et manibus exterius, id est de foris, ut si quinque sensibus mentis et corporis aliqua macula inhaesit, medicina spiritali sanetur, et Domini misericordia impetretur" (ML* 78. 526 sq.).

Post novem unctiones cum singulis formulis, ponitur, sub titulo "Ubi plus imminet" (i.e. ubi vis doloris maior est), haec forma: "Ungo te de oleo sancto, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, obsecrans misericordiam ipsius unius Domini nostri Jesu Christi, ut fugatis omnibus doloribus vel incommoditatibus corporis tui, recuperetur vitae virtus et sanitas, quatenus per hujus operationem mysterii, et per hanc sacrati olei unctionem, atque nostram deprecationem, virtute sanctae Trinitatis medicatus, pristinam et magis robustam recipere merearis sanitatem. Per" *(ibid.* 528).

Subinde ponitur forma sacramentalis: "Inungo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, oleo sancto atque sacrato, ut virtute Spiritus sancti tribuat tibi haec sacra unctio sanitatem animae et corporis, in remissionem omnium peccatorum, et vitam aeternam" *(ibid.}.*

*Ordines variarum ecclesiarum, a Martene editi?* quorum quatuordecim priores sunt saec. 12 antiquiores, exhibent ritum administrationis Unctionis, cujus variae orationes et sacramentales formae extollunt ubertatem efficacitatis et effectuum hujus sacramenti. Cf. infra in art. 7 (p. 522 sqq.), ubi variae formae sacramentales referuntur.

*Sacramentarii Gregoriani* sectio de ritu unctionis infirmorum, supra relata (p. 140 sq.), pertinet ad hanc periodum (saec. 9-10), ut dictum est ibidem.

* *De antiquis Ecclesiae ritibus,* l. 1, pars 2, c. 7, a. 4 (Rotomagi 1700) 116 sqq.

*ORDO ROMANUS* (Ordo X, inter 15 ordines romanos editos a *Mabillonio'* et in Patrologia Migne relatos), certe antiquior saec. 13, probabiliter saec. 11/ post "Ordinem ad visitandum infirmum" refert ritum unctionis (simillimum illi qui observatur in hodierno *Rituali Romano,* t. 5, c. 2), quem totum transcribimus:

*"Ordo compendiosus et consequens ad ungendum infirmum.*

"Intincto namque pollice in oleo infirmorum, sacerdos in aegri corpore signum crucis faciat in septem, vel in aliquantis locis, ita dicens, ad caput: *In nomine* Ψ *Patris et Filii* 4* *et Spiritus sancti* 4* *exstinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, imo per invocationem omnium sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, atque omnium simul sanctorum.* Resp. *Arnen.* Alia Oratio. *Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid oculorum vitio deliquisti.* Resp. *Arnen.* Ad aures: *Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid aurium vitio deliquisti.* Resp. *Arnen.* Ad nares. *Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid narium vitio deliquisti.* Resp. *Amen.* Ad os: *Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid linguae, vel oris vitio deliquisti.* Resp. *Arnen.* Ad manus: *Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid tactus, vel incessus, aut lumborum seu carnis vitio deliquisti.*

"Post haec dicat sacerdos: *Respice, quaesumus, Domine famulum tuum infirmitate sui corporis fatiscentem, et animam refove quam creasti, ut, castigationibus emendatus, se sentiat tua medicina salvatum. Per.* Alia Oratio. *Domine sancte, Pater omnipotens aeterne, Deus, qui, benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus, facturam luam multiplici pietate custodis, ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum tuum ab aegritudine Uberatum, et sanitati donatum, dextra erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, ecclesiae tuae santisque tuis altaribus cum omni desiderata prosperitate restituas. Per.* Alia Oratio. *Dominus Jesus Christus apud te sit, ut te defendat; intra te sit, ut te reficiat; circa te sit, ut te conservet; ante te sit, ut*

*'Musci Italici tomus II complectens antiquos libros rituales sanctae romanac Ecclesiae, cum commentario praevio in Ordinem Romanum,* Lutetiae Parisiorum 16S9.

*'Mabillonius:* "Quo tempore scriptus sit hic liber, nullo certo constat indicio. Antiquior est sacculo tertio decimo, et ad undecimum videtur revocandus" *(ML* 78. 1007 sq.). Addit *Leclercq:* "Les raisons présentés pour faire dater cet *Ordo* de la fin du xii ou du début du xiii siècle, semblent peu convaincantes et n'ont pas entamé l'opinion de Mabillon qui parle du xi siècle (cf. Mabillon, *Mus. Ital.,* t. ii, p. 93; Talhofer, *Handbuch der Kath. Lit.,* édit. Ebncr, 1904, p. 48; I. Kosters, *Studien,* p. 44–46; "Ordines Romani," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 12. 2 (1936] 2432).

*te deducat; post te sit, ut te custodiat; super te sit, ut te bene* 4* *dicat, qui in Trinitate" {ML* 78. 1021 sq.).

*ORDO GRAECORUM,* editus a *J. Goar* (in suo Ευχολόγιου *sive Rituale Graecorum* [Parisiis 1647] 408-431 "Officium Sancti Olei"0), qui est anterior saec. 10 cuique in hac re conformantur alia ritualia Orientalium tam unitorum quam separatorum,10 sequentes inter alias refert orationes:

"Fiat, Domine, oleum hoc, oleum exsultationis, oleum sanctificationis, regium indumentum, virtutis thorax, omnis diabolici machinamenti depulsio, sigillum insidiis liberum, cordis gaudium, laetitia sempiterna: ut in hoc uncti, fiant regenerationis oleo adversariis tremendi, et in sanctorum splendoribus, effulgeant non habentes maculam aut rugam, et in aeternam requiem admittantur, et tandem supernae vocationis praemium percipiant. . .

"Pater sancte, animarum et corporum medice, qui Filium tuum unigenitum Dominum Nostrum Jesum Christum omnem morbum curantem, et ex morte nos liberantem misisti, sana quoque servum tuum N. a detinente illum corporis infirmitate, et vivifica illum per Christi tui gratiam. . ."

"Te poscimus Deus noster, ut misericordiam tuam super oleum hoc, et ex eo in tuo nomine unctos inducas; ut fiat illis in animae corporisque salutem, in curam et liberationem omnis doloris, omnis morbi, et infirmitatis; et denique omnis inquinamenti carnis et spiritus. Ita, Domine, medicam tuam virtutem emitte coelitus ut corpus attingat, febrem extingue, dolorem mitiga, et omnem latentem languorem. Fias medicus huic servo tuo: erige eum e dolorum lecto, ab infirmitatis strato. Salvum et incolumen illum Ecclesiae tuae largire, beneplacentem tibi, et voluntatem tuam exequentem."12

*COPTI* hanc habent orationem: "Dominator, Domine Jesu Christe . . . dimitte ei quae habet super se (peccata) ... et remitte ei praevaricationes suas, qua fecit voluntarie et involuntarie, sive per motus suos solus sive per alios alienos, sive in cogitatione sive in opere . . . tolle infirmitatem a corpore hujusce servi tui et sanctifica eum ... libera servum tuum hunc a consiliis omnibus et operibus omnibus diabolicis . . . suscita servum tuum hunc a morte peccati; da ei auxilium et

9 Cf. quae habet in p. 428 (quaeque citavimus supra in p. 45).

" Cf. H. Denzincer, *Ritus Orientalium, Copiorum, Syrorum et Armenorum,* 2 voll.. Wirceburgi 1862-1864; E. Schelstrate, *Acta orientalis ecclesiae contra Lutheri haeresim* (Romae 1739) I 202; Arcudivm, *De concordia Ecclesiae Orient, et Occid. in septem sacram, administr.,* l. 1, c. 2; Jacquemier, "L'Extrême Onction chez les Grecs," *Echos d'Orient,* 2 (oct. 1898-oct. 1899) 193-203.

11 Haec oratio est ipsa forma sacramentalis in constanti et antiquo usu apud omnes Orientales, de qua dicetur infra in art. 7 (p. 511 sq.).

Goar. Εὐχολόγω»' *sive Rituale Graecorum* (Parisiis 1647) 416, 417, 420.

adjutorium ut placeat tibi in vita sua omnibus diebus suis; et si praecepisti ut acciperes animam ejus c manibus angelorum, transfer eum in paradisum laetitiae."[11]

*SYRI JACOBITAE:* "Domine miserator et misericors . . . benedic servum tuum hunc, qui jam mersus est in mare peccatorum ac debitorum, et suscipe eum per praecipuam tuam in homines caritatem, et dimitte ei omnia peccata, quae admisit sermone, aut opere, aut cogitatione, et munda eum ab omnibus peccatis ejus, et esto cum eo, et protege eum ab omni diabolo maledicto et ab omnibus oppressoribus .. . et esto cum eo cunctis diebus vitae ejus.""

*ARMENI:* "Sanctifica hoc oleum ... ut expellat ab infirmo omnes ejus infirmitates, ut sit pro eo in remissionem peccatorum pro salute corporis et animae, pro communione cum Spiritu Sancto, pro haereditate coelorum."[15]

*In hac igitur tertia periodo* (saec. 8-12) innumera habentur hujus sacramenti testimonia (plus quam 50 recitavimus, quibus non pauca alia addi possunt); rariora tamen extant saec. 8, quod mirum videri non debet si attendantur tristes Ecclesiae conditiones in ea aetate.

Ad rem apte *NETZER:* "Nous avouons, cependant, que, pour le début du Ville siècle, les preuves, sans être rares, ne sont point fréquentes. Mais combien ce demi-siècle a-t-il produit d'oeuvres? La pénurie des documents généraux n'est-elle point l'explication naturelle du petit nombre de témoignages en faveur de l'Extrême-Onction? de plus il faut se rappeler l'état lamentable dans lequel l'Eglise franque se trouvait à cette époque. Car Boniface avant d'être un apôtre dut être le restaurateur des ruines sous lesquelles, depuis un siècle, la vie religieuse était étouffée.

"D'autres explications, historiques aussi, répondent à cette objection.

"La rapacité d'un certain nombre de prêtres qui exigeaient pour tout sendee religieux une rétribution souvent disproportionnée aux moyens des fidèles. devait en écarter beaucoup de la réception de ce sacrement dont la nécessité ne se faisait point sentir aussi impérieusement que celle du baptême ou de l'eucharistie. Dans presque tous les capitulaires soit impériaux soit épiscopaux nous trouvons des ordonnances relatives à l'exagération des rétributions imposées au sujet d'un service pastoral.

"La négligence, non seulement des prêtres à se rendre au chevet des malades, auxquels, comme nous l'avons vu. ils envoyaient même le viatique par des laïques ou des femmes, mais aussi celle de certains évêques à bénir l'huile sainte, le jeudi-saint, expliquerait aussi l'oubli relatif où serait tombé ce rite. Le concile d'Aix-la-Chapelle (836) surtout nous éclaire sur ce point: 'Unctio sancti olei, in quo salvatio infirmorum creditur, écrit-il, per omnes civitates ab episcopis non neglegatur, sicut nunc usque neglectum est.'[10]

"Plus loin, il excuse, dans une certaine mesure, les prêtres, dont la charge pastorale, très lourde ne leur permettrait souvent point de suffire aux exigences

[11] Denzingf.r, *op. cit.* II 489 sq.
[15] *Ibid.* 509 et 517.
[10] *Ibid.* 522.
[11] *Mon. Germ., Cone.,* t II, p. 710.

d'un ministère trop chargé. Il n'en constate pas moins que le service religieux est bien en souffrance dans nombre de paroisses.

"L'insouciance et la négligence des fidèles, souvent même leur superstition, le tenaient éloignés de ce sacrement, comme l'indique le concile de Pavic.

"Enfin la restriction de fait . . . qui réservait aux seuls clercs le bénéfice de ce sacrement, n'était point faite pour en répandre l'habitude dans le peuple.

"Ces arguments, dont la valeur est réelle, ne peuvent cependant avoir une véritable force que pour ceux qui trouveraient encore trop restreint le nombre des documents et des preuves, pour cette époque. Quant à nous, nous les jugeons amplement suffisants pour affirmer que, *historiquement,* l'Extrême-Onction, dès le Ville siècle, apparaît à tout homme impartial comme un rite sacramentel destiné à purifier l'âme et, s'il plaît à Dieu, à rendre la santé au corps."[17]

Maxima praeterea est tum *varietas* tum concordantia documentorum hujus periodi; sunt enim opera theologica, opera exegetica, Poenitentialia, Sacramentaria seu codices liturgici, Collectiones canonum. Capitularia dioecesana, Statuta Conciliorum. Inter *praecipua documenta* numerari debent: Beda (f 735), Codex Rhemensis (circa a. 800), Theodulphus Aurei, (t 821), Cone. Ticinense (a. 850), Ordo Romanus (saec. 11), Petrus Cluniacensis (t 1158), Pseudo-Petrus Damianus (saec. 12), Petrus Lombardus (t 1160).

In hac periodo exaratur a Beda *primus qui superest commentarius integrae epistolae lacobi.*

*Ritus* ipse sacramenti describitur per varias unctiones et orationes, una cum aliis sacramentis et sacramentalibus concomitantibus.

*Nomen* ipsum Extremae Unctionis apparet apud Prudentium Trecensem et uti theologica appellatio assumitur a Petro Lombardo, mox in communem usum transitura.

Effectus tum corporalis tum spiritualis sanitatis, signanter et multipliciter exhibetur.

*Sacramcntalis indoles* peculiariter inculcatur, tum adhibito nomine sacramenti (Beda, Amalarius, Prudentius Trecensis, Cone. Ticinense), etsi ea vox nondum habuerit strictam ac definitam significationem quam obtinuit post Petrum Lombardum, tum collata Extrema Unctione cum aliis sacramentis signanter cum Poenitentia et Eucharistia, sub eadem appellatione, sub eadem dignitate et sub eodem usu administrationis ad infirmos.

*CONCLUDENDO igitur, ac recapitulando quae de tribus periodis Traditionis dicta sunt,* sive in examine singulorum textuum sive in summario adjecto ad unamquamque periodum, divina institutio Extremae Unctionis necnon ejus sacramentalitas hoc Traditionis argumento solide probatur et ab adversariorum impugnationibus vindicatur.

*Divina institutio* exhibetur tum in explicito ac constanti recursu ad

[*] "L'Extrêmc-Onction aux VIII et IX siècles," *Revue du Clergé Français* 68 (1911) 205 sq.

textum Iacobi, qui, incoeptus ab Origene et Chrysostomo in prima periodo, increscit in secunda periodo post documentum Innocentii I (Possiditis, Cassianus, Hesychius, Cyrillus Alex., Victor Antiochenus. Mandakuni, Procopius Gazaeus, Caesarius Arei., Eligius) et communissimus evadit post Pedam in tertia periodo; tum in directis ac variis affirmationibus: Eusebius Caes.: "Mysticum chrisma nobis tradit evangelicus sermo"; Ambrosius: Potestas divina a Christo discipulis data; Isaac Antiochenus: "Oleum Apostolorum et martyrum"; Mandakuni: "Praeceptum Dei"; Beda. Amalarius, Strabo et Haymo: "Ab Apostolis hunc sanctae Ecclesiae morem esse traditum"; Pseudo-Augustinus, Agobardus et Amulo: "Secundum praeceptum evangelicum et apostolicum"; Ionas Aurei, et Cone. Aquisgranense: "Secundum traditionem apostolicam"; Rabanus Maurus: "Ex apostolica auctoritate"; Petrus Cluniacensis: "Apostolica suasione et imperio instituta," "Sacramentum quod a Spiritu Dei accipitur"; Bonizo, Hugo a S. Victore, Summa Sententiarum et Petrus Lombardus: "Hoc sacramentum ab Apostolis est institutum."

*Sacramentalitas* imprimis exhibetur directe in duobus elementis quibus definitio sacramenti coalescit, scilicet ritu sensibili, gratiae collativo. Quoad ritum, nullum est dubium sive de materia olei, sive de ipsa unctione, sive de concomitantibus formulis benedictionis et orationis; exhibentur praecipue in textibus liturgicis, et in tardiori aetate magis ac magis determinantur, ut amplius ostendetur in proprio loco (art. 3-8, ubi de materia et forma hujus sacramenti). Pariter de spirituali effectu unctionis, de quo esse potest major ambiguitas quoad documenta priorum saeculorum, dicetur infra (art. 10, in torn. 2, ubi de effectibus hujus sacramenti). Interim adverte ipsum signantissimum effectum remissionis peccatorum proponi in tribus praecipuis documentis primae periodi, scilicet Origene, Chrysostomo et Sacramentario Serapionis, et in non paucis testimoniis secundae periodi (Cassiano, Hesychio, Caesario, Cassiodoro, Eligio, Libro Ordinum, Missali Bobbiensi, Sacramentariis Gelasiano et Gregoriano), communissime vero in documentis tertiae periodi, seu inde a saec. 8. Ceterum, quotquot provocant ad textum Iacobi, talem effectum implicite proponunt.

Praeterea, sacramentalitas Extremae Unctionis signanter effertur in ipsa ejus comparatione et aggregatione cum aliis sacramentis, sive in eodem sermone ac logico contextu, sive sub eadem communi appellatione sacramenti, quae, utut fluctuanti ac incerto pede, jam inde ab initio saec. 5 (apud Innocentium I) coepit sub se colligere varios ritus proprie sacramentales eorumque indolem exprimere, donec saec. 12 omnino determinata ac technica evaserit.

In Didache deprehenditur quidam parallelismus inter Unctionem et Eucharistiam. Irenaeus unctionem exhibet inter Christiana mysteria quibus haeretici abutebantur, nominatim referens Baptismum. Apocryphum Evangelium Nicodemi, Tertullianus et Athanasius, in suo discursu Unctionem coniungunt cum Baptismo; Origenes cum Poenitentia; Eusebius Caes., Pseudo-Prosper, Caesarius et Eligius, cum Eucharistia; Aphraates, cum Baptismo, Ordine, Confirmatione et Poenitentia; Sacramentarium Serapionis, cum Baptismo, Confirmatione et Ordine; Ambrosius et Chrysostomus, cum Baptismo et Poenitentia; Cyrillus Alex, cum Baptismo et Confirmatione; Innocentius I cum "reliquis sacramentis" (alludens praecipue ad Poenitentiam et Eucharistiam). In tertia vero periodo (saec. 8-12) scriptores frequentissime simul citant sacramenta infirmis administranda, i.e. binomium "Unctio-Viaticum." vel trinomium "Unctio-Poenitentia-Viaticum" (Statuta Bonifacii, Egbertus, Capitularia Caroli M., Theodulphus, Vita S. Theodori Studitae, Pseudo-Augustinus, Prudentius Trecensis, Paschasius, Vita S. Adalhardi, Hincmarus, Herardus, Cone. Moguntinum, Cone. Ticinense, Sacramentarium Gregorianum, Regino, Ratherius, Petrus Cluniacensis). In ultima parte hujus periodi (i.e. circa medium saec. 12), ut dictum est in tractatu *De sacr. in genere* 516, conficitur septenarius catalogus sacramentorum, definitive elaboratus a Petro Lombardo, in quo Extrema Unctio quintum locum occupat.

Ad *ipsum nomen sacramenti* quod attinet, jam initio saec. 5 Innocentius I vocat Extremam Unctionem "genus sacramenti" et "unum . . . [de] reliquis sacramentis." Eodem saeculo Pseudo-Prosper loquitur de "sacramento farris et olei unctione." Saec. 8 Beda (Vita S. Cuthberti) non improbabiliter alludit ad Extremam Unctionem sub expressione "Acceptis sacramentis salutaribus." Statuta S. Sonnatii (ante saec. 9?) eam referunt sub capite et catalogo de "sacramentis" praecipiuntque pastoribus ut explicent populo "utilitatem et institutionem sacramenti." Prudentius Trecensis (saec. 9?) loquitur de "Eucharistiae et Unctionis Extremae sacramentis." Pseudo-Augustinus caput instituit "de sacramentis ab infirmo suscipiendis." Saec. 9 Amalarius loquitur de "oleo invisibili in sacramento" Extremae Unctionis, cujus praeterea sacramentalem seu symbolicam rationem explicat. In Vita S. Adalhardi dicitur eum, suscepta unctione, suscepisse "omnia tui [i.e. Domini] mysterii sacramenta." Cone. Ticinense vocat Extremam Unctionem "salutare sacramentum," loquens de hujus "sacramenti vi." Saec. 12, Pseudo-Petrus Damianus ait: "Duodecim sunt sacramenta. . . Tertium est unctio infirmorum. . . Sancti Patres hanc unctionem sacramentum esse sanxerunt." Goffridus Vindocensis, appellans textum Innocentii I, loquitur de "unctionis

sacramento." Bonizo "olei sacramentum" refert inter "sacramenta ab Apostolis instituta." Ivo Carnotensis ait: "Unctio infirmorum, publicae poenitentiae est sacramentum." Petrus Cluniacensis comparat Extremam Unctionem cum unctionibus baptismali, confirmatoria et sacerdotali, sub communi expressione "Sacramentum quod a Spiritu Dei accipitur" eamque subinde vocat "Unctionis sacramentum." Abaelardus scribit: "De sacramento unctionis videndum restat. . . Hoc sacramentum ultimum est omnium, et quasi consummatio. . . Quae sit efficacia hujus sacramenti. . ." Hugo a S. Victore in suo tractatu cui titulus De sacramentis, specialem partem (1. 2, pars 15) habet de "sacramento unctionis." Auctor Summae Sententiarum et Petrus Lombardus distinguunt etiam inter "sacramentum et rem sacramenti"; idem Lombardus in 1. 4. Sent., dist. 23 agit "De sacramento unctionis extremae," et in dist. 2, confecto septenario catalogo "sacramentorum novae legis," Extremam Unctionem refert quinto loco.

CONSENSUS ORIENTALIUM SEPARATORUM confirmat expositum argumentum antiquae Traditionis illudque vertit in firmissimum *argumentum praescriptionis*.^ Quod, enim tum Schismatici, ab Ecclesia separati saec. 9-11, tum haeretici Nestoriani ac Monophysitae jam inde a saec. 5 discessi, hoc sacramentum admittunt, ostendit eos hanc fidem ex ipsa communi Ecclesia matrice deduxisse secumque ab ea discedendo tulisse.

*NESTORIANI.*

Ecclesiam Syriacam tempore unionis habuisse sacramentum Extremae Unctionis constat ex testimoniis *Aphraates* (saec. 4), *Chrysostomi* (saec. 4), *Victoris Antiocheni* (saec. 5) et *Isaac Antiocheni* (365-460) supra relatis (p. 103, 104 sq., 126 sq.), quibus fortasse addi possunt incertae allusiones *Ephrem* (saec. 4; *Sermo* 46 contra haereticos[19] et *Carmen* 7320) et *Rabbulae,* episc. edesseni (412–435).[2]

Post separationem, apud Nestorianos nonnisi pauca indicia habentur hujus sacramenti. Praecipua allusio videri potest in can. 19 synodi a. 554 habitae sub *Joscpho patriarcha* (552-567): "Qui in hunc gravem morbum incidit [i.e. in peccatum superstitiosae incantationis et divinationis] debet, cum convertitur, sicut corporaliter aegrotus

" Cf. tractatum *De sacr. in genere* 520-522, ubi, agentes de numero sacramentorum, evolvimus hoc praescriptionis argumentum, quod in pluribus quaestionibus, signanter sacramcntalibus, eodem modo instaurari potest.

"CI. S. *Patris nostri Ephrem syri opera omnia* (Romae 1737-1746), *Opera Syriaca* H 541.

"Cf. G. Bickell, S. *Ephraemi syri carmina Nisibena* (Leipzig 1866) 223 sq.; cf. infra hic, p. 188.

51 Cf. Overbeck, S. *Epraemi Syri, Rabbulae. . . , opera selecta* (Oxford 1865) 210.

curari oleo orationis, quod presbyteri benedicunt."[22] Similis allusio legi potest in his verbis ritus ordinationis presbyterorum: "Ut ponant manus suas super infirmos et sanentur." Nulla alia praescriptio vel allusio invenitur sive in collectionibus canonum[23] sive in ritualibus.

Forte ut vestigium seu corruptio hujus sacramenti considerari potest quaedam olei mixtura quam aegrotis bibendam porrigunt. Ad rem *Jugie:* "Loco olei infirmorum, habent nunc quandam mixturam ex oleo, aqua et pulvere seu reliquiis sancti Thomae vel alicujus alterius sancti compositam, quam, postquam ritu benedictionis aquae consecraverint, aegrotis bibendam porrigunt ad corporis et animae medelam. Haec mixtura vocatur *Hanana,* id est gratia, vel *tarbutha* (talis sancti). Georgius Arbelensis jam distinguebat *cornu olei unctionis* seu vasculum oleum baptismi et confirmationis continens *a cornu gratiae sancti,* id est vas habens *hanana*.[24] Forsan, ut putat Denzinger, extrema unctio apud Nestorianos obsoleverit propter difficultatem administrandi hoc sacramentum, cum apud Orientales ritus ejus sit prolixior et septem sacerdotes requirat. Insuper, notandum est Nestorianos a ritibus sacris in domibus privatis peragendis abhorrere.[25]"[28]

*MONOPHYSITAE.*

"Existentia alicujus ritus sacri in Ecclesiis monophysiticis, nostro sacramento extremae unctionis respondentis, in dubium vocari non potest. Nomine *olei lampadis,* vel simpliciter *lampadis {Kandil,* apud Coptos) a Syris et Ægyptiis communiter designatur. Vocatur etiam *oleum orationis* (= Εὐχ«λαιον) vel *oleum infirmorum;* quo nomine olim Armeni illum nuncupabant. Appellatur autem *oleum lampadis* vel *lampas,* quia Copti et Syri, et olim etiam Armeni, oleum infirmorum benedicendum in lampadem infundunt, quae plerumque septiceps est, instar candelabri aurei veteris tabernaculi."[27]

In libris ritualibus Extrema Unctio recensetur inter septem sacramenta, ejusque ritus describitur (cf. v. g. rituale *Gabrielis V. patriarchae* Coptorum), cujus quandam orationem supra citavimus (p. 172).

Hujus sacramenti insignia testimonia sunt saec. 5 Vita S. *Mesrop*

[22] Apud Oskar Braun, *Das Buch der Synhados* (Wicn 1900) 159. Cf. Hefele-Leclercq, *Histoire des Conciles* III. 2 (Paris 1910) 1204.

[23] Cf. collectiones synodorum a. 576, 585, 605, 676, citatas apud Hefele-Leclercq, *ibid.* 1204—1214.

[24] "Asscmanus, *Bibl. or.,* t. Ill, 2a pars, p. 276, putat Georgium nomine *cornu gratiae sancti* intelligcrc oleum infirmorum, distinctum ab *Hanana* hodierno. Hoc tamen certum non est."

[25] "Denzinger, *Ritus Orientalium. . . ,* Wirceburgi, 1864, v. 1, p. 184.

[26] *Theologia dogmatica Christianorum Orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium,* V (Parisiis 1935) 322 sq.

[27] Jugie, *ibid.* 732.

et homilia *loannis Mandakuni* patriarchae Armenorum, quae supra (p. 127 et 135) citavimus inter documenta Traditionis eo quod nonnisi circa finem illius saeculi ecclesia armena coeperat definitive discedere ab ecclesia catholica.

*loannes Ozniensis* (vel Otznetzi) patriarcha Armenorum (717-728), in sua Oratione synodali distinguit tria olea sacra, catechumenorum nempe, confirmandorum et infirmorum, atque vetat ne unum pro alio adhibeatur in sacramentorum administratione, inquiens: "Verum, etsi Spiritus unus sit, idemque sit oleum Spiritus arrhabo, attamen, juxta multigenam nostram liberationem, multiplex etiam salutis nostrae mysterium mirabiliter peragitur; unde et loca quibus salvamur, et locorum nomina a se invicem secernuntur; deinde, oratio quoque et operatio non omne unius exhibet nobis salutis donum, neque omnibus unum, nec aequali ratione nobis proficiunt. Nam catechismi unctio invitativum prae se fert signaculum; lavacri autem unctio spirituali nos regeneratione adoptat; quae autem post baptismum est unctio in nos adoptionis Dei gratiam advocat. Praeterea, altare nos alit, haud vero gignit; lavacrum gignit, non alit; crux dimicat pro nobis adversus hostes, non gignit neque alit; in infirmitate vero sanitatis indigemus, non amplius alterius rei. Horum quidem et oratio et praeconium atque unctiones disjunctim pro unoquoque sacramento esse debent."[25] In can. 11 *Cone. Manazkertensis* a. 719 (juxta alios, Tovinensis a. 726). sub eodem patriarcha celebrati, prescribitur: "Aequum est ut infirmorum oleum sacerdos benedicat secundum orationem suam, idque prout suffecerit ad illius horae usum."[29]

*Sergius,* exegeta saec. 12, in suo Commentario in epistolas catholicas, similiter eadem olea commemorat: "Primum et magnum oleum dicimus oleum fontis baptismalis. . . Alterum est oleum unctionis catechumenorum ... et aliud oleum infirmorum."[30]

*Cone. Siscnse* a. 1243, can. 25, appellans ad constitutum patriarchae Ozniensis, conqueritur quod hoc sacramentum jam ab eo tempore apud suos obsolere coeperit: "Gens Francorum scripsit nobis: 'Quare non adimpletis praeceptum Fratris Domini, et non ungitis oleo benedicto infirmum morti proximum? Quod si obierit, unctio sepulturae erit ei; si autem vixerit, alleviabitur, et peccata remittentur ei'. Et scitis quoniam Oznensis Joannes, qui nos a caeteris nationibus segregavit, scripsit istam unctionem esse faciendam; sacerdotem tantum animadvertere, ut parum olei benedicat, ne quid superflui remaneat

**T. B. Aücher, *Domitii Johannis Ozniensis opera* (Venctiis 1S34) 23.

* *Ibid.* 63.

'Cf. *Acta synodi patriarchalis Armenorum catholicorum habitae Chalcedone anno 1890,* p. 63.

et maledictionem Dei et nostram incurrat, atque scandali occasionem praebeat."[31]

*Constantinus I patriarcha* in quadam encyclica a. 1246 iterum restaurationem usus hujus sacramenti praescripsit: "Sacramentum extremae unctionis infirmorum necessario administretur oleo benedicto a sacerdote, uti antiquitus ordinavit patriarcha Joannes Philosophus, Eliae patriarchae successor."[32]

*Cone. Sisense* a. 1342 eandem praescriptionem invocavit, agnoscens "observationem extremae unctionis communiter deficere in ecclesia Armenorum" *(Mansi* 25. 1241).

De facto tamen "hoc sacramentum jamdudum, id est saltem a saeculo XIV, apud Armenos dissidentes exolevit, quamvis eorum theologi illud inter sacramenta recensere pergant. Hujus desuetudinis causae plures assignantur. Prima fuit olei penuria in regionibus Armenorum; secunda, ritus administrationis prolixitas et implicatio; quippe qui septem presbyteros apud illos Orientales regulariter requirat. Tertiam refert Galanus, dicens Ecclesiam armenicam ideo ab hoc sacramento administrando cessasse, quod quidam, ut Vartanus, unctionem infirmorum cum sacramento poenitentiae confuderint [cf. supra, p. 46] ; unde fideles hac sola unctione contenti, confessionem auricularem desererint. Ad hunc abusum radicitus evellendum, Ecclesia unctionis infirmorum administrationem omnino prohibuerit. . .3i

"Tanquam vestigium extremae unctionis apud Armenos haberi potest illa benedictio butyri sive olei sesamei ab episcopo facta, feria quinta Majoris Hebdomadae, necnon unctio quam, post pedum lotionem, in pedibus fidelium praesentium hoc butyro benedicto perficit idem episcopus, nihil dicendo. Animadvertit quidem Galanus hanc unctionem non esse nisi quoddam sacramentale, ad excitandam populi devotionem adhibitum in memoriam unctionis illius, quam in Domino, hoc ipso die, perfecit Maria Magdalene; verum in ipsa formula benedictionis butyri haec verba in fine occurrunt: 'Quapropter et apostoli tui, a Spiritu Sancto edocti, hoc ipsum benedictionis unguentum suscipientes, omnibus fidelibus tradiderunt, ut scilicet idem Spiritus gratiarum per sacerdotale ministerium veniat, ac sanctificet illud in remedium omnium aegrotantium. . . Sanctifica, Domine, hoc butyrum, ut sit medicamentum omnium aegritudinum, et sanitatem

" A. Balgy, *Historia doctrinae catholicae inter Armenos unionisque eorum cum Ecclesia romana in concilio Florentino* (Viennae 1878) 300.

" *Acta synodi patriarchalis Armenorum catholicorum habitae Chalcedone a. 1890,* p. 63.

"'"Galanus, *op. cit. [Conciliatio Ecclesiae armento cum romana],* t. III, p. 632; cf. p. 638-639, ubi testimonium affert Gregorii Datheviensis, dicentis Ecclesiam armenam coactam fuisse hujus unctionis usum interdicere, ne populus a sacramento poenitentiae, quod est magis quam infirmorum unctio necessarium, se retraheret."

afferat animabus corporibusque illorum quibus applicatur.' | Certe haec verba ad ipsum sacramentum infirmorum alludunt; imo huic benedictionis unguento origo apostolica tribuitur.'"[5]

Ipsum *Concilium nationale Armenorum catholicorum* a. 1911 de extinctione et corruptione hujus sacramenti apud Armenos dissidentes conqueritur: 'Omnis huius sacramenti ratio ita obliterata est. ut nullum iam supersit vestigium. Quoniam vero schismatici sibi ac ceteris fucum fecere, dum tantam recepto in ecclesia sacramento illatam iniuriam eo se auferre existimarunt, quod unctionis infirmorum sacramentum ab ipsis omissum reparari crederent altera unctione, qua episcopi et sacerdotes vel laici non aegroti, sed vita functi illiniebantur: merito sane factum est, ut haec mortuorum unctio penitus apud nos tolleretur. . .

"Adest et altera apud Armenos schismaticos caeremonialis unctio, qua sacramentalis suppleta vel reparata perperam censeatur, atque hinc etiam extrema infirmorum unctio extincta fuerit. Nimirum feria quinta maioris hebdomadae butyro benedictione donato populi pedes inungi consueverunt, quo ritu infirmorum unctionis vices expleri populus temere sibi fingit: dum si formula precesque attendantur, quae supra butyrum conficiuntur, omnia eo referri videntur, ut Mariae Magdalenae Christi pedes unguento pretioso ungentis memoria recolatur et instauretur. Ad praecavendum ergo crassissimum errorem et removendam quamlibet scandali occasionem, prudenti sane consilio abrogata habetur apud nos suspecta eiusmodi consuetudo, nec permittimus ut unquam renovetur."[38]

*SCHISMATICI GRAECO-RUSSI,* ut jam animadvertimus supra (p. 46), fideliter asservarunt doctrinam de divina institutione hujus sacramenti.

Sive generice de septenario numero sacramentorum, sive specifice de Extrema Unctione, nunquam ab Orientalibus aliqua recriminatio aut dissensus motus est. Contra ipsorum Protestandum sollicitationes aut infiltrationes, ecclesia orientalis constanter fidem septem sacramentorum defendit, ut ostendimus in tractatu *De sacr. in genere* 518-520.

*Pseudo-Oecumenium* (saec. 9) et *Theophylactum* (saec. 11) retulimus supra (p. 157 et 159) inter doctores catholicos. Sunt tamen testes antiquae doctrinae ipsius ecclesiae orientalis eo fere tempore quo schisma a Photio (saec. 9) incoeptum, a Michaele Caerulario (medio saec. 11) consummabatur.

[5] Denzinger, *Ritus Orientalium,* II, 524-525.
[38] Jugie, *op. cit.* (supra, in p. 178) 732, 736 sq.
Tit. 3, cap. 8, n. 505-507, *Acta et decreta Concilii Nationalis Armenorum Romae habiti a. 1911* (Romae: Typis Polyglottis Vaticanis 1913) 251.

*Euthymius Zigabenus* (saec. 12), *Comm. in Mare.* (6. 13): "De unctione olei solus Marcus loquitur. Admonet autem et de hoc Jacobus in Epistola sua catholica, dicens: 'Aegrotat quis inter vos? asciscat seniores Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum in nomine Domini, et oratio fidei servabit laborantem, et eriget eum Dominus.' Verisimile est autem Dominum etiam docuisse apostolos. Erat autem oleum signum hilaritatis corporis et alacritatis animae" *(MG* 129. 807).

*Nicephorus II* patriarcha Constant. (1260-1261) signanter defendit veram doctrinam de Extrema Unctione, condemnans abusum ungendi mortuos (cf. infra, p. 189 sq.).

*Professio fidei Michaelis Palaeologi,* oblata Cone. Lugd. **II** a. 1274, enumerans septem sacramenta, habet: "Aliud [sacramentum est] extrema unctio, quae secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur" *(Denz.* 465).

*loannes Veccus* patriarcha in sua fidei professione, a. 1277 ad loannem XXI. R. P. missa, profitetur "Extremam Unctionem, sicut et alia sacramenta; quae apud nos ἱπταπάπαδον [i.e. ritus a septem presbyteris collatus] vocatur."[37]

*Simeon Thessalonicensis* metropolita (**t** 1429) in suo opere *Dialogus adversus omnes haereses,* post sermonem de ordinationibus, de poenitentia et de matrimonio, agit (cap. 283-286 et 291-292) de hujus sacramenti institutione, ministro, effectu et subjecto.

Praeter verba supra citata (p. 1), haec nota: "Quoniam cadere omnibus hominibus in vita accidat, jam dicendum est *de sancti olei sacramento* pro redemptione peccatorum nostraque sanatione et *divinae misericordiae largitione instituto.* Hoc autem a Salvatore apostolis traditum in ostensionem divinae miserationis et suavitatis, Ecclesia, quemadmodum *a Jacobo didicimus* qui frater Domini appellatur a Paulo, et frater Dei esse et propinquitate generis et imitatione operum dignus habitus est, primusque ad sequendum Christum vocatus est et summus fuit sacerdos, recte operatur. Nam si quis in infirmitatem corporis vel tantum animae ceciderit, convocantur ab eo Ecclesiae presbyteri; hi enim potestatem habent conferendi sacramenta, nequaquam vero diaconi. . . Et quidnam ex hoc eveniet? Vide quam sit maximum. 'Et oratio fidei, ait, salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus,' non homines, sed Dominus, quoniam gratiam Domini sanctificationis induerunt. Et quid amplius laborans inveniet? 'Et si peccata fecerit, remittentur ei.' *Videtisne virtutem hujus mysterii? et infirmitatem solvit, et jacentes aUeviat, et peccata dimittit"* *(MG* 155. 515 et 518).

[1] Apud A. Theiner et J Miklosicii, *Monumenta spectantia ad unionem Ecclesiarum* (Vindobonae 1872) 10.

*leremias II*, patriarcha constant, in suis *Responsis ad Tubingcnscs* (seu Lutheranos, Orientales ad se trahere conantes), signanter profitens fidem suae ecclesiae in septem sacramenta, haec peculiariter dicit de Extrema Unctione: "Sacrum quoque oleum inter sacramenta traditum est ut divinae misericordiae signum, quod redemptionis et sanctificationis causa homini se a delictis et peccatis convertenti impertitur. Ideo etiam remissionem affert peccatorum et ex infirmitatibus corporis erigit."[38]

*Libri symbolici seu rituales* hanc fidem concorditer testantur: *Concessio Dosithci,* c. 15; *Confessio Critopuli,* c. 13; *Confessio Petri Moghilae* (metropolitae Kijew, 1633-1646) in qua haec leguntur:

Pars 1, q. 90: "Aegrotis prima cura ea esse debet, ut quam citissime purgent conscientiam per confessionem et Sanctae Synaxis participes efficiantur, devote sumentes olei sancti unctionem."

Ibid., q. 117: "Q. Quodnam sit septimum sacramentum? — *R*. Consecratio olei, quod mysterium est ab ipso Christo constitutum, cum misisset binos discipulos suos: 'Ungebant oleo multos aegros et sanabant.' Postea Apostoli totaque Ecclesia habebant id in usu, quod apparet ex Epist. Iacobi Apostoli, cum dicat: 'Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus; et si in peccatis sit, remittentur ei.'"

Ibid., q. 118: "Q. Quidnam sit considerandum in hoc mysterio? — *R*. Primo advertendum est ut peragant ipsi sacerdotes et non alius, cum praeparatione debita. Secundo ut oleum sit purum abque ullo condimento; ut [a]eger sit orthodoxocatholicus et ut absolvat confessionem coram proprio confessario. Tertio advertendum est ut tempore unctionis legatur oratio illa in qua forma huius sacramenti exprimitur."

Ibid., q. 119: "Q. Quae commoda sunt huius mysterii? — *R*. Commoda quae proveniunt ex hoc mysterio Apostolus Iacobus expressit: remissionem peccatorum sive salutem animae, deinde corporis sanitatem, quamvis non semper corporis, animae vero remissio peccatorum semper fit in paenitente."

Pars 2, q. 45: "Persuadendum est ipsi [infirmo] ut confiteatur cum contritione et dolore cordis de commissis peccatis, et sacrosanctum viaticum Eucharistiae sumat, nec non oleo sancto ungi iuxta ritum Ecclesiae procuret; haec enim duo mysteria non modo saluti animae, sed et convalescentiae corporis multum conducunt."[40]

[37] Cf. tractatum *De sacr. in genere* 519 sq.

[38] E. ScHELSTRATE, *Acta orientalis ecclesiae contra Lutheri hacresint* (Romae 1739) I 202.

[39] A. Malvy et M. Vh.i.er, *La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila, Text latin inédit* ("Orientalia Christiana," n. 39, Romae 1927) 53, 69, 70, 90.

Ipsi *theologi"* concorditer asserunt divinam institutionem Extremae Unctionis, eam referentes in septenario catalogo sacramentorum (alii quinto loco, alii sexto, alii septimo ut in nuper citata Confessione Moghilae). Provocant tum ad Scripturam, seu textus sive Marci (cf. supra, p. 52) sive lacobi (cf. in p. 68 sq.), tum ad Traditionem praesertim saec. 5 et sqq. (signanter ad Origenem et Chrysostomum). De nominibus, quibus hoc sacramentum vocant, dictum est in Introductione tractatus (p. 2 sqq.).

## NOTA. DE UNCTIONIBUS NON SACRAMENTALIBUS.[42]

*Protestantes* ex unctionibus non sacramentalibus in usu in antiqua Ecclesia speciosum conficiunt argumentum contra doctrinam Ecclesiae de sacramento Extremae Unctionis. Hoc argumentum peculiari habilitate et copiosa eruditione evolvit et urget *F. W. Puller* per unum integrum caput sui operis *The Anointing of the Sick in Scripture and Tradition* (p. 148-198). In antiqua Ecclesia, inquit, unctiones infirmorum, quae quidem observabantur ex fine adimplendi consilium lacobi, fiebant indifferenter tam a presbyteris quam a laicis ad obtinendas miraculosas curationes; ex quo ostenditur, juxta mentem antiquae traditionis, unctionem infirmorum non esse ritum sacramentalem, ordinatum ad effectum spiritualem et remissionem peccatorum, sed ritum vel observantiam corporalis adiutorii et curationis, nec aliud Apostolum proposuisse.

Speciositatem obiectionis ostendit veritas talis observantiae, late diffusae in antiqua Ecclesia, praecipue apud Graecos. Quam invent breviter exponere, antequam respondeamus obiectioni. Triplex autem distingui potest huiusmodi observantiae genus, scilice *unctio in-*

° Cf. Spâcil, *op. cit.* (supra, in p. 63) 58-64.

" Chavasse, A., *Etude sur l'onction des infirmes dans l'Eglisc latine du Hi' au xi' siècle,* I: *Du iii* siècle à la réforme carolingienne* (Lyon 1942) 139-162.

Golubcev, A. [Schismaticus], "Dc liturgico aspectu sacramenti Benedictionis Olei [i.e. Extremae Unctionis]," *Supplementum ad editionem operum* 55. *Patrum* [russice] XLII (Mosquae 1888) 128 sq.

Jucie, M., *Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* III (Parisiis 1930) 489 sq.; V (Parisiis 1935) 735 sq.

Malvy, A., "Extrême Onction et imposition des mains," *Recherches de science religieuse* 8 (1917) 519-523; "L'Onction des malades dans les canons d'Hippolyte et les documents apparentés," *ibid. 9* (1919) 222-229.

Malvy, A. et Viller, M., *La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila. Texte latin inédit* (Paris 1921) 53, in nota; 69, in nota; 159 sq.

Puller, F. W. [Protestans], *The Anointing of the Sick in Scripture and Tradition* (London 1904) 148-198.

Ruch, C., "Extrême Onction du I au IX siècle," *Dictionnaire de théologie catholique* 5. 2 (1913) 1943-1945. 1960-1962, 1969 sq.

SpÂcil, Tu., *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione ("Orientalia Christiana,"* n. 74, Romae 1931) 89-92.

Tromdelli, J. Ch., *Tractatus de sacramentis, De Extrema Unctione,* diss. 10, q. 1, s. 1, c. 1-3 (Bononiae 1776-1778) III 1-20.

*firmorum, unctio dejunctorum* et *unctio paenitentium* seu spiritualiter infirmorum.

*UNCTIO INFIRMORUM non sacramentalis,* seu generalius privatus usus olei benedicti ad corporalem sanitatem a Deo impetrandam, dici potest quodammodo originis apostolicae eo senso quod connectatur cum charismate curationum Apostolis concesso et Ecclesiae promisso (1 *Cor.* 12. 9: "Alii [datur] gratia sanitatum"; *Mat.* 10. 1; *Marc.* 6. 7, 13; *Luc.* 9. 613) necnon cum potestate Ecclesiae condendi sacramentalia seu quaedam imitamenta sacramentorum eorumque efficacitatis. Hinc consuetudo, adhuc hodie observata, benedicendi easdem materias quae inserviunt sacramentis, nominatim aquam, panem et oleum, easque fidelibus tradendi in eorum usum extrasacramentalem, ad peculiares effectus tum spirituales tum corporales per viam impetrationis obtinendos a Deo, qui ipsis non raro sigillum miraculosae interventionis apposuit. Generatin'!, ut videtur, in priore saltem aetate, ipsae materiae que benedictae seu consecratae erant ad usum ipsum sacramentalem, tradebantur usui privato, quin distincta benedictione donarentur, ut hodie usitatur (cf. varias aquae, panis et olei benedictiones in Rituali Romano); ex quo quidem provenit ambiguitas quorundam antiquorum documentorum et praecipue narrationum de sacris unctionibus infirmorum. Inter varios praedictarum materiarum usus praecipuum locum in antiquitate videtur obtinuisse unctio infirmorum sicut hodie usus aquae benedictae.

Illius testimonia sunt:

Imprimis ipsa antiquiora *documenta liturgica* supra enumerata (p. 108-115), i.e. Traditio Apostolica. Didascalia Apost., Sacramentarium Serapionis, Constitutiones Apost., Testamentum D.N.J.C., quibus accedit Sacramentarium Gelasianum (cf. p. 137 sq.) et aliquatenus ipsum hodiernum Pontificale Romanum (cf. ibidem). In his refertur benedictio olei, adhibendi etiam in privato usu, nec tantum per unctionem sed etiam ac signanter per potationem (Traditio Apostolica: "Omnibus gustantibus," Sacram. Gelasianum: "Omni unguenti, gustanti, tangenti").

Praeterea ac praecipue *Vitae Sanctorum"* quae referunt talem privatum usum unctionis factum a presbyteris, vel monachis, vel

" Cf. tamen superius dicta (p. 51 sqq.) de sacramcntali insinuatione in *Mare.* 6. 13.

"Jam *Tertullianus* testatur usum unctionis ad obtinendam miraculosam sanitatem, referens exemplum Severi imperatoris qui a quodam christiano perunctus oleo, curatus fuit. *Ad Scapulani* 4: "Ipse etiam Severus pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam ct Proculum Christianum qui Torpacion cognominabatur, Euhodcac procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requisivit, et in palatio suo habuit usque ad mortem ejus: quem et Antoninus optime noverat lacte Christiano educatus" *(ML* 1. 781 sq.).

laicis super alios infirmos vel super seipsos, cui ordinarie coniungitur miraculosus Dei interventus: *Vita S. Pachomii,* c. 30 *{Acta SS.,* maii, t. 3, p. 308); *Vita S. Parthenii,* c. 2, n. 20 *{ibid.,* febr., t. 2, p. 41); *Palladius, Historia Lausiaca,* c. 13, 19, 20, 43 *{MG* 34. 1032, 1034, 1062, 1111); *Rufinus, Historia monachorum,* c. 1 *{ML* 21. 394); *Sulpitius Severus, Vita beati Martini Turonensis,* c. 16 *{ML* 20. 169); *Dialogi,* dial. 3. 2 *{ML* 20. 213); *Hieronymus, Vita S. Hilarionis hcrcmitac* 30, 32, 44 *{ML* 23. 44 sq., 47, 54); *Theodorctus, Religiosa Historia* 8 *{MG* 82. 1375); *Pseudo-Damascenus, De his qui in fide dormierunt* 18 *{MG* 95. 263); *Innocentius I, Epist. 25* ad Decentium (explicata supra in p. 116sqq.); *Vita S. Genovcfae* (passim).

*SULPICIUS SEVERUS, Vita beati Martini Turonensis,* c. 16: "Curationis vero tam potens in eo gratia erat, ut nullus fere ad eum aegrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem: quod vel ex consequenti liquebit exemplo: Treveris puella quaedam dira paralysis aegritudine tenebatur, ita ut jam per multum tempus nullo ad humanos usus corporis officio fungeretur; omni ex parte praemortua, vix tenui spiritu palpitabat. . . [Martinus] descendit ad domum puellae. Ingens turba pro foribus expectabat quidnam Dei servus esset facturus. Ac primum, quae erant illius familiaria in istiusmodi rebus arma, solo prostratus oravit; deinde aegram intuens dari sibi oleum postulat; quod cum benedixisset, in os puellae vim sancti liquoris infudit statimque vox reddita est. Tunc paulatim singula contactu eius coeperunt membra viviscere, donec firmatis gressibus, populo teste, surrexit" *{ML* 20. 169).

*TI1EODORETUS, Religiosa historia* 8: "Equus erat genere nobilis, et exercitatus, imperatori [Valenti] longe charissimus. Is morbo correptus moerore afficiebat imperatorem; morbus autem erat reddendae urinae difficultas. Huic curandae advocabantur qui artem illam callebant, et cum ars cederet, angebatur imperator, lugebatque equorum curator. Qui pius cum esset, ac firma fide praeditus, media luce cum equo ad magni Aphraatis [anachoretae] habitaculum se contulit, morboque exposito, et fide sua indicata, orabat ut malum oratione sua depelleret. Qui nihil cunctatus, sed ad preces statim conversus, aquam ex puteo hauriri, signoque salutaris crucis imposito, ad equum afferri jussit: quam praeter morem mox bibit. Deinde oleo invocatione divina benedicto equi alvum inunxit, manusque contactu morbus abiit evestigio, et urinae naturalis egestio secuta est. . .

"Mulier quaedam stirpe illustri, viro intemperanti juncta matrimonio, ad beatum virum venit, deplorans calamitatem suam. .Aiebat enim pellici addictum magicis quibusdam praestigiis fuisse incantatum, et odio habere se legitimo coniugio ipsi copulatam. . . Mulierem ergo ejulantem miseratus, praestigiarum vim precibus repressit, et allatum ab ea vasculum olei divina invocatione sanctificans, eo virum inungi jussit. Quod illa cum fecisset, viri amorem in se transtulit, eique persuasit ut illegitimo toro legitimum anteponeret" *{MG* 82. 1375).

*PSEUDO-DAMASCENUS* (eiusdem aevi ac ipse Damascenus), *Sermo de his qui in fide dormierunt* 18: "Quocirca, Patres et fratres, ne quis putet, omnia quae cum fide Deo offeruntur, non magno fenore rependi, illi et pro quibus offeruntur. \relut enim, qui unguento aliove sancto oleo aegrotum cupit ungere, primum ipse qui ungit, unctionem participat, tum qua delibutus unctione est aegroto impertit: sic quisque pro salute proximi navat operam, sibi ipsi primum, tum subinde proximo prodest. Neque enim iniustus est Deus, ut operis sui obliviscatur, quemadmodum divinus ait Apostolus" *{MG 95.* 263).

Γ/7'.l 5. *GENOVEFAE* virginis parisiensis, §46 et 52:4i "Adierunt eam tres viri, quorum matrone in domibus eorum clam a demonibus vexabantur, obsecrantes ul visitatione coniuges eorum ab obsendentibus se nequissimis spiritibus emundaret. Ad [lege: At] illa, ut erat benignissima, secuta est eos. Ingressaque uniuscuiusque domum, matrone eorum oratione et benedicto oleo unctione per eam a vexatione demonum sunt emundate. . .

"Egros iugiter oleo benedicto delibutos sospites reddebat. Factum est ut quemdam a demonio vexatum oleo vellet perungere. Cui cum secundum preceptionem sui ampulla, qua oleo benedicto habuerat, vacua fuisset allata, vehementissime sancta Dei famula Genuvefa turbata, quidnam ageret, aesitabat; nam pontifex, qui oleum benediceret, deerat. Interea solo recubans, opitolationem sibi de caelo ad absolvendum infirmum conferri precabatur. Mox ut ab oratione surrexit. in manibus eius ampulla oleo impleta est, et ita demum gemine in una ora virtutis, Christo coopérante, per eam apparuerunt, ut et ampulla, quae oleo benedicto habuerat, inter manus eius vacua impleretur, et ab ipso oleo inergumenus delibutus a vexatione demonum incolumis redderetur."40

Praecipue saec. 7 et sqq., in vitis sanctorum multiplicantur similita facta, relata a *Puller*l' quem sic apte compendiatur *Ruch:* "On nomme des évêques, saint Germain d'Auxerre, saint Germain de Paris, saint Césaire d'Arles; des prêtres, saint Laumer de Corbion, saint Marius, saint Auxence de Bithynie; des laïques, saint Siméon le Stylite, saint Eugende de Condat; des femmes, sainte Geneviève, sainte Monégonde, sainte Austreberte. D'ordinaire, la matière employée a été sanctifiée au préalable. Si le thaumaturge est un évêque, il bénit l'huile, mais l'opération est faite parfois par des laïques mêmes (Siméon le Stylite, Monégonde). Parfois il est fait usage d'une matière miraculeusement produite (sainte Geneviève), puisée dans une lampe d'église (qui brûle devant un saint tombeau ou des reliques); parfois enfin l'huile est consacrée par l'évêque du lieu. Elle est envoyée même a des païens. Elle sert contre la maladie proprement dite sans doute, mais aussi et plus encore peut-être contre les infirmités (paralysie, cécité) et au besoin contre la rage, la folie, les possessions diaboliques."‹s

*UNCTIO MORTUORUM* invaluit aliquando apud Monophysitas et Schismaticos Orientales, quorum aliqui videntur eam confudisse cum ipso sacramento Extremae Unctionis.

Eius origo videtur ascendere ad saec. 5 (etsi posterius, usque ad medium aevum, vix ulla inveniantur documenta), nam *Pseudo-*

"G. Kvrth ("Etude critique sur la vie de sainte Geneviève," *Revue d'histoire eedisiastique* 14 [19131 5-SO) probat contra B. Krvsch (editorem Vitae S. Genovcfae, in *Monumenta Germaniae Historica)* authenticitatem hujus vitae, exaratae circa a. 520.

*u Monumenta Germaniae Historica* (Hanover, 1877 sqq.), *Scriptores rerum merovingicarum, Passiones vitaeque sanctorum aevi merovingici* (ed. B Krusch et \V. Levison) III 234 et 236.

*Op cit.* (supra in p. 1S4) 122–188.

"'.lr/. *cit.* (supra in p. 184) 1960 sq.

*Dionysius Areop., De eccles. hier.* 7. 8, agens de ritu defunctorum, scribit: "Post salutationem vero pontifex defuncto oleum affundit. Memineris hic, ut in prima illa regeneratione sacra ante sanctum baptismum, post antiquarum vestium depositionem, ille qui initiatur, in prima sancti symboli participatione, sacri chrismatis oleo inungatur; et hic demum in fine omnium defuncto itidem oleum affunditur. Et tunc quidem olei inunctio baptizandum ad sacra certamina evocabat; nunc autem affusum oleum declarat, eum qui defunctus est iisdem sacris certaminibus exactis functum esse" *(MG* 3. 566). Ad hunc ritum forte referri potest etiam locus *Ephrem* in *Carminibus Nisibenis* 73'" ubi ait morientes signandos esse signo crucis ut possint triunphare de morte secunda, nam vox mytykun potest, iuxta diversam punctu· ationem, significare sive moribundos sive mortuos; attamen effectus, qui indicatur, suadet potius sensum "moribundi" et allusioneni ad sacramentum Extremae Unctionis (etsi ipsa unctio explicite non indicetur), ut putat Bickell.[50]

*Apud Armcnos* huiusmodi ritus deprehenditur saec. 14.[51] "Nam [eo tempore] . . . Armeni accusantur quod extremam unctionem non conferant, et quod presbyteros mortuos ungant in capite, in fronte et in manu dextera. Unde Patres synodi nationalis Sisensis, anno 1342 habitae, dicunt sibi in votis esse, ut praxis administrandi hoc sacramentum apud Armenos instauretur; unctionem vero sacerdotis mortui cum sacramento extremae unctionis non esse confundendam.[52] Revera ritus unctionis qui in sacerdotibus mortuis peragitur a sacramento infirmorum omnino differt; hujusmodi enim unctio non oleo infirmorum, sed chrismate fit.

"Idem ritus apud Syros Jacobitas occurrit, ut patet ex hoc canone a Barhebraeo relato: 'Si defunctus fuerit episcopus, aut sacerdos, aut diaconus, aut monachus, in templum deducant eum cum hymnis et luminaribus, et tria officia psalmorum perficiant super eum; et postea legant lectiones Veteris et Novi Testamenti et Evangelii. Et postea introducant eum ad altare, et circunferant ter, dicentes: *Mane in pace, altare sanctum. Mane in pace, ecclesia.* Et clerus universus: *In ecclesia, in qua ministravi, pax regnet in te.* — Postea orat sacerdos orationem quae super unguentum est, et projicit super pectus eius cruciformiter tribus vicibus dicens: *Ad quietem ex laboribus et ad*

"G. Bickell, 5. *Ephraenii Syri Carmina Nisibena* (Lipsiae 1866) 223 sq.

"'*Loc. cit*, ubi affert etiam alium similem textum ex *Sermone 46 Contra haereticos,* in quo certo agitur de visitatione et signatione infirmi cum probabili allusione ad sacramentum Extremae Unctionis (cf. supra, p. 177).

" In quibusdam Armenorum canonibus origo talis usus adseribitur *Macario Hierosolymitano* (saec. 4).

"Tournebue, *Histoire politique et religieuse de l'Arménie,* Paris. 1900, p. 363, 385; Mansi, *Concil.,* t. xxv, 1188 sq.

*liberationem ex afiliationibus, et ad suavitatem quae cum sanctis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti'*

*Gregorius Datheviensis* (seu Dathevatzi, 1340-1411), theologus armenus, qui audacioribus doctrinis non raro indulget, videtur talem ritum confundere cum ipso sacramento Extremae Unctionis, scribens: "Porro huius unctionis sacramentum perficimus supra defunctos sacerdotes. Ungimus enim illos quasi luctatores, ut cum pravis spiritibus hujus aëris viriliter decertare valeant, ac, dum eos ungimus, dicimus: 'Benedicatur, ungatur et sanctificetur manus, vel frons, aut vertex hujus sacerdotis per signum istius sanctae crucis, per hoc evangelium et hoc sanctum chrisma, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Arnen.' "M

*Apud Schismaticos Orientales* similis ritus paulo ante deprehenditur. Quidam, ut Goar55 et Golubcev theologus russusf,e auctorem eius faciunt *Nicolaum IIaghiothcodoritam,* métropolitain Athenarum saec. 12.

Certum est ritum extitisse saeculo sequenti cum explicite indicetur et damnetur, tanquam late diffusus abusus, *a Nicephoro II* patriarcha constant. (1260-1261), sequentibus notabilibus verbis, quibus veritas sacramenti Extremae Unctionis asseritur, inducto testimonio Iacobi: "Pravae nescio cui consuetudini et stoliditate plenae in multis locis adhaerent sacerdotes quidam, ut ab oculatis testibus audivi. Aiunt enim eos defunctis oleum sanctum admovere et corpus mortuum inungere. O perversa doctrina! oculi omnino non videntes! Sancta enim et oecumenica synodus prima hoc fieri edixit erga eos qui anima et corpore infirmantur, secundum Apostoli praeceptum: 'Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros ecclesiae et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit. remittentur ei.' Vides mandatum? Disce modum et irrationabiliter agere noli. Similiter et Pater noster, Arsenium dico Constantini egregiae urbis patriarcham, caeremoniam hanc per septem ministros fieri iussit etiamsi episcopi sint vel metropolitae; ideo preces ipse aliquando praestitit. . . Haec ... ad vivos spectant, non ad mortuos. Tu vero qui hoc facere praesumis, animi nescio qua insatiabilitate laboras. Dico igitur: Nemo hoc facere audebit; sin. ut transgressor praedictorum habebitur. Quod si mihi dicas, hoc ut opus pium erga mortuos fieri; apage! Ex eleemosynis enim et quae a Christianis fiunt mortuorum commemorationibus fruc-

Jugie, *op. cit.* (supra in p. 184) V 735 sq. Cf. *Concilium Armenorum catholicorum* a 1911, supra cit. in p. 181.

Apud Galanvm, *Conciliatio ecclesiae armenae cum romana* (Romae 1658) III 633.

"Ευχολόγιου *sive rituale Graecorum* (Parisiis 1647) p. 441 "De sancto mortuorum oleo, observatio."

'*Op. cit.* (supra in p. 184) 128.

tum spiritualem apud Deum animae percipiunt; tu autem corpus mortuum inungens et dicens: Commoretur Spiritus tuus in servo tuo ut reliquum tempus in mandatis tuis perseveret; et rursus: Leva eum ex doloris lecto et a stramento afflictionis; cum haec profers, quod agis non intelligis" *(MG* 140. 806 sq.).

Nihilominus talis usus perseveravit, ut constat ex sequentibus verbis *Simeonis Thessalonicensis* metropolitae (f 1429), qui illum explicare ac legitimare conatur, appellans auctoritatem Dionysii Areopagitae simulque explicite declarans illius distinctionem a sacramento Extremae Unctionis: "Verumtamen mortui quoque oleo unguntur quemadmodum divinus dixit Dionysius, in signum unctionis olei a principio in baptismo acceptae, et hujus ritus dat rationem, nempe quoniam ille qui in Christo occubuit et bene et fortiter certamen consummavit ad quod primum etiam unctus fuerat, nunc quoque oleo lenitur. Quod fit indicium Christi, et sigillum discedentium in Christo, in sanctificationem mortuorum corporum, eorum qui pro Christo pugnantes his in terris pie conversati sunt, et etiam in honorem ipsorum, quoniam secundum Christum vixerunt, cuius signum est sanctificatum unctionis oleum. Ideo etiam sacerrimis martyrum reliquiis sub altari divino velut in monumento suppositis sanctum ipsum infunditur unguentum loco istius olei. Perfectis enim infundi debet perfectissimum."[57]

Ad rem *Jugic:* "In quibusdam euchologiis saecul. xv et xvi necnon in editis Venetianis (1544, 1559, 1570), occurrit novus ac mirandus *ritus Euchaelei mortuorum* το *νεκρώσιμου* «Λάιον, a septem pariter presbyteris persolvendus 'ad cujuspiam defuncti animam piis precibus, canticis, epistolis, evangeliis, alterius vitae poenis acerbioribus sublevandam; qui ritus idem fere est [mutatis tamen precibus ac lectionibus sacrae Scripturae] ac ritus Euchaelei vivorum, nisi quod in defuncti sepulcro papyrus oleo tincta ab unoquoque sacerdote accenditur, qua, velut sacrificio, delictis ab omnibus anima promittitur expianda et quibuscunque poenis eximenda.'[58]

"Hujusmodi officium saltem a saeculo xiii repetendum esse exinde compertum est, quod Nicephorus II, patriarcha Constantinopolis (1260-1261), de eo tamquam damnando decretum edidit. Ex hoc vero decreto colligitur saeculo xiii το «ὐχ/λαιον *νεκρώσιμου* iisdem ad verbum constitisse precibus ac lectionibus, quibus Euchelaeum infirmorum, ita ut totum cum vero mortuorum statu mire pugnaverit. Postea vero, ordine *ακολουθία* eodem fere remanente, preces speciales concinnatae sunt lectionesque scripturales delectae, ad statum defunctorum fide-

" *Dialogus adversus onines hacrescs (Dc sacro ritu sancti Olei sive Euchaelei),* c. 286, *MG* 155. 519; cf. c. 287.

" Goar, *op. cit.* Uoc. *cit.* supra in p. 189].

Hum accommodatae.50 Hoc modo reformatum, Euchelaeum mortuorum speciem alicujus sacramentalis induit, de cuius opportunitate dubitandi remanet locus; periculum enim est ne pro vero sacramento a quibusdam habeatur. Simeon Thessalonicensis hujusmodi ritum non damnat, sed expresse docet eum non esse sacramentum. Caeterum, nostris diebus penitus obsolevit."00

*Spâcil circa originem hujus ritus* scribit: "Golubcev diligentius originem hujus ritus investigat et aliquas hypotheses probabiles proponit. Potuit sese hoc euchelaeum mortuorum evolvere ex usu apud orientales in monasteriis vigente et a Golubcev descripto, conficiendi scilicet s. euchelaeum in coemeteriis. Huic hypothesi faveret illud, quod de hoc ritu post Dmitrievsky scribit M. Jugie, scilicet eum initio omnino eundem fuisse sicut ritum olei infirmorum, deinde autem orationes et caeremonias ad statum defunctorum fidelium accommodatas fuisse. Sed aliam quoque explicationem proponit Golubcev: euchelaeum mortuorum scilicet sese evolvisse ex ritu in exsequiis adhibito. Corpora monachorum oleo ungendi vel oleum ipsis infundendi usus fuit communis tempore Symeonis Thessalonicensis; cuius usus fundamentum aliquod Golubcev censet esse jam in antiqua paganorum et ludaeorum consuetudine corpora mortua balsamo, aromatibus, oleo ungendi. Adducit autem Symeon huius ritus funebris apud christianos orientales adhibiti aliquas rationes symbolicas, quas Golubcev repetit et evolvit. Ceterum praxis haec euchelaei mortuorum temporibus nostris apud Orientales separatos penitus absolevit, et nonnisi reliquiae quaedam eius, teste Golubcev,"1 habentur in ritu exsequiali sacerdotum."6*

### *UNCTIO POENITENTIUM.*

Mos fuit in pluribus antiquis ecclesiis adhibendi ritum unctionis seu chrismatis, una cum manuum impositione, *in reconciliatione haereticorum* ut constat quoad ecclesias orientales ex Cone. Constantinopolitano I, quoad Galliam ex Cone. Arausicano et Arelatensi et quoad Hispaniam ex Libro Ordinum. In ecclesia vero romana, ut constat ex Gregorio M., sola manuum impositio sine ulla unctione adhibebatur. Attamen talis unctio alia omnino est ab unctione infirmorum, cum in ca adhiberetur aliud oleum, seu chrisma, et alia oratio vel forma, similis ei quae adhibebatur in Confirmatione; unde unica quaestio quae de hoc ritu fieri potest, est de eius distinctione, vel secus, a sacramento Confirmationis, quam quaestionem agitavimus in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 35S-362.

*Ci. Dmitrievskii, *Etichologia,* p. 336, 444, 659, S43-S44, etc.
' *Op. cit.* (supra in p. 1S4) III 4S9 sq.
"Golubcev, 129 [o/>. *cit.* supra in p. 1S4],
*Op. cit.* (supra in p. 184) 91 sq.

*Cone. Constantinopolitanum I* a. 381, can. 7: "Eos qui rectae fidei adiciuntur et parti eorum qui ex haereticis servantur recipimus secundum subiectam hic consequentiam et consuetudinem. Arianos ... et Macedonianos et Sabbatianos et Novatianos qui dicunt seipsos Catharos et Aristeros (hoc est mundos vel sinistros) et Tessaradecatitas, sive Tetraditas et Apollinaristas recipimus dantes quidem libellos et omnem haeresim anathematizantes quae non sentit ut sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia et signatos sive unctos primum sancto chrismate et frontem et oculos et nares et os et aures. Et eos signantes dicimus: Signaculum doni Spiritus Sancti" *(Cavcillera* 1033). Hic canon non est huius Concilii, sed interpolatus; confectus videtur medio saec. 5. Certe subinde relatus est sub forma legis in decisionibus (can. 5) Cone. Quinisexti seu Trullani II a. 692 (cf. *Harduin* 3. 1694) ac per saecula transmissus est in omnibus euchologiis.

*Cone. Arausicanum I* a. 441, can. 1: "Haereticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderant, si desit episcopus, a presbyteris cum chrismate et benedictione consignari placuit" *{Harduin* 1. 1783). Non agitur de Extrema Unctione sed de reconciliatione haereticorum in articulo mortis.

*Cone. Arclatense II* a. 443 vel 452, can. 17: "Bonosiacos [rebaptizare non oportet, sed | . . . cum chrismate et manus impositione in ecclesia recipi sufficit" *(Cavallera* 1036, in nota, ubi notatur hunc aliosque canones istius concilii haberi ut privatas compilationes ex veteribus canonibus).

Eandem Galliae consuetudinem testantur *Cone. Epaonense* a. 517, c. 16,03 *Gregorius Turonensisa'* et *Faustus Reiensis (De gratia,* l. 1, c. 15, *ML* 58. 807 sq.).

*Liber Ordinum,* antiquae liturgiae Mozarabicae, in "Oratione ad reconciliandum eum qui in heresi arriana baptizatus fuerit," post interrogationes circa fidem a sacerdote faciendas refert chrismationem et manuum impositionem: "Et ego te chrismo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, in remissionem omnium peccatorum, ut habeas vitam aeternam. Amen. Post haec imponit ei manum et dicit orationem confirmationis: Deus qui in fide tua. . ."05

*Gregorius M.,* Epist. 67, ad episcopos Hispaniae: "Ab antiqua Patrum institutione didicimus ut quilibet apud haeresim in Trinitatis nomine baptizatur, cum ad sanctam ecclesiam redeunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum

" Cf. *Afonunienta Germ., Concil.* I 23. '-fl·

M Cf. *Monumenta German., Script.* I 93, 96, 164, 230, 371.

° M. Férotin, *Le Liber Ordinum* ("Monumenta Ecclesiae Liturgica," ed. F. Cabrol et H. Leclercq, t. v, Paris 1904) 100 sq. Cf. ibidem formulas reconciliationis super alios haereticos et compara cum supracitato (p. 136) 'Ordine ad visitandum vel perunguendum infirmum."

matris Ecclesiae revocentur. Unde Arianos per impositionem manus Occidens, per unctionem vero sancti chrismatis ad ingressum sanctae Ecclesiae catholicae Oriens reformat" *(ML* 77. 1205 sq. cf. *Siricium, Ep.* ad Himerium, *Dcnz.* 88; *Innocentium I, Ep.* ad Victricium, *Denz.* 94; *Leonem /, Ep.* ad Neonem, *ML* 54. 1194). Quod Gregorius ait de Occidente, intelligendum est de praecipua parte Ecclesiae occidentalis, seu de Ecclesia Romana et de ecclesiis Italiae ac vicinarum provinciarum; nam, ut dictum est, in Gallia et in Hispania in usu erat chrismatio.

*Unctio ipsorum poenitentium* (seu spiritualiter infirmorum), et quidem cum ipso oleo ac caeremoniis et orationibus adhibitis in Extrema Unctione, est quaedam recentior praxis (inde a proximiori medio aevo) Armenorum et Schismaticorum, quae ceteroquin respicit quaestionem de legitimo subjecto potiusquam de existentia sacramenti, de qua agetur infra (art. 30, in torn. 2). Unde hic ad rem non facit, nec ullatenus infirmat vim argumenti Traditionis, tum quia non tangit doctrinam de existentia sacramenti, tum quia agitur de recentiori. nec ceteroquin communi, praxi dissidentium.

*Ex his igitur tribus unctionibus non sacramentalibus, infirmorum scilicet, mortuorum et poenitentium, nonnisi prima est ex qua deduci potest speciosa illa objectio quam contra existentiam sacramenti Extremae Unctionis urgent Protestantes.* Jamvero fallaciam hujus objectionis ostendit patens discrimen inter unctionem de qua agitur in textu lacobi et in documentis Traditionis, supra enumeratis, et obiectas privatas unctiones utut factas cum eodem oleo benedicto et forte cum iisdem fere formulis et orationibus, adhibitis ab ecclesiis in sacramento Extremae Unctionis.

Harum enim unctionum *effectus* est constanter aliquid mere corporale, non vero remissio peccatorum aliusve spiritualis effectus; nec ceteroquin agitur semper de curatione ab aliqua proprie dicta infirmitate, et quidem gravi ac periculosa, sed saepe est quaestio de paralysi, caecitate, phrenesi, diabolica possessione, morali passione. Similiter, *subjectum* non semper est homo christianus in periculo mortis, sed saepe agitur de paralytico, caeco, phrenetico, daemoniaco, passione obsesso, quandoque de pagano, quandoque de subjecto non humano (ita in Theodoreti narratione agitur de equo). Praeterea, *minister* non est necessario sacerdos, sed ordinarie ac indifferenter quilibet vir sanctus, ratione ipsius sanctitatis (adeoque anachoritae. monachi, sanctae feminae), qui ceteroquin non semper directe et per se applicat unctionem sed quandoque dicitur mittere oleum patienti ut a seipso vel familiaribus ungatur. Tandem ipse *ritus* saepe in pluribus differt, ut cum adhibetur peculiare oleum miraculose productum aut specialiter

asservatum ac ardens coram alicujus sancti reliquiis; vel cum benedicitur oleum a viro laico aut femina, aut in ipso loco et momento quo adhibetur; vel cum non agitur de proprie dicta unctione sed de mera applicatione olei, vario modo facta, puta per immissionem in os seu gustationem (cf. Sulpicium Severum et benedictiones liturgicas supra memoratas in p. 185).

Agitur ergo in praedictis unctionibus, narratis praecipue in Vitis Sanctorum, de usu alicuius sacramentalis in oleo benedicto, coexistente cum ipso Unctionis sacramento eiusque indolem quodammodo aemulante, sicut frequentabatur etiam usus sacramentalium aquae et panis, in aliquam imitationem sacramenti Baptismi et Eucharistiae. Ceterum, non diffitemur ipsam ritus similitudinem et signanter ipsam identitatem olei adhibiti tam pro sacramentali quam pro sacramento, ambiguitatem et obscuritatem inducere in quosdam doctorum textus vel narrationes, quas idcirco in argumento Traditionis non adduximus, vel ut probabiles aut ambiguas allusiones ad sacramentum notavimus.

Ipsa ceteroquin Ecclesia pedetemptim hujusmodi ambiguitatem abstulit, prohibens ipsum usum sacramentalis olei infirmorum in privatis unctionibus, ac ita clarius secernens sacramentale a sacramento. Jam *Cone. Arelatense* a. 813, can. 18, decernebat: "Ut presbyteri sub sigillo custodiant chrisma: et nulli sub praetextu medicinae, vel cujuslibet rei donare praesumant. Genus enim sacramenti est, et non ab aliis nisi a sacerdotibus contingi debet. Quod si fecerint, honore priventur" *(Harduin* 4. 1005 sq.). Capitula *Rodulphi Bituricensis* episc. (4 868): "Presbyteri autem chrisma sub sigillo custodiant, ut nulli sub praetextu medicinae vel alicujus maleficii dare praesumant. Si fecerint, honore priventur" *(ML* 119. 711). *Cone. Later.* IV a. 1215, can. 20: "Statuimus, ut in cunctis ecclesiis chrisma et Eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis conserventur: ne possit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Si vero is ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per ejus incuriam aliquid nefandum inde contigerit, graviori subjaceat ultioni" *(Harduin* 7. 35).

*Rituale Romanum,* t. 2, c. 1, n. 53, de sacris oleis Catechumenorum et Chrismatis, ait: "Caveat [sacerdos] ... ne de iis quidquam ulli unquam tribuat cujusvis rei praetextu," quod certe intelligitur etiam de oleo infirmorum, de quo in t. 5, c. 1, n. 3-5, etsi ibi id explicite non dicatur. *Benedictus XIV,* Constit. "Ex quo primum," 1 mart. 1756, reiciens sententiam *Antonii Quintanaducnas* S. J. (t 1651), scribit: "Quamvis Quintaduenas in Tract. 5 de extr. unet, asseruerit licere parochis mittere ad aegrotos aliosque petentes oleum sanctum

infirmorum, ad hoc ut eo in suis infirmitatibus se liniant; nihilominus si quis hoc facere attentaret, gravibus poenis a tribunali ecclesiastico plecteretur vel tamquam abutens sacramento Ecclesiae, vel tamquam suspectus non rectae fidei circa sacramentum extremae unctionis." Recentiora quoque concilia catholicorum *Orientalium* contra similes abusus decernunt. Ad rem *Ch. de Clercq:* "En Orient, des onctions avec l'huile sainte se faisaient également en faveur de personnes dont la maladie ne présentait pas d'extrême gravité ou même de tous les fidèles lors de la semaine sainte. Le concile maronite de 1736 insiste pour que dans le premier cas (et les conciles melkites de 1751, 1806, 1835, dans la seconde circonstance) Fonction ne se fasse pas avec la formule employée pour conférer le sacrement. Le synode arménien de 1689 supprime tout simplement ces usages et s'élève contre celui d'oindre les cadavres."[60]

Inanitas praeterea objectionis Protestandum confirmatur ex eo quod praedictae privatae unctiones observatae sunt non solum in prima ex supradictis periodis Traditionis, sed et in secunda et in tertia per totum medium aevum, quando, ut ipsi fatentur, jam agnoscebatur vel saltem efformabatur sacramentalitas Unctionis infirmorum, et adhuc hodie observatur in duplici sacramentali. proposito a *Rituali Romano* in "Benedictione olei" quod "fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis . . . [ipsique] ab omni languore omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur" et in "Benedictione olei in honorem S. Serapionis Mart." "ut quicunque . . . sint peruncti . . . corporis nanciscantur solamen, ac mentis medelam" (tit. 8, c. 19, et Appendix n. 49).

*Nec valet opponere* discrimen inter hodiernum sacramentale olei et praefatas antiquas unctiones, sive quoad oleum et benedictiones adhibitas sive quoad utendi frequentiam et momentum. Nam tale discrimen est de se accidentale et convenienter intelligitur, attentis aetatum ac morum conditionibus.

Ad rem *RUCH:* "On objectera que. de nos jours, cette formule n'est plus guère employée et que la matière ainsi bénite ne se confond pas avec l'huile des malades consacrée le jeudi saint. C'est vrai, mais ces différences sont toutes naturelles. Aujourd'hui, en raison des progrès de l'enseignement théologique, nous distinguons mieux qu'autrefois ce qui est sacrement de ce qui ne l'est pas. Depuis longtemps, dans les pays chrétiens, les paroisses sont régulièrement organisées et il est facile de recevoir d'un prêtre l'extrême onction. Dans les premiers siècles, il n'en était pas de même. Les chrétiens, ne pouvant pas toujours recevoir les secours du prêtre, avaient plus grand besoin et plus vif désir d'user des sacramentaux. Aussi les autorisait-on à se servir de l'huile même qui était employée pour le rite

[60] *Histoire des Conciles* (Hefelc-Leclercq), XI. 1: *Conciles des Orientaux Catholiques de 1575 à 1849* (Paris 1949) 439. Cf. ibidem varios canones praedictorum conciliorum.

ordinaire. Recevoir des mains d'un laïque ou s'appliquer à soi-même la matière de l'extrême onction, c'était autant que possible, c'était par le désir, recevoir l'extrême onction; c'était affirmer sa volonté d'appeler les prêtres de l'Église, selon le conseil de l'Apôtre Jacques; c'était en vertu de la charité parfaite dont l'acte pouvait être accompagné, mériter les grâces qu'aurait produites le rite accompli par le ministre du Christ. Et comme l'extrême onction sacramentelle n'est pas obligatoire, il ne faut pas s'étonner si. en certains lieux et à certaines époques, à Arles, par exemple, du temps du Saint Césaire. à la collation du rite par les presbytres, selon la recomandation apostolique, on a préféré, pour des raisons qui nous échappent, l'application privée de l'huile bénite."[07]

*Item non valet insistere* vix concipi posse tarn frequenter praedictas non sacramentales unctiones in Vitis Sanctorum memorari, si revera simul extitisset etiam sacramentalis unctio, quae utpote majoris longe dignitatis, debuisset potius ac frequentius celebrari. Nam imprimis Vitae Sanctorum non sunt unicum nec praecipuum monumentum Traditionis, sed cedunt explicitis operibus doctrinalibus, vel canonicis, vel liturgicis, in quibus fides et praxis Ecclesiae directe proponitur. Praeterea, in non paucis ipsis Sanctorum Vitis proponitur etiam ac signanter unctio sacramentalis, ut vidimus supra (p. 133-135), quibus accenseri probabiliter possunt et alia gesta in quibus, etsi proprius spiritualis sacramenti effectus taceatur, nullatenus tamen negatur sed potius supponi dici potest. Tandem non difficile intelligitur quare in Vitis Sanctorum ad eorum sanctitatem ex sigillo specialis interventus divini comprobandam, potius miraculosa vel extraordinaria eorum gesta quam communia facta et ordinaria sacramentorum administratio, utut secundum se digniora, enarrabantur ac hodiedum enarrari soleant.

Ad rem *RUCH:* "Doit-on conclure avec Puller, *loc. cit.,* qu'à cette époque Ponction est faite seulement pour rendre la santé et non pour délivrer du péché, accorder la grâce et préparer à la mort? D'abord, il faudrait que seuls ces faits extraordinaires fussent racontés: et nous allons constater que le souvenir d'autres onctions d'un caractère différent a été conservé. Même s'il n'en était pas ainsi, la conclusion de Puller ne s'imposerait pas. L'argument tiré du silence d'un écrivain ou d'une époque n'a de valeur que si ce mutisme peut s'expliquer uniquement par l'hypothèse proposée, dans l'espèce, par l'absence dans l'antiquité d'une extrême onction sacramentelle. Or, il est facile de comprendre pourquoi les applications miraculeuses d'huile ont été remarquées par les contemporains, racontées par les écrivains; pourquoi, au contraire, l'administration ordinaire du sacrement plus fréquente, dépourvue d'effets visibles et merveilleux, n'a pas été relatée. Un historien qui fait connaître Lourdes parlera de l'eau de la grotte. Il ne dira rien de l'eau baptismale ou de l'eau bénite qui sont employées dans cette ville. Le lecteur peut-il conclure qu'à Lourdes, l'eau ne sert qu'à un seul usage religieux, la recherche miraculeuse de la guérison? Or, précisément, toutes les relations auxquelles se réfère Puller sont empruntées à des hagiographes: ce n'est pas en affirmant que leur héros a remis les péchés que ces écrivains, à cette époque surtout, pouvaient démontrer la sainteté du personnage, la production de la grâce étant un effet intime et normal de tout sacrement conféré par n'importe qui. Hier comme aujourd'hui, pour canoniser quelqu'un, on exigeait de lui non qu'il fît ce que fait toute personne de sa condition, mais qu'il donnât ses preuves de thaumaturge.

[07] *Art. cit.* (supra in p. 184) 1969.

"Les onctions merveilleuses de saint Grégoire d'Auxerre, de saint Césaire d'Arles guérissaient: le biographe l'affirme et devait l'affirmer, mais elles pouvaient avoir d'autres effets, être semblables à notre sacrement: le biographe ne le dit pas, et n'avait pas à le dire, il ne le nie pas non plus, nous l'ignorerons toujours. Quant aux cures opérées par des laïques, sur des païens, sur des infirmes, des possédés, des fous, avec de l'huile produite miraculeusement, comme d'autres guérisons ont été faites avec de la salive, du sel, du pain, de l'eau ou même sans l'emploi d'aucun objet matériel, elles ne prouveront jamais que l'extrême onction primitive ne remettait pas les péchés, parce que ce ne sont pas des extrêmes onctions. Pour savoir s'il y a différence entre le rite tel qu'il était jadis et le rite tel qu'il est de nos jours, il faut comparer l'application d'huile bénite faite maintenant par un prêtre sur un malade chrétien à ce qui peut être considéré comme l'antécédent de l'usage actuel et non à des opérations tout à fait disparates."0*

Probatur 3. *EX RATIONE CONVENIENTIAE.*

Ut diximus cum S. Thoma in tractatu *De sacr. in genere* 528 sq., "sacramenta Ecclesiae ordinantur ad duo, scilicet ad *perficiendum hominem* in his quae pertinent ad cultum Dei secundum religionem christianae vitae, et etiam in *remedium contra dejectum peccati.* Utroque autem modo convenienter ponuntur septem sacramenta" (3 p., q. 65, a. 1), et convenientissime institutum est peculiare sacramentum pro infirmis.

Nam in sacramentorum institutione Sapientia divina praedictum duplicem finem prosequitur, accommodando actionem suam naturae humanae a se perficiendae et aemulando leges naturalis vitae a se conditae, ita ut sacramentale auxilium praebeat in his eisdem circumstantiis et his iisdem modis quibus homo naturaliter perficitur, adeoque per peculiares gratias perfectivas ac sanativas, quae sint congruae statui ac conditioni hominis perficiendi. Jamvero homo, in periculo mortis constitutus, in tali statu ac conditione invenitur ut indigeat peculiari perfectione ac remedio, ad quae ceteroquin alia sacramenta ordinata non sunt.

*Primo* enim, proxime moriturus inveniri solet in statu extremae debilitatis ac languoris quo corporales ac mentales vires aggravantur, dum funicula huius vitae resolvuntur ac figura praeterit huius mundi. Indiget ergo supernatural! quadam alleviatione roborari in momentoso hoc transitu ad aeternitatem, ne mortalis ipse languor, qui est stipendium peccati, vertatur quoque in spirituale animae detrimentum. Naturalium enim virium destitutio "est . . . quandoque impeditiva spiritualis salutis, prout ex infirmitate corporali impediuntur virtutes" (C. *Gent.* 4. 73).

*Secundo* momentum mortis non est merum aeternitatis vehiculum, sed ultimum quoque luctamen ex hac terrestri militia ad palmam vic-

" *Ibid.* 1961.

toriae supernae. Jamvero, "etsi 'adversarius noster' occasiones per omnem vitam 'quaerat' et captet, ut 'devorare' [1 Petr 5, 8] animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est. quo vehementius ille omnes suae versutiae nervos intendat ad perdendos nos penitus, et a fiducia etiam, si possit, divinae misericordiae deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitae perspicit" *(Cone. Trid.,* sess. 14, *Denz.* 907).

*Tertio,* si "stipendia peccati mors" *(Rom.* 16. 23), ipse quoque languor qui mortem inducit, inter sequelas peccati merito computatur, et praeterea "ex infirmitate animae, quae est peccatum, interdum infirmitas [directe] derivatur ad corpus, hoc divino iudicio dispensante." Cum ergo sacramenta sint medicina peccati, oportuit etiam contra hanc peccati sequelam remedium afferre ac ita pleniori sensu adimplere verba Apostoli ad Corinthios: "Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est" (1 *Cor.* 15. 54-56).

*Quarto,* liberatio animi ab infirmitate peccati, effecta per sacramentum Poenitentiae, non est perfecta animi curatio, cum, post ipsam ablationem maculae et culpae, adhuc remaneat quaedam debilitas voluntatis et spiritualis mentis hebetudo, tanquam vulnus naturae et reliquia peccati. Oportet igitur et huic defectui sacramentale remedium apponere, ut compleatur spiritualis hominis sanitas antequam per mortem sacramentorum ordo solvatur.

Nec ceteroquin praedictis defectibus ac necessitatibus per alia remedia convenienter occurri potest. Non quidem ex opere operantis, seu per virtutum exercitium, cum sub languore corporis desciscat promptitudo animi et jamjam finis immineat tempusque merendi claudatur; neque ex opere operato sacramentorum Eucharistiae et Poenitentiae, tum quia haec ad tale remedium non ordinantur tum quia non semper morientibus applicari possunt, ut maxime patet de sensibus destitutis quibus nonnisi attentata absolutio, sub incerta spe ac conditione, praebetur.

Ex quibus intelligitur quam mirabiliter per institutionem hujusmodi remedii ordo salutis claudatur et oeconomia sacramentalis perficiatur. Sicut enim ingrediens mundum, homo per Baptismum spirituali vitae generatur et militanti Ecclesiae committitur, ita, huic saeculo valedicens, per Extremam Unctionem in eadem vita oleo quodam exultationis perficitur ut in supernam Ecclesiam quae finem nescit introducatur, quasi per quoddam baptisma aeternitatis.

ART. 2. Utrum Christus Extremam Unctionem Immediate In-

stituerit, Non Secus Ac Cetera Sacramenta (3 p., q. 64, a. 3; a. 4, ad 1 et 3 [de sacr. in genere]; q. 72, a. 1, ad 1; In 4 *Sent.* dist. 7, q. 1, a. 1, q. 1, ad 1 [De Confirmatione]; *Suppi.,* q. 29, a. 3, i.e. In 4 *Sent.* dist. 23, q. 1, a. 1, q. 3, [De Extrema Unctione]; In 4 *Sent.,* dist. 2, q. 1, a. 4, q. 4, sol. et ad 1 [De Confirmatione, Extrema Unctione, aliisque sacramentis in communi]).[69]

## STATUS QUAESTIONIS


" Cf. nostrum tractatum *De sacramentis in genere,* art. 28, 29, 30.

Bernard, P., "Chrême (Saint)," *Dictionnaire de théologie catholique* 2. 2 (1905) 2399sq.; "Confirmation (chez les Scolastiques)," *ibid.* 3. 1 (1907) 1070-1072.

Bittremieux, L., "L'institution des sacrements d'après S. Bonaventure," *Etudes Franciscaines 35 (1923)* 129-152; "La doctrine de S. Bonaventure et le Concile de Trente," *ibid.* 225-240; "L'institution des sacrements d'après S. Bonaventure (suite)," *ibid.* 337-355; "L'institution des sacrements d'après Alexandre de Halés," *Ephemerides theologicae lovanienses* 9 (1932) 234-251.

Cavallera, F., "Le décret du Concile de Trente sur les sacrements en général," *Bulletin de littérature ecclésiastique.* 6 (1914) 407-417; "Le décret du Concile de Trente sur la Pénitence et l'Extrême Onction," *ibid.* 39 (1938) 3-29.

D'Ai-Ès, A., "Salva illorum substantia," *Ephemerides theologicae lovanienses* 1 (1924) 497-504.

De Baets, M., "Quelle question le Concile de Trente a entendu trancher touchant l'institution des sacrements par le Christ," *Revue thomiste* 14 (1906) 31-47.

Frutsaert, E., "S. Thomas et l'institution de la Confirmation," *Nouvelle revue théologique* (1929) 23 sqq.

Godefroy, L., "Extrême Onction (chez les Scolastiques; — D'après le Concile de Trente et les théologiens postérieurs)," *Dictionnaire de théologie catholique* 5. 2 (1913) 1988 sq., 1997-2005.

Guillaume, L., "De institutione sacramentorum et spcciatim confirmationis juxta Alexandrum Halcnscm O.F.M.," *Antonianum 2* (1927) 437-468.

Hugueny, E., "L'institution des sacrements," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* 8 (1914) 236-254. Idem articulus editus est etiam in subsequent! opere *Critique et Catholique* II. 2 (Paris 1924) 135-175.

Humilis a Genua, "Influxus Patrum et theologorum in doctrinam S. Bonaventurae de institutione sacramenti Extremae Unctionis a sacculo VI usque ad sacculum XIII," *Collectanea Franciscana* 8 (1938) 325-354.

Kocn, W., "Die Anfange der Firmung im Lichte der Trienter Konzilsverhandlungen," *Theologische Quartalschrift* 94 (1912) 428–452.

Lennerz, H., "Salva illorum substantia," *Gregorianum* 3 (1932) 358-419, 524-557; *De sacramentis novae legis in genere* (cd. 2, Romae 1939) 271-290.

Mangenot, E., "Confirmation (d'apres le Concile de Trente)," *Dictionnaire de théologie catholique* 3. 1 (1907) 1092 sq.

Mannucci, U., "Su le recenti teorie circa l'evoluzionc storica dei sacramenti," *Rivista storico-critica délie. scienze teologichc,* a. 1906-1908.

Michel, A., *Les décrets du Concile de Trente,* in *Histoire des Conciles* (Hefelc-Lcdercq) X. 1 (Paris 1938) 196-199, 309-311, 373-376, 382 sqq.; "Sacrements," *Dictionnaire de théologie catholique* 14. 1 (1939) 564-567.

Pourrai-, P., *La théologie sacramentaire, Etude de théologie positive* (2me éd., Paris 1907) 74 sq., 268-314.

Scholz, F., *Die lehre von der einsetzung der sakramente nach Alexander von Haies,* Breslau 1940.

Umrerg, J. B., "Zur Gcwalt der kirchc über die Sakramente," *Der Katholik 2* (1915) 25-40; "Die Bcdcutung des tridentinischcn 'salva illorum substantia,'" *Zeitschrift für katholischc Théologie* 48 (1924) 161-195.

Vacant, A., "Alexandre de Halès," *Dictionnaire de théologie catholique* 1. 1 (1903) 782.

Van den Eynde, D., "De modo institutionis sacramentorum," *Antonianum 27* (1952) 3-10.

Van der Heeren, A., recenset praefatum opus Pourrat in *Revue d'histoire ecclésiastique* 8 (1907) 797-803.

Quaestioni de divina institutione hujus sacramenti logice succedit quaestio *DE MODO INSTITUTIONIS*.

Etsi in tractatu *De sacramentis in genere* per tres distinctos articulos (art. 28, 29, 30) sufficienter statuerimus proprie dictam, immediatam et specificam Christi institutionem quoad omnia sacramenta, secunda tamen quaestio *de immediata institutione* ipsius Extremae Unctionis amplius hic videtur exigere complementum, praecipue sub aspectu positivo, cum de ea magis ambigi potuerit non solum a Protestantibus et Modernistis eo fine ut simpliciter ipsam divinam originem hujus sacramenti denegarent (cf. in art. praec., p. 32-45), sed etiam a quibusdam theologis catholicis, quorum aliqui (Pseudo-Halensis, Bonaventura et inter modernos Pourrai) docuerunt quandam mediatam vel potius improprie dictam institutionem hujus sacramenti per Christum, alii vero (De Baets, Bittremieux, Michel) recenter asseruerunt hanc opinionem nullo modo opponi doctrinae Ecclesiae et adhuc libere sustineri posse. Cum autem hi doctores etiam *sacramentum Confirmationis cum Extrema Unctione* intime coniunxerint in suis opinionibus, consulto hanc quaestionem in tractatu de illo sacramento fere praetermisimus,[70] ut in praesenti loco ad modum unius cum Extrema Unctione compleretur.

Quoad ulteriorem vero quaestionem *de specifica institutione,* sufficienter sermo erit infra, ad calcem quaestionum de materia et forma hujus sacramenti (art. 9), ad complementum dictorum in tractatu *De sacramentis in genere.* Ceterum ad praesentis argumenti rectam intellectionem, recolenda est trina distinctio, jam explicata in eodem tractatu (p. 387 sq.), inter institutionem improprie dictam et proprie dictam, mediatam et immediatam, genericam et specificam.

*Improprie dicta nempe institutio* importat solam collationem potestatis hominibus, qua ipsi possint pro suo arbitrio instituere sacramenta (utut ex ipsius Christi meritis efficacia), ita ut sive essentia sive existentia alicujus sacramenti ab homine tantum dependeat, dum *institutio proprie dicta* importat quod Christus ipse voluerit ac decreverit saltem existentiam sacramenti necnon aliquid de eius essentia, saltem nempe sub generalissima ratione sacramentalitatis (Decerno ut sit in Ecclesia aliquod signum collativum alicujus gratiae, vos vero, homines, eligetis quale signum esse debeat et cujusnam gratiae). Si Christus hoc tantummodo decrevit, relinquens nempe Ecclesiae electionem ipsius essentiae hujus vel illius particularis sacramenti, habetur *institutio mediata,* nam revera quod hoc sacramentum, puta Extremae Unctionis, existât in Ecclesia et quod ipsum sit generice sacramentum, est a Christo, quod vero ipsum sit hoc determinatum sacramentum, est

[70] Ci. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 276.

ab Ecclesia, et hoc sensu simpliciter loquendo ipsum est a Christo mediante Ecclesia. Si vero ipsam essentiam talis sacramenti, ut tale est, ipse Christus elegit habetur *institutio immediata.* Quae quidem est tantum *generica,* si Christus eam essentiam, aut metaphysice consideratam (seu quoad qualitatem gratiae conferendae), aut physice (seu quoad materiam et formam signi sensibilis), aut utroque modo, nonnisi magis vel minus generico modo determinaverit,[71] est vero *specifica* si Christus eam, tum metaphysice tum physice consideratam, plene et totaliter determinaverit, qualiter requiritur ad hoc ut sacramentum sit et operetur.

Contingit autem auctores, non modo antiquiores, sed et moderniores, apud quos istae distinctiones invexerunt, paulo fluctuanter, nec sibi consistenter earum membra intelligere,[72] ita ut v.g. institutio mediata saepe vocetur ea quam diximus improprie dictam vel etiam genericam; nam revera in supradictis tribus casibus institutionis, quam vocavimus improprie dictam, mediatam et genericam, quaedam mediatio observatur, mediatio nempe hominis inter Christum et institutum sacramentum. Hinc non raro accidunt confusiones, tum in resolvenda praesenti quaestione, tum in exponenda sententia praedictorum antiquorum (Pseudo-Halensis et Bonaventurae), tum in explicanda vi definitionis Tridentinae, tum in judicando de convenientia vel discrepantia inter illam sententiam et hanc definitionem.

Unde apte notat *Van der Hecren:* "Il semble bien qu'on gagnerait beaucoup dans l'étude de la question, en faisant, autant que possible, abstraction de la terminologie employée aux différentes époques. Il est évident également — il suffit pour cela de parcourir les différents auteurs — que l'acception de ces termes [institution médiate ou immédiate] est généralement vague et imprécise, et n'est pas toujours la même chez les différents auteurs. Et c'est là, disons-le en passant, un écueil et une cause de confusion difficile à éviter pour qui veut faire la synthèse d'une pareille question."[73]

Quamvis igitur praedictorum terminorum (institutionis nempe mediatae et immediatae) pressiorem ac magis logicum sensum assignaverimus, ut tamen vitetur aequivocationis occasio et a quaestione verborum abstrahatur, consultius erit, pro solutione saltem praesentis quaestionis, *institutionem immediatam* hic accipere ac definire in sequenti preciso ac integro sensu, quod nempe ipse Christus, *dum*

[71] De facto tamen theologi institutionem genericam ad hunc sensum limitant, quod nempe Christus determinavit quidem specifice essentiam metaphysicam sacramenti (i.e. ut sit signum practicum talis gratiae), non tamen, saltem totaliter, essentiam physicam (i.e. ut componatur tali materia et forma).

[72] Cf. inter alios, *Franzelin, Pesch, De Paets, Pourrat, Otten, Larnieol, Lennen.*

[73] In sua recensione operis Pourrat *(La théologie sacramentaire),* in *Revue d'histoire ecclésiastique* 8 (1907) 801.

*adhuc in terris versaretur, decrevit et manifestavit ut sit in Ecclesia sacramentum Extremae Unctionis* (idem proportionaliter dic de *Confirmatione* aliisque sacramentis) secundum suam essentiam tum metaphysicam tum physicam, saltem generico modo, ab ipso assignatam, seu secundum quod est aliquod signum sensibile, compositum ex aliqua olei unctione et aliqua oratione atque ordinatum ad conferendam aliquam specialem gratiam, infirmorum adjutricem. Et consequenter *mediata institutio,* quam excludimus, intelligenda est in hoc distincto sensu quod vel Christus tantum *dedit Apostolis aut Ecclesiae potestatem instituendi sacramenta,* nihil decernendo sive de existentia sive de essentia hujus determinati sacramenti Extremae Unctionis, ita ut ipsi Apostoli vel eorum successores, suo arbitrio utentes, illud introduxerint, congruenter ceteroquin cum generalibus Christi ideis ac desideriis circa adjutorium et salutem animarum, etiam sacramentaliter obtinendam, et sub communi ac indefectibili assistentia Spiritus S.; vel ipse Christus sive ut homo sive tantum ut Deus (Spiritus S.), *post Ascensionem suam per se ipsum* decrevit existentiam et essentiam hujus sacramenti idque *mediantibus Apostolis vel Ecclesia promulgavit,* seu revelando manifestavit.

Ex quo patet hic institutionem mediatam, pro hujus quaestionis utilitate, nos accipere largiori quodam sensu, scilicet tum pro institutione quam diximus improprie dictam, tum pro institutione quam vocavimus mediatam, tum etiam pro ea immediata (imo, si placet, etiam specifica), institutione quae facta fuerit a Christo post suam Ascensionem quaeque fuerit mediantibus Apostolis communicata. Vix autem invenies theologos qui quaestionem hoc claro et praeciso modo proponant ac discutiant (etiam inter fraquentissimos illos qui nobis in infra probanda conclusione de immediata institutione consentiunt); praecisius inter alios quaestionem ponunt *De Baets'* et Otten.*™

## PARS NEGATIVA et PARS AFFIRMATIVA

Quidam doctores inducunt hic etiam Modernistas utpote qui, juxta encyclicam "Pascendi," docent "Ecclesiam et sacramenta mediate a Christo fuisse instituta"; sed quia haec mediata institutio, prout ab ipsis intelligitur, nequidem improprie dicta institutio dici potest, sed est mera palliata negatio omnis verae Christi institutionis, placuit cos remittere in proprium locum, inter negatores nempe sacramenti a Christo instituti, de quibus in articulo praecedenti (p. 39–43), ac praesentem discussionem reservare theologorum disputationibus, fun-

'"'Quelle question le Concile de Trente a entendu trancher touchant l'institution des sacrements par le Christ," *Revue Thomiste* 14 (1906) 33 sq.

'· *Institutiones dogmaticae* V (Chicago 1923) 177 sq.

datis in catholica doctrina de vera institutione hujus sacramenti per Christum.

Communissima igitur istorum sententia, saltem indirecte confirmata ac roborata a Cone. Trid., docet immediatam Christi institutionem omnium sacramentorum, et in particulari Extremae Unctionis, in sensu modo explicato, ita ut hodie nullus doctor ab hac sententia, saltem verbis, discedere audeat. Triplex tamen observatur partialis dissensus: unus antiquorum, duplex modernorum. Primo enim, pauci doctores mediaevales, ut *Pseudo-Alexander Ilalcnsis* (cf. infra, p. 222) *et Bonaventura,* docuerunt quendam modum institutionis Extremae Unctionis (necnon Confirmationis) qui, quomodolibet intelligatur, ad mediatam tantum institutionem reduci debet; secundo, inter modernos *Pourrai* novam viam ingressus est, adducens quendam modum immediatae quidem sed tantum implicitae institutionis, qui tamen, ut possit sub catholicis conceptibus judicari, ad sententiam mediatae cujusdam institutionis reduci debet; tertio, quidam moderniores, signanter *De Baets* et *Bittremieux,* etsi hanc sententiam non admittant, totis tamen viribus contendunt eam nullo modo a Tridentina definitione feriri et adhuc posse ut liberam opinionem sustineri.

Primam et secundam opinionem continuo exponemus, diutius, ut par est, immoralités in explicatione celebris, ac recenter satis iterum discussae, sententiae Halensis et Bonaventurae, in qua occurret etiam sermo de tertio dissensu praedictorum modernorum. *Ob rationes autem injra indicandas* (p. 222), *Halcnsem vocabimus auctorem libri IV Summae Theologicae ipsi Alexandri Ilalcnsi hucusque a theologicis tribute.*

## SENTENTIA HALENSIS ET BONAVENTURAE.[70]

Saeculo XIII, proposita explicite ac signate a theologis quaestione de divina institutione sacramentorum, tum in genere tum peculiariter relate ad duo sacramenta Extremae Unctionis et Confirmationis, aliqui doctores,[77] ut *Halensis* et *Bonaventura*™ distinguentes inter institutionem immediatam et mediatam (etsi non his specificis verbis nec necessario secundum varios conceptus qui his verbis a modernis tluctuanter affiguntur), docuerunt (saltem ut probabilius) Christum institu-isse illa duo sacramenta[71] tantummodo mediate, seu "per apostolos"

[70]Cf. varios auctores citatos initio articuli, p. 199.

[71]Ipse Bonavcntura ad cos pluraliter alludit in quaestione de Extrema Unctione: "Alii dicunt" (In 4 *Seni.,* dist. 23, a. 1, q. 2).

[72]Solent eis accensori etiam praecipui doctores saeculi praecedentis, signanter *Hugo a S. Victore et Petrus Lombardus,* minus tamen probabiliter, ut ostendetur infra (p. 264-275).

[73]Praeterea institutionem quandam mediatam admittunt tum quoad confessionem (non tamen quoad ipsum sacramentum Poenitentiae, aut clavium potestatem), dicentes Christum instituisse immediate potestatem clavium, apostolos subinde instituisse

(Extremam Unctionem) vel "rectores Ecclesiae" (Confirmationem), post Ascensionem, ita ut possit vere dici apostolos vel rectores Ecclesiae ea instituisse, cetera vero immediate seu "per seipsum."

Ad *Extremam Unctionem* quod attinet, conveniunt duo illi doctores in dicendo quod ipsa fuerit a Spiritu S. per apostolos instituta, per lacobum promulgata (Bonaventura: "Spiritus S. per apostolos hoc sacramentum instituit"; "Alibi non habemus mandatum de hoc sacramento nisi lacobi 5, 14: ergo videtur ibi institutum fuisse"; In 4 *Seni.,* dist. 23, a. 1, q. 2, corp, et Sed contra). Quoad *Confirmationem* iterum conveniunt in dicendo quod fuerit instituta sub instinctu Spiritus S. non per apostolos sed, post eorum mortem (Halensis et Bonav.: "Postquam Apostoli defecerunt") ab ipsa Ecclesia (Bonaventura: "Ab ipsis Ecclesiae rectoribus," "A successoribus institutis," "Ab episcopis"; Halensis: "In Concilio Meldensi"); sed *Bonaventura* omittit specificationem temporis, forte intendens institutionem referre ad tempus immediate sequens mortem Apostolorum, *Halensis* vero explicite specificat tempus dicens Confirmationem fuisse institutam a praelatis "in Concilio Meldensi" (a. 845). Aliud discrimen est quod Bonaventura postquam haec docuerat in praecipuo suo opere theologico, Commentario super Sententias (exarato inter 1245 et 1256), in minori opusculo "Breviloquium" (scripto certe ante 1257) modum saltem loquendi ita mutavit ut quibusdam visus sit reformare ipsam suam opinionem et accedere ad contrariam sententiam Alberti Magni et S. Thomae.

Rationes autem sententiae utriusque doctoris franciscani, quas aptius exponit ac complet ipse Bonaventura (In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 2; cf. dist. 7, a. 1, q. 1 et 2), ad tres reduci possunt:

*Ratio auctoritatis.*

Magister Sententiarum explicite docet Extremam Unctionem fuisse ab Apostolis institutam.

*Ratio exegetico-thcologica.*

Quae Christus per seipsum instituit, continentur omnia in evangelio, praecipue si agatur de legibus seu statutis Christi potiusquam de meris factis vitae Christi, et quidam de legibus fundamentalibus ex quibus salus animarum dependet; improbabile enim est omnes simul evangelistas unam vel alteram ex his legibus sub silentio praeteriisse.

confessionem ex potestate sibi data in ipsa potestate clavium (cf. infra, p. 234 sq., et tractatum *Dr Pornitentia* II 451 sq., 457), tum quoad formam Baptismi, quatenus dicunt Christum fecisse peculiarem facultatem apostolis ut adhiberent pro tempore aliam formam prae formula Trinitaria (cf. infra, p. 232, 235).

Jamvero, in evangelio nihil dicitur de Extrema Unctione, sed in sola Epistola lacobi profertur mandatum suscipiendi hoc sacramentum. Ergo nonnisi in hac epistola continetur eius institutio, seu mandatum institutorium. De Confirmatione vero nullum documentum seu mandatum habetur sive in evangelio sive in epistolis apostolorum, adeoque ipsa non est instituta neque a Christo per seipsum, neque mediantibus apostolis, sed mediantibus successoribus apostolorum.

Praeterea, omne sacramentum quod Christus per seipsum instituit, per seipsum etiam exhibuit, ut maxime patet de Eucharistia. Jamvero Extremam Unctionem non exhibuit, quia nunquam infirmos oleo sed solo verbo sanavit; quoad Confirmationem vero, etsi exhibuerit manuum impositionem (scilicet super pueros), non tamen exhibuit unctionem seu chrismationem et formam verborum, quae sunt de essentia ritus sacramentalis.

Praeterea, omnium sacramentorum quae Christus per seipsum instituit, praecessit aliqua figura in V.T., ut facile patet de Bapt., Euch., Poen., Ord. et Matr. Jamvero Confirmationis et Extremae Unctionis nulla praecessit figura, non enim v.g. legimus infirmos ad finem curationis inungi in V.T.

*Ratio pure theologica.*

Haec duo sacramenta, Confirmatio et Extrema Unctio, eaque sola, sunt propria sacramenta N.L., nullum habentia praefigurativum sacramentum in antiqua lege, eo quod significent et conferant gratiam Spiritus S. secundum peculiarem quandam abundantiam, quod est alienum ab indole antiquae legis; “significant [enim] gratiam Spiritus S., secundum quam inungitur quis in pugilem, ut pro Christo audeat mori, et in regem, ut in regnum coelorum possit introire tanquam in suum.” Jamvero Spiritus Sanctus non fuit datus Ecclesiae secundum plenam abundantiam nisi post Christi Ascensionem. Ergo haec duo sacramenta nonnisi post Ascensionem fuerunt instituta, adeoque non ab ipso Christo, sed ab apostolis vel ab Ecclesia post ipsos.

Extrema Unctio quidem instituta est ab ipsis apostolis, ut constat saltem ex epistola lacobi, Confirmatio vero ab Ecclesia, post discessum apostolorum, ut probat absentia cujuslibet documenti apostolici, et suadet ipsa ratio, quoniam apostoli immediate dabant Spiritum S. et confirmabant christianos in sua fide per ipsa signa miraculosa, quin “opus esset elemento” seu sacramentali aliquo signo (Bonaventura); quod ceteroquin decebat dignitatem et auctoritatem apostolorum, “ut [nempe] illi qui fuerunt bases et fundatores Ecclesiae, viso quod [mera] impositione manuum dabatur Spiritus S., gratiam et auctoritatem in conspectu hominum haberent, et eis. sicut

capitibus Christianae religionis homines crederent et obtemperarent" (Halensis).

*De praeciso sensu hujus sententiae,* quatenus asserit apostolicam aut ecclesiasticam institutionem Extremae Unctionis et Confirmationis, deque eius concordantia vel discordantia a definitione vel doctrina Cone. Trid., *disputatur apud theologos postridentinos,* aliis frequentioribus eam reducentibus ad sententiam institutionis mediatae eamque saltem ut erroneam vel temerariam damnantibus; aliis inter recentiores eam reducentibus ad sententiam institutionis genericae ac proinde absolventibus ab omni censura; aliis, similiter inter modernos, eam interpretantibus in quodam novo sensu alicuius institutionis mediatae coniunctae cum quadam praevia Christi insinuatione, subinde plene manifestata et actuata per Spiritum Sanctum et apostolos, ac conantibus eam ab omni nota purgare pleneque rehabilitare; aliis tandem recentioribus ei affigentibus sensum immediatae institutionis solius Spiritus S., per apostolos mere promulgatae, quem dicunt esse omnino legitimum.[80]

*PRIMA EXPLICATIO* legit in ea sententia *mediatam tantum Christi institutionem,* intellectam saltem in hoc sensu quod Christus contulit apostolis potestatem instituendi ea sacramenta, nihil ipse ante suam Ascensionem decernendo et exterius significando circa existentiam et essentiam illorum, quas subinde apostoli vel ecclesiae rectores actuarunt sub motione seu assistentia Spiritus S.

Ita cum majori vel minori claritate hanc sententiam intellexit et intelligit major pars theologorum inde a coaevis ejus impugnatoribus, Alberto M. et S. Thoma.

*Albertus M.:* "Dupliciter potest ad hoc responderi: quidam enim dixerunt, quod *Apostoli a Deo inspirati et divina auctoritate et voluntate Dei, instituere potuerunt sacramenta quaedam:* quia non ipsi sed Deus in ipsis instituit. Et per hoc solvunt rationes inductas. Et dant simile, quod formam baptismi ad tempus sic inspirati mutaverunt, ut fieret in nomine Christi et Dei. Et de hoc supra in quaestionibus de baptismo habitum est. *Sed his non videtur consentiendum:* quia aliud est mutare, et aliud instituere totum sacramentum de novo celebrandum: posset enim homo habens auctoritatem aliquod interpretari dubium in sacramentis, et homo habens auctoritatem et notam toti Ecclesiae inspirationem, sicut habuerunt Apostoli, aliquid ad tempus aliqua de causa mutare potest: sed totum instituere non credo

[w] Omittimus benignissimam quandam sed voluntariam prorsus explicationem a quibusdam, ut *Estio, Frassen, Léfâcier, Billot* cl *Larnicol,* obiter potius prolatam, juxta quam Halensis et Bonaventura non loquuntur de institutione per apostolos sed tantum de promulgatione institutionis factae a Christo.

quod possit, nisi Deus: et ideo videtur primis rationibus esse consentiendum."[81]

S. Doctor hanc sententiam urbano modo reicit, sed nullam ei affigit theologicam notam: "Sed his non videtur consentiendum."

S. *Thomas, 3 p. q. 72, a. 1, ad 1, ubi dc Confirmatione:* "Circa institutionem hujus sacramenti est triplex opinio. Quidam enim [ut Halensis] dixerunt quod hoc sacramentum non fuit institutum nec a Christo nec ab apostolis, sed postea processu temporis in quodam concilio. Alii vero dixerunt quod fuit institutum ab apostolis. *Sed hoc non potest esse, quia instituere novum sacramentum pertinet ad potestatem excellentiae, quae competit soli Christo?'* Et ideo dicendum est quod Christus instituit hoc sacramentum, non exibendo, sed promittendo."[*3]

*In 4 Sent., dist. 7, q. 1, a. 1:* "Circa institutionem hujus sacramenti est triplex opinio. Una enim dicit, quod hoc sacramentum non fuit institutum nec a Christo nec ab apostolis, sed postea processu temporis in quodam concilio; et dicunt quod Dominus rem sacramenti hujus sine sacramento conferebat manus imponendo, similiter et apostoli, eo quod ipsi confirmati fuerunt immediate a Spiritu Sancto. *Sed hoc videtur valde absonum quia secundum hoc Ecclesia tota die posset nova sacramenta instituere,* quod falsum est, cum ipsi non sint factores legis sed ministri et fundamentum cujuslibet legis in sacramentis consistit; et praeterea in littera [Petri Lombardi] dicitur quod in tempore apostolorum: 'Non ab aliis quam ab apostolis fuit peractum.' Ideo alii dicunt, quod non fuit a Christo sed ab apostolis institutum hoc sacramentum. *Sed hoc etiam non competit:* quia ipsi apostoli quanvis essent bases Ecclesiae, tamen non fuerunt legislatores; unde ad eos non pertinebat sacramenta instituere. Et ideo *probabilior videtur aliorum opinio,* qui dicunt, hoc sacramentum, sicut et omnia alia, a Christo fuisse institutum."

*Suppi., q. 29, a. 3 [i.e. In 4 Sent., dist. 23, q. 1, a. 1, q.* 3], *ubi de Extrema Unctione:* "Circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt quod sacramentum illud, et confirmationis, Christus non instituit per se. sed apostolis instituendum dimisit; quia haec duo, propter plenitudinem gratiae quae in eis confertur, non potuerunt ante Spiritus S. missionem plenissimam institui. . . Sed haec ratio non inultum cogit; quia sicut Christus ante passionem promisit plenam Spiritus S. missionem, ita potuit instituere hujusmodi sacramentum. Et ideo alii dicunt quod omnia sacramenta Christus instituit per

[*'] In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 13, *Opera omnia* XXX (editio S. C. A. Borgnet, Parisiis: Vives 1894) 20.

"Cf. tractatum *Dc sacramentis in genere* 387; item 3 p., q. 64, a. 2, ad 3; a. 4; *Suppi.,* q. 6, a. 6.

"De sensu huius ultimi incisi confer tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 276.

seipsum; sed quaedam per seipsum promulgavit, quae sunt majoris difficultatis ad credendum; quaedam autem apostolis promulganda reservavit, sicut extremam unctionem et confirmationem. Et *haec opinio pro tanto videtur probabilior,* quia sacramenta ad fundamentum legis pertinent; et ideo ad Legislatorem pertinet eorum institutio. Et iterum, quia *ex institutione efficaciam habent, quae eis nonnisi divinitus inest"*

Circa hos textus S. Thomae haec nota. In primo et secundo textu, prima sententia est tum Halensis tum Bonaventurae, quanvis S. Thomas non notet discrimen inter utrumque doctorem quantum ad determinationem temporis institutionis et tantum referat determinationem Halensis de Concilio Meldensi. Cujus ratio est tum quia assignatio temporis accidentalis est, semel admissa potestate Ecclesiae quoad institutionem sacramenti, tum quia reapse solus Halensis tempus determinavit, nam, quamvis dici soleat Bonaventuram docere institutionem Confirmationis immediate post mortem apostolorum, hoc non necessario eruitur ex eius verbis, tantummodo enim ait hoc sacramentum institutum esse "postquam apostoli defecerunt," "a successoribus institutis," "ab ipsis Ecclesiae rectoribus," "ab episcopis" (In 4 *Sent.,* dist. 7, a. 1, q. 1 et 2). Secunda sententia non est Bonaventurae, cum non potuerit S. Thomas ignorare hunc doctorem explicite negare apostolicam institutionem; unde probabiliter S. Doctor alludit ad infra referendas (p. 268, 270) opiniones Altissiodorensis, Petri Cantoris et forte etiam Rolandi Bandinelli. In tertio textu S. Thomas loquitur de duplici tantum opinione, etsi simul cum Extrema Unctione introducat sermonem de Confirmatione; ratio est tum quia de Extrema Unctione revera duae tantum fuere opiniones, tum quia tertiam opinionem Halensis et Bonaventurae circa Confirmationem institutam per successores apostolorum, jam absonam judicaverat et ceteroquin ipsa essentialiter non differt a sententia quae refert institutionem ad ipsos apostolos, nam in utraque negatur immediata Christi institutio et affirmatur communicatio potestatis excellentiae in institutionem sacramentorum, hominibus facta.

S. Thomas intelligit opinionem Halensis et Bonaventurae tanquam de mediata institutione, hoc sensu quod Christus dederit apostolis potestatem instituendi sacramenta, ut patet ex verbis quae sublineavimus.

De dissonantia talis sententiae, S. Thomas, junior commentator, mitius videtur judicare inquiens: "Probabilior videtur aliorum opinio," "Haec opinio pro tanto videtur probabilior," quamvis peculiarem Halensis doctrinam de institutione Confirmationis per episcopos in concilio Meldensi, juvenili quadam indignatione severe reiciat, in-

quiens: "Sed hoc videtur valde absonum."" In Summa vero Theologica. i.e. in primo textu supracitato, S. Doctor, ex maturo judicio, simpliciter ac frigide reicit tum sententiam Halensis et Bonaventurae, tum mitiorem aliorum sententiam de institutione Confirmationis per apostolos, inquiens: "Sed hoc non potest esse" et addens propriam rationem quae uni essentiae utriusque sententiae contradicit, quia scilicet talis institutio importaret communicationem "potestatis excellentiae, quae competit soli Christo."

Eodem modo eam sententiam intelligunt, ante Cone. Trid., *Scotus* (non tamen nominans Halensem et Bonaventuram), *Durandus, Paludanus, Capreolus, Dionysius Carthusianus, Bie.l* (de quibus cf. infra p. 275-277) et signanter *Dominicus Soto* (f 1560). theologus ipse tridentinus, qui eam ut temerariam reicit, scribens paulo ante Cone. Trid.: *"Non usque adeo constat haereticum esse,* negare sacramenta confirmationis et extremae unctionis fuisse ore Christi proprio instituta: esset tamen haereticum negare esse de iure divino. Nam etiam si admitteretur, apostolos illa instituisse, id tamen ex Christi commissione fecerunt. . . Alexander Halensis . . . [sacramentum Confirmationis] in concilio Meldensi credit fuisse institutum, cui videtur adhaerere Bonaventura. . . *Non est tuta* (ut suo loco videbimus) opinio Alexandri, quod scilicet, neque ab apostolis fuerit sacramentum confirmationis institutum. Nam licet concilium Ecclesiae generale instinctu spiritus sancti utatur, non tamen dicitur fungi commissione Dei. Commissio enim sonat vivam vocem, qua ad apostolos Christus utebatur. Quare apostoli ipsi credendi sunt idem sacramentum administrasse. . . Profecto *temerarium esset,* negare omnia sacramenta fuisse a Christo instituta, nam sacramenta sunt ecclesiae fundamentum, quod (ut ait Paul.) nemo alius ponere potest, nisi Christus lesus. Eo potissimum, quod cum solus Deus . . . virtutem sanctificandi possit illis tribuere, de quo nemo ambigit, neque citra insignem errorem ambigere potest, non est credibile, quod Deus eorum institutionem cuipiam commiserit."[85]

Non clare constat utrum S. Doctor hoc severum iudicium referat ad solam determinationem Halensis circa tardiorem institutionem Confirmationis in concilio Meldensi, quae pro tanto videtur absona pro quanto supponit Ecclesiam tam efficaci sacramento caruisse usque ad tempus illius concilii, cum ceteroquin manifeste constet illud in usu fuisse in Ecclesia inde a primis sacculis, an potius referat generaliter ad ipsam communem Halensis et Bonaventurae doctrinam de institutione postapostolica per ecclesiam. Etsi prima expositio, quam eligit *J. Biitremieux* ("L'institution des sacrements d'après saint Bonaventure," *Etudes Franciscaines 35* [19231 346 sq.), probabilis sit, attenta historica praedicta ratione, altera expositio probabilior videtur, attenta ipsa theologica ratione quam addit S. Doctor, quia nempe inde sequeretur Ecclesiam posse pro libito et quolibet tempore nova sacramenta instituere (cf. *Suppi.,* q. 29, a. 3, Sed Contra, 2), quod quidem sequitur etiam ex generaliori opinione Bonaventurae tribuentis institutionem Confirmationis pastoribus Ecclesiae.

"Dist. 1, q. 5, a. 2, *In quartum (quem vocant) Sententiarum* (Venetiis: Apud Lenum 1575) I 97 sq.

"[Alexander Halensis docet quod Confirmationis sacramentum] neque a Christo neque ab apostolis sub hac materia et forma, quas habet, fuit institutum. . . Alii vero dixerunt, quod licet non a Christo, ab apostolis tamen fuerit institutum. Hujusmodi autem opiniones *non possunt tuto dejendi:* nam cum sacramenta gratiam conferant, non possunt nisi a Christo institui per potestatem excellentiae, quam, ut distinet. 4 Aug. nos docuit, Christus nulli communicavit: et cum materia et forma sint de substantia sacramenti, fit ut neutram nisi solus Christus potuerit instituere."[80]

*KUARDUS TAPPER,* theologus tridentinus, eodem modo videtur eam sententiam interpretari, declarans tamen eam per doctrinam Tridentini nullo modo feriri. Attamen verba hujus theologi clara non sunt, ita ut a variis auctoribus accipiantur etiam in sensu subsequendum explicationum; idemque dicendum est de *Revesteyn,* theologo tridentino, et *Estio* (cf. infra, p. 214, 291-293, 300-304).

*BELLARMINUS,* referens ad modum unius sententiae haeresim Protestandum et opinionem Halensis et Bonaventurae, scribit: "Adversus errorem hunc posuit concilium tridendnum sess. 7. canonem 1. . . Qui canon non debet intelligi, quasi concilium velit sacramenta instituta esse a Christo immediate vel mediate; sed *solum immediate:* nam alioqui Concilium frustra canonem posuisset; cum nemo unquam dubitaverit, quin saltem mediate sacramenta a Deo sint instituta. Praeterea ipsum concilium, sess. 14. can. 1. agens de sacramento Unctionis extremae, seipsum explicat, cum ait: Sacramentum illud ab ipso Christo institutum fuisse, sed a b. Jacobo apostolo promulgatum."[87]

*SUAREZ, De sacr. in gen.:* "Christus Dominus immediate ac per se ipsum instituit omnia sacramenta novae legis. Conclusio est *omnino certa* ex definitione Cone. Trid., sess. 7, can. 1. . . Ubi praetermisit Concilium illam particulam, 'immediate et per se ipsum', et *ideo non dixi absolute, conclusionem esse de fide,* tamen hanc fuisse Concilii mentem vix potest dubitari."[88]

*De Confirmatione:* "Fuit sententia quorundam catholicorum, hoc sacramentum non a Christo neque ab Apostolis, sed in Cone. Meldensi, speciali Spiritus Sancti instinctu, fuisse institutum. Fundamentum est quia instituere sacramentum non est solum promittere effectum sacramenti, *sed designare et praecipere signum sensibile, seu materiam et formam, per cujus usum significetur et ex promissione detur effectus sacramenti;* sed nec Christus Dominus neque Apostoli hoc praestiterunt circa hoc sacramentum; ergo non instituerunt illud. . . Hanc opinionem tenet aperte Alexand. Alensis ... et Bonavent. . . . Dicendum vero est hoc sacramentum fuisse a Christo Domino immediate insdtutum. Hoc jam est *de fide certum* ex definitione Cone. Trid., ut supra late explicatum est, tractando de sacramentis in genere."[89]

*De Extrema Unctione:* "Inter catholicos nonnulli negarunt Christum Dominum instituisse hoc sacramentum, ex quo plane consequebatur non esse verum sacramentum; ipsi vero consequens non admittunt, quia putant posse esse sacramentum ab Apostolis institutum. Ita . . . Hugo de S. Viet. . . . Magister . . . Bonav. . . . Alens. . . . Altisiod . . . Dicendum vero est, sacramentum hoc fuisse a Christo Domino

"Dist. 7, q. unica, a. 1, *ibid.* 343.

" *De sacramentis in genere,* l. 1. c. 23, *Opera omnia, Disputationes de controversiis Christianae fidei* III (Mediolani 1859) 65.

" In 3 p., q. 60-83, disp. 12, s. 1, n. 3, *Opera omnia* XX (cd. C. Berton, Parisiis· Vivès 1866) 221.

" *Ibid.,* Disp. 32, sect. 2, η. 1 sq., p. 625 sq.

immediate institutum. . , Est *de fide definita* in Tridentino, in particulari, sess. 14, can. 1 de hoc sacramento, et in genere, sess. 7, can. I."[90]

*HYQUAEUS,* O.F.M.: "Supra dist. 2. q. 1 conci. 2, [Scotus] docuit omnia sacramenta novae legis instituta esse a Christo, et in specie reprobat modum dicendi eorum, qui dicunt poenitentiam et extremam unctionem instituta esse a Jacobo Apostolo. Hic etiam responsione ad primum docet hoc sacramentum [Extremae Unctionis] fuisse institutum a Christo Domino. Fuit contraria sententia Hugonis . . ., quem secutus est Magister . . . D. Bonaventura, Alensis . . . Altissiodorensis . . . Prior sententia est *dc fide* et communis theologorum. Patet ex Tridentino sess. 7 de sacramentis in genere, can. 4 et sess. 14. de hoc sacramento, can. 1 et cap. I."[91]

*MONTEFORTINO,* O.F.M.: "Deus . . . hujus Sacramenti [Extremae Unctionis] extitit institutor et auctor, *perinde ut aliorum*. . . Quod si ipse [Petrus Lombardus], *vel alii* contrarium senserunt, nobis convenit a tali sententia recedere, quia contrarium est *de fide."*[*2]

*FRASSEN,* O.F.M.: "Plures theologi . . . censuerunt [sacr. Ext. Unet.] . . . non fuisse a Christo Domino institutum, sed tantum ab Apostolis. Ita prae ceteris Hugo Victorious. . . Magister sententiarum et Seraphicus Doctor . . . Conclusio . . . Sacramentum Extremae Unctionis fuit immediate a Christo Domino institutum. . . Idem . . . *aperte docet* Concil. Trid. sess. 7 - - - et sess. 14."[93]

"Omnia novae legis sacramenta sunt immediate instituta a Christo Domino. Haec ridetur esse *de fide* determinata in Concilio Trid., Sess. 7, Can. 1. . . [Ad obiectionem deductam ex sententia Halensis et Bonaventurae] Respondeo primo, nomine institutionis Sacramentorum illos auctores eorum promulgationem et ministrationem intellexisse. . . Respondeo secundo, quod olim respondebat S. Augustinus Donatistis objicientibus auctoritatem S. Cypriani de nullitate Baptismi ab haereticis collati, lib. 2, contra Cresconium, cap. 30. 'Non accipio,' inquit, 'quod de baptizandis haereticis et schismaticis B. Cyprianus sensit, *quia hoc Ecclesia non accipit,* pro qua B. Cyprianus sanguinem fudit.'

*BILLUART:* "Non omnia [sacramenta] esse a Christo immediate instituta contenderunt quidam antiqui theologi. Hugo Viet. . . . Magister sent. . . . Alexander Alensis et S. Bonavent. . . . Contra hos itaque . . . Dico. Omnia novae legis sacramenta fuerunt immediate a Christo instituta. . . Videtur *probabile* quidem, at non certum, conclusionem nostram esse *de fide;* neque qui eam negaret incurreret notam haereseos, sed temeritatis tantum."[05]

"Quamvis . . . Hugo Viet. Magister et quidam antiqui scholastici . . . olim censuerint [Extremam Unctionem non fuisse immediate a Christo institutam], id tamen nunc post definitionem Trid. amplius sustineri non potest, *saltem sine temeritate."*[96]

*DE SAINTE-BEUVE:* "Sunt qui temeritatis, sunt etiam qui sententiam istam erroris accusant. Sed meo quidem judicio, neque damnata illa est a Cone. Trid.,

wIn 3 p., q. 84 sqq., disp. 39, s. 2, n. 1, *Opera omnia* XXII (cd. C. Bcrton, Parisiis: Vivès 1866) 811.

ll *Commentarius in Scotum,* In 4 *Sent.,* dist. 23, q. unica, *Scoti Opera omnia* XIX (Parisiis: Vives 1894) 21.

" *Suppi.,* q. 29, a. 3, *loannis Duns Scoti Summa Theologica* (Romae 1903) VI 344.

" *De Extrema Unctione,* disp. 3, q. 1, *Scotus Academicus* X (Romae 1902) 594, 600.

"*De sacramentis in genere,* a. 2, q. 1, *ibid.* IX (Romae 1901) 92, 96.

** *De sacramentis in communi,* diss. 5, a. 1, *Cursus theologiae* (Parisiis 1904) VIII 281, 283.

" *Dc Extrema Unctione,* diss. unie., a. 1, *ibid.* X 7.

neque necessario consequens est ex dogmate haeretico; quare *non est erronea. Temeritatis cur illi nota inureretur, quae tamen plures habet propugnatores?* Nolunt illi apostolos Unctionem hanc auctoritate sua instituisse. Volunt id factum ab ipsis ex instinctu Spiritus sancti, et potestate sibi concessa per Christum; quod est agnoscere Unctionem esse a Christo si non immediate, mediate saltem institutam Concilium Trid. definit equidem omnia Sacramenta novae legis esse a Christo instituta. Sed quia non definit omnia esse immediate instituta a Christo, *canon ille neminem ferit theologorum. . . Res ista est in opinione posita."*[07]

Ne fastidiose protrahamus elenchum antiquiorum theologorum, breviter dici potest fere omnes ita interpretari eam sententiam, et paucos admodum esse (praecipue Tapper, Ravesteyn, Estium et De Sainte Beuve) qui post Cone. Trid. eam non multent sat gravi aliqua censura, tamquam non congruentem cum doctrinis Concilii. Si nunc nos vertamus ad moderniores, item apparet eos communius eodem modo illam sententiam interpretari ac judicare, cum minore tamen severitate, ita ut dici possit communiorem censuram, quam affigunt, esse *notam erroris* ("erronea," contra oppositam, quae dicitur "theologice certa"). Ceterum plures alii sunt qui absolvunt quidem opinionem Halensis et Bonaventurae ab omni censura sed eam aliter exponunt, iuxta tres sequentes explicationes infra referendas.

En quaedam judicia ex notis operibus theologorum:[08]

*Haeretica:* Einig (Haeretica, quatenus docet institutionem alicujus sacramenti per Ecclesiam; tamen ipsa sententia Bonaventurae de Confirmatione, reducenda est ad institutionem genericam); Connell: (Haeretica, quoad Extremam Unctionem. Hic tamen doctor non valde clare se exprimit); Daffara (quoad Extremam Unctionem); Abârzuza, O.F.M.Capp.[89]

*Saltem hacrcsi proxima:* Connell (quoad Confirmationem, vel aliud sacramentum, praeter Extremam Unctionem, et in sensu institutionis non per apostolos sed per ipsam Ecclesiam).

"*Tractatus de sacramento Unctionis Infirmorum Extremae,* disp. 1, a. 2 et disp. 2, a. 4, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 15, 72.

[M] Ea facile invenies apud varios auctores in quaestionibus dc institutione sacramentorum in genere, vel Confirmationis, vel Extremae Unctionis, ac proinde abstinemus a citandis locis. Quod sit dictum etiam quoad auctores duarum subsequendum explicationum. Cf. infra (p 287–291) correspondentcs notas theologicas quas iidem theologi dant dc ipsa doctrina secundum se, iuxta definitionem tridentinam.

[**] *Theol. Dogm.* Ill (Padre Las Casas [Chile] 1947) 400, ubi scribit: "Fuerunt aliqui theologi qui dixerunt Extremam Unctionem non fuisse a Christo ipso institutam, sed Christum ab Apostolis instituendam reliquisse. Ita Petrus Lombardus, Hugo a Sto. Victore, Stus Bonavcntura. Attamen haec sententia, post Concilium Tridentinum, non potest sustineri, nam definitum fuit Christum (immediate) omnia sacramenta novae legis instituisse; et hoc sacramentum a Sancto Jacobo promulgatum, a Christo ipso dicitur fuisse expresse institutum." Tamen in p. 59 ait: "Quando legas theologos, Concilio Tridentino anteriores, sedulo advertas magnam apud ipsos confusionem; immo nisi cautus sis, statim aliquos Ecclesiae Doctores bene meritos, errore gravissimo accusabis. . . Haec tamen dico *non ut omnem errorem a nostris magistris* [Halensi et Bonaventural *removeam,* sed ut cautus sis et, ut antequam luam sententiam feras, bene attendas ad

*Hacresi proxima:* Diekamp (quoad solam Extremam Unctionem. Sic videtur interpetrandus Diekamp, juxta eius verba infra citanda in p. 289).

*Saltem erronea:* Einig (Ait: Saltem falsa, quatenus docetur institutio alicujus sacramenti per apostolos); Bellacasa; Daffara (quoad alia sacramenta praeter Extremam Unctionem).

*Erronea:* Pesch (sive dicatur Christum dedisse apostolis potestatem instituendi, sive dicatur ipsum Spiritum S. instituisse, apostolis id tantum promulgantibus, post Christi Ascensionem); Sasse; Tanquerey; Hugon; Otten; Denis; Spacil; Ferland; Lahitton; Zubizarreta; Diekamp (quoad Confirmationem vel aliud sacramentum, praeter Extremam Unctionem); Cappello (quoad Extremam Unctionem. Tamen, agens de sacramentis in genere, Cappello refert Halensem et Bonaventuram inter fautores sententiae de institutione generica).

*Temeraria:* Hermann; MacGuinnes. Ad hanc saltem notam reduci possunt sequentes molliores aut fortiores quorundam expressiones: Opinio singularis ac *corrigenda* (sententia Halensis de Confirmatione): Vacant; Quaracchiani editores operum S. Bonaventurae. *Despicienda* (eadem sententia Halensis, dum sententia Bonaventurae recte intelligi potest de mera promulgatione per apostolos vel Eccelsiam): Billot. *Rcicienda:* Bord; Pourrat.[1] *Vix defendi potest* (in sensu institutionis per ipsos apostolos): Connell. *Sustineri nequit* (fas non est catholico sustinere): Kern; Lépicier; Godefroy.

*SECUNDA EXPLICATIO* doctrinae Halensis et Bonaventurae est in sensu *immediatae institutionis tantummodo genericae,* eo modo quo hic modus institutionis intelligitur apud modernos, scilicet, pro determinatione solius essentiae metaphysicae (signi talis gratiae) necnon ipsius essentiae physicae (materiae et formae) generice tantum spectatae, relicta ulteriori istius specificatione potestati apostolorum et Ecclesiae.

Haec explicatio transeunter allata ab uno vel altero circa finem saeculi elapsi, ut *Quaracchianis editoribus* operum Bonaventurae et *Einig* (a. 1900; quoad solam sententiam Bonaventurae de institutione Confirmationis), signantius proposita est ab *A. Van der Heeren* (a. 1907) in sua recensione operis Poùrrat *(La théologie sacramcntaire')*

modum loquendi, ad vim verborum quibus utebantur, quippe quae potest esse magna diversitas; et *sic discrepantia esset in verbis, non vero in re ipsa."*

[1] "Conformément à renseignement presque universel des théologiens, nous pensons que l'institution médiate est à rejeter," "C'est bien l'institution du sacrement lui-même, cl non simplement celle de sa matière et de sa forme, qui est attribuée au Saint-Esprit [par Alexandre de Halés et Bonaventure]. Car on ne pensait pas alors qu'il suffise pour être l'instituteur d'un sacrement de déterminer l'effet spirituel sans choisir le rite" *(La théologie sacramcntaire* (ed. 2, Paris 1907] 271 et 309 in nota).

inmuuntMXHKweiKMttHMiHSIHBIIIM···



qui eam explicite abiciebat, et magis determinate subinde admissa et exposita a *H. Lennerz, S.J.* (a. 1922, in ephemeride *Grcgorianum,* ac subinde a. 1939 in opere *De sacramentis in genere)* et *L. Guillaume,* O.F.M. (a. 1927, in ephemeride *Antonianum).* Eam praeterea minus vel magis determinate proponunt *De Smet, Gillmann, Michel, Lercher, Hervé, Cappello · Larnicol, Piolanti.* Tanquam praecursores hujus sententiae invocantur etiam *Tapper et Ravesteyn,* theologi lovanienses et tridentini, qui tamen tam ambigue loquuntur ut ab aliis intelligantur in sensu aliarum explicationum, ut dictum est supra (p. 210).

*EINIG:* "Theologice porro cum post idem Concilium sit certum, non quomodocunque, sed immediate ab ipso Christo Domino sacramenta omnia fuisse instituta, certum quoque est confirmationem a Christo Domino immediate fuisse institutam. Verum quidnam, ut institutio sacramenti immediate a Christo facta dicatur, exigitur? Alii cum S. Bonaventura docent eiusmodi institutionem ita posse concipi, ut determinatio specifica a Christo deputata fuerit Ecclesiae; unde Seraphicus ait: 'Christus solum initiavit et insinuavit confirmationem manum parvulis imponendo et praedicendo discipulos baptizandos Spiritu Sancto.' Sententia communis praeunte Angelico tuetur requiri, ut sacramenti et materia et forma in sua specie fuerit a Christo determinata."[3]

V/liV *DER BEEREN:* "M. Pourrai, p. 309 en note, affirme que 'c'est bien l'institution du Sacrement lui-même (de la Confirmation) et non simplement de sa matière et de sa forme, qui est attribuée (par Alexandre et Saint Bonaventure) au Saint-Esprit. Car on ne pensait pas alors qu'il suffise pour être l'instituteur d'un sacrement, de déterminer l'effet spirituel sans choisir le rite'. Il s'agit de s'entendre. Que le Christ ait déterminé lui-même l'effet spirituel, sans déterminer le rite, cela évidemment ne pourrait suffire à Alexandre et à saint Bonaventure pour affirmer que le Christ est l'instituteur plcno sensu; cela suffit amplement pour admettre un énoncé tel que nous le trouvons chez Bonaventure: 'Instituit autem (Christus) praedicta Sacramenta, diversimode . . . quaedam . . . insinuando et initiando, ut confirmationem . . .' (Breviloquium. ...). C'est d'ailleurs ce que nous trouvons perfaitement appliqué in Sent. IV, dist. 17, p. 2, a. 1, q. 2, où saint Bonaventure parle de l'institution du rite sacramentel de la Pénitence: 'Confessio fuit a Domino insinuata, ab apostolis instituta. . . Unde Christus immediate confessionem et expresse non instituit . . . unde credo quod per se non instituit, et si dicatur instituisse, hoc est intelligendum insinuando et auctoritatem dando'.

"De fait, dans les textes où Alexandre et saint Bonaventure émettent leurs opinions larges au sujet de l'origine de la Confirmation, n'y a-t-il pas de place pour une intervention quelconque du Christ, une intervention d'autorité, d'insinuation, etc.? Il semble en tout cas inexact d'affirmer que ces deux Franciscains rapportent à un concile de Meaux ou aux temps postapostoliques, *l'institution de tout le sacrement, de l'effet spirituel et du signe matériel.* Il est en effet certain que la même grâce de la Confirmation se concédait déjà antérieurement à cette institution tardive: 'Nec materiam nec formam apostoli dispensaverunt', dit saint Bonaventure, 'sed rem hujus sacramenti sine forma' (IV Sent., dist. 7, art. 1, q. 3, coll. q. 1); et Alexandre de Halès (Sum. Theol. IV, q. 9. m. B rejette les opinions d'après lesquelles ce sacrement aurait été institué par le Christ ou par les Apôtres, non pas parce qu'ils ne conféraient pas la grâce, puisque 'apostoli

[2] In tractatu *Dr sacramentis in genere,* cd. 1945, p. 21. In tractatu vero *De Extrema Unctione,* cd. 1942, p 17 in nota, refert sententiam Bonavcnturae (saltem in suo Comm. super Sent.) ad mediatam institutionem.

[3] *Instit. theol. dogni.. Tractatus de sacramentis, pars 1* (Treveris 1900) 94.

confirmabant', mais précisément parcequc nous ne trouvons pas chez eux le signe sacramentel, tel qu' Alexandre le rencontre dans la liturgie de son époque, quia in illa impositione manuum (a Christo adhibita) non expressum est aliquid de forma verborum vel de materia, qua mediante hoc sacramentum exercetur'; et 'quod apostoli confirmabant sola impositione manuum sine inunctione et sine forma verborum qua utitur Ecclesia'.

"Si, a son avis, le Sacrement de la Confirmation a été institué par le Concile de Meaux, *c'est uniquement 'quantum ad formam verborum et materiam elementorum',* l'Esprit Saint ayant attaché à ce signe aussi, 'cui etiam', comme il l'avait fait à l'égard de l'imposition des mains employée par les apôtres, la grâce sanctificatrice. Ne sommes nous pas en présence d'une simple question de terminologie? N'avons nous pas, notamment, le tort de comprendre les termes employés par les anciens, *mediate, immediate,* et d'autres, dans le sens que nous attachons aujourd'hui à ces mêmes termes?

"Puisque les Apôtres ont conféré la grâce de la Confirmation, par une imposition des mains, les Franciscains n'auraient-ils été en droit d'appeler ce rite aussi: le *Sacrement* de la Confirmation? Ils ne l'ont pas fait et ne pouvaient le faire, vu l'application rigide qu'ils faisaient de la théorie hylémorphiste aux rites sacramentels. Ils identifient le sacrement avec ce rite déterminé, et ne conçoivent l'institution de ce qu'ils appellent sacrement que comme détermination du rite reconnu par l'Eglise à leur époque. Et l'on comprend très bien comment, aux endroits où ils exposent des vues générales, ces auteurs parlent en termes généraux de l'institution de tous les sacrements par le Christ, tout en ajoutant des distinctions sur le mode de celte institution, alors que, aux endroits où ils traitent de tel sacrement en particulier, ils en attribuent l'institution à un concile quelconque, tout en constatant le fait de la collation de la même grâce, antérieurement déjà â la détermination définitive de ce signe.

"Telle est bien, croyons nous, la doctrine des scolastiques Franciscains. En particulier pour le sacrement de la Confirmation, l'institution en est attribuée au Concile de Meaux, qui à déterminé le signe, et au Christ, qui a insinué ce sacrement, en promettant aux Apôtres et aux fidèles la force de l'Esprit Saint. ... En somme, sans entrer dans les détails et discussions ultérieures, entre les opinions des Thomistes et des Franciscains, et les théories modernes *sur l'institution immédiate in genere et in specie,* y aurait-il plus qu'une différence de netteté et de dénomination?"[4]

*GUILLAUME:* "Doctrina . . . Halensis quoad sacramenta in genere, non differt ab illa auctorum modernorum quibus praeplacet *institutio generica.* Etenim si abstrahimus ab Extrema Unctione — de qua ob penuriam materiae iudicare non possumus — et a Confirmatione — de qua in altera parte, — omnia sacramenta Christum habent auctorem. Attamen, Ecclesiae quaedam remansit potestas: nam apostoli mutaverunt formam baptismi ad tempus; Ecclesia instituit formam tum Poenitentiae, tum Ordinis. Sic ab Alexandro optime componuntur haec duo opposita: potestas excellentiae quae exigit ut Christus sit auctor sacramentorum, et facta historica quae ostendunt mutationes accidisse in modo dispensandi. Utique, Alexander non adhibet vocabulum 'institutionis genericae'; hoc enim est satis recens; cognoscit tamen rem per vocem designatam. . .

"Post ea quae diximus de Confirmatione quam dabant apostoli, facilis evadit expositio hujus opinionis Halensis. In Concilio Meldensi agebatur, juxta ipsum, demutatione formae apostolorum; quapropter huic Concilio tribuit institutionem materiae et formae actualis. Habemus ergo, juxta theoriam hylemorphisticam, novum compositum; sed cum illud sit gratiae productivum, iam quaerimus unde illam habeat vim. Certe non ab Ecclesia; sanctificatio enim pertinet ad potestatem

'Ita in sua recensione operis Pourrai *La théologie sacramcntaire,* in *Revue d'histoire ecclésiastique* 8 (1907) 799-801.

auctoritatis quae est solius Dei. Remanet ergo ut interveniat aliqua Persona divina; juxta Halensem. intervenit Spiritus Sanctus, cui omnis appropriatur sanctificatio. Adsistebat Spiritus ritui apostolorum; ita et nunc virtutem confert sacramento.

"Exinde tamen non sequitur quod Christus ab institutione excludatur; nam, ut supra vidimus, *res* Confirmationis seu gratia Spiritus Sancti, quae eadem remansit, determinata est a Christo. Aliunde, id quod facit Spiritus Sanctus facit et Verbum: 'Licet . . . verbis quibus ministratur hoc sacramentum data sit virtus a Spiritu Sancto: nihilominus data est a Verbo increato, cum indivisa sint opera Trinitatis' [Halensis, q. 9, m. 1, ad 5]. Quinimmo, ex aliquo textu jam citato, deduci posset quod Christus etiam partem habuit in determinatione chrismatis. Ubi inquirit de materia Confirmationis, haec habet Alexander: "Hoc sacramentum sicut et sacramentum Baptismi et alia, voluit Dominus re materiali sive elementari exerceri' *[ibid.*, m. 2, a. 1. § 1J. Hanc voluntatem Christi manifestavit Spiritus Sanctus: 'Institutum est Spiritus Sancti instinctu. .

"Ex his patet quomodo aliquo sensu dici possit *totum* sacramentum in hoc Concilio institutum fuisse: *sed tunc bene attendendum est ad terminologiam Halensis* ne ei falsa imponatur interpretratio. Si vero in nostra terminologia exprimere volumus opinionem Alexandri, dicere debemus quod Concilium Meldense tantum signum sensibile determinavit, cum res sacramenti jam inde a Christo exsistebat. . .

"Si doctrinam Alexandri Halensis comparare volumus cum theoriis modernis de institutione sacramentorum, duplex distinguere debemus stadium in Confirmatione: primum quod protenditur ab initio Ecclesiae usque ad Concilium Meldense; quo tempore dabatur simplici manuum impositione, aliud quod extenditur a Concilio Meldensi usque ad nostra tempora, in quo iam habemus 'sacramentum' Confirmationis in chrismate consecrato. Confirmatio prioris stadii originem habet a Christo, saltem pro his quae spectant ad auctoritatem et subauctoritatem; utrum vero modus administrationis sit ab ipso Christo necne, Alexander non dicit. 'Sacramentum' vero, quoad signum sensibile, originem habet ecclesiasticam, res vero est originis divinae, et quidem Spiritus Sancti. Paucis: *res sacramenti semper exstitit ab ipso Christo determinata; modus vero confirmandi variavit.*

"Unde theoria Halensis *reducenda videtur ad institutionem genericam modernorum*. Aliquae tamen sunt differentiae. Moderni enim abstinent a determinatione temporis pro mutatione materiae; Alexander vero hanc collocat in Concilio Meldensi. Ex alia parte. Alexander theoriam hylemorphisticam rigidius applicat, unde duplex consequentia; differentia in terminologia et necessitas interventus specialis Spiritus Sancti. Moderni quidem admittunt actionem Paracliti, sed haec reducitur ad influxum ordinarium in Ecclesia. Ex dictis patet, theoriam Alexandri Halensis nullimode damnatam esse in Concilio Tridentino. Doctor errorem commisit historicum in determinando tempore quo chrisma introductum est; in doctrina vero nihil proponit quod rectae fidei adversatur."[5]

*MICHEL:* "L'ancienne théorie d'Alexandre de Hales et de saint Bonaventure qu'on retrouve de nos jours sous une terminologie nouvelle d'institution immédiate quant aux éléments génériques, n'est à coup sûr pas atteinte par le canon 1 [du Concile de Trente]."[0]

*LENNERZ:* "Applicando ad hanc *[Halensis]* theoriam terminologiam sensu supra exposito, dici forte potest, in illa parte, in qua de sacramentis in genere agit, proponi sententiam fere institutionis immediatae per Christum, ita ut non per se ipsum in specie materiam et formam determinaverit, sed hanc determinationem apostolis et Ecclesiae reliquerit; ergo fere: *institutio immediata in genere*

[5] "De institutione sacramentorum ct speciatim Confirmationis juxta Alexandrum Halensem O.F.M.," *Antonianum* 2 (1927) 451 sq., 462 sq., 467 sq.

[0] *Les décrets du Concile de Trente,* in *Histoire des Conciles* (Hefclc-Leclercq) X 1 (Paris 1938) 199.

*pro aliquibus sacramentis.* Videtur in illa parte impositionem manuum apostolorum verum habuisse sacramentum iisque adseribit eius institutionem.

"Quando autem agit de Confirmatione, negat eam institutam esse ab Apostolis et impositionem manuum eorum fuisse sacramentum. Haec autem ita possunt intelligi, ut sacramentum dicat sacramentum 'materiale', quo termino ipse usus est, i.e. sacramentum in quo habetur propria 'materia'. Sic evitatur directa contradictio contra ea quae paulo antea explicite docuerat; sensus enim esset: apostoli non instituerunt sacramentum 'materiale', neque per tale sacramentum confirmabant; ad quod congruit assertum, in Concilio Meldensi institutum esse sacramentum 'quantum ad formam verborum et materiam dementarem'. Si quis autem doctrinam de confirmatione ita intelligit, quod impositionem manuum apostolorum nullo modo habuerit sacramentum, et ita institutionem et dispensationem sacramenti confirmationis simpliciter apostolis negaverit, debet quoque istam directam contradictionem admittere; et difficile adhuc sermo esse potest de institutione immediata in genere hujus sacramenti a Christo facta.

"5. *Bonaventura* similem sententiam habet, aliquando iisdem verbis quibus magister suus utitur, attamen suas addit modificationes."[7]

*TERTIA EXPLICATIO* datur in sensu alicujus institutionis simpliciter *mediatae et simul secundum quid immediatae,* quatenus institutionem totius sacramenti, factam ab ipsis apostolis sub motione Spiritus Sancti, praecessit aliqua immediata ipsius Christi voluntas et simul velata quaedam hujus voluntatis expressio seu insinuatio circa ipsum totum et determinatum sacramentum, quod Christus volebat ut in futuro ab ipsis apostolis sub influxu Spiritus Sancti institueretur.

Observa elementa hujus explicationis: Christus veram ac determinatam voluntatem habuit qua decrevit ut essent in futuro sacramenta et talia sacramenta (existentia et essentia sacramenti), scilicet, in casu. Confirmatio et Extrema Unctio; hanc tamen voluntatem non explicite manifestavit sed tantum insinuavit in aliquo verbo vel actu; in hac manifestatione nullo modo expressit materiam et formam illorum sacramentorum, nec dedit apostolis ullam potestatem has instituendi; subinde, tempore opportuno, Christus suam praedictam voluntatem explicite manifestavit per actionem Spiritus Sancti, ex qua apostoli intellexerunt totum sensum voluntatis Christi, prius nonnisi insinuative manifestatae, seu cognoverunt jam introducenda esse in Ecclesiam sacramenta, et quibusnam signis, seu materia et forma, applicanda essent.

Haec explicatio a *M. de Baets* allata (in quodam articulo in *Revue Thomiste* a. 1906) ad solvendam ab omni censura doctrinam Halensis et Bonaventurae, asseverantius resumpta et ingeniose expolita est a *I. Bittrcmieux* (per tres articulos in *Etudes Franciscaines* a. 1923, circa sententiam Bonaventurae, et quartum in *Ephemeridibus theologicis lovaniensibus* a. 1932 circa sententiam Halensis), qui etiam eam baptizavit peregrino nomine *"institutionis mediatae per insinuationem."* Eum sequutus est et exscripsit *Humilis a Genua, O.M.Cap.* (in

[7] *De sacramentis novae legis in genere* (ed. 2, Romae 1939) 279 sq.; cf. 285, 289 sq.

quodam articulo circa doctrinam Bonaventurae de Extrema Unctione in *Collectaneis Franciscanis* a. 1938). Similem quandam explicationem novissime proposuit *D. Van den Eynde* (in breviori articulo edito in *Antoniano* a. 1952).

*DE BAETS:* "Nous pensons qu'on ne peut admettre davantage aucun système selon lequel le Christ n'aurait pas eu *une part de volonté* à l'institution des sacrements, et de chaque sacrement en particulier.

"Cette hypothèse se serait réalisée si le Christ, ayant conféré à ses Apôtres l'autorité dans son Eglise incomplètement instituée, c'est-à-dire ne possédant pas encore les moyens de salut que sont les sacrements, si, dis-je, les Apôtres alors *par l'autorité du Christ, mais sans aucune expression, de sa volonté sur ce point,* avaient, selon leur propre jugement, et par leur volonté personelle d'user d'un pouvoir général â eux confié, établi des sacrements, dont la vertu serait dérivée des mérites du Christ, mais dont Lui-même n'aurait point décrété l'institution Nous pensons qu'une pareille théorie ne peut être admise, tout d'abord parce que toute grâce dérive du Christ, non comme d'une source inconsciente, mais comme d'un médiateur qui dispense ses bienfaits et sa médiation par les moyens qu'il choisit; ensuite parce que le Concile de Trente définit que le Christ, *a institué* tous les sacrements, et que 'instituer' ne comporte pas seulement une dérivation de vertu, mais un acte d'autorité, et par conséquent de volonté.

"Mais il y a une autre question; et c'est la question intéressante. *Le Christ a-t-il institué tous les sacrements de telle manière et par une telle expression de sa volonté, que tous aient eu, avant le jour où 11 cessa d'exercer visiblement son autorité, une existence constituée dans l'Eglise; ou bien a-t-il seulement décrété que les chefs de l'Eglise institueraient, quand l'opportunité s'en ferait voir, les sacrements qui n'existaient pas encore?* Cette manière de penser se distingue, comme on le voit, des doctrines exposées et rejetées ci-dessus, en ce qu'elle reconnaît dans le Christ, non seulement la source de l'efficacité, mais encore l'auteur des sacrements — elle se distingue, d'autre part, de l'opinion très reçue parmi les théologiens modernes, qui reconnaissent à l'Eglise un certain pouvoir *modificateur* des sacrements, mais nient que jamais Elle ou scs chefs aient eu un pouvoir d'institution par le Christ, et une institution subordonnée par les apôtres.

"Et c'est au sujet de cette question que nous nous demandons si elle a été tranchée per le décrets du Concile de Trente, ou si, ne l'ayant pas été, elle doit être résolue par d'autres moyens. . . L'opinion dont il s'agit ici, si l'on peut contester qu'elle ait été, à proprement parler, l'opinion d'une école, a été toutefois celle de théologiens de si haute valeur que certes le Concile devrait hésiter à la frapper Elle se recommande, en effet, de *Hugues de Saint-Victor, du Maître des Sentences, d'Alexandre de Aies, de saint Bonaventure.* . . Nous croyons . . . que . . . [le] sens veritable [des décrets de Trente] n'est pas celui qu'on leur attribue généralement, et que bien à tort on inflige des notes théologiques à une opinion que l'on peut ne pas partager, mais que l'Eglise n'a pas voulu proscrire."[8]

*BITTREMIEUX* in tribus supradictis articulis ephemeridis *Etudes Franciscaines,* sic exponit sententiam Bonaventurae (praecipue juxta opusculum *Breviloquium,* cui ostendit consentire obscuriores expressiones Commentarii in Sententias), ad quam ceteroquin in subsequent! articulo *Ephemeridum theologicarum lovaniensium* reducit doctrinam Halensis:

"En décrétant les deux Sacrements de l'Extrême-Onction et de la Confirmation, le Christ n'a donc nullement manifesté sa volonté; Il n'en a rien déclaré, et s'est contenté d'insinuer ce qu'il voulait, tout en se proposant de notifier ce qu'il décrétait en temps opportun par l'Esprit Saint. . .

[8] "Quelle question le Concile de Trente a entendu trancher touchant l'institution des sacrements par le Christ," *Revue thomiste* 14 (1906) 33-35, 47.

"Le Christ, *'insinuando,* et *initiando'* n'a pas fait connaître la matière et la forme de la Confirmation et de l'Extreme-Onction; Il n'a à ce sujet communiqué explicitement aucune autorité à ses disciples, ni 'in specie ni 'in genere'. Il a réservé à l'Esprit-Saint la promulgation, la détermination publique de cette matière et de cette forme, tout en décrétant celles-ci Lui même par un acte de volonté personnel mais un acte non exprimé. Le Seigneur se proposait en effet d'envoyer plus tard son Esprit à ses Apôtres et à son Eglise, pour qu'il leur enseignât toutes choses, et entre autres la matière et la forme et le but des Sacrements que Lui-même avait simplement insinués. . .

"La notion d institution suppose évidemment l'acte de la volonté du Christ, par lequel Celui-ci décrétait le sacrement. Elle suppose ensuite une certaine expression de cette volonté: ceci encore est évident, car, sans cela, comment nous serait-il donné de connaître l'existence du sacrement institué? Mais ici se pose la question: n'y a-t-il pas deux manières de manifester sa volonté: par soi ou par un autre? Or. d'après saint Bonaventure, le Christ a préféré la notification par l'Esprit-Saint et par l'Eglise à la notification faite directement par Lui-même Vn roi. avant de partir pour une terre lointaine, s'il décrète l'une ou l'autre chose, peut manifester sa volonté par lui-même, mais il peut aussi charger un autre de la faire connaître après son départ: le Christ n'est-Il pas ce Roi. qui. avant de monter au Ciel, avait décrété les sacrements de l Extrême-Onction et de la Confirmation, mais voulait que sa volonté ne nous fut notifiée qu'après son départ, par l'Esprit-Saint et l'Eglise? . .

"Si nous voulons baptiser de son vrai nom l'opinion que nous avons analysée dans cette étude, nous nous heurtons à une première difficulté: c'est que nous sommes naturellement portés à la ranger sous la même dénomination que l'une des théories théologiques plus modernes que nous avons déjà nommée: celle de l'institution immédiate *'in genere'.* Par suite des causes que nous avons indiquées ci-dessus, la théologie, depuis le Concile de Trente, a une certaine horreur de toute opinion qui parle d'une institution médiate. Cette horreur s'explique mal. car. au fond, l'institution immédiate *'in genere',* pourtant si chère à un grand nombre de théologiens, n'est qu'une espèce d'institution médiate, puisqu'elle admet la détermination du rite sacramentel par les Apôtres ou par l'Eglise. et non par le Christ Lui-même. Pouvons-nous réduire comme le font beaucoup de théologiens, la théorie de saint Bonaventure à la théorie de l'institution immédiate *'in genere',* telle quelle nous est décrite par la théologie moderne? Nous croyons que cette réduction n'est pas possible. . .

"Comment donc formuler, de manière positive, la thèse du Docteur Séraphique? Ici nous devons consulter la terminologie de saint Bonaventure lui-même en même temps que le raisonnement théologique. Or. si nous voulons tenir compte de ce double facteur, il nous semble que la dénomination *'institution par le Christ médiate et par insinuation'* est encore ce qu'il y a de plus parfait. . .

"Nous disons: *institution par le Christ;* nous signifions ainsi que le Christ institua vraiment les sacrements (voir le *Breviloq.);* nous nous écartons des théologiens qui ne voient, dans la sentence de saint Bonaventure, que l'institution par l'Esprit-Saint ou que l'institution par les hommes, ou que l'institution par l'Esprit-Saint et par les hommes. Nous ajoutons: *médiate et par insinuation;* nous exprimons par là le mode dont le Christ a institué ces sacrements: le Christ ne les a pas institués immédiatement par Lui-même, de façon formelle et explicite, mais il a posé un acte de volonté, décrétant l'existence de ces sacrements, et en même temps II a *insinué* ce qu'il voulait établir; il fallait une expression claire et distincte de sa volonté, mais celle-ci a été faite par d'autres. De plus, en disant *'médiate',* nous indiquons le rôle de l'Esprit-Saint et celui des Apôtres ou de l'Eglise: car c'est par leur intermédiaire que le rite sacramentel a été établi officiellement dans l'Eglise. . .

"De toute cette étude, retenons les conclusions générales suivantes: d'après le

Docteur Séraphique, le Christ est l'auteur de tous les Sacrements, y compris la Confirmation et l'Extrême-Onction. Il a institué tous les Sacrements, mais de manière différente. Deux d'entre eux ont été voulus par Lui et insinués, mais cette insinuation n'exclut pas l'acte de volonté de la part du Christ, acte absolument requis pour que les Sacrements dérivent réellement du Christ. Le Christ pouvait signifier sa volonté soit par Lui-même, soit par d'autres: Il a eu recours à ce dernier mode pour deux Sacrements, car l'Esprit-Saint et les Apôtres ou l'Eglise ont manifesté aux fidèles la volonté du Christ. . .

"La théorie de saint Bonaventure, ainsi comprise, ne nous semble pas en opposition avec le Concile de Trente. Elle a été inadéquatement exposée par les théologiens, et de cet exposé imparfait ou mutilé ont découlé certaines notes exagérées et injustifiées qu'on lui a infligées. Elle n'est pas à identifier avec la sentence de l'institution immédiate 'in genere', telle que les théologiens modernes décrivent celle-ci. Elle est en toute vérité une *institution par le Christ, mais médiate, et par insinuation.* Cette formule, tout en laissant à désirer, est celle qui rend le plus brièvement possible la pensée du saint Docteur; elle est. en outre, conforme à sa propre terminologie, si on veut en réunir les éléments épars dans ses oeuvres. Nous ajoutons, en terminant, que nous croyons avoir atteint le but que nous nous étions proposé: l'interprétation exacte et authentique de la doctrine du Docteur Séraphique. Nous n'avons pas voulu nous prononcer sur le fond même de cette théorie: saint Bonaventure a-t-il eu raison ou tort; faut-il préférer la sentence de saint Thomas?"[9]

*HUMILIS A GENUA:* "Quaenam sit Divi Bonaventurae mens et doctrina quoad institutionem et causalitatem efficientem sacramenti Extremae Unctionis nequit amplius in dubium revocari, postquam Professor Josephus Bittremieux, in sua vere optima et perpulchra serie articulorum : 'L'institution des sacrements d'après S. Bonaventure' et 'La doctrine de S. Bonaventure et le Concile de Trente' rem plene elucidavit. Defensor est enim Divus Bonaventura institutionis, sic dictae 'mediatae', sacramenti Extremae Unctionis: Jesus Christus, nempe, institutor est mediatus tantum sacramenti huius, eo quod verbis et operibus suis ipsum sacramentum instituit *insinuando ct initiando. Institutio immediata* vero, sive *in specie* sive *in genere,* uti theologi loquuntur, quoad materiam ct formam, necnon *promulgatio* huius sacramenti a Spiritu Sancto, per apostolos, effecta est. Apostolus Sanctus Jacobus, deinde, ab ipso Spiritu Sancto inspiratus, hanc institutionem et promulgationem publici iuris per epistulam suam fecit. . .

"Doctrina Divi Bonaventurae *de mediata institutione sacramenti Extremae Unctionis a Christo effecta* estne aliquid novum in theologia saeculi XIII; aut est tantum clarificatio ct pulchrior expositio sententiae traditionalis antiquorum theologorum? Res magni est momenti pro historia dogmatum: etenim si per sex saecula quae antecedunt ortum Divi Bonaventurae, nos invenimus theologorum et Patrum multitudinem, qui in admittenda et docenda mediata institutione sacramenti Extremae Unctionis, conveniunt, non illicitum forsitan erit affirmare Divi Doctoris sententiam nihil aliud esse quam manifestationem et clariorem expositionem doctrinae fere communis et traditionalis. Et si revera ita res se habet, opinio, quae, duce Sancto Thoma et favente Duns Scoto, docet immediatam institutionem omnium sacramentorum a Christo effectam, in historia theologiae nobis apparebit ut doctrina, cui tuto adhaerere licet, sed sicut fructus ratiocinii et scaturiens ex principiis theologicis potius quam ex doctrina traditional!."[10]

[9] "L'institution des sacrements d'après S. Bonaventure," et "La doctrine de S. Bonaventure ct le Concile de Trente," *Eludes Franciscaines* 35 (1923) 142, 145, 237, 350 sq., 352-355. Cf L'institution des sacrements d'après Alexandre de Halès," *Ephemerides theologicae Lovanienses* 9 (1932) 245-251.

[10] "Influxus Patrum ct theologorum in doctrinam S. Bonaventurae de institutione sacramenti Extremae Unctionis a saeculo VI usque ad initium saeculi XIII," *Collectanea Franciscana* 8 (1938) 325, 328.

b**-



*QUARTA EXPLICATIO* affertur in sensu *immediatae institutionis jactae a solo Spiritu S.,* post Ascensionem, atque apostolis revelatae ab eisque promulgatae. Quae explicatio differt tum a priori de institutione mediata, quia hic nulla potestas tribuitur apostolis, tum a secunda et tertia, quia subtrahitur omnis influxus voluntatis Christi, qua hominis adhuc degentis in terris.

Hanc explicationem, cuius praeformatio agnosci potest in verbis *Ravestcyn* (infra cit. in p. 292), quamque indicavit aliquando etiam *Billot,* clarius recenter proposuit *Van Noort-Verhaar,* quem mere repetit *A. Michel.*

*VAN NOORT-VERHAAR:* "Quid si quaereres, num eadem definitione tridentina etiam absolute excludatur hypothesis, secundum quam apostoli post ascensionem Domini aliquod sacramentum instituissent *ex revelatione Spiritus s.* (quod de Confirmatione et Ext. Unctione admisit s. Bonaventura, et probabiliter etiam Hugo Victorious et Petrus Lombardus), res non ita certa est. Sane institutio per Spiritum s. facta in apostolis, ut erant organa revelationis, omnino differret ab institutione mediata quam supra descripsimus; esset reapse institutio immediate divina; apostoli stricte loquendo non essent institutores sed promulgatores; denique sacramenta hoc modo per Spiritum Christi apostolis instituta recte dicerentur sacramenta Christi, sicut universa doctrina revelata N. T.. non exceptis iis, quae apostoli post ascensionem a Spiritu s. acceperunt, doctrina Christiana ab omnibus vocatur.

"Hypothesis praedicta nullo argumento positivo suadetur et a multis saeculis a nemine defenditur. Sed forte per eam explicatur, quo sensu plures theologi asserant, institutionem immediatam omnium sacramentorum per Christum certam quidem esse, non tamen de fide. Sane facile dabis, patres trident., ut delegationem supra memoratam excluderent, institutionem omnium sacramentorum per Christum definiisse, negligendo quidem et improbando, at non praecise damnando hypothesim praedictam, nulla ratione fultam sed satis innocentem. Nam certe vera intentio concilii fuit definire institutionem sacramentorum esse juris divini, minime vero juris ecclesiastici."11

*MICHEL,* allata fere ad verbum hac eadem explicatione, non consentit judicio Van Noort de disconvenientia illius cum doctrina Concilii; nam addit: "Il n'est pas question de rendre droit de cité à une opinion abandonnée aujourd'hui par tous; on explique simplement que l'hypothèse bonaventurienne n'est atteinte ni directement ni indirectement. Le concile de Trente a voulu simplement définir que l'institution des sacrement est de droit divin."1- Tamen hic ipse doctor alibi aliter illam doctrinam interpretatur, scilicet in sensu institutionis genericae, ut dictum est supra (p. 214, 216).

Similem interpretationem ac judicium jam ante Van Noort et Michel transeunter proposuerat *BILLOT,* qui tamen eam suppressit in posteriori editione sui operis. In editione enim quinta a. 1914 *(De sacramentis* I 29S), ubi de Confirmatione, legebatur: "Respondeo, nihil in his [quae dicuntur a Bonaventura] inveniri contra existentiam et divinam originem Confirmationis, sed si quid difficultatis occurrat, esse ad summum contra factum institutionis omnium sacramentorum novae legis a capite Ecclesiae lesu Christo. *Et ne quidem hoc modo foret insolubilis difficultas,* quia Bonaventura solum vult, *Christum nec exhibuisse hoc sacramentum, nec declarasse institutionem eius, dum in terris versaretur.* At vero, cum Spiritus Sanctus in sua missione ad apostolos suggesserit eis omnia quae circa Ecclesiae constitutionem in voluntate Christi erant, *adhuc dici poterit institutum a Christo* potestate excellentiae id quod a Spiritu Sancto in apostolis existente fuit institutum

"*Tractatus de sacramentis* I (Ililversum in Hollandia 1946) 77 sq.

''"Sacrements," *Dictionnaire de théologie catholique* 14. 1 (1939) 567.

*videatur pro certo reicienda (13), maluimus in praesenti articulo*

potestate auctoritatis." In editione vero septima a. 1931 (p. 298), suppressis illis verbis, legitur: "Respondeo, nihil in his inveniri contra existentiam et divinam originem sacramenti Confirmationis, sed difficultas esset solum contra id quod Tridentinum definivit Sess. 7, can. 1: Sacramenta N. L. fuisse omnia a I. C. D. N. instituta. Porro facile solvetur, attenta praesertim ratione quam pro argumento affert Seraphicus, ubi dicit Christum nec dispensasse nec instituisse hoc sacramentum: *quia,* ait, *post ascensionem suam decebat Apostolos confirmari, et Spiritum Sanctum eis ad robur dari; unde Spiritus Sanctus nondum erat datus, quia Icsus nondum erat glorificatus. . .* Hoc igitur est quod intendit Seraphicus, cum dicit quod Christus non instituit sacramentum Confirmationis: videlicet, *non instituit exhibendo,* sicut instituit sacramenta baptismi et eucharistiae. Sed *hoc non excludit institutionem in promissione missionis Spiritus Sancti implicitam,* quam deinde ipse Spiritus Sanctus, suggerendo omnia quae de Ecclesiae constitutione Christus disposuerat (Ioan. XIV-26), fecit explicitam."

Quamvis unaquaeque istarum explicationum aliquid veritatis contineat suasque non despiciendas afferat rationes, putamus nonnisi priorem, illorum doctorum assequi mentem, pro quanto ex obscuris et ambiguis eorum expressionibus assequi potest. Id ostendemus ex ipsorum textuum examine, quos prius subicimus.

*HALENSIS* (**t** 1245) sententia exponitur in quarto libro *Summae Theologicae. Quamvis, iuxta recentiora studia, authenticités illius libri videatur pro certo reicienda,*[33] *maluimus in praesenti articulo nomen Halensis retinere,* tum ut evitentur confusiones, nam sub hoc ipso nomine apud varios auctores venit sententia quam discutimus, tum quia auctor illius libri intendit ipsius magistri sui Halensis mentem saltem referre.

De sacramentorum institutione Halensis agit praesertim in tribus locis, i.e. in quaestione prima, quinta et nona. In q. 1 agit in genere de sacramentis sive antiquae sive novae legis, in q. 5 agit iterum in genere de solis sacramentis novae legis, in q. 9 agit directe de Confirmatione; de ipsa autem Extrema Unctione nonnisi transeunter loquitur, agens de sacramentis in genere, in q. 3 et 5.

*Dc sacramentis utriusque legis in genere. Q. 1, m. 3, a. 4,* posita quaestione "Quaeritur, a quo facta sit institutio sacramentorum, scilicet utrum a deo, vel ab homine," respondet: "Ad hoc dici potest,

[33] Liber IV illius Summae, in quo agitur de sacramentis, tribuitur *Guilelmo de Melitona* (•f· 1257) ut principali saltem auctori, libri vero I et III *loanni dc Rupella* (-f- 1245), liber tandem II ignoto auctori. Authenticum vero opus ipsius Halensis est recenter inventa *Glossa in quatuor libros Sententiarum,* cuius iam duo priores libri editi sunt Quaracchi a. 1951 1952. Maior lux circa Halensis opera et doctrinam expedatur ex futura editione quarti libri tum Summae tum Glossae. Interim confer tres auctores qui in hac re praecipuas partes habuerunt: F. Peister, "Zur Problem der Summa des A. v. H.," *Gregorianum* 11 (1931) 439-442; F.-M. Henquinet, "Le commentaire d'Alexandre dc Halès sur les Sentences enfin retrouvé," *Miscellanea Giovanni Mercati* II ("Studi et Testi," v. 22, Città dei Vaticano 1946) 359-382; V. Doucet, "A New Source of the 'Summa Fratris Alexandri': The Commentary on the Sentences of Alexander of Hales," *Franciscan Studies* 6 (1946) 403-417; "Prolegomena in librum III necnon in libros I et II 'Summae Fratris Alexandri,'" *Alexandri De Hales Summa Theologica* IV: Liber III (Ad Claras Aquas 1948) praecipue p. lix-ccclxx.

quod sacramenta instituta sunt a Deo autoritate: ab homine puro solum ministerio: a salvatore Christo deo, et homine, *autoritate et ministerio*. Ipse enim instituit autoritate, inquantum deus, ministerio, inquantum homo, ministrando ipsa sacramenta: sicut patet de sacramento altaris: Moyses autem instituit ut minister assumpto officio ministerij, a deo autore, Apostoli, ut ministri assumpto officio ministerij, a Christo autore: per quos, ut dicit Magister. 4. Senten. erat dispositurus ecclesias. Alia tamen et alia erat ratio ministerij, prout erat Christi hominis, et apostolorum: quia ut erat Christi hominis, erat *ministerium quasi subautoritatis:* ut Apostolorum, purum ministerium" *{Summae Theologiae, pars quarta* [Venetiis: apud Franciscum Franciscium 1575], p. 6, verso, col. 1).

*De sacramentis novae legis in genere.* Q. 5, m. 2, a. 1, posita quaestione "An omnia sacramenta evangelica a Christo institutionem habuerint," respondet: "Sacramenta novae legis digniora sunt sacramentis veteris legis, inquantum huiusmodi: et per digniorem sunt instituta, scilicet per Christum, vel Apostolos *autoritate ipsius, et doctrina.* Sed duo instituit per seipsum scilicet sacramentum baptismi, quod est maximae necessitatis, et efficaciae: et sacramentum eucharistiae, quod similiter propter quotidianam infirmitatem est maxime necessarium, tamquam reparativum quotidianae infirmitatis. *Sacramentum vero confirmationis, et extremae unctionis dedit per apostolos. . .* Et sic haec duo sacramenta . . . data sunt *dispensatione apostolorum:* qui tamen quantum ad *potestatem, quam acceperunt a Christo;* maioris erant dignitatis, quam ille, qui erat in lege [i.e. Moyses]. Alia vero tria sacramenta [i.e. Poenitentia, Ordo et Matrimonium] quandam habuerunt additionem a domino in evangelio" *{ibid.,* p. 48, recto, col. 1).

*Ibid., m. 3, a. 2, § 1.* loquens de *jorma sacramentorum* novae legis, quaerit: "An omne sacramentum novae legis habeat formam [institutam a Domino]," ac respondet: "Forma dicitur multipliciter. Vel forma verborum, qua fit sacratio: vel forma, qua sacramentum esse habet sacramenti. Si dicatur ultimo modo forma, qua sacramentum accipit complementum: in omni sacramento est aliqua forma. Si vero dicatur forma verborum, qua fit sanctificatio: non est in omni sacramento septem sacramentorum forma verborum instituta determinate, a qua unumquodque sacramentum accipiat esse sacramenti. In quatuor, quae sunt proprie dicta sacramenta novae legis [i.e. Bapt., Euch., Confirm., Ext. Unctione], est forma *instituta a domino, vel ecclesia.* Sed utrum in omnibus accipiatur esse sacramenti ab eis: inferius dicetur" *{ibid.,* p. 51, recto, col. 1). *Ibid., § 3:* "Dominus institutionem formae voluit nobis dare per seipsum in illis

principalibus sacramentis novae legis [i.e. Bapt. et Euch.J: quia ista totum hominem uniunt in corpore ecclesiae secundum unitatem fidei et charitatis; cum digne suscipiuntur. . . Ratione ergo huius principalitatis, forma verborum a domino lesu Christo per seipsum *insinuatur.* Praeterea, baptisma maxime liberat a malo: eucharistia maxime designat meritum in bono: propter quod convenienter haec *instituta sunt a Christo per seipsum:* formam vero in aliis, quae non ita videntur esse principalia: *per ministros ecclesiae voluit ordinari" (ibid.,* p. 51, recto, coi. 2; verso, col. 1).

*De Extrema Unctione,* praeter obiter dicta in praecedentibus textibus, haec magis directe proponit, *q. 5, m. 2, a. 1:* "Legitur etiam, quod post doctrinam datam a domino Matth. [ lege Mare.] 6. discipuli, cum missi essent ad praedicandum, ungebant oleo infirmos, et curabantur: in quo datur intelligi extrema unctio, sive unctio infirmorum: et praesumi potest quod ex doctrina Christi hoc fecerunt, licet non sit scriptum ibidem: vel ex inspiratione spiritus sancti hoc fecerunt" *(ibid.,* p. 48, recto, col. 1). Q. *3, m. 2, a. 3,* § 7, *ad 7,* quaestioni "Propter quid sacramentum confirmationis vel extremae unctionis non habuerunt signum sibi respondens in veteri lege, quod institutum esset ad significandum," respondet: "Confirmatio et extrema unctio non habuerunt in lege aliqua sacramenta: ut ostendatur, quod ista duo sacramenta proprie *sunt data* post passionem Christi. Non enim legitur robur gratiae spiritus sancti datum ante ad non timendum mortem: nec ante fuit apertio ianuae. . . Et ideo haec duo sacramenta recte sunt propria ad conditionem gratiae - - - ; et quia confirmatio et extrema unctio nihil habebant significati, nisi quod dabantur post Christi passionem, congruenter dominus *per suos apostolos haec instituit sacramenta" (ibid.,* p. 23, verso, col. 1 et 2).

*De Confirmatione. Q. 9, m. 1:* "Dicunt quidam hoc sacramentum fuisse a domino institutum et collatum: utpote quando manus super pueros imposuit. Matth. 19. Sed quia in illa impositione manuum non expressum est *aliquid de forma verborum, vel de materia,* qua mediante hoc sacramentum exerceretur: patet quod *non fuit a domino institutum.* Dicunt alii, quod hoc sacramentum fuit institutum ab apostolis, collatum et ministratum. Quod non est verum: et hoc patet per hoc, quod apostoli confirmabant sola impositione manuum sine inunctione, et sine forma verborum; qua utitur Ecclesia. Propter hoc sine praejudicio dicendum: quod dominus neque *hoc sacramentum, ut est sacramentum, instituit: neque dispensavit, neque apostoli.* Intelligendum est igitur, quod post ascensionem domini

congruebat apostolos confirmari, et illis spiritum sanctum dari ad robur: unde Joan. 7. Spiritus sanctus nondum erat datus; quia Iesus nondum erat glorificatus. Non (inquam) in plenitudine, vel ad robur: sed fuit datus die Pentecostes: unde apostoli confirmati sunt a spiritu sancto immediate sine ministerio et sacramento: et *ipsi deinde confirmabant sine sacramento*. . . Sed postquam apostoli qui erant bases ecclesiae, qui a domino erant praelati, et spiritu sancto confirmati; defecerunt: *institutum fuit hoc sacramentum spiritus sancti instinctu, in concilio Meldensi quantum ad formam verborum, et materiam elementarem: cui etiam spiritus sanctus contulit virtutem sanctificandi*. . . Nec debet argui institutum fuisse, vel ministratum ab apostolis: quia dicitur, quod nec tempore apostolorum ab aliis, quam ab ipsis apostolis legitur peractum esse: licet enim apostoli manuum impositione confirmabant; *non tamen confirmabant ministrando sacramentum confirmationis" (ibid.,* p. 109. recto, col. 1).

*Ibid., m. 2, a. 1, § 1, ad 1:* "Dicendum, quod ipsi apostoli fuerunt confirmati in die Pentecostes a spiritu sancto immediate, sine ministerio humano, et sacramento: et ideo alios confirmabant sine ministerio sacramenti: ut illi, qui fuerunt bases et fundatores Ecclesiae, viso quod impositione manuum dabatur spiritus sanctus; gratiam et autoritatem in conspectu hominum haberent: et eis sicut capitibus Christianae religionis homines crederent, et obtemperarent. Sed postquam illi, qui fuerunt fundatores ecclesiae, apostoli, scilicet, qui a deo, non per hominem erant ordinati, praelati, et confirmati; defecerunt: *instinctu divino institutum est; ut mediante elemento sanctificato per verbum hoc sacramentum daretur" (ibid.,* p. 109, verso, col. 1).

*Doctrina igitur Halensis, stando in puris ejus expressionibus, ad hanc summam reducitur:*

1. In qualibet lege solus Deus instituit sacramenta "auctoritate." homo vero solummodo "ministerio" (qua voce non indicatur subsequens applicatio sacramenti jam instituti, sed ipsa institutio, ministerialiter, seu non propria virtute et auctoritate, facta).

2. In antiqua lege sacramenta instituta sunt a Deo "auctoritate" et a Moyse "ministerio"; non specificatur modus hujus ministerii, nisi quod esset purum ministerium, de genere ejus quod competit apostolis in institutione sacramentorum novae legis, etsi minoris dignitatis.

3. In nova lege sacramenta instituta sunt a Deo (vel a Christo ut Deo) "auctoritate," a Christo ut homine "ministerio" quidem, non

tamen puro sed excellentiori et quasi auctoritate admixto, ac proinde "ministerio quasi subauctoritatis," et ab apostolis aut eorum successoribus "puro ministerio."

4. Distinguere oportet sacramenta novae legis in duas classes, quarum prior jam extitit sub aliqua imperfecta forma in antiqua lege, scilicet Poenitentia, Ordo et Matrimonium, altera vero est propria novae legis ("quae sunt proprie dicta sacramenta novae legis"); haec autem subdistinguenda est in duplicem seriem, ita ut in prima includantur duo sacramenta majoris necessitatis ac dignitatis, i.e. Baptismus et Eucharistia, in altera vero duo sacramenta quae ordinantur ad aliquam excellentem gratiam et effusionem Spiritus S. ("dationem Spiritus S. ad robur," "aperitionem ianuae" regni coelorum). Christus igitur omnia haec sacramenta quodammodo instituit "per seipsum vel apostolos auctoritate ipsius et doctrina," sed triplici diverso modo, juxta triplicem praedictam classem. Nam tria priora (Poenit. Ord. et Matr.), quae jam quodammodo existebant in antiqua lege, Christus *complevit* seu perfecit quatenus ipsa "quandam habuerunt additionem a Domino in evangelio"; Baptismum vero et Eucharistiam "*instituit* per seipsum"; Confirmationem tandem et Extremam Unctionem *"dedit vel instituit per apostolos"* vel "Ecclesiam" seu "ministros Ecclesiae."

5. Haec apostolorum vel Ecclesiae participatio in institutione Confirmationis et Extremae Unctionis consistit in hoc quod haec sacramenta sunt "instituta seu data a Christo per apostolos," *"auctoritate et doctrina ipsius"* Christi seu per *"potestatem quam acceperunt a Christo"* vel in hoc quod eorum "forma est instituta ab ecclesia." *"Spiritu S. instinctu"*

6. Hinc intelligitur quo sensu, juxta diversam considerationem causae instituentis et rei institutae, Halensis absque contradictione simul affirmet et neget haec duo sacramenta fuisse a Christo instituta ("Sacramenta novae legis sunt instituta per Christum vel apostolos, auctoritate ipsius et doctrina"; eorum forma "instituta est a domino vel ecclesia," "Per suos apostolos haec [Confir. et Extr. Unet.] instituit sacramenta," "Hoc sacramentum [Confirmationis] non fuit a Domino institutum" sed "Spiritu Sancti instinctu in Concilio Meldense"). In institutione horum sacramentorum Halensis duos auctores invocat: Christum et Ecclesiam, vel potius inconstanter ac saltuario modo quatuor auctores: Spiritum S., Christum, apostolos et Ecclesiam. Spiritui S. tribuit instinctum vel inspirationem ("Ex inspiratione Spiritus S. hoc [i.e. Unctionem] fecerunt," "Institutum fuit hoc sacramentum [Confirm.] Spiritus S. instinctu," "Instinctu divino institutum est [sacr. Confirm.]"). Christo tribuit collationem factam Apostolis potestatis instituendi sacramenta et quandam eorum instructionem seu

b**–



doctrinam circa talem institutionem ("Sunt instituta per apostolos auctoritate ipsius et doctrina," "potestate quam acceperunt a Christo," "ex doctrina Christi"). Apostolis vel Ecclesiae tribuit "ministerium" institutivum, "dispensationem" institutivam, "potestatem" institutivam a Christo acceptam, "formae institutionem," "institutionem sacramenti, ut est sacramentum" seu "quantum ad formam verborum et materiam elementarem," "qua mediante hoc sacramentum exercetur."

Mens igitur Halensis sic exponenda est: Christus non immediate seu per seipsum instituit haec duo sacramenta, sed mediate per apostolos vel Ecclesiam, quatenus dedit eis potestatem instituendi signum sacramentale (seu materiam et formam quibus sacramentum essentialiter constat), cui, vi collationis ejusdem potestatis, adnecteretur a Spiritu S. virtus sanctificandi, et quatenus simul per suam doctrinam et per inspirationem seu instinctum Spiritus S., eos adjuvit in usu talis potestatis seu in convenienti institutione horum sacramentorum, ut nempe congruenti tempore et modo inducerent existentiam aptorum quorundam signorum congruentium quarundam gratiarum.

*Quod attinet ad immediatos institutores et tempus institutionis,* Halensis *Extremam Unctionem* refert ad ipsos apostolos, nihil tamen specificans de relatione Iacobi, aut verborum ejus, ad institutionem vel promulgationem sacramenti, immo de textu Iacobi omnino silens, ea fortasse ratione quia de Extrema Unctione non instituit specialem sermonem sed tantum transeunter loquitur, agendo de sacramentis in communi. Item ejus institutionem refert ad tempus post Christi passionem, ut ait explicite in altero ex duobus textibus supra recitatis (q. 3, cit. in p. 224); nec obstat quod in priori textu (q. 5) dicat in unctione administrata ab apostolis ante passionem "intelligi Extremam Unctionem quam praesumi potest apostolos administrasse ex doctrina Christi vel ex inspiratione Spiritus S.," nam, nisi velimus admittere inverisimilem prorsus contradictionem inter duos textus tam sibi invicem propinquos et connexos, haec verba intelligenda sunt non de ipso sacramento sed de aliquo ritu, ab apostolis sub consilio Christi vel inspiratione Spiritus S. adhibito, quo figurabatur et praeparabatur ipsum sacramentum. Quod quidem videtur innui ab ipso Halensi cum ait: "Ista duo sacramenta *proprie* sunt data post passionem Christi," quasi subintelligens: "quamvis improprie, seu in aliquo ritu figurali ac praeparatorio, sint data ante passionem, scilicet cum apostoli ungebant infirmos et cum Christus imposuit manus super caput puerorum."

*Confirmationis* institutionem Halensis, in q. 9 ubi directe agit de hoc sacramento, refert explicite non ad apostolos sed ad posteriorem Ecclesiam; nec obstat quod in q. 1, 3 et 5, agens de institutione

sacramentorum in communi, referat ad apostolos utrumque sacramentum Extremae Unctionis et Confirmationis, nam vox "apostoli" ibi ponitur in confuso pro apostolis eorumque successoribus, prout constituunt aliquem auctorem institutionis distinctum ab ipso Christo, ut patet tum ex copulato sermone de Extrema Unctione quae sibi vindicat institutionem ipsorum apostolorum, tum ex eo quod in eadem q. 5 Halensis, loquens de eisdem duobus sacramentis, voci "apostoli" bis substituit indifferenter vocem "Ecclesia" ("Forma instituta a Domino vel ecclesia," "formam per ministros Ecclesiae voluit ordinari"), tum ex eo quod secus ipse tam evidenter sibimetipsi contradiceret. Praeterea, *referens institutionem ad Cone. Meldense* (a. 845), *Halensis omnino determinate assignat auctorem et tempus.*

Haec autem tam peregrina ac singularis affirmatio, quam Bonaventura, non obstante sua cognatione cum doctrina Halensis, proferre ausus non est et S. Thomas "absonam" appellavit, *triplex suscitat problema* de mente Halensis, quod moderna curiositas solvere conatur. Primo nempe, an juxta ipsum nullum fuisset sacramentum Confirmationis tempore apostolorum et quomodo fideles tunc confirmarentur; secundo, quid de tempore inter apostolos et Cone. Meldense, an ipse putaverit Ecclesiam per septem saecula caruisse hoc sacramento; tertio, qua ratione potuit ipse convinci vel cogitare hoc Concilium sacramentum instituisse.

*Primae quaestioni* respondet ipse Halensis, inquiens apostolos fuisse confirmatos "immediate et sine sacramento" a Spiritu S. in die Pentecostes et eos sua vice ceteros fideles confirmasse "sine sacramento" seu "sola impositione manuum sine inunctione et sine forma verborum qua utitur Ecclesia." Quidam, ut *Van der Heeren* et *Guillaume,* dicunt Halensem non negare quod impositio manuum apostolorum esset sacramentum Confirmationis, sed tantum quod esset illud ipsum sacramentum quod postea institutum est in Cone. Meldensi, seu prout constat unctione loco impositionis manuum, ac inde conantur confirmare suam interpretationem de generica Christi institutione Confirmationis juxta mentem Halensis. Attamen, ut bene observant *Umberg"* et *Bittremieux,* ea explicatio non congruit textui; nam in verbis supracitatis Halensis explicite et insistenter negat apostolos confirmasse per sacramentum, imo et rationem addit, ut nempe ipse modus conferendi Spiritum S. non per ordinarium ac constitutum medium sacramenti, sed per extraordinariam quandam potestatem, esset causa cur eorum auctoritas extolleretur apud fideles. Nec obstat quod apostoli dicantur "confirmasse," nam additur: "Non tamen confirmabant mi-

" *Dic Schriftlehre vom Sakraine.nl (ler Firmung* (Freiburg i. Br. 1920) 7, in nota.

nistrando sacramentum confirmationis," et ceteroquin ipse Spiritus S. dicitur apostolos confirmasse, necnon Christus dicitur parvulos per impositionem manuum confirmasse, sine ullo proculdubio sacramento.

*Quoad secundam quaestionem* prudenter silet Halensis Putavitne charismaticam manuum impositionem ad conferendum Spiritum S. durasse, saltem saltuarie et intermittenter, ultra tempus apostolicum, an forte cogitavit sacramentum Confirmationis non tantae esse necessitatis Ecclesiae (jam veluti collective confirmatae a Spiritu S. in die Pentecostes) ut non posset ejus defectus, per aliquod saltem tempus, compensari per effectum aliorum sacramentorum charismatumque ecclesiasticorum et non conveniret ut tardius introduceretur inter media sanctificationis? Difficultatem hanc perspexisse ac evadere conatus esse videtur Bonaventura, si consulto mentionem Cone. Meldensis suppressit sententiamque sui magistri Halensis aut confratris Guilelmi de Melitona indeterminatis terminis protulit.

*Quoad tertiam quaestionem,* certum est *Cone. Meldense.* in tribus canonibus quae referuntur ad Confirmationem (seu confectionem et administrationem chrismatis) nihil proponere quod sonet institutionem vel introductionem hujus sacramenti, sed illud institutum ac usitatum supponere, dum disciplinariter decernit ut soli episcopi, non vero chorepiscopi, debeant sanctum chrisma administrare (can. 44), ut nemo episcoporum munus aliquod accipiat pro administrata Confirmatione (can. 45), et ut sacrum chrisma non conficiatur nisi Feria V in Coena Domini.[15] Ceterum, Concilium in ipso can. 44 se refert explicite ad decretum Innocentii I de episcopali reservatione Confirmationis (cf. *Denz.* 98), ostendens se non solum Confirmationem sed et ipsam hanc ministri designationem nullatenus introducere.

Ratio erroris Halensis ex eo fortasse provenit quod sua aetate disputabatur inter doctores de origine divina vel ecclesiastica ipsius chrismationis, prout distinguitur a manuum impositione, in materia hujus sacramenti; cum autem in antiquis statutis ecclesiae gallicanae immediate ante Cone. Meldense (a. 845), v.g. in Capitularibus

[15] *Can. 44:* "Ut chorepiscopus modum suum juxta canonicam institutionem teneat, et nec sanctum chrisma, nec sanctum paracletum Spiritum, solis episcopis, juxta decreta Innocentii tribuere debitum, tradere tentet: nec ecclesias consecret: neque ecclesiasticos, qui per impositionem manus tribuuntur, id est, non nisi usque ad subdiaconatum, et hoc iubente episcopo, et in locis quibus canones designant, agere praesumat. Impositioni autem poenitentiae, aut poenitentium reconciliationi, per parochiam secundum mandatum episcopi sui inserviat" *(Harduin* 4. 1491).

*Can. 45:* "Ut nemo episcoporum, vel quilibet minister ecclesiasticus, propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat; neque denarios vel quaelibet munuscula, quae per ministros episcoporum a presbyteris inordinabiliter exiguntur. Decet tamen presbyteros, cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare et venerari suos episcopos" *(ibid.).*

*Can 46:* "Ut nemo sacrum chrisma, nisi in quinta feria maioris septimanae, id est, in coena, quae specialiter appellatur Dominica, conficere praesumat" *(ibid.).*

Caroli Magni, in Statutis lonae episc. Aurelianensis (ψ 844) et in ipso interprovinciali Cone. Parisiensi (a. 829), non fieret sermo de chrismatione sed de sola manuum impositione ad hoc sacramentum designandum, potuit Halensis inde deducere chrismationem nonnisi tempore Cone. Meldensis introductam fuisse, cumque eam haberet pro essentia sacramenti, ipsius sacramenti institutionem ad hoc Concilium referre.

*BONAVENTURA* (t 1274) sententiam suam exponit in duobus operibus, i.e. in *Commentario super Sententias* (juxta editores Quaracchianos composito inter 1245 et 1256) et in opusculo *Breviloqnium* (juxta eosdem composito ante 1257).

In *COMMENTARIO super Sententias, l. 4, dist, 1, parte 1,* loquens explicite de institutione *sacramentorum in genere* (a. 1, q. 1) et de differentia inter sacramenta antiquae et novae legis (a. 1, q. 5), nihil dicit circa immediatum vel mediatum institutorem aut circa modum institutionis, sed tantum explicat rationem convenientiae ut Deus instituerat sacramenta et discrimen inter vetera et nova sacramenta quantum ad eorum efficacitatem. Quaestionem igitur nostram ponit inferius, ubi de Confirmatione (dist. 7) et Extrema Unctione (dist. 23). Praeterea, ad intelligentiam expressionum, quas ibi adhibet, confert attendere sensum earundem expressionum ubi agit de institutione Baptismi (dist. 3) et Confessionis (dist. 17).

*Dist. 7, a. 1, q. 1*, agens de *forma Confirmationis,* scribit: "Ad illud . . . quod obicitur in contrarium de eius institutione, diversificantur doctores. Quidam enim dicunt quod formam illam Christus instituit et Apostolis tradidit, et Apostoli postmodum aliis reliquerunt, licet hoc non sit scriptum in canone Scripturae. Ipse tamen forma illa non fuit usus imponendo manus pueris, quia hoc faciebat ut Dominus, non ut minister. — Aliter potest dici et melius, credo, quod *illud sacramentum Christus nec dispensavit nec instituit,* quia post ascensionem suam decebat Apostolos confirmari et Spiritum ad robur dari. Unde loannis 7,39: 'Spiritus Sanctus nondum erat datus, quia lesus nondum erat glorificatus'; non inquam, datus in plenitudine vel ad robur; sed hoc quidem fecit die Pentecostes. Unde confirmati sunt a Spiritu Sancto immediate sine ministerio et sacramento; et ideo ipsi etiam alios confirmabant etiam sine verbo. Sed postquam bases Ecclesiae, Apostoli scilicet, qui a Deo, non per homines erant ordinati praelati et confirmati, defecerunt, *instituit Spiritus Sanctus huius sacramenti formam,* cui etiam virtutem sanctificandi dedit. Et per hoc patet responsio ad primum.

"Ad illud quod obicitur de forma: quare scilicet Christus non

instituit et quare Apostoli non instituerunt et posteris tradiderunt, ratio praedicta est. — Possunt tamen et aliae rationes congruentiae assignari: quia enim minuebatur in dispensantibus sanctitas, in suscipientibus idoneitas, ideo opportunum fuit instituere verbum sanctificans. Alia est etiam ratio, sed haec patebit infra [i.e. in q. 2 mox citanda]."[10]

*Ibid., q. 2,* agens de *materia Confirmationis,* prosequitur: "Sicut tactum est prius [in q. 1] *Christus hoc sacramentum non instituit,* quia credentes post eius ascensionem erant confirmandi. Unde nec materiam nec formam Apostoli dispensaverunt, sed rem huius sacramenti sine forma, a Spiritu Sancto immediate confirmante, et sine elemento vel materia, quia in datione Spiritus Sancti signa visibilia apparebant; et ideo non erat opus elemento. Sed post a successoribus institutis dandus erat vi verborum et invisibiliter; ideo oportuit institui sensibile elementum. *Institutum est igitur hoc elementum, Spiritu Sancto dictante, ab ipsis Ecclesiae rectoribus;* et quia Christus non instituerat nec vim ei dederat, secundum quod ipse contactu mundissimae carnis dederat aquis, et ut ipse, conficiendo corpus suum, instituit elementum sive materiam Eucharistiae, ut panem vel vinum: ideo episcopi non valentes se ipsis materias consecrare, consecrari per benedictionem instituerunt. Et ideo materia huius sacramenti debet esse consecrata."[17]

*Dist. 23, a. 1, q. 2,* agens de *institutione Extremae Unctionis* quaestionem de mediata institutione sic explicite ponit ac distincte resolvit: "Secundo quaeritur de causa efficiente sive instituente, et quaeritur, utrum hoc sacramentum instituerit Christus vel aliquis eius discipulus. . .

"Ad horum intelligentiam notandum est quod aliqui dicere voluerunt omnia sacramenta instituta fuisse a Christo, quoniam ipse fuit legislator. Unde, quamvis non expresse legatur de Confirmatione et Extrema Unctione, tamen credendum est ipsum instituisse; et hoc aliquo modo innuitur de Confirmatione, cum manus pueris imposuerit, Matthaei 19, 15; de Extrema Unctione, cum discipulos ad praedicandum misit, qui oleo ungebant infirmos et curabantur, sicut dicitur Marci 6, 13; haud dubium quin per mandatum ipsius hoc fecerint. Si autem Apostoli dicuntur aliqua instituisse, hoc est quia institutionem promulgaverunt, sicut beatus Iacobus Confessionis et Unctionis.

"Sed tamen, cum in Evangelio sufficienter lex evangelica exprimatur, et evangelica lex contineat Christi statuta et facta et magis statuta quam facta, quomodo probabile est ut omnes Evangelistae sic sub

[ie] *Opera theologica selecta* IV (editio minor, Ad Claras Aquas 1949) 152 sq.
[v] *Ibid.* 154.

silentio tam nobilia sacramenta pertransissent, *si Christus instituisset,* cum ex his nostrae salutis adminiculum eliciatur? Et ideo probabilius alii dicunt, et Magister videtur hoc sentire, immo aperte dicit, quod *Spiritus Sanctus per Apostolos hoc sacramentum instituit, sicut supra dictum est de sacramento Confirmationis.* Et quod hoc potuerit esse, manifestum est, cum ipse sit doctor praecipuus sicut et Christus; et exemplo patet, quia Apostoli, Spiritu Sancto dictante, formam Baptismi a Christo institutam et confirmatam ad tempus mutaverunt; quanto magis *quod Christus insinuaverat instituere potuerunt.*

"Et quod ita fuerit congruum, manifestum est, si attendatur diversitas sacramentorum. Quaedam enim sunt sacramenta communia Legis Veteris et Novae, quaedam propriissima Legis Novae, quaedam medio modo. Communia sunt illa quae sunt quodam modo ex dictamine naturae, quod quia semper idem manet, illa sacramenta ab initio cucurrerunt, ut Matrimonium et Poenitentia, secundum quod Deo reconciliat; et *haec quidem Dominus lesus consummavit et confirmavit* in Lege Nova, non evacuavit. — Quaedam sunt propriissima Legis Novae, et haec sunt quae significant gratiam in tali statu, quae proprie competit Legi Novae; haec autem duo sunt: Confirmatio et Unctio, ubi significatur gratia Spiritus Sancti, secundum quam inungitur quis in pugilem, ut pro Christo audeat mori, et in regem, ut in regnum caelorum possit introire tamquam in suum. Hoc est Novae Legis proprium; ideo in Veteri non habuerunt certam figuram haec duo sacramenta. Et quia significant Spiritus Sancti gratiam in aliqua abundantia, et Spiritus Sanctus abundanter non fuit datus, quousque 'lesus non fuit glorificatus', sicut dicitur loannis 7, 39, ideo *haec duo sacramenta a Christo fuerunt insinuata, sed post a Spiritu Sancto fuerunt instituta.* — Quaedam sunt sacramenta media, quae in Veteri Lege non fuerunt in veritate, fuerunt tamen in figura et significatione, sicut Baptismus, Eucharistia et Ordo. Et quia Christus Legem implevit et figuras evacuavit, *haec tria sacramenta per se ipsum instituit.* Concedendae igitur sunt rationes probantes *Spiritum Sanctum per Apostolos hoc sacramentum instituisse.*

"Ad illud ergo quod obicitur. quod hoc [i.e. instituere sacramenta] est legislatoris, dicendum quod Spiritus Sanctus supplevit hoc quod ipse Dominus dimiserat in doctrina, sicut dicitur loannis 16, 12: 'Multa habeo vobis dicere, quae non potestis portare modo'; et post: 'Cum venerit etc.'. Unde sicut *supplevit* quod deerat de doctrina secundum Dei ordinatam dispensationem, *ita etiam quod de institutione ex causa congrua dimissum erat.* Nec sunt duo legislatores Christus et Spiritus eius.

"Ad illud quod obicitur. quod per semetipsum [Deus instituit sacramenta A. L.]. dicendum quod ipse immediate loquebatur Moysi, et

post Moyses praecipiebat populo sicut nuntius Dei et minister; sic Spiritus Sanctus Apostolis et ipsi ut ministri populis exponebant. Unde *sacramentorum institutionem non attribuimus nisi Deo vel per Filium vel per Spiritum Sanctum. Nec credendum est quemquam Apostolorum hoc per se instituisse, sed totum collegium; sed Iacobus promulgavit,* sicut sententiam tulit de observantia legalium, Actuum 15, 13. — Et per hoc patet sequens, quia, sicut Deus operatur principaliter et sacerdos ut minister, sic institutio sacramentorum respicit Deum ut auctorem, *et Apostolos respicit ut ministros in promulgando.*

"Ad illud quod obicitur, quod Apostoli ungebant oleo, dicendum quod ibi *non fuit sacramentum institutum, sed insinuatum;* et hoc patet, quia unctio illa principaliter fiebat ad sanitatem corporalem, non ad curationem spiritualem principaliter. Unde sicut gratiam sanitatum tunc habebant Apostoli et non potentiam ligandi et absolvendi, sic oleum illud deserviebat sive operabatur ad salutem corporis; nunc autem principaliter operatur ad salutem spiritus, sicut in ipsa forma evidenter exprimitur."[18]

*Ibid., q. 3,* agens de *materia Extremae Unctionis,* scribit: "Quoniam . . . Christus *per semetipsum instituit,* qui per semetipsum potuit sanctificare, Baptismum et Eucharistiam, ideo non est alia consecratio praeparans necessaria, sed solum ad solemnitatem facit. Sed *hoc sacramentum Spiritus Sanctus instituit per Apostolos,* qui non poterant sanctificare nisi per Deum; ideo materia est, non simplex elementum, sed oleum per verbum et invocationem Sancti Spiritus consecratum, et hoc per verbum episcoporum, qui sunt successores Apostolorum, ut, sicut *Spiritus Sanctus instituit per Apostolos,* sic etiam nunc consecret per episcopos."[19]

*Dist. 3, pars 2, a. 1, q. I,* agens de *institutione Baptismi,* ait: "Ad illud quod quaeritur ultimo: quando est institutum ? ex Scriptura potest videri, quae de hoc in multis locis loquitur. Propter quod notandum quod Dominus Baptismi sacramentum *primo insinuavit instituendum, secundo instituit, tertio confirmavit institutum.* Insinuavit quidem facto et verbo: facto, cum baptizatus esset a Ioanne in aqua, ostendit ceteros credentes in aqua fore baptizandos. Insinuavit verbo, cum praedixit Nicodemo, Ioannis 3, 5: 'Nisi quis renatus fuerit ex aqua' etc. — Instituit autem, cum ipse baptizare coepit per discipulos, Ioannis 3, 22: 'Post haec venit Iesus in terram Iudaeam et baptizabat'; et tunc instituit facto et verbo, quia dicitur ibidem: 'baptizabat', etsi non ipse in propria persona, tamen discipuli in sua praesentia, secundum quod

[18] *Ibid.* 580-582.
[19] *Wrf.* 583.

ipse volebat; et rursus, discipulos misit ad praedicandum et baptizandum 'binos' Lucae 10, 1, sicut dicit Magister in littera. — Confirmavit autem Baptismum facto et verbo: facto, cum de latere eius non tantum profluxit sanguis, verum etiam aqua in ipsa passionis consummatione. Verbo autem confirmavit, quando post resurrectionem discipulos ad baptizandum omnes et singulos misit, Matthaei ultimo, 19."[20]

*Dist. 17, pars 2, a. 1, q. 3,* agens de *institutione ipsius Confessionis,* prout distinguitur ab ipsa potestate clavium, scribit: "Dicendum quod duo sunt in confessione: unum formale et completivum, et hoc est absolutio sive potestas absolvendi vel medicandi; et hanc Dominus instituit, qui potestatem clavium concessit; et penes hoc residet virtus.— Aliud autem est materiale, et hoc est detectio peccati sive morbi; et hoc Dominus *non instituit in se, sed insinuavit.*

"Ratio autem quare non instituit, ut dicunt aliqui, haec fuit, quia sufficit aegroto exponere medicum et medicinam; et ulterius confessio peccati non valet extorta, sed debet esse voluntaria: ideo Dominus *insinuavit, relinquens hoc in voluntate aegrotantium. . .* Et licet hoc sit satis probabile, potest tamen et aliter dici, quod Dominus confessionem per se non instituit, quia est in remedium recidivantium. Quia Christus erat Ecclesiae fundator, et venientibus omnium peccatorum per Baptismum fiebat remissio, ideo ab eo non debuit institui confessio, ne ex verbo Domini daretur aliquibus recidivandi occasio. Cum autem Ecclesia fuit instituta, labi homines coeperunt; et tunc remedium, ne desperarent vel contemnerent, *publicari oportuit:* et ideo per Apostolos *confessio debuit institui auctoritate sibi a Domino tradita in clavibus sibi datis,* in quibus potestatem acceperant sanandi, et ita imperandi modum convenientem saluti; et hoc quidem per morbi detectionem et peccantis humiliationem et sacerdotalem absolutionem. Et ideo *confessio fuit a Domino insinuata, ab Apostolis instituta, ab episcopo lerosolymitano, scilicet Iacobo, promulgata;* sicut et sententia de non servandis legalibus promulgata fuit, Actuum 15, 19; sic et confessio omnibus peccantibus indicta et imposita fuit, Iacobi 5, 16: 'Confitemini alterutrum' etc. Et iterum, non solum haec est ratio, sed etiam ulterior esse potest. Confessio enim hominis est opus pure; unde non est data virtus sacramenti ipsi confessioni, sed absolutioni; et ideo recte *hominibus puris institutio debuit reservari.*

"Ex his quae dicta sunt quatuor possunt rationes elici quare Dominus immediate confessionem et expresse non instituit: prima quidem, quia non oportuit: secunda vero, quia in hoc voluntariam esse

[n] *Ibid.* 70.

debere docuit; tertia, quia est sacramentum recidivantium; quarta, quia, quantum est de se, est opus humanum. *Unde credo quod per se non instituit; et si dicatur instituisse, hoc. est intelligendum insinuando et auctoritatem dando."*[2']

*Summa igitur Commentarii* haec est:

1. Solus Deus est "auctor" sacramentorum, "soli Deo attribuenda est institutio sacramentorum vel per Filium vel per Spiritum S.," Moyses se habuit ut "nuntius Dei et minister," Apostoli simpliciter "ut ministri in promulgando."

2. Distinguere oportet tres classes sacramentorum: quaedam sunt communia utrique legi (Paenit. et Matrim. Nota autem Halensem his addidisse Ordinem), et haec Christus "consummavit et confirmavit"; quaedam sunt propria N.L. (Confirm, et Extr. Unctio), et haec Christus "insinuavit, Spiritus S. vero instituit"; quaedam se habent medio modo (Bapt., Euch. et Ordo. Nota Halensem exclusisse Ordinem), et haec Christus "per seipsum instituit" (Nota verbum "Christus instituit" de his tantum sacramentis expresse dici).

3. In institutione Confirmationis et Extremae Unctionis sex causae diversimode invocantur: Deus, Christus, Spiritus S., apostoli, Iacobus, Ecclesia. *Deo* tribuitur quod sit "auctor" per Filium vel Spiritum S. *De Christo* repetitis vicibus dicitur quod utrumque sacramentum "non instituit" sed "insinuavit" (Idem dicitur quoad Confessionem). *De Spiritu S.* saepius dicitur quod ea sacramenta "instituit," vel "per apostolos instituit," vel sua "dictatione" ("Spiritu S. dictante") instituit, vel "supplevit" circa institutionem sacramentorum quae Christus omisit seu dimisit (Similiter Confessio dicitur a Spiritu S. instituta; quoad Baptismum dicitur quod apostoli "Spiritu S. dictante" formam Baptismi, a Christo institutam, ad tempus mutaverunt). *De apostolis* dicitur quod Confirmationem "non instituerunt," Extremam Unctionem vero "instituerunt": hoc sacramentum "per apostolos institutum est." "totum collegium apostolorum instituit" (Confessio similiter dicitur "per apostolos vel ab apostolis instituta," et "Hominibus puris institutio Confessionis debuit reservari"); in institutione sacramentorum apostoli se habuerunt "ut ministri in promulgando" (Confessionem instituerunt "auctoritate sibi a Domino tradita in clavibus sibi datis"). *Dc Iacobo* dicitur quod Extremam Unctionem non instituit sed tantum "promulgavit." *De Ecclesia* dicitur quod Confirmationem instituit: "Successores apostolorum instituerunt," "Institutum est hoc sacramentum ab ipsis Ecclesiae rectoribus," "episcopi instituerunt ut materia Confirmationis esset per benedictionem consecrandam."

*n*Ibid. 422 sq.

4. *Influxus Spiritus S.* dicitur esse *"dictatio"* (semel de Confirmatione, semel de Baptismo); attamen, omnino improbabile est Bonaventuram hic intelligere veram revelationem factam episcopis circa Confirmationem, tempore quo publica revelatio erat absoluta, et non potius meram assistendam Spiritus S.

*Influxus apostolorum vel Ecclesiae* dicitur "promulgatio." Attamen intelligitur promulgatio institutiva, seu non mera transmissio cognitionis, sed unita ministerial! institutioni. Id patet tum ex repetita ac simplici affirmatione institutionis per apostolos, tum ex facta oppositione cum mere explicativa promulgatione Iacobi ("totum collegium apostolorum instituit sed Iacobus promulgavit"; item ubi de Confessione: "Confessio fuit a Domino insinuata, ab Apostolis instituta, a Iacobo promulgata"), tum ex rejectione oppositae sententiae eorum qui docebant "apostolos dici aliqua instituisse, hoc est quia institutionem promulgaverunt, sicut beatus Iacobus," tum ex sensu qui datui cognatae voci "publicatio" in quaestione de Confessione, ubi pro eodem habetur "per apostolos publicare oportuit" et " per apostolos debuit institui." S. Doctor quidem, cum loquitur de Confirmatione et Extrema Unctione, non dicit, sicut Halensis, apostolos vel Ecclesiam haec sacramenta instituisse "per potestatem quam acceperunt a Christo," sed hanc esse ejus mentem colligitur tum ex hac ipsa sui confratris sententia cui ipse generaliter conformatur, tum ex eo quod, dempta proprie dicta Spiritus S. revelatione, quae videtur aliena a mente S. Doctoris, introductio illorum sacramentorum non potuit fieri nisi per institutivam aliquam potestatem a Christo acceptam, tum ex interpretatione S. Thomae qui ideo reicit sententiam Bonaventurae "quia instituere novum sacramentum pertinet ad potestatem excellentiae, quae competit soli Christo" (3 p., q. 72, a. 1), tum ex instituta oppositione inter opus apostolorum et promulgationem Iacobi, quae arguit in apostolis aliquem influxum potestativum ut vere distinguatur a mero influxu promulgativo et explanativo, tum tandem ex parallélisme cum cognata quaestione de institutione Confessionis per apostolos, cuius institutionis vim et sensum Bonaventura explicite explicat per potestatem a Christo apostolis communicatam, inquiens: "Et ideo per Apostolos Confessio debuit institui auctoritate sibi a Domino tradita in clavibus sibi datis."

*Influxus Christi* vocatur *"insinuatio,"* quae quidem distinguitur et opponitur institutioni proprie dictae. Xam instanter asseritur Christum non instituisse haec sacramenta et simul asseritur ea insinuasse, adeoque sensus est: Christum non instituisse sed insinuasse et insinuationem aliud esse ac institutionem. Ceterum haec oppositio magis explicite etiam profertur: Extrema Unctio enim et Confirmatio dicuntur

"a Christo insinuata *sed post* a Spiritu S. instituta"; de unctione adhibita ab apostolis dicitur "quod ibi non fuit hoc sacramentum institutum *sed* insinuatum"; de Confessione dicitur quod eam "Christus non instituit in se *sed* insinuavit" et "Confessio fuit a Domino insinuata, ab rXpostolis instituta, a lacobo promulgata"; de Baptismo signanter dicitur quod "Dominus Baptismi sacramentum *primo insinuavit instituendum, secundo instituit,* tertio confirmavit institutum." Tandem, ut omne dubium expellat circa interpretationem vocis "institutio" ejusque oppositionem cum voce "insinuatio," S. Doctor in quaestione de Confessione explicite addit: "[Hanc Christus] *per se non instituit; et si dicatur instituisse, hoc est inteUigendum insinuando et auctoritatem dando,"* ubi manifesto distinguit inter institutionem proprie dictam ac simpliciter, quam constanter denegat Christo, et institutionem improprie dictam (quam tamen expressionem in Commentario renuit adhibere) quae tota consistit in insinuando et auctoritatem aliis dando ut instituere possint.

Mens igitur Bonaventurae in hoc Commentario super Sententias eodem modo exponenda est ac mens sui confratris Halensis (cf. supra, p. 227), cujus videtur repetere sententiam, eam evolvens clariusque, generaliter saltem, explicans. Christus nempe non per seipsum instituit sacramenta Confirmationis et Extremae Unctionis (et pariter Poenitentiam quoad solum elementum necessariae Confessionis), loquendo nempe de institutione in sensu proprio, quae importat decretum de existentia et designationem essentiae signi sacramentalis, sed hoc utrumque reliquit ab apostolis constituendum per potestatem eis communicatam et assistentia Spiritus S. rcgulatam. Loquendo vero de institutione in sensu improprio, dici potest Christum ea instituisse, idque dupliciter: tum quia ipse dedit apostolis praedictam potestatem, tum quia simul aliquo verbo vel actu (puta in ipsa unctione infirmorum ab apostolis adhibita), insinuavit modum quo apostoli convenienter, ac pro tanto concorditer ad ejus desideria, ea potestate uterentur sub assistentia Spiritus S.

*BREVILOQUIUM*. In parte 6, quae est de sacramentis ("De medicina sacramentali"), c. 4, agitur directe "de Sacramentorum institutione," dum in c. 8 de Confirmatione et c. 11 de Extrema Unctione nihil habetur de ipsa institutione sed tantum sermo est de essentia horum sacramentorum. Integrum caput 4 sic se habet:

"De institutione autem Sacramentorum hoc tenendum est, quod *septem Sacramenta legis gratiae Christus instituit* tanquam novi testamenti mediator et praecipuus lator legis, in qua vocavit ad promissa aeterna, dedit praecepta dirigentia et instituit Sacramenta sanctifi-

cantia.— *Instituit vero ea in verbis et clementis* ad evidentiam significationis et efficaciam sanctificationis, ita quod semper habent significantiam veritatis, sed non semper efficaciam curationis, non propter defectum a parte sui, sed a parte suscipientis. — Instituit autem praedicta Sacramenta *diversimode,* quaedam scilicet ex eis *confirmando, approbando et consummando,* ut matrimonium et poenitentiam; quaedam autem *insinuando et initiando,* ut confirmationem et unctionem extremam; quaedam vero *initiando et consummando et in semetipso suscipiendo,* ut Sacramentum baptismi, eucharistiae et ordinis. Haec enim tria et *plene instituit* et etiam primus suscepit.

"Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia principium reparativum nostrum est Christus crucifixus, Verbum scilicet incarnatum, quod quia Verbum est Patri coaequale et consubstantiale, est Verbum summae virtutis, summae veritatis et summae bonitatis, ac per hoc et summae auctoritatis: et ideo ipsius est proprie novum testamentum introducere, ipsius etiam est legem dare integram et sufficientem secundum exigentiam summae virtutis et veritatis ac bonitatis suae. Ratione igitur summae bonitatis promissa proposuit beatificantia; ratione summae veritatis praecepta dedit dirigentia; ratione vero summae virtutis Sacramenta statuit adminiculantia; ut sic per Sacramenta virtus repararetur ad implenda praecepta dirigentia, et per praecepta directiva perveniretur ad promissa aeterna, faciente hoc Verbo aeterno, Christo scilicet Domino, in lege evangelica, in quantum est 'via, veritas et vita.'

"Rursus, quoniam reparativum principium non solum est Verbum in quantum Verbum, sed etiam in quantum incarnatum, quod, hoc ipso quod incarnatum, omnibus se offert ad notitiam veritatis et omnibus digne accedentibus se exhibet ad gratiam curationis: hinc est, quod tanquam plenum gratiae et veritatis ad maiorem evidentiam significandi et efficaciam sanctificandi Sacramenta instituit in elementis simul et verbis, ut, dum elementa oculis, et verba auribus se offerrent, qui sunt duo sensus maxime cognoscitivi, evidentiam darent significationis expressae; deinde etiam verba sanctificarent elementa, ut plenior fieret efficacia curationis humanae, quae quoniam nulli datur repugnanti et impugnanti fontem gratiae interius in corde, ideo sic instituta sunt, ut significarent semper et universaliter, non autem sanctificarent nisi accedentes digne absque omni fictione.

"Postremo, quoniam, etsi Verbum incarnatum sit fons gratiae sacramentalis, aliqua tamen gratia sacramentalis fuit ante incarnationem, aliqua vero non nisi post Spiritus sancti missionem, quaedam autem medio modo se habens: hinc est, quod oportuit, *Sacramenta institui diversimode.* Nam ante incarnationem necessaria fuit et compunctio

poenitentialis et generatio matrimonialis; ideo haec duo Sacramenta *non de novo instituit,* sed iam a se instituta et naturali dictamini quodam modo impressa *consummavit et confirmavit* in lege evangelica, dum poenitentiam praedicavit et nuptiis interfuit et legem coniugii approbavit, secundum quod colligitur ex diversis Evangelii locis.— Ante vero Spiritus sancti missionem nec fuit plena Spiritus sancti donatio ad confirmationem et nominis Christi publicam confessionem, nec unctio mentis plenaria ad evolationem; ideo haec duo Sacramenta, scilicet *confirmationem et extremam unctionem, Christus solum initiavit et insinuavit, confirmationem manuum parvulis imponendo et praedicendo discipulos baptizandos Spiritu sancto; unctionem vero extremam discipulos ad curandum mittendo, qui infirmos ungebant oleo,* sicut dicitur in Marco. — Medio autem tempore et fuit regeneratio et Ecclesiae ordinatio et spiritualis cibatio; ideo Christus haec tria Sacramenta, scilicet baptismi, eucharistiae et ordinis, et *complete et clare instituit:* primo baptismum suscipiendo, deinde formam dando et ceteris publicando: ordinem vero, dando primo potestatem ligandi et solvendi peccata humani generis et potestatem conficiendi Sacramentum altaris; eucharistiam vero, comparando se grano frumenti et conficiendo et dando discipulis, imminente passione, Sacramentum corporis et sanguinis sui. — Et ideo haec tria Sacramenta per Christum *distincte et integre debuerunt institui* et in lege veteri multipliciter figurari tanquam Sacramenta substantialia novi testamenti et propria legislatoris, Verbi scilicet incarnati."[22]

*Summa doctrinae Breviloquii haec est:*

1. *Christus instituit* septem novae legis sacramenta, et quidem instituit ea secundum quod rebus et verbis, seu essentialibus eorum elementis constituuntur. Ratio est quia, utpote Verbum Incarnatum (seu summa Bonitas, Veritas et Virtus), ipse est mediator novi testamenti et praecipuus lator novae legis, et in particulari fons omnis gratiae sacramentalis.

2. Attamen Christus septem sacramenta instituit *diverso modo,* juxta diversitatem singulorum sacramentorum, seu juxta habitudinem finalitatis et efficaciae singulorum ad utrumque testamentum, juxta quam sacramenta dividi possunt in tres classes. Quaedam enim important gratiam communem utrique testamento, seu quae data fuit etiam in A.L. (Poenit. et Matrim.), et haec Christus "non de novo instituit, sed jam a se instituta [in A.L.] *consummavit et confirmavit* in lege evangelica," vel "*confirmavit, approbavit et consumma-*

*ns. Bonaventurae Tria Opuscula ad theologiam spectantia* (cd. 4, Ad Claras Aquas 1938) 212-216.

*vit";* alia important gratiam quae non solum est propria N.T. sed insuper est connexa cum Spiritus S. missione facta post Christi Ascensionem, seu confirmationem credentium in nomine Christi et plenam unctionem mentis (Conf. et Extr. Unctio), et haec Christus "*solum initiavit et insinuavit*" vel "insinuavit et initiavit"; alia tandem important gratiam, quae congruit tempori intermedio (inter A.T. et missionem Spiritus S.) quo nempe Christus versabatur inter homines, jacens fundamenta novae Ecclesiae, scilicet regenerationem fidelium, eorum ordinationem in ecclesiasticam societatem et eorum spiritualem cibationem seu sustentationem (Bapt., Ordo, Euch.), et haec proinde oportet ut Christus hoc eodem tempore "*complete et clare*" "*distincte et integre*" *institueret, scilicet* "*initiando et consummando et in seipso suscipiendo.*"

3, Influxus Christi in Poenitentiam et Matrimonium vocatur quidem institutio, non tamen in pleno sensu introductionis rei nondum existentis, sed *in diminuto sensit* renovationis seu consummationis rei jam imperfecte existentis; propterea dicitur quod Christus haec sacramenta "*non de novo instituit sed iam a se instituta* consummavit et confirmavit"; unde Christus haec sacramenta in N.T. instituit et non instituit, instituit nempe si accipiuntur secundum illum modum aut consummatam speciem quam habent in N.T., non instituit, si accipiuntur simpliciter aut quomodolibet in suo generaliori esse et specie sacramentali.

*Influxus Christi in Confirmationem et Extremam Unctionem* vocatur etiam institutio, non tamen in sensu proprio introductionis rei secundum suam propriam speciem, sed *in sensu improprio,* ut patet ex addita explicatione "insinuando et initiando," nam insinuatio non dicit rei positionem, sed quandam generalem et vagam rei significationem, imo in ore Bonaventurae opponitur institutioni, ut diximus supra (p. 236 sq.), exponentes textum Commentarii.

Nec refert quod hic verbo "insinuando" addatur vox "et initiando," nam ista vox nihil novi addit sed est mere explicativa prioris, ita ut incisum "insinuando et initiando" significet: insinuando et hoc modo initiando, seu initiando per insinuationem. Id patet tum ex indifferenti ordine quo haec dua verba ad invicem disponuntur (dicitur enim sive "insinuando et initiando," sive initiando et insinuando seu "initiavit et insinuavit"), ex quo apparet ea se habere ut aequivalentia vel ut invicem explicativa (insinuando et initiando = insinuando et sic initiando; initiando et insinuando = initiando quatenus insinuando, seu per insinuationem; "initiavit et insinuavit" = initiavit quia et quatenus insinuavit), tum quia sensus utriusque vocis explicatur ad modum unius, afferendo eadem facta et verba Christi in quibus tum

initiatio tum insinuatio invenitur, scilicet impositionem manuum in pueros, praedictionem missionis Spiritus S. super baptizatos (insinuationem et initiationem Confirmationis) et missionem apostolorum ad curandos infirmos (insinuationem et initiationem Extremae Unctionis), in quibus ceteroquin S. Doctor non plus videt quam meram insinuationem prout opponitur institutioni, ut constat ex supra citato Comm. in 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 2, ubi de praedicta apostolorum unctione ait: "Ibi non fuit hoc sacramentum institutum, sed insinuatum."

Nec valet instare quod S. Doctor, loquens subinde de institutione Bapt., Ordinis et Euch. in oppositione ad modum institutionis ceterorum sacramentorum, dicit ea instituta esse "complete" et "integre," in oppositione ad Confirm, et Extr. Unctionem, ex quo non sequitur quod haec duo sacramenta non sint a Christo instituta in sensu proprio, sed tantum quod non sint instituta clare et distincte. Nam de duobus his sacramentis dicitur primo et directe quod sunt instituta per meram insinuationem vel, si placet, per initiationem insinuativam, ex quo sequitur quod sunt instituta non solum non clare et distincte sed etiam non proprie, seu non in proprio sensu verae institutionis.

Influxus Christi in Bapt., Ordinem et Euch., non solum vocatur institutio sed etiam exhibetur ut vera institutio in sensu *tum proprio,* in oppositione ad Confirm, et Extr. Unctionem, *tum pleno,* in oppositione ad Poenit. et Matrim., idque exprimitur tum formula "initiando, consummando, suscipiendo" (initiando, in oppositione ad Poenit. et Matrim.; consummando, in oppositione ad Confirm, et Extr. Unctionem; suscipiendo, in oppositione ad utrumque genus illorum sacramentorum), tum bina expressione "complete et clare," "distincte et integre" (complete et integre, in oppositione ad Poenit. et Matrim.; clare et distincte, in oppositione ad Confirm, et Extr. Unctionem). Cf. supracitatum textum (p. 233 sq.) In 4 *Sent.,* dist. 3, p. 2, a. 1, q. 1, in quo S. Doctor exhibet Baptismi insinuationem, institutionem, confirmationem.

*De hac doctrina Bonaventurac in Brcviloquio, seu de ejus concordantia cum doctrina ab ipso exposita in Commentario, dissentiunt interpretes.*

Plures enim moderniores, ut *Franzelin, Einig, Pcsch, Pourrai, Hugon, Otten, Bernard,*[23] post ipsos *editores Quaracchianos,* dicunt S. Doctorem in Breviloquio reformasse sententiam de institutione mediata quam, sequens magistrum Halensem, docuerat in Commento, et accessisse ad sententiam de immediata institutione, fortasse sub influxu scholae thomisticae. Ad rem *Pourrai:* "Cependant la pensée

[23] "Confirmation (chez les Scolastiques)," *Dictionnaire de théologie catholique 3.* 1 (1907) 1071.

de saint Bonaventure semble avoir varié. D'après le *Breviloquium* . . . tous les sacrements ont été institués par le Christ, quoique de diverses manières. Cette doctrine est bien différente de celle du *Commentaire des Sentences,* elle a été sans doute inspirée à saint Bonaventure par l'enseignement de l'école thomiste."[24]

Alii vero, ut *Kern* (dubitative), *Van der Heeren, Bittremieux, Van Noort, Lennerz,* dicunt eandem prorsus doctrinam contineri in utroque opere S. Doctoris, etsi sub diversis quibusdam expressionibus, eamque exponunt juxta quatuor supradictas (p. 206 sqq.) explicationes: institutionis vel mediatae, vel genericae, vel per insinuationem, vel per solum Spiritum S. Ad rem *Van der Heeren* contra Pourrat: "Nous nous sommes . . . demandé en vain en quoi la doctrine du *Breviloquium* . . . peut bien être 'bien différente de celle du *Commentaire des Sentences'* ([Pourrai] p. 310) ... et en quoi cette doctrine du *Breviloquium* a pu être 'inspirée a saint Bonaventure par l'enseignement de l'école thomiste'? La doctrine exposée dans les deux endroits . . . n'est-elle pas exactement la même?"[25] *Bittremieux:* "Nous croyons pour notre part qu'entre le IVe livre des Sentences et le Brevil., il n'y a aucune différence concernant la doctrine elle-même, qu'il y en a une tout simplement concernant la terminologie. Saint Bonaventure n'a donc rien rétracté, rien changé quant à ses idées; il s'est exprimé un peu autrement dans son *Breviloquium*. Toute la différence se réduit donc à une question de mots."[20]

His omnino subscribendum videtur. Nam imprimis, attendendo ad rationes extrinsecas. nihil est quod talem sententiae mutationem verisimilem reddat. S. Doctor scripsit suum *Commentarium* inter annos 1245 et 1256, *Breviloquium* vero certe ante 1257, ut dicunt ipsi editores Quaracchiani; inverisimile autem est ipsum tam cito mutasse sententiam. Nihil etiam probat tam decisivum influxum scholae aut doctrinae thomisticae in S. Doctorem, et signanter quoad hanc suam sententiam de institutione sacramentorum quae ab aliis etiam theologis bonae notae tunc docebatur et ab ipso S. Thoma in suo Commentario, circa idem tempus (1254-1256) exarato, non reicitur nisi ut minus probabilis, saltem quatenus docet mediatam institutionem per ipsos apostolos. Non tamen negandum est quod decisivus favor, quem thomistica sententia magis ac magis obtinebat apud doctores in decursu saec. 13, necnon ipsa ejus major congruitas cum principiis theologicis de fundatione Ecclesiae et mediatione Christi, aliquem

*u La théologie sacramentaire* (cd. 2, Paris 1907) 310.

‘‘In recensione supradicti operis Pourrat, *Revue d'histoire écclésiastique* 8 (1907), 798.

'•'"L'institution des sacrements d'après S. Bonaventure," *Etudes Franciscaines* 35 (1923) 149.

influxum exercere potuerint in Bonaventuram ita ut saltem suam terminologiam mutaret in Breviloquio, quod ceteroquin, utut theologicum quoddam compendium, caret tamen didactico ac scientifico charactere Commentarii super Sententias.

Praeterea, internum examen textus Breviloquii ejusque comparatio cum Commentario nullam ostendit essentialem mutationem ipsius doctrinae. Triplex quippe discrimen in re nostra observatur.

Primum ac principale est directa affirmatio quod *Christus instituit omnia septeni sacramenta N. L.* et quidem quoad eorum verba et elementa, et quod in particulari ipsas Confirmationem et Extremam Unctionem *ipse instituit initiando et insinuando,* dum e contra in Commentario dicitur quod Christus haec duo sacramenta *non instituit sed insinuavit.* Haec discrepantia facile componitur dicendo quod Christus ea non instituit, si accipiatur haec vox in sensu proprio, instituit vero si vox accipiatur in sensu largiori et improprio, pro mera nempe insinuatione. Haec interpretatio colligitur tum ex ipso textu, nam in utroque loco id quod tandem aliquando Christo tribuitur est sola insinuatio sacramenti, quae juxta Bonaventuram (cf. supra, p. 236 sq.) opponitur proprie dictae institutioni, tum ex contextu cognatae questionis de institutione Confessionis, in qua S. Doctor simul negat et concedit dici posse Confessionem esse a Christo institutam, seu, negato quod Christus instituit confessionem, addit dici tamen posse eam instituisse in sensu insinuationis et collationis potestatis (In 4 *Sent.,* dist. 17, p. 2, a. 1, q. 3: "Per se non instituit; et si dicatur instituisse, hoc est intelligendum insinuando et auctoritatem dando").

Secundum discrimen est quod S. Doctor hic prorsus *silet de influ.ru Spiritus S.* in institutionem horum sacramentorum et tantum Christum inducit institutorem, dum in Commento eorum institutionem tribuit Spiritui S., et quidem cum quadam oppositione ad Christum. Attamen, in hoc etiam agitur tantum de diverso modo considerandi varias causas influentes in institutionem illorum sacramentorum atque influxum unius prae alterius inculcandi vel extollendi. Ea enim sacramenta exhibentur instituta ab apostolis vel Ecclesia, per potestatem acceptam a Christo et exercitam sub assistentia Spiritus S., quam etiam praecessit insinuativa doctrina Christi; in Commento igitur S. Doctor, attendens ad institutionem veluti in actu secundo et in seipsa. inculcat et extollit potius influxum Spiritus S., sine quo frustraneum esset exercitium potestatis a Christo acceptae, in Breviloquio vero, attendens ad institutionem veluti in actu primo et in sua causa, seu in ipsa potestate instituendi, exhibet influxum Christi insinuantis et institutivam potestatem conferentis. Nec ceteroquin deest in ipso Bre-

viloquio indirecta allusio ad influxum Spiritus S.; dicitur enim: "Ante Spiiitus sancti missionem nec fuit plena Spiritus sancti donatio nec unctio mentis plenaria ... ; ideo haec duo sacramenta Christus solum initiavit et insinuavit," quibus connaturaliter addi possunt haec verba ad mentem Commentarii: "postmodum vero Spiritus S. per apostolos vel ecclesiae rectores ea instituit."

Tertium discrimen est quod in Breviloquio dicitur Christum ea sacramenta *"insinuasse ct initiasse,"* in Commentario vero dicitur tantum ea "insinuasse." Attamen, hoc discrimen accidentale est, quia, ut diximus supra, duo illa verba sunt aequivalentia vel invicem explicativa; unde in Breviloquio agitur tantum de quadam emphatica expressione et explicativa additione.

*Doctrina igitur Bonaventurae ex utroque simul opere sic colligi potest:* Christus, Verbum Incarnatum, utpote unicus mediator et legislator novi testamenti ac ideo fons omnis gratiae sacramentalis, est origo ac quodammodo institutor omnium sacramentorum, quamvis diversimode. Poenitentiam quidem et Matrimonium, utpote jam a Deo instituta in A.T., ipse instituit in sensu proprio sed non pleno, quatenus non simpliciter ac de novo ea instituit sed tantum secundum eorum consummationem ac specificam rationem sacramentalem quam habent in N.T. Baptismum vero, Ordinem et Eucharistiam, ipse instituit in sensu proprio ac pleno, quatenus primo et immediate ea in esse posuit; primo nempe, quia antea nullatenus erant, immediate vero, quia nulli communicavit potestatem ea instituendi, nec Spiritui S. locum reliquit in eorum institutionem quidquam agendi, sed ipse per suam actionem, dum adhuc in terrris versaretur et antequam abdicaret Spiritui S. sanctificativam directionem Ecclesiae, ea in esse posuit, jacens ipsa Ecclesiae fundamenta. Tandem Confirmationem et Extremam Unctionem, ipse reapse non instituit nisi in quodam sensu improprio et institutione quadam mediata, quatenus ex una parte contulit apostolis vel eorum successoribus potestatem ea instituendi et ex alia parte in sua ministerial! doctrina, per quaedam facta vel verba, insinuavit, seu velate et indistincte suggessit, modum quo apostoli vel rectores Ecclesiae ea potestate convenienter uterentur, simul relinquens generali curae Spiritus S. ejusque assistentiae, quam Ecclesiae promisit, onus illos infallibiliter dirigendi in explicita cognitione praedictae insinuativae doctrinae et in convenienti exercitio illius institutivae potestatis.

Quae quidem sententia, apprime cohaerens supra expositae doctrinae Halensis. nihil aliud est quam sic dicta sententia *institutionis mediatae,* quam his doctoribus recte affigit *prima ex supra relatis quatuor explicationibus,* a qua ceterae frustra recedunt.

*Secunda igitur explicatio,* quae nempe illi doctrinae tribuit sensum immediatae ac *gcncricae institutionis,* valde quidem congrua videtur ad evacuandam omnem difficultatem circa illam doctrinam (et signanter ambiguitatem mentis Halensis circa fatum sacramenti Confirmationis tempore ipso apostolico necnon subsequent! aetate et in canonibus Cone. Meldensis) eamque ab omni nota theologica simpliciter expurgandam, sed non videtur ullatenus congruere textibus.

Nam haec modernorum sententia de generica institutione, aliena est non solum a terminologia illorum doctorum sed etiam ab eorum mente. Ipsi enim loquuntur de sacramentis prout extant in usu secundum eorum determinatam materiam et formam. Propterea, indifferenter loquuntur de institutione sacramenti et de institutione formae, aut materiae seu elementi, aut utriusque; ita Halensis ait: "Dominus hoc sacramentum, ut est sacramentum, non instituit," "Institutum fuit hoc sacramentum in concilio Meldensi quantum ad formam verborum et materiam elementorum, cui etiam Spiritus S. contulit virtutem sanctificandi." in quibus verbis inepte quidam legere volunt genericam institutionem, nam sensus non est: Christus instituit tantum essentiam metaphysicam sacramenti, seu signum efficax gratiae, et reliquit Ecclesiae potestatem determinandi essentiam physicam (seu materiam et formam, sic intelligcndo "sacramentum ut sacramentum"); sed sensus est: etsi virtus sanctificandi quae exercetur in sacramentis dependeat a solo Christo et Spiritu S. atque exercita fuerit etiam sine sacramento tempore apostolorum, qui conferebant gratiam Spiritus S. sine ullo proprie dicto elemento sacramentali, tamen non ipse Christus nec apostoli instituerunt ipsum sacramentum per quod illa virtus nunc exercetur in Ecclesia, sed "sacramentum ut sacramentum," seu ut distinctum a simplici et indeterminata collatione illius virtutis, est institutum ab Ecclesia.

Praeterea, ipsi nequaquam agnoscunt Ecclesiae generalem aliquam potestatem mutandi vel determinandi materiam et formam sacramentorum. Bonaventura explicite ponit principium "Quod est de necessitate sacramenti est invariabile ut sacramentum";[27] propterea. cum vult explicare diversam (ut putat) formam verborum, adhibitam ab apostolis in Baptismo, vel institutionem necessariae Confessionis, nequaquam recurrit ad aliquam potestatem Ecclesiae determinandi ea quae sunt a Christo instituta in sacramentis, sed ad particularem ac specificam potestatem a Christo datam utendi alia forma in Baptismo pro solo tempore apostolico vel instituendi confessionem a Christo non institutam.[28]

" In 4 *Sent.,* (list., 7, a. 1. q. 1, Sed Contra.
Cf. dist. 17. p. 2, a. 1. q. 3; dist. 23, a. 1, q. 2.

*Tertia explicatio* in sensu cuiusdam *institutionis mediatae per insinuationem,* tota fundata in voluntaria exegesi illius expressionis Bonaventurae "Instituit insinuando," non congruit sive menti sive textui illorum doctorum.

Et imprimis illa expressio est solius Bonaventurae. Halensis enim ea non utitur cum agit de institutione Confirmationis et Extremae Unctionis. Eam quidem adhibet in questione Confessionis ("Non instituit Dominus [confessionem] lucide sed insinuative"[29]), sed ejus discipulus aut confrater Bonaventura, eandem expressionem adhibens in eadem quaestione, eam interpretatur in sensu negationis institutionis proprie dictae, inquiens: "Unde credo quod [confessionem Christus] per se non instituit; et si dicatur instituisse, hoc est intelligendum insinuando et auctoritatem dando." Halensis praeterea, loquens de institutione formae Baptismi, utitur voce "insinuatur" (cf. supra p. 224: "forma verborum a domino Jesu Christo per seipsum insinuatur"); ubi manifeste non agitur de institutione mediata per insinuationem, cum Halensis doceat immediatam institutionem Baptismi et Eucharistiae.

Quoad Bonaventuram vero, si velimus imprimis ejus sententiam interpretari per sententiam sui magistri aut confratris nihil consequenter invenimus quo praedicta theologorum explicatio fulciatur.

Praeterea, ipsa repetita Bonaventurae expressio "Instituit insinuando," male ab illis theologis accipitur in sensu proprie dictae institutionis, nam, ut explicatum est supra (p. 236 sq.), S. Doctor insinuationem opponit proprie dictae institutioni.

Praeterea, ex hoc quod insinuatio importet actum voluntatis Christi circa sacramenti institutionem, male ab iisdem theologis infertur quod talis voluntatis actus est. juxta Bonaventuram, ratio quare Christus dicatur proprie institutor sacramenti. Nam imprimis ille actus potest esse voluntatis suadentis tantum ac desiderantis, non vero determinatae ac imperantis, qui quidem non sufficit ad institutionem, ut significat ipse Bonaventura ubi de institutione Confessionis ait: "Dominus [Confessionem] non instituit in se, sed insinuavit. Ratio [est quia] . . . confessio peccati non valet extorta, sed debet esse voluntaria: ideo Dominus insinuavit, relinquens hoc in voluntate aegrotantium."[30] Secundo, ille actus etiam si sit determinatus et imperans nequit esse institutivus nisi sit de objecto praesenti, seu praesentialiter ponendo,

[29] *Summa Theologica,* p. 4, q. 18, m. 3, a. 2: "Dominus Salvator hoc sacramentum (Pocnitentiacl instituit. Sed nota quod duo respiciunt confessionem: unum materiale, scilicet detectio peccati: hoc autem non instituit Dominus lucide sed insinuative. 'Poenitentiam agite', quo intelligitur digna satisfatio pro peccato, quae debet fieri arbitrio sacerdotis: ad quod necessario requiritur confessio. . ."

[30] In 4 *Sent.,* dist. 17, p. 2, a. 1, q. 3, supra cit., in p. 234.

non vero de futuro, qualis esset voluntas Christi ut in futuro a Spiritu S. per apostolos poneretur in Ecclesia sacramentum, secus sacramenta dici possunt instituta ab aeterno quando Deus praedestinavit dccretando eorum futuram constitutionem; quod quidem signanter exprimit ipse Bonaventura, cum, loquens de institutione Baptismi, ait: "Dominus Baptismi sacramentum primo insinuavit instituendum, secundo instituit. . . Insinuavit quidem [nempe voluntate determinata] facto et verbo: facto, cum baptizatus esset a loanne in aqua, ostendit ceteros credentes in aqua fore baptizandos. Insinuavit verbo, cum praedixit Nicodemo, loannis 3, 5: 'Nisi quis renatus fuerit ex aqua' etc."[81]

Praeterea, supradicta explicatio inepta videtur et indigna quae tantis doctoribus, Bonaventurae scilicet et Halensi, tribuatur. Nam actus ille voluntatis Christi quo intendit sacramenti institutionem: vel respicit sacramentum ut objectum praesentialiter ponendum, et tunc habetur actualis, plena et immediata institutio sacramenti per Christum, quae ceteroquin exigit quoque externam et immediatam manifestationem illius voluntatis (inepte enim quis diceret Christum actualiter velle institutionem sacramenti et eam nihilominus non manifestare, id enim esset velle et non velle, legem condere et non condere, cum lex non promulgata sit nulla lex); vel respicit sacramentum ut objectum in futuro ponendum, et tunc non est voluntas institutiva seu instituendi, sed actualis quaedam determinatio de futura institutione facienda per futurum actum voluntatis, ita ut Christus velit sacramentum instituendum, i.e. ut sacramentum instituatur, non vero sacramentum institutum, i.e. illud hic et nunc instituere (efficax enim ac determinata voluntas non est de futuris, nec de praeteritis, nec de possibilibus, sed de praesentibus et existentibus prout sunt in rerum natura). Prior autem acceptio dilemmatis est directe contra mentem Bonaventurae et Halensis, qui expresse significant Christum non per se sed per apostolos sacramenta instituisse: secunda vero acceptio reincidit aut in mere mediatam Christi institutionem, per concessionem potestatis institutivae apostolis factam, quam quidem diximus esse sententiam horum doctorum, aut in ipsam immediatam institutionem factam a Christo vel a Spiritu S. post Ascensionem, quae inepte, ut mox ostendetur, eis tribuitur a quibusdam aliis modernis.

*Bittremieux,* praecipuus patronus hujus explicationis, ait rationem quare sententia Bonaventurae fuerit communiter a theologis male intellecta in sensu solius mediatae institutionis per potestatem apostolis collatam, fuisse *quia S. Thomas, ex polemicis exigentiis, eam nonnisi incomplete exposuit,* omittens nempe considerationem influxus Spiritus S., qui in sententia Bonaventurae capitale habet

[81] *Ibid., dist.* 3, p. 2, a. 1. q. 1, supra cit., p. 233.

momentum. Hinc decepti sunt theologi posteriores qui sententiam Bonaventurae non in istius operibus legerunt, sed in sola expositione S. Thomae.

Ad rem ipse: "Le Christ seul est Législateur, tandis que les Apôtres et les autorités de l'Eglise ne sont que les ministres du Christ; or . . . il appartient au Législateur d'instituer les sacrements. . . Telle est la raison fondamentale pour laquelle le Docteur Angélique admet l'institution immédiate; il était donc tout à fait naturel qu'il relevât, en décrivant la sentence qu'il combat, ce qui lui en paraissait le côté faible. Il est aisé de comprendre, que, voulant la réfuter, il nous dit simplement que, dans cette théorie, ce sont les hommes qui seraient législateurs, et qu'il passe sous silence l'intervention de l'Esprit-Saint et, d'ordinaire, la part de volonté que le Christ lui-même y a eue. . . La constatation que nous venons de faire nous parait souverainement importante si nous voulons comprendre le sort échu dans la théologie postérieure à l'opinion de saint Bonaventure. N'oublions pas en effet l'influence prépondérante en théologie des doctrines thomistes. Saint Thomas a été, et est encore, le théologien par excellence. On a donc étudié l'opinion de saint Bonaventure dans les oeuvres de saint Thomas, sans la chercher dans les oeuvres du Docteur Séraphique lui-même. Or, comme saint Thomas passe sous silence le rôle de l'Esprit-Saint pour considérer avant tout l'intervention humaine, il était naturel que les théologiens postérieurs, qui ne voient d'autre texte que celui de saint Thomas, en vinssent à exposer la théorie de saint Bonaventure en oubliant, ou même peut-être en ignorant les éléments essentiels de cette théorie, à savoir le rôle divin dc l'Esprit-Saint et la part de la volonté du Christ."[32]

Attamen, imprimis evidenter exaggerat cl. auctor, supponens omnes theologos (adeoque etiam franciscanos inde ab ipso Scoto, et etiam ipsos criticos moderniores), qui tenent praedictam interpretationem doctrinae Bonaventurae, non legisse istius textus sed eam sibi efformasse juxta meram relationem S. Thomae. Praeterea, ratio quare S. Thomas omiserit peculiare ullum momentum tribuere influxui Spiritus S. in exponenda sententia Bonaventurae, est quia putavit illum esse, sicut revera est, accidcntarium et impertinentem in ipsa Bonaventurae mente et sententia; nam, ut dictum est supra (p. 236), inverisimile prorsus est hunc doctorem cogitare de immediata aliqua ac proprie dicta revelatione Spiritus S., "dictante" apostolis (imo et rectoribus Ecclesiae post jam absolutam publicam revelationem) institutionem sacramentorum aut primo tunc eis conferente potestatem instituendi, potiusquam de ordinaria Spiritus S. assistentia, Ecclesiae a Christo promissa, qua mediante apostoli et episcopi dirigerentur in recta interpretatione et convenienti exercitio potestatis institutivae jam a Christo obtentae. In quo casu planum est influxum Spiritus S. esse omnino elementum accidentarium quoad ipsam directam questionem de institutione sacramenti, quae proprie et per se penderet a sola potestate apostolorum et mediate ab influxu Christi hanc potestatem conferentis. Praeterea, ipse Bonaventura omnino silet de influxu Spiritus S. in Breviloquio, in quo tamen Bittremieux asseveranter defendit ipsum nullo modo mutasse sententiam expressam in Commentario; ergo aut ipsi Bonaventurae imputandum est quod non intellexerit vel non complete exposuerit suam propriam sententiam, aut consequenter dicendum est, quod et ipse, sicut Thomas, influxum Spiritus S. habuerit pro accidentario et impertinenti relate ad ipsam directam questionem de institutione.

*Quarta explicatio* in sensu immediatae institutionis factae a solo Spiritu S. post Ascensionem et per apostolos revelatae ac promulgatae, nec congruit textibus Halensis et Bonaventurae, nec ceteroquin istorum doctrinam expurgat, sed pejorem facit. Nam talis explicatio, subtrahendo apostolis omnem potestatem instituendi supradicta sac-

[32] "L'institution des sacrements d'après S. Bonaventure," *Eludes Franciscaines* 35 (1923) 348sq.

ramenta, ex una parte contradicit affirmationibus illorum doctorum de institutione illorum sacramentorum factam per apostolos, imo ab apostolis, et ex alia parte subtrahit ipsi Christo, ut homini in terris versanti ac fundamenta Ecclesiae jacenti, omnem influxum, etiam mediatum, in institutionem illorum sacramentorum, hanc refundens in solum Deum (vel Christum ut Deum, vel Spiritum S.), quod magis adhuc videtur doctrinae Cone. Trid. adversari quam ipsa institutio mediata.

Relictis igitur tribus his explicationibus, reliquum est ut redeamus ad primam, quae tribuit illis doctoribus *sententiam institutionis mediatae,* in sensu verae potestatis instituendi praedicta sacramenta, a Christo apostolis communicatae et sub Spiritus S. assistentia postmodum exercitae. Sic enim Halensis eam proposuit, sic Bonaventura eam explicavit, sic coaevi doctores Albertus M. et S. Thomas eam interpretati sunt ac impugnarunt, sic Scotus ipse aliique antiquiores theologi, utut ex eadem Franciscana familia, necnon major longe pars postridentinorum theologorum eam judicarunt, qui recte proinde communi fere consensu eam post decisiones tridentinas *erroneam vel temerariam* appellant.

Archaeologicum autem, utut laudabile, praedictorum modernorum conamen hanc sententiam effodiendi ac rehabilitandi, fallaci ac mori-

tura spe decipi videtur. Fructuosius fortasse hujusmodi conamina ad uberiores excavationes dirigantur, et sincerius, si qua ab acatholicis ex illorum doctorum errore objectio recantetur, respondeatur cum *Frasscn* Franciscano "quod olim respondebat S. Augustinus Donatistis objicientibus auctoritatem S. Cypriani de nullitate Baptismi ab haereticis collati, lib. 2. contra Cresconium, cap. 30. 'Non accipio', inquit, 'quod de baptizandis haereticis et schismaticis B. Cyprianus sensit, quia hoc Ecclesia non accipit, pro qua B. Cyprianus sanguinem fudit'."

## SENTENTIA POURRAT.

Decisivus occasus antiquorum sententiae de mediata institutione post Concilium Tridentinum, necnon subsequens et infructuosum, ut videtur, tentamen modernioris sententiae de immediata generica institutione (cf. infra, p. 278 sq.), occasionem praebuit uni vel alteri doctori tentandi novam viam, quae ab ipso Pourrai vocata est *sententia de immediata-implicita institutione*.

Iuxta hanc opinionem, Christus per se ipsum et immediate instituit, seu explicite determinavit ac promulgavit tantum duo sacramenta fundamentaliora, scilicet Baptismum et Eucharistiam, ex quibus subinde provenerunt cetera sacramenta, per quandam evolutionem seu

*u Op. cit.* (supra in p. 211) 96.

explicitationem sacrainentalium principiorum ab ipso Christo traditorum, quae haec sacramenta implicite ac veluti in germine continebant.

Haec sententia, ab ipso yVEWWJTV fortasse germinaliter et ambiguis verbis proposita,34 theologice necnon ingeniose expolita est a *POURRAT,* ut melius quadraret cum communi theologorum doctrina de immediata institutione ac purgaretur ab apparenti oppositione cum definitione Tridentina necnon ab affinitate cum doctrina modernistica de qua in art. praec.

Christus nempe *immediate* et per seipsum instituit omnia sacramenta, quaedam tamen, seu Baptismum et Eucharistiam, explicite, i.e. complete determinata et explicata, ita ut Ecclesia inde ab initio habuerit plenam illorum conscientiam; cetera vero tantummodo *implicite,* quatenus Christus emisit quaedam essentialia sacramentalitatis principia, in quibus illi ritus *implicite* continentur et ex quibus subinde, impellentibus novis societatis christianae conditionibus et sub assistentia Spiritus S., Ecclesia in eorum determinatam cognitionem devenit, ac ita intelligens intentionem Christi, eam actuavit per introductionem et subsequentem determinationem praedictorum rituum, eo fere modo quo, sub eadem Spiritus S. assistentia, Ecclesia pervenit in explicitam cognitionem revelatarum veritatum.

Ita, ex conceptu peculiaris cujusdam collationis Spiritus S., a Christo

” Quidam hanc Ncwman paternitatem, a Pourrat reclamatam, decisive rciciunt. Ita *Pcsch (De sacram.,* pars 1, cd. 1914, p. 98, in nota): “Provocat Pourrat ad card. Ncwman . . . , sed immerito; nam Ncwman ibi non inquirit, quid Christus immediate vel mediate instituerit, sed ostendit totam doctrinam ct disciplinam catholicam ita esse unam, ut alter articulus ex altero necessario profluat, neque unus admitti vel negari possit, quin logice totum admittendum vel negandum sit.”

Ceterum non parum disputatum est de plena orthodoxia theoriae circa evolutionem doctrinae christianae. a Ncwman expositae in suo opere .In *Essay on the Development of Christian Doctrine,* edito a. 1845, immediate ante suam conversionem ad fidem catholicam, ct bis iterum edito a. 1S46 ct 1878, absque substantiali tamen mutatione. Merito Ncwman habetur ut initiator modernorum studiorum ac questionum de evolutione dogmatum. Immerito quidem Modcrnistae, nominatim Loisy (in suo articulo de evolutione doctrinae christianae juxta Card. Newman, in *Revue du Clergé Français,* a 1898, sub pseudonino A. Firmin), ejus patrocinium conclamarunt; at negari non potest plures ejus expressiones necnon generalis indoles discursus, ob theologicam saltem impraecisionem et ambiguitatem, hujusmodi conclamationi facilem ansam praebuisse. Quod ceteroquin mirandum non est, si attendatur praedictum opus, utut iterum editum a catholico, reflectere mentem scriptoris adhuc Protestantisme addicti, ut ipse Ncwman fassus est.

Ad rem //. *Tristram et F. Bacchus:* “Ncwman remania la troisième édition [de son ouvrage], ct en modifia par endroits le texte; mais ses corrections furent faites de telle sorte que le livre ne perdit en rien son caractère primitif. 11 ne devait pas cesser d’exprimer ce que l’auteur avait pensé au moment où il l’avait composé. Newman écrivit ce qui suit: 'Ce livre est l'ouvrage philosophique d’un écrivain qui n’était pas catholique, et qui n’avait pas la prétention d’être théologien, ouvrage destiné à des lecteurs qui eux non plus, n'étaient pas catholiques.’ Nous croyons donc nous conformer aux désirs de l’auteur lui même en faisant figurer *VEssay on development* parmi les oeuvres non catholiques antérieures à sa conversion” (“Newman [John Henry],” *Dictionnaire de théologie catholique* 11. 1 [1931] 358 sq. Cf. Dublanchv, E., “Dogme,” *ibid.* 4. 2 [1910] 1630-1636).

promissae, his qui in eo baptizarentur, processit sacramentum Confirmationis, per quandam scissionem Baptismi, explicite instituti, in duplex sacramentum; ex persuasione illimitatae potestatis remittendi peccata, a Christo apostolis collatae, qua Ecclesia initio usa est tantum per Baptismum explicite institutum, natum est sacramentum Poenitentiae, voluti secundus baptismus, per quandam reduplicationem prioris sacramenti ad remittenda peccata postbaptismalia; ex modo quo Christus, et, in ejus imitationem, apostoli, curaverunt materiales simul ac spirituales languores, evolutus paulatim ac determinatus est sacramentalis ritus Extremae Unctionis; ex conceptu plenae potestatis in Ecclesia, apostolis collatae et ejus successoribus transmittendae, natum est sacramentum Ordinis, tanquam ritus hujusmodi transmissionis; ex interpretatione manifestatae a Christo intentionis conferendi Matrimonio characterem aliquem sanctiorem, quem antea non habebat, evolutum est hoc sacramentum.

Addit Pourrat, quod in hac sua explicatione non agitur de institutione mediata, sed immediata, nec agitur de institutione generica aut a fortiori specifica, de qua loquuntur alii doctores, nam haec duo membra solent referri ad explicitam institutionem; agitur ergo de implicita institutione, utique immediata. Dividenda nempe est sacramentorum institutio in mediatam et immediatam, et haec in implicitam et explicitam, et haec in genericam et specificam. Christus igitur instituit Baptismum et Eucharistiam immediate et explicite, reliqua vero sacramenta *immediate sed implicite tantum*. Ceterum, addit, gradus implicitatis, major vel minor est in variis sacramentis: et de facto quoad Extremam Unctionem videtur ipse conari assignare minorem gradum implicitatis.

Quomodo haec doctrina, apparenter cohaerens sed reapse undequaque nutans, sit intelligenda et quomodo principium ex quo procedit parum quadret cum Tridentina definitione nec immerito aliqua nota theologica mulctari possit, dicetur infra (in p. 309-315).

¡V£H'JL-LV, /in *Essay on the Development of Christian Doctrine* (new edition by Ch. F. Harrold, New York-London-Toronto: Longmans, Green and Co., 1949) 85-87:

"I have been arguing, in respect to the revealed doctrine, given to us from above in Christianity, first, that, in consequence of its intellectual character, and as passing through the minds of so many generations of men. and as applied by them to so many purposes, and as investigated so curiously as to its capabilities, implications, and bearings, it could not but grow or develop, as time went on, into a large theological system;—next, that, if development must be, then, whereas Revelation is a heavenly gift. He who gave it virtually has not given it. unless He has also secured it from perversion and corruption, in all such development as comes upon it by the necessity of its nature, or. in other words, that that intellectual action through successive generations, which is the organ of development,

must, so far forth as it can claim to have been put in charge of the Revelation, be in its determinations infallible.

"Passing from these two points, I come next to the question whether in the history of Christianity there is any fulfilment of such anticipations as I have insisted on, whether in matter-of-fact *doctrines, rites, and usages have grown up round the Apostolic Creed* and have interpenetrated its Articles, claiming to be part of Christianity and looking like those additions which we are in search of. The answer is, that such additions there are, and that they are found just where they might be expected, in the authoritative seats and homes of old tradition, the Latin and Greek Churches. Let me enlarge on this point.

"I observe, then, that, if the idea of Christianity, as originally given to us from heaven, cannot but contain much which will be only partially recognized by us as *included in it and only held by us unconsciously;* and if again, Christianity being from heaven, all that is necessarily involved in it, and is evolved from it, is from heaven, and if, on the other hand, *large accretions* actually do exist, professing to be its *true and legitimate result,* our first impression naturally is, that these must be the very' developments which they profess to be. Moreover, the very scale on which they have been made, their high antiquity yet present promise, their gradual formation yet precision, their harmonious order, dispose the imagination most forcibly towards the belief that a teaching so consistent with itself, so well balanced, so young and so old, not obsolete after so many centuries, but vigorous and progressive still, is the *very development contemplated in the Divine Scheme.* These doctrines are members of one family, and suggestive, or correlative, or confirmatory, or illustrative of each other. One furnishes evidence to another, and all to each of them; if this is proved, that becomes probable; if this and that are both probable, but for different reasons, each adds to the other its own probability.

"The Incarnation is the antecedent of the doctrine of Mediation, and the archetype both of the Sacramental principle and of the merits of Saints. From the doctrine of Mediation follow the Atonement, the Mass, the merits of Martyrs and Saints, their invocation and 'cultus.' *From the Sacramental principle come the Sacraments properly so called;* the unity of the Church, and the Holy See as its type and centre; the authority of Councils; the sanctity of rites; the veneration of holy places, shrines, images, vessels, furniture, and vestments. *Of the Sacraments, Baptism is developed into Confirmation on the one hand; into Penance, Purgatory, and Indulgences on the other; and the Eucharist into the Real Presence, adoration of the Host, Resurrection of the body, and the virtue of relics.* Again, the doctrine of the Sacraments leads to the doctrine of Justification; Justification to that of Original Sin; Original Sin to the merit of Celibacy. Nor do the separate developments stand independent of each other, but by cross relations they are connected, and grow together while they grow from one."

*POURRAT, La théologie sacramentaire, Etude de théologie positive* (deuxième édition, Paris 1907), chap. 6, p. 270-288:

"Les hypothèses émises par les théologiens pour expliquer le mode de l'institution des sacrements peuvent être ramenées à deux : l'hypothèse de l'institution immédiate de quelques sacrements et de l'institution médiate des autres; et celle de l'institution immédiate in specie de plusieurs sacrements et de l'institution immédiate in generc des autres. Expliquons ces formules. L'institution des sacrements est immédiate, lorsque l'auteur des sacrements les établit lui-même, en personne. Elle est médiate, au contraire, lorsqu'il délègue à un autre le pouvoir de les instituer. Dans cette première hypothèse, Notre-Seigneur aurait institué lui-même, tandis qu'il était sur la terre, un certain nombre de sacrements, en particulier le baptême et l'eucharistie, et il aurait délégué à ses apôtres, spécialement dirigés par l'Esprit-Saint dans l'oeuvre de la fondation de l'Eglise, le pouvoir d'instituer les autres rites sacramentels.

"Conformément à renseignement presque universel des théologiens, nous pensons que *l'institution médiate est à rejeter.* Car elle est incapable de montrer comment les sacrements, s'ils avaient été institués en vertu de ce pouvoir délégué que l'on se plaît à admettre, se différencieraient des institutions purement ecclésiastiques. Mais l'histoire lui est encore plus opposée que la théologie. Aucun fait historique n'autorise à affirmer que l'Eglise ait usé de ce prétendu pouvoir délégué. . . L'hypothèse de l'institution médiate semble donc de tout point caduque.

"Celle de *l'institution immédiate serait également inacceptable, si elle n'était bien entendue.* Or on peut entendre cette institution immédiate au sens strict, 'in specie', ou au sens large, 'in genere'. Le sacrement, nous le savons, comprend deux parties, la partie extérieure et visible, qui est le signe sacramental, et la partie invisible, qui est l'effet spirituel produit. Le Christ a pu déterminer lui-même les deux parties des sacrements: dans ce cas il les aurait institués immédiatement 'in specie'. Il a pu aussi se contenter de déterminer lui-même l'effet spirituel, et laisser à ses apôtres et à son Eglise la mission de choisir un signe sacramentel approprié: il aurait institué les sacrements immédiatement, mais seulement 'in genere'. Le baptême et l'eucharistie ont été institués 'in specie', tous les théologiens en conviennent. Quant aux autres sacrements, il est possible qu'ils n'aient été institués que 'in genere' seulement. Ainsi interprétée, l'institution immédiate se concilie mieux avec les faits. Elle reste pourtant impuissante à expliquer le développement considérable que l'histoire nous montre dans l'institution sacramentelle de la religion chrétienne.

"*Aussi est-il permis, semble-t-il, d'appliquer à l'institution des sacrements la conception nevnnanienne du développement.* Le Sauveur n'aurait-il pas institué quelques sacrements à l'état implicite? Ne se serait-il pas contenté d'en poser les principes essentiels, desquels, après un développement plus ou moins long, seraient sortis les sacrements pleinement constitués? N'aurait-on pas, dans cette conception des origines des sacrements, l'explication de cette conscience explicite relativement tardive, que l'Eglise a eue de certains de ses sacrements?

"Si donc il est permis, à la suite de Newman, de proposer une troisième hypothèse, ou plutôt de modifier un peu l'hypothèse de l'institution immédiate 'in genere', on peut dire que le Christ a institué immédiatement tous les sacrements; mais tous les sacrements n'ont pas été donnés à l'Eglise par le Sauveur pleinement constitués. Sur plusieurs, particulièrement essentiels au christianisme, le baptême et l'eucharistie par exemple, le Christ s'est expliqué complètement, si bien que l'Eglise, dès l'origine, a eu pleine et entière conscience de ces rites sacramentels. *Quant aux autres, le Sauveur en a posé les principes essentiels;* le développement devait montrer aux apôtres et à l'Eglise ce que le Maître a voulu faire. Jésus, en effet, ne pouvait pas tout dire à ses apôtres: 'Non potestis portare modo'. De même, qu'il a laissé à l'Esprit-Saint le soin de faire connaître explicitement à l'Eglise le dogme catholique révélé, ainsi il a pu confier à ce même Esprit la mission de dévoiler toutes les richesses de l'institution sacramentelle, lorsque les besoins de la société chrétienne grandissante l'exigeraient. On comprend alors pourquoi l'Eglise, d'après le témoignage de l'histoire, n'a pas eu. tout à fait dès l'origine, une conscience pleine et entière de quelques sacrements.

"La formule dont nous nous servirons pour énoncer cette doctrine assurément complexe, est celle-ci: *Jésus a institué immédiatement et explicitement le baptême et l'eucharistie; il a institué immédiatement mais implicitement les cinq autres sacrements.3** Cet énoncé du dogme n'est pas en désaccord avec la définition du concile de Trente, car, l'implicite étant du réel, une institution implicite ou à l'état de principe est une institution réelle. D'autre part, cet énoncé se justifie suffisamment par l'histoire. . .

'' "Comme toutes les formules générales, celle-ci est trop absolue. Le degré d'implicite n'est pas en effet le même pour les cinq sacrements. Le sens de la formule sera précisé dans les pages qui suivent."

"Que le Sauveur ait institue d'une manière tres formelle le baptême et l'eucharistie, c'est ce que les textes les plus sûrs ne permettent pas de nier. . . [Il s'est] expliqué clairement au sujet du baptême et de l'eucharistie. Aussi l'Eglise, dès l'origine, a-t-elle eu pleine conscience de ces deux sacrements. C'est pour cela que la manière dont ils ont été institués semble différente de celles dont les autres l'ont été.

"La théologie catholique a toujours enseigné que l'Ecriturc seule, sans la Tradition, était incapable de démontrer l'institution divine de tous les sacrements. De fait, les Evangiles ne nous permettent de discerner, dans certains actes ou certaines paroles de Jésus, que *les principes d'où sont sortis les cinq sacrements.* Et même, si le développement traditionnel ne nous apprenait pas que de ces paroles et de ces actes des sacrements sont nés, nous ne pourrions pas affirmer que ces paroles et ces actes contenaient l'institution de plusieurs sacrements. . . Pour déterminer donc les principes divins des sacrements chrétiens, considérons ceux-ci dans leur plein développement et recherchons leur origine. *Nous la trouverons dans une intention de Jésus, manifestée par un acte ou une parole.* Cette doctrine se précisera par l'application qui va en être faite à cinq sacrements.

"Jésus a posé *le principe essentiel de la confirmation,* lorsqu'il a promis de donner l'Esprit-Saint. Le Sauveur a fait cette promesse aux apôtres; et cette promesse avait pour objet, non pas une donation ordinaire de l'Esprit-Saint, comme celle qui s'opère toutes les fois que l'âme est sanctifiée, mais une donation spéciale, particulière: celle qui eut lieu le jour de la pentecôte. Cette promesse de l'Esprit-Saint ne concernait pas seulement les apôtres, mais aussi tous ceux qui croiraient en Jésus et recevraient son baptême. C'est bien ainsi que l'ont compris les disciples de Jésus. Dans son discours du jour de la Pentecôte, saint Pierre proclame que ceux qui seront 'baptisés au nom de Jésus-Christ', recevront aussi 'le don du Saint-Esprit'. De fait, les apôtres conféraient l'Esprit-Saint aux nouveaux baptisés par l'imposition des mains. Ce rite collateur du Saint-Esprit, bien qu'administré parfois séparément du baptême, était cependant considéré comme son complément, et comme ne formant qu'un seul tout moral avec lui. Le développement postérieur a eu pour effet de séparer complètement la confirmation du baptême. De la sorte, *le baptême s'est développé, comme le dit Newman, dans la confirmation,* qui peut être considérée comme une sorte de dédoublement du premier de nos sacrements.

"Selon la pensée de Newman, *le baptême s'est encore développé dans la pénitence,* suivant un processus qui se conçoit assez bien. Jésus a donné à ses apôtres, et par eux à son Eglise, un pouvoir illimité de remettre les péchés. Cette donation est attestée par l'ensemble de l'histoire évangélique. . . Les apôtres étaient si bien persuadés qu'ils étaient les dépositaires du pouvoir de remettre les péchés, qu'ils en ont usé dès les premiers jours de l'Eglise dans l'administration du baptême. . . Ce pouvoir, parce qu'il est sans limite, s'étend aussi bien aux péchés commis après le baptême qu'à ceux qui sont commis avant. Tout à fait à l'origine, l'Eglise a d'abord usé du pouvoir de pardonner les péchés commis avant la régénération baptismale. Les écrits apostoliques mentionnent surtout le baptême comme moyen de rémission des péchés. Car il était bien entendu, comme le répète si souvent saint Paul, que lorsqu'on a 'revêtu le Christ' par le baptême, et qu'on est 'mort au péché' dans le bain régénérateur, on ne doit plus retomber. Cependant, le nombre des chrétiens croissant et la ferveur première diminuant, plusieurs devaient inévitablement retomber dans le péché, et y retombèrent en effet. N'y aurait-il pour ces relaps aucun moyen de salut? Quelques-uns le pensaient au temps d'Hermas. Mais l'Eglise, guidée par l'Esprit-Saint, proclama qu'elle tenait du Christ le pouvoir de pardonner les fautes postbaptismales. . . La pénitence nous apparaît donc comme un second baptême. *Elle a été implicitement instituée par le Sauveur,* lorsqu'il a donné à son Eglise un pouvoir sans bornes de remettre les péchés. Le Christ a laissé à son Eglise le soin de régler l'exercice de ce pouvoir; de fait, cet exercice a revêtu des formes différentes dans la suite des siècles.

‘•Pendant son ministère galiléen, Jésus envoya ses disciples dans les villes et les bourgades, avec la mission de prêcher la pénitence, de chasser les démons, de guérir les malades et d’opérer encore d’autres prodiges. Saint Marc nous apprend que les apôtres exécutaient les recommandations du Maître, et guérissaient les malades en les oignant d’huile. Soulager les malades par des onctions d huile était un usage juif. . . Il existe entre ces onctions apostoliques et notre sacrement de l'extrême-onction des ressemblances réelles, non seulement dans le rite, mais aussi dans les effets. La tradition catholique, à la suite de lEpître de saint Jacques, a placé, pendant longtemps, la guérison corporelle au premier rang des effets de notre extrême-onction. Ces ressemblances nous autorisent à *rattacher notre sacrement aux onctions du ministère galiléen, comme au principe d’où il serait sorti*

“Quant à la manière dont ce principe s’est développé, et aux circonstances dans lesquelles le Sauveur a expliqué sa pensée sur les onctions des malades, l'histoire évangélique est muette, et nous sommes réduits aux conjectures. C'est ici quil faut nous souvenir de l'insuffisance des documents écrits. Ce que l'histoire évangélique nous permet d'affirmer, c'est que le Sauveur songeait autant aux intérêts des âmes des malades qu'à ceux de leurs corps, et que, plusieurs fois, il a guéri les infirmités corporelles. Les apôtres, conformément à une croyance juive à laquelle Jésus a pu s’accommoder, étaient persuadés que toute maladie est la conséquence d’un péché, et que guérir une maladie, c'était en même temps remettre la faute qui en était la cause. La guérison corporelle et la rémission des péchés étaient ainsi, d'après leur manière de voir, dans une corrélation nécessaire. Que Jésus donc se soit expliqué sur les onctions des malades, et leur ait donné, pour l’avenir, une efficacité spirituelle, c'est ce qui serait tout à fait en harmonie avec l’histoire évangélique. De fait. l'Epitre de saint Jacques nous laisse entendre que cette explication a eu lieu, et qu’en tout cas, la chrétienté primitive, à laquelle cet écrit est adressé, a une conception déjà fort développé de la valeur des onctions des malades. Ces onctions guérissent les maladies corporelles, comme celles du ministère galiléen; mais elles remettent aussi les péchés. Elles sont faites par les presbytres, qui sont les remplaçants et les successeurs des apôtres dans le gouvernement des églises. Les malades sont oints au nom du Seigneur Jésus, de même que l'on était baptisé au nom de Jésus, pour bien marquer que ces onctions sont celles du Seigneur, et quelles sont administrées, en son souvenir, aux chrétiens seulement.

“Le développement sacramentel de l'onction des malades est loin d’être terminé. Il nous suffit, pour l’instant, de nous rendre compte de la manière dont ce sacrement peut se rattacher à Jésus, et dont il est ‘insinué dans Marc’, comme dit le concile de Trente s'appropriant l’enseignment des théologiens du XIIIe siècle.

“L'intention de Jésus d’instituer le sacerdoce chrétien se manifeste par le fait qu’il en a donné à ses apôtres tous les pouvoirs, avec la mission de les transmettre à leurs successeurs. . .Ceux-ci l’ont si bien compris, qu'ils conféraient à leurs disciples, par le rite de l’imposition des mains, l'ensemble des pouvoirs nécessaires au gouvernement des églises. 11 est donc aisé de comprendre comment Jésus a posé *le principe essentiel du sacrement de l'ordre.* Mais c’est i>eu à peu. grâce au développement de la constitution de l’Eglise et de la théologie sacramentaire. que les divers degrés de la hiérarchie sacrée apparurent, et que l'on prit conscience de la qualité de sacrement des rites qui les confèrent. . .

“Le Sauveur, répondant à une question insidieuse des Pharisiens, a proclamé l’unité et l’indissolubilité du mariage, et a déclaré la polygamie et le divorce contraires à l'institution primitive. . . L'intention de Jésus n’est pas douteuse: il a voulu que le mariage fût pour les chrétiens une institution plus sainte, plus sacrée, qu'il ne l'était pour les Juifs. *Ce caractère de sainteté que Jésus a donné au mariage chrétien, est le principe du sacrement.* C’est en réfléchissant, en effet, sur la sainteté du mariage réformé par le Christ, que la pensée chrétienne a pris progressivement conscience de son efficacité sacramentelle, et qu’elle a compris

toute la portée de cette sanctification. Car toute l'institution du sacrement de mariage a consisté, et n'a pu consister, que dans la sanctification de l'union matrimoniale. L'intention sanctificatrice de Jésus nous est manifestée par les textes, mais à demi; sans le développement postérieur, nous ne l'aurions jamais connue dans son intégralité. Mais, si le développement s'opère, ne serons-nous pas en droit de conclure que le terme de ce développement est en parfaite harmonie avec son principe, c'est-à-dire avec l'intention de Jésus de rendre le mariage chrétien plus parfait que le mariage mosaïque? . . .

"L'institution divine est donc formellement affirmée, dans les écrits apostoliques, pour le baptême et l'eucharistie. . . Quant à l'institution divine des autres sacrements, elle n'a émergé à la conscience catholique que peu â peu. Il nous reste à dire à quelles époques et sous quelles influences ce travail s'est opéré dans l'Eglise infaillible, sans cesse dirigée par l'Esprit-Saint."

## CONCLUSIO

Christus ipse, ante Ascensionem, hoc sacramentum, non secus ac cetera, immediate instituit, i.e. sua voluntate decrevit et externe manifestavit ut esset in Ecclesia (Existentia) aliquod signum collativum gratiae infirmos alleviantis (Essentia metaphysica), constans saltem ex aliqua illorum unctione et aliqua oratione seu nominis Domini invocatione (Essentia physica generice spectata). Non vero illud tantummodo mediate instituit, quatenus nempe vel dederit apostolis potestatem posterius illud instituendi sub generali assistentia Spiritus S., vel reliquerit Spiritui S. onus communicandi subinde apostolis hujusmodi potestatem, aut illud directe instituendi et apostolis revelandi.

Probatur 1. *EX GENERALIBUS RATIONIBUS,* ab ipsa Scriptura et Traditione depromptis, quas, ad mentem S. Thomae, adduximus in tractatu *De sacr. in genere* 395-397, 402-404, ad probandam immediatam institutionem omnium sacramentorum; scilicet ex Christo, unico novae legis Mediatore et Ecclesiae Fundatore.

Quae quidem rationes, a S. Thoma constanter objectae contra Halensis et Bonaventurae sententiam (3 p., q. 64, a. 2, ad 3, de sacr. in gen.; q. 72, a. 1, ad 1, de Confirmatione; *Suppi.,* q. 29, a. 3, de Extrema Unctione), referuntur ad Christum non qua Deum sed qua hominem, nec qua hominem quomodolibet, puta glorificatum, sed qua degentem in terris dum promulgaret decreta novae legis et jaceret Ecclesiae fundamenta, ad quae pertinent singula sacramenta. Quod quidem signanter ipse Christus expressit, dum, describens apostolis officium venturi Spiritus in Ecclesia, non ut conditorem eum exhibet sed tantum ut doctorem et declaratorem, seu ut "Paraclitum, quem ego mittam vobis a Patre, *Spiritum veritatis* . . . [qui] *docebit vos omnem veritatem" (Io.* 15. 26; 16. 13).

Ratio autem theologica, in contrarium allata ab *Halensi et Bona-*

*ventura* (cf. supra, p. 205), quia nempe Confirmatio et Extrema Unctio, propter plenitudinem gratiae quam conferunt, non potuerunt institui ante missionem Spiritus S., pondere praedictarum rationum facile conteritur, et in seipsa tam debilis apparet ut S. Thomas nonnisi levi ac transeunti ictu eam excuterit, scribens: "Haec ratio non multum cogit; quia sicut Christus ante passionem promisit plenam Spiritus Sancti missionem, ita potuit instituere hujusmodi sacramentum" (*Suppi.*, q. 29, a. 3).

Probatur 2. *EX SCRIPTURA.*

*In textu MARCI 6. 12 sq.*, ut dictum est in art. praec. (p. 59 sq.), agitur de vera quadam insinuatione ipsius sacramenti, ut colligitur ex Concilio Trid., ex Traditione et ex consensu doctorum, imo agitur non de improprie dicta quadam ac figurali insinuatione, sed proprie dicta et directa, ab ipso Christo nempe volita et intenta. lamvero. nisi Christus ipse mox instituturus fuisset hoc sacramentum, non convenienter intelligitur quare tam signantem illius insinuationem apostolis dedisset.

Nam, vel hoc sacramentum erat subinde instituendum ab apostolis post Ascensionem, per potestatem a Christo acceptam et ab ipsis suo arbitrio exercendam, ita ut illa insinuatio non esset nisi quaedam velata manifestatio desiderii Christi circa modum quo apostoli ea potestate uterentur, et tunc convenientius fuisset hoc desiderium clare illis manifestare ne forte ab eis in futuro frustrari contingeret, imo convenientius adhuc fuisset immediate instituere ipsum sacramentum, cum frustranea videatur haec ipsa desiderii declaratio in eo qui poterat per seipsum instituere sacramentum; quae enim ratio potuit Christum retrahere ab immediata sacramenti institutione?: an forte voluntas communicandi apostolis eam potestatem ut fierent quasi confundatores Ecclesiae?, sed haec ratio est contra Christi dignitatem; vel forte aliqua convenientia remittendi institutionem sacramenti ad posterius tempus?, sed hoc excluditur ab ipsa indole sacramenti prout pertinet ad fundamenta Ecclesiae, quam solus Christus ante Ascensionem fundare ac constituere debebat. Vel hoc sacramentum erat postmodum instituendum a solo Spiritu S. et ab apostolis revelandum, et tunc frustranea fuisset illa Christi insinuatio seu velata notificatio; nam eadem revelatione qua Spiritus S. debebat manifestare sacramenti institutionem, debebat etiam necessario clareque eius constitutionem significare, quo scilicet signo et qua materia et forma componeretur.

Res confirmatur ex signanti parallelismo inter baptismum administratum ab apostolis (de quo in *Io.* 3. 22–26) et hanc unctionem

ab eis exhibita in eodem ministerio, sub ductu Christi (de qua in *Mare.* 6. 12 sq.; cf. supra, p. 51 sq.). Sicut enim ille erat quaedam demonstratio sacramenti Baptismi jam a Christo immediate instituti, ita haec unctio fuit quaedam insinuatio mox a Christo instituendae Extremae Unctionis.

Ceterum, vis textus Marci augetur ex parallelismo, vel potius ex complemento quod accipit ex ipso textu Iacobi, in quo certe agitur de sacramento jam instituto; nam quod videmus in ministerio apostolorum insinuatum, jam paulo post mortem Christi invenimus ab uno ex apostolis explicite commendatum, et quidem tamquam sacramentum jam institutum et in Ecclesia jam frequentatum.

Nec refert quod institutio hujus sacramenti in ipso evangelio clarius non indicetur. Nam non omnia dicta et facta Christi in evangeliis exhibentur, ut declarat ipse Ioannes (21.25: "Sunt autem et alia multa quae fecit Jesus") , etiam ex illis quae pertinent ad fundamentum et constitutionem Ecclesiae, sed tantum facta praecipua et constituta fundamentaliora; "et ideo potius institutionem baptismi et poenitentiae et Eucharistiae et ordinis factam a Christo [evangelistae] narraverunt quam sacramentum extremae unctionis, quae neque est de necessitate salutis, neque ad dispositionem sive distinctionem Ecclesiae pertinet" *{Suppi.,* q. 29, a. 3, ad 1). Praeterea, evangelistae suam narrationem fere limitant ad ipsam vitam Christi et pauca admodum tradunt de his quae Christus post resurrectionem dixit, decrevit vel commendavit apostolis, cum "praebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis et *loquens de regno Dei" (Act.* 1.3). Nec praetereundus est limitatus numerus et scopus evangeliorum; ex duodecim enim apostoli, qui testes fuerunt verborum et actorum Domini, tres tantum evangelium scripserunt; item, inter synopticos et Ioannem talis est diversitas indolis et finis, ut, nisi Ioannes scripsisset, nihil explicite ac directe sciremus ex aliis evangelistis de ipsa institutione sacramenti Poenitentiae, facta a Domino in una ex apparitionibus post resurrectionem, et vicissim si solus Ioannes evangelium scripsisset nihil ex ipso evangelio sciremus de ipsa institutione Eucharistiae, quae in solis synopticis enarratur.

Hinc totaliter concidit praecipua *ratio exegctico-theologica,* in qua *Halensis et Bonaventura* (cf. supra, p. 204 sq.) fundabant suam negationem immediatae institutionis Extremae Unctionis.

*In textu IACOBI,* 5. 14-15, nihil est quod sonet vel insinuet mediatam institutionem per hunc apostolum et multo minus per alios; immediatam e contra Christi institutionem ostendunt vel suadent sequentes rationes:

*Primo, occasionalis indoles sermonis.* Nam apostolus pericopem de Extrema Unctione voluti per transennam et occasionaliter profert dum commendat fidelibus recursum ad varia media supernaturalia quibus subleventur in suis tribulationibus, scilicet orationem, unctionem infirmorum, confessionem peccatorum, fraternam correctionem (cf. supra, p. 64); unde supponit suos auditores non ignaros propriae indolis talis unctionis, sicut et ceterorum mediorum quae proponit, nec proinde ullatenus ostendit se aliquid novi proponere.

*Secundo, indeterminata ratio sermonis,* seu absentia cujuslibet declarationis tum circa determinatam indolem ritus propositi tum circa auctoritatem proponentis, ubi tamen utrumque connaturaliter expectaretur et exigeretur. Si enim apostolus novum ritum introduceret, aliquid magis determinate diceret de ejus natura et administratione, seu de materia et modo unctionis ac indole orationis recitandae; item declararet qua auctoritate primo et prae caeteris apostolis id agat, praecipue cum epistolam ipse dirigat non ad suos fideles hierosolymitanos sed ad omnes Judaeos extra Palaestinam degentes, quos alii apostoli regebant. Hujusmodi declarationes inveniuntur v.g. apud S. Paulum, 1 *Cor.* 7. 10-13: "Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio, non ego, sed Dominus uxorem a viro non discedere. . . Ceteris ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem. . . [Sequuntur verba de noto privilegio paulino, seu a Christo concesso et a Paulo promulgato]"; *ibid.* 11.23: "Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis [Sequuntur verba de institutione Eucharistiae]."

Nec valet opponere quod, e converso, ex hoc ipso quod lacobus non dicat se id tantum tradere quod Christus instituit et fideles jam norunt, implicite significat se primo et propria auctoritate id tradere. Nam de rebus, quae jam noscuntur a Christo institutae, talis declaratio nec exigitur nec expectatur; exigitur vero cum aliquid novi proponitur quod supponit peculiarem auctoritatem a Christo concessam.

*Tertio,* in ipso inciso *"In nomine Domini"* ("Ungentes eum in nomine Domini") legi potest allusio ad Christi institutionem, seu unctionem fieri ex mandato Christi. Etsi enim, ut dictum est supra (p. 75 sq.), quidam theologi in hoc inciso legant potius allusionem ad ipsam formam sacramentalem seu orationem deprecativam. vel meram expressionem necessitatis invocandi divinum nomen in hoc sicut et in aliis ritibus, tamen allusio ad ipsam divinam institutionem verisimilior videtur cum aliis ductoribus (ut Kern, Ruch, Spâcil, Lépicier); in hoc enim sensu ea formula adhibetur ab ipso lacobo in eodem contextu (5. 10: "Prophetas, qui locuti sunt in nomine [seu ex auctori-

tate] Domini") et in aliis Scripturae locis, ut in *Mare.* 16. 17: "In nomine meo daemonia ejicient" et probabiliter in locis in quibus dicitur Baptismus administrari vel suscipi "in nomine Christi" (1 *Cor.* 6. 11; *Aci. 2.* 38; 8. 12, 16; 10. 48; 19. 5; *Rom.* 6. 3; *Gal.* 3. 27 cf. tractatum *Dc Baptismo et Confirmatione* 67-72).

*Quarto,* ipsa *qualitas loquentis* improbabilem facit mediatam hujus sacramenti institutionem per lacobum. Quare enim potius lacobo, quam aliis apostolis et maxime Petro capiti Ecclesiae, potestatem Christus contulisset instituendi hoc sacramentum? Si lacobus hoc sacramentum instituisset nonne quodammodo et Petrum, seu caput ipsum Ecclesiae, sibi in hac re subjecisset, talem ritum juxta ejus institutionem servaturum? Xec valet cum *Bonaventura* recurrere ad collegialem apostolorum institutionem, a lacobo tantummodo notificatam; nam hujusmodi institutionis nullum est indicium in textu lacobi nec ceterum ulla esset ratio quare ejus verba ad apostolicam potius quam ad ipsam Dominicam institutionem traherentur, etiam si nulla istius indicatio in eis contineretur.

Agitur ergo in epistola lacobi de mera promulgatione sacramenti jam a Christo instituti, nec ceteroquin de aliqua proprie dicta et officiali promulgatione, seu prima notificatione rei a ceteris apostolis nondum cognitae aut nondum fidelibus annuntiatae, sed de mera occasional! declaratione rei, tum apostolis tum ipsis fidelibus jam notae. Quae quidem declaratio utpote a solo lacobo scriptis consignata et Spiritus S. inspiratione sigillata, aequivalet cuidam officiali promulgationi, relate nempe ad futuros christianos ad quos notitia hujus sacramenti nonnisi per scripturam lacobi clare transmissa est, ac pro tanto in posteriori traditione vocari etiam consuevit: lacobi dictum, praeceptum, mandatum, institutum, institutio, ut ex sequenti argumento constabit.

Probatur 3. *EX TRADITIONE,* implicita quidem sed antiqua nec unquam substantialiter interrupta, inde a primis Patribus ad theologos nostri aevi.

Immediata institutio Extremae Unctionis per Christum implicite continetur in generali Patrum doctrina, exposita in tractatu *Dc sacr. in genere* 394 sq., circa *divinam originem sacramentorum in communi.* Haec enim ab eis emphatice et simpliciter asseritur, absque ulla quacunque modi restrictione aut sacramentorum distinctione, etsi, cum mentem suam exemplis declarant, nonnisi ea sacramenta in medium prodant quorum sermonem aut disputandi ratio et necessitas aut propria indoles et principalitas exigebat.

Sic *Anonymus De Sacramentis* generaliter ait "auctorem sacramen-

torum esse Jesum." *Pseudo-Dionysius Areop.* signanter asserit Christum esse auctorem sacramentorum *sicut est auctor ipsius ecclesiasticae hierarchiae.* Augustinus docet "ab ipsa Dei sapientia homine assumpto sacramenta constituta esse," imo *"a latere Christi lancea percusso* profluxisse sacramenta," et absque distinctione addit "Christum sacramentis societatem novi populi colligasse, sicuti est Baptismus, communicatio corporis et sanguinis ipsius, *et si quid aliud in Scripturis canonicis commendatur."* Cum autem affirmat sacramenta *"ipsum Dominum* et apostolicam tradidisse disciplinam." nequaquam intendit aliquorum sacramentorum traditionem referre ad mediatam apostolorum institutionem, sed ad meram eorum cognitivam et promulgativam transmissionem ("disciplinam" seu instructionem), imo illud positive excludit, cum ait "potuisse Christum, si vellet, *dare potestatem alicui seroo suo* ut daret [seu institueret] baptismum suum tamquam vice sua, et transferre a se baptizandi potestatem, [sed] hoc noluisse [quia] *noluit servum ponere spem in servo"* ac propterea, quamvis "inveniamus [Apostolum] dixisse, Evangelium meum, non invenimus dixisse, Baptisma meum"; ubi, etsi S. Doctor exemplicando loquatur de solo Baptismo, ipsa tamen assertio de non translata apostolis institutiva potestate, significatur intelligi de omni sacramento, ut patet ex ipsa invocata ratione.

A fortiori Christum nullam hujusmodi potestatem ipsi Ecclesiae, seu apostolorum successoribus, communicasse, ostendunt tum haec aliaque Patrum dicta tum ipsa historia Ecclesiae, magis in dies explicite proponentis ac determinate regulantis doctrinam et disciplinam singulorum sacramentorum; nunquam enim ipsa, dictis aut factis, ullatenus significavit se esse consciam hujusmodi potestatis. Unde sententia aliquorum doctorum mediaevalium, nominatim Halensis et Bonaventurae, nullum habet fundamentum aut speciem concordandae cum doctrina et praxi antiquae traditionis, inspecta saltem generaliter quoad communem oeconomiam sacramentorum.

Ad rem *Pourrai:* "L'institution médiate est à rejeter. . . L'histoire lui est encore plus opposée que la théologie. Aucun fait historique n'autorise à affirmer que l'Eglise ait usé de ce prétendu pouvoir délégué. L'Eglise, nous le constaterons bien souvent, au moment où elle a dû défendre ses sacrements contre les hérésies, n'a jamais pensé qu'elle possédât le pouvoir de les instituer; elle a toujours cru, aut contraire, qu'ils lui venaient du Christ. Comment admettre que l'Eglise soit dépositaire d'un pouvoir dont elle n'aurait aucune conscience? De plus, cette institution médiate est inconcevable pour plusieurs sacrements, auxquels, à première vue, elle paraissait tout particulièrement convenir. Ainsi le mariage est un des sacrements dont l'Eglise a pris

explicitement conscience assez tard; les théologiens étaient tentés d'expliquer ce fait par l'hypothèse de l'institution médiate. Mais l'Eglise n'a rien institué dans le mariage; et elle n'a rien pu instituer, puisque le sacrement de mariage consiste dans le contrat matrimonial lui-même. Or le contrat matrimonial n'a pas été établi par l'Eglise: comment le sacrement l'aurait-il été davantage? Si, enfin, le sacrement de mariage était d'institution médiate, il faudrait en conclure que les chrétiens de l'Eglise primitive ne recevaient pas le sacrement quand ils se mariaient! L'hypothèse de l'institution médiate semble donc de tout point caduque."[36]

Ad tramitem horum generalium principiorum intelligenda est etiam mens totius antiquae Traditionis circa divinam originem et immediatam institutionem *ipsius sacramenti Extremae Unctionis,* cujus incerta testimonia, ut vidimus in art. praec. (p. 94 sqq.), incipiunt apparere inde a primis temporibus, ac subinde ab initio saec. 5 frequentiori concentu increscunt et clarificantur.

Frustra autem, quis mediatae hujus sacramenti institutionis probabile ullum testimonium quaereret ante initium saec. 12 vel alteram partem saec. 11, quando incipit apparere expressio *"Extrema Unctio instituta ab apostolis."* Profecto diffitendum non est, inde fere ab initio hoc sacramentum quadam mirabili constantia connecti ab ecclesiasticis scriptoribus cum verbis Iacobi aut ad hunc apostolum referri, quin tamen ab eo institutum dicatur; cujus ratio est quia in sola epistola Iacobi hoc sacramentum invenitur "fidelibus commendatum ac promulgatum," ut ait Cone. Tridentinum. Immerito igitur quis vellet ipsum conceptum institutionis detegere in expressionibus: "Iacobus dicit, scribit, ostendit, commendat, monet, praecipit, sancit, tradit," vel "Deus aut Spiritus S. per Iacobum loquitur, instruit, promittit, praecipit," vel "Apostoli hoc fecerunt, ipsi apostoli hunc Ecclesiae morem tradiderunt," vel "Secundum apostolicam traditionem, morem, auctoritatem, praeceptum." Nihil enim cogit ex talibus dictis, etiam prout sonant et separatim acceptis, eruere plusquam sensum commendationis et promulgationis; eorumque praeterea contextus id positive prohibet.

*In prima ex tribus Traditionis periodis,* exhibitis in art. praec. (usque nempe ad Innocentium I, initio saec. 5), bis tantum (apud Origenem et Chrysostomum) occurrit explicita referentia ad textum Apostoli et semel tantum apud Origenem ponitur explicita expressio "Iacobus dicit."

*In secunda periodo* (ab Innocentio ad Bedam, initio saec. 8), multi-

[36] *La théologie sacramentaire* (éd. 2, Paris 1907) 271 sq.

plicatis referentiis vel allusionibus ad Iacobum, quidam, ut Augustinus, Cassianus, Hesychius, Procopius, mere citant textum Iacobi, nullo adjecto commento. Alii eam expressionem repetunt sub varia forma: "Iacobus dicit" (Victor Antiochenus, Cassiodorus, Mandakuni), "Secundum Apostolum" (Eligius), "Iesu qui apostoli tui voce nos instruis" (Liber Ordinum mozarabicus), "Deus qui per apostolum tuum locutus es" (Sacr. Gregorianum), "[Verba Iacobi sunt] inspirata Scriptura" (Cyrillus Alex.), "Quod in beati apostoli Iacobi conscriptum est" (Innocentius I). Praeterea adduntur fortiores quaedam expressiones, mox in sequenti periodo multiplicandae, i.e. actio seu *promissio* Spiritus S. per Iacobum (Caesarius Arei.: "Sic enim per eum promisit Spiritus S."), quae refertur ad inspirationem Spiritus S. in epistolam Iacobi; *praeceptum* Iacobi (Vita S. Eutychii: "Iacobus praecipit"), quod sonat vel ipsius Iacobi commendationem seu praeceptum observandi institutum Christi vel meram transmissionem seu promulgationem praecepti et instituti Christi, unde Mandakuni observat: "Quid nobis mandant praecepta Dei? . . . unctionem olei"; apostolica *observantia* (Isaac Antiochenus: "Oleum apostolorum et martyrum") seu mos Ecclesiae ab Apostolis inceptus ac traditus.

*In tertia periodo* inde a Beda (initio saec. 8), incipiunt fortiores expressiones (Apostolorum traditio, definitio, auctoritas, sanctio, statutum) quae tamen eundem sensum merae commendationis, promulgationis ac transmissionis non transcendunt, eo vel magis quod una cum textu Iacobi jam citantur verba Marci de unctione Apostolorum durante ministerio Christi, ad quae aliqui videntur ipsam institutionem hujus sacramenti referre (Beda, Haymo, Ionas Aurei., Theophylactus, Euthymius, relati in p. 56 sq., quos praecessit saec. 5 Victor Antiochenus), jamque praefatae expressiones non amplius ad solum Iacobum ejusque epistolam, sed ad omnes apostolos, imo ad eorum praxim, necnon generaliter ad Patres eorumque definitiones et statuta referuntur.

*Praecipuae expressiones sunt:*

*"Notat Iacobus"* (Egbertus); "Documentum Iacobi" (Cone. Cabillonense quod repetit Rodulphus Bitur.), cui additur "Cui etiam documenta Patrum consonant"; "Instruit Iacobus" (Rabanus Maurus); "Ostendit Iacobus" (Amalarius: "Iacobus medicinam ostendit"); "Commendat Iacobus" (Cone. Ticinense); "Monuit Iacobus" (Aefricus); *"Praecipit Iacobus"* (Rabanus M., Pseudo-Augustinus); "Sancivit Iacobus" (Paschasius); "Ex apostolica Iacobi auctoritate" (Rabanus M.).

*"Fecerunt hoc ipsi apostoli"* (Beda: "Hoc et apostolos fecisse in Evangelio legimus," Pseudo-Oecumenius: "Hoc etiam Domino inter

homines adhuc conversante faciebant apostoli"); *"Tradiderunt Apostoli"* vel "Secundum Traditionem Apostolorum" (Beda: "Ab ipsis apostolis hic Ecclesiae mos est traditus"; quae verba repetunt Strabo et Haymo, et accommodant Ionas Aurei, et Capitulare Aquisgranense, in quo sic emolliuntur: "Juxta traditionem apostolicam ac statuta decretalium"); *"Praeceperunt Apostoli"* (Agobardus, quem repetit Amulo: "Secundum praeceptum evangelicum et apostolicum").

*"Definierunt Patres"* (Egbertus, quem repetit Capitulare Aquisgranense: "Secundum definitionem sanctorum Patrum"); *"Statuerunt Patres"* (Cone. Aquisgranense: "luxta traditionem apostolicam ac statuta decretalium," Cone. Moguntinum: "Secundum canonicam auctoritatem . . . secundum statuta sanctorum Patrum"); "Sanxerunt Patres" (Pseudo-Petrus Damianus: "Sancti Patres hanc unctionem sacramentum esse sanxerunt").

Amulo Lugdunensis episc. (841-852) utitur quidem verbo *"institutio"* in expressione "Evangelicae atque apostolicae institutionis forma custoditur," sed illud accipit in sensu statuti, decreti, sanctionis, praecepti, instructionis praeceptivae, promulgationis, et ceteroquin illud refert generaliter ad totam "religionis formam," seu omnes sacros ritus et observantias, inter quos citat Baptismum, Euch., Poenit. et Extremam Unctionem.

*Inde a secunda medietate saec.* ***II*** *incipit apparere ipsa FORMULA "AB APOSTOLIS INSTITUTUM"* (Bonizo Placentinus), quae saec. 12 saepius repetita a majoribus theologis (Hugone a S. Victore, Summa Sententiarum, Petro Lombardo, Roberto Paululo, Omnebene, Alano ab Insulis) certe miranda et ambigua saltem videri potest, cum eo tempore theologi jam explicite disserant de origine sacramentorum sub ipsa voce institutionis. Attamen, ex generali contextu mentis et operis doctorum saec. 12 probabilius saltem videtur eos illam vocem adhuc accepisse in supradicto sensu commendationis et promulgationis (vel, si placet statuti promulgatorii), juxta classicum et originalem ejus sensum (instituere = instruere; per apostolos Extrema Unctio instituta est = per apostolos nos instruimur de ejus divina origine), vel in confuso quodam ac generaliori sensu divinae originis, ita ut "sacramentum institui ab apostolis" significet tantum ipsum non esse humanae institutionis sed provenire a Christo per apostolos quin referat utrum per apostolos co-institutores an mere promulgatores, nec nisi saec. 13, praecipue ab Halensi et Bonaventura, affirmata est apostolica institutio hujus sacramenti in sensu theologico, cum explicite ac directe suscitaverint pure theologicam ac generalem quaestionem de institutione sacramentorum per Christum.

Breviter ipsos textus singulorum doctorum examinabimus, ut sub-inde praefatae interpretationis rationes afferamus.

*Bonizo* Placentinus episc. (t 1089) (cit. in art. praec., p. 158 sq.) distinguit inter duo sacramenta "ab ipso Domino tradita" (Bapt. et Euch.) et cetera *"ab apostolis instituta"* ("sacramentum salis," i.e. sal benedictum quod datur catechumenis ante Baptismum, et triplex "sacramentum olei," i.e. olei exorcizati quo unguntur iidem catechumeni, olei chrismatis seu Confirmationis, et olei infirmorum seu Extremae Unctionis).

Mens hujus auctoris obscura apparet. Non improbabiliter dici potest vocem "instituta" in correlativo et opposito inciso, accipi pro "exhibita, praesentata, explicata, promulgata," ita ut sensus sit: Omnia haec Ecclesiae sacramenta sunt quidem a Christo fundata (seu theologice instituta) sed duo tantum sunt ab ipso tradita seu explicata, cetera ab Apostolis. Ratio est tum nondum invecta eo tempore theologica et technica acceptio vocis "institutio"; tum quia Bonizo sese refert ad institutionem non lacobi sed apostolorum, quam dicit a lacobo tantummodo testificari, quaeque nequit esse nisi ipsa praxis apostolorum, qua ungebant infirmos in suo ministerio sub directione Christi, adeoque ipsa Christi institutio explicata et applicata per apostolos; tum quia in fine suae pericopes Bonizo ait: "Sunt praeterea et alia sacramenta, quibus nunc utitur Ecclesia Dominico exemplo, quamvis non tradito praecepto," inter quae refert triplicem manuum impositionem in Confirmatione, Poenitentia et Ordine; jamvero parum verisimile est ipsum simpliciter denegare divinam institutionem hujusmodi manuum impositionum, cum nonnisi sub hac expressione ipse loquatur de sacramentis Poenitentiae et Ordinis dum exhibet varia Ecclesiae sacramenta; unde verba "non tradito praecepto" accipi possunt pro "non explicato praecepto" tam per se quam per apostolos.

*Petrus Cluniaccnsis* (t 1158). *Epist.* 7 ad Theobaldum (cit. in p. 160sq.) scribit: "Haec sola [infirmorum unctio] in toto Novi Testamenti canone invenitur, non more aliarum unctionum a Veteri Testamento mutuata, sed, jam in tempore gratiae, *apostolico suasione et imperio instituta" (ML* 189. 394).

*Hugo a S. Victore* (f 1141), *De sacramentis,* l. 2, pars 15: "Sacramentum unctionis infirmorum *ab apostolis institutum* legitur. lacobus enim . . . ait: 'Infirmatur. . .' In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, et ad peccatorum remissionem, et ad corporalis infirmitatis alleviationem" *(ML* 176. 577 sq.).

Hic Hugo asserit Extremam Unctionem esse ab apostolis institutam. Praeterea in eodem opere loquitur de institutione sacramentorum in

genere, de auctore institutionis et de causa seu fine institutionis *(ibid.* 317, 319, 322, 323, 327); asserit Deum esse institutorem sacramentorum ("Institutio sacramentorum quantum ad Deum auctorem . . . "Auctorem sacramentorum," *ibid.* 323, 324), Christum ut hominem instituisse sacramenta ("Instituit Salvator per se quidem sed in nostro, hoc est solus et in humanitate," *ibid. 322).* Agens de Baptismo quaerit "quare institutus sit baptismus vel quare circumcisio mutata sit... [et] quando institutus sit baptismus" *(ibid.* 422; cf. 450 sq.: "divina institutio," "generalis institutio," "tempus institutionis"). Quoad Confirmationem nihil directe ait de institutione ipsius sacramenti, sed tantum de ecclesiastica institutione permittendi ipsis presbyteris ut in periculo mortis illud administrarent *(ibid.* 461). De Eucharistia ait Christum illam "instituisse" in ultima coena *(ibid.* 461). Agens de quibusdam sacramentalibus (ut aspersione cineris, benedictione palmarum etc.) ait ea esse "ecclesiasticae institutionis" *(ibid.* 473, 477). Agens subinde de Matrimonio ait "conjugii sacramentum etiam ante peccatum legi institutum" et sensum vocis institutionis explicat per ritus "originem" et Dei "decretum" *(ibid.* 480 sq.). Agens tandem de Poenitentia, immediate ante Extremam Unctionem, non adhibet vocem institutionis, sed tantum docet potestatem remittendi peccata fuisse a Deo concessam sacerdotibus *(ibid.* 568).

Unde Victorinus docet: Sacramenta esse instituta a Deo, strictius a Christo qua homine, et sacramentum Extremae Unctionis esse institutum ab apostolis, prout apparet ex verbis Iacobi. Ex quibus sequitur Extremam Unctionem institutam esse tum a Christo tum ab apostolis, seu a Christo per apostolos. Prima igitur fronte Hugo vocem institutionis, dictam de Extrema Unctione, videtur accipere in sensu proprio, sicut cum eam applicat aliis sacramentis.

*Summa Sententiarum,* tract. 6, c. 15: "Hoc sacramentum [Unctio infirmorum] *institutum juit ab ipsis apostolis,* unde in Epistola Iacobi: 'Si quis infirmatur . . .'" *(ML* 176. 153).

In tract. 4, c. 1, auctor loquitur de institutione sacramenti in genere: "Quid sit sacramentum, quare institutum, et in quibus consistat," "Quare ab initio non fuerunt constituta ut ab initio esset sacramentum baptismi, sacramentum confirmationis, etc." *(ibid.* 117 sq.). In tract. 5, c. 1, quaerit "an circumcisio amisit statum suum ex quo baptisma fuit institutum" *(ibid.* 128). In tract. 6, c. 1, de Confirmatione ait: "In tempore apostolorum ab eis solummodo datum [i.e. administratum] fuit; et si ab alio traderetur, irritum haberetur. Ex quo enim quodlibet sacramentum contra institutionem [i.e. contra leges institutionis] celebratur, irritum reputatur" *(ibid.* 137); in c. 2, de

Eucharistia scribit: "Hoc sacramentum Dominus noster lesus Christus in coena discipulis tradidit, ubi institutio hujus sacramenti primo facta fuit" *(ibid.* 139); c. 10, de Poenitentia ut virtute ait: "Illud docuit ipse Christus in principio suae praedicationis" *(ibid.* 146) nec loquitur directe de institutione sacramenti qua talis. In tract. 7, c. 1, de Matrimonio ait: "Conjugium quod et matrimonium appellatur ab institutione Creatoris antequam peccassent homines sumpsit exordium. . . Conjugium Dominus primus instituisse legitur in Genesi" *(ibid.* 153, 155).

Igitur quoad Extremam Unctionem hic auctor videtur accipere vocem institutionis in sensu proprio, sicut in sermone de aliis sacramentis, et docere ipsam esse institutam ab apostolis, imo ab ipsis apostolis; cujus determinationis ("Ab ipsis") sensus non apparet utrum sit: "Ab ipsis apostolis et non a solo Christo" (cujus institutio non explicite indicatur sed nota supponitur), an: "Ab ipsis apostolis et non ab aliis hominibus seu a posteriori Ecclesia."

*Petrus Lombardus* (**t** 1160), *Sent.,* l. 4, dist. 23, n. 2: "Hoc sacramentum Unctionis infirmorum *ab apostolis institutum legitur.* Ait enim lacobus, cap. ult.: 'Infirmatur quis . . .'" *(ML* 192. 899).

In dist. 1 de sacramentis in genere, utriusque legis, ait "sacramentorum remedia Deum instituisse" *(ibid.* 839). In dist. 2 de sacramentis novae legis ait: "Si vero quaeratur quare non fuerint haec sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit justitia et salus, dicimus non ante adventum Christi, qui gratiam attulit, gratiae sacramenta fuisse danda; quae ex ipsius morte et passione virtutem sortita sunt" *(ibid.* 842). In dist. 3 de Baptismo ait: "De institutione baptismi quando coepit, variae sunt aestimationes. Alii dicunt tunc esse institutum, cum Nicodemo Christus ait . . ." *(ibid.* 844). In dist. 7 circa Confirmationem fere repetit auctorem *Summae Sententiarum (ibid.* 855). In dist. 8 de Eucharistia scribit: "Consideranda occurrunt quatuor, scilicet, sacramentum, institutio, forma et res sacramenti. Sacramentum Dominus instituit, quoniam post typicum agnum corpus et sanguinem suum discipulis in coena porrexit" *(ibid.* 856). In dist. 18 loquitur de potestate remittendi peccata a Christo sacerdotibus concessa, sed non adhibet vocem "institutio" *(ibid.* 887). In dist. 24 de Ordine tantum ait: "lesus Christus . . . omnium [ordinum] officia in semetipso exhibuit, et corpori suo quod est Ecclesia, eosdem ordines observandos reliquit" *(ibid.* 900). In dist. 26 de Matrimonio scribit: "Cum alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserint. Matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum a Domino. . . Conjugii institutio duplex

est. Una ante peccatum ad officium facta est in paradiso ... ; altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum" *{ibid.* 908; cf. 842).

Magister ergo videtur jugiter accipere vocem "institutio" in proprio sensu, et, relata institutione omnium sacramentorum ad Deum et Christum ut hominem, videtur docere Extremam Unctionem esse institutam etiam ab apostolis, i.e. a Christo per apostolos.

*Bandinus* (fH63), *Sententiae,* l. 4 De ecclesiasticis sacramentis, dist. 22: "Sciendum est tria genera esse unctionum. . . Secunda est unctio infirmorum, quae *ab apostolis incoepit,* dicente lacobo: 'Infirmatur . . .'" *{ML* 192. 1102).

Quamvis non utatur voce institutionis sed potius ambigua voce incoeptionis, haec tamen in eodem sensu accipienda est, nam Bandinus in suis Sententiis compendiatur Lombardum, vel vicissim a Lombardo fere excribitur (juxta duas criticorum oppositas sententias); ceterum vocem institutionis adhibet ubi de sacramentis in genere (A Deo "instituta sunt"), de Baptismo ("Fuit institutus baptismus in Iordane"), de Eucharistia ("Dominus instituit hoc sacramentum, in coena"), de Matrimonio ("Conjugium ante omnia sacramenta in paradiso legitur institutum" *{ibid.* 1091, 1092, 1095, 1105).

*Rotandus Bandinelli* (Alexander III, t 1181) in suis *Sententiis* non solum Extremam Unctionem sed etiam Confirmationem dicit ab apostolis institutam. Oleum unctionis *"ab apostolis et tempore eorum* est institutum"; Confirmatio *"instituta est ab apostolis,* quando manus super baptizatos imponebant ac Spiritum Sanctum invocabant." Ad haec iterum alludit cum, loquens de Matrimonio, addit: "Huius sacramenti institutio a Deo facta est in paradyso. . . Cuius equidem sacramenti dignitas tam institutoris auctoritate quam loci in quo est institutum sanctitate temporisque antiquitate nimirum perpenditur. Cum enim aliorum sacramentorum *ab hominibus* [i.e. vel Christo vel apostolis] in terra peccati et miseriae nec non pro peccatorum varietate institutio facta est, hoc profecto sacramentum a Deo vivo et vero in paradyso deliciarum temporisque exordio est institutum."[37]

*Robertas Paululus* (t 1184), *De caeremoniis, sacramentis, officiis et observationibus ecclesiasticis*[26], l. 1, c. 27: "Unctio infirmorum *ab apostolis est instituta.* Unde lacobus: 'Infirmatur . . .'" *{ML* 177. 396).

[37] Apud A. Gietl, *Die Sentenzen Rolands, nachmals Papstes Alexander III* (Freiburg 1891) 213, 262, 270sq.

[**] Inter opera supposititia Hugonis a S. Victore

*Omnebenc* (vel Ognibene; **t** 1185), discipulus Abaelardi et Gratiani, scribit in sua *Summa Sententiarum: "Tempore apostolorum fuit institutum* [oleum unctionis] *et ab eisdem;* unde dixit lacobus: Si quis in vobis infirmatur, etc."[30]

*Alanus de Insulis* (**t** 1202), *Dc fide catholica* [contra haereticos, praesertim Albigenses], l. 1, c. 68: "Dicunt etiam [haeretici] extremam olei unctionem quae datur infirmis, nec esse sacramentum, nec aliquem habere effectum, quia hoc sacramentum unctionis infirmorum ab apostolis institutum non legitur. Nos autem dicimus quod sacramentum unctionis infirmorum *ab apostolis institutum legitur.* Ait enim lacobus in Canonica sua: 'Infirmatur quis . . .' " (A/L 210. 370 sq.).

In c. 56, loquens transeunter de institutione Poenitentiae, contra eosdem haereticos ait: "Christus etiam praecepit iis quos a lepra sanaverat, ut se ostenderent sacerdotibus, per hoc insinuans, quod ille qui vult a lepra peccati mundari, debet se per confessionem ostendere sacerdoti" *(ibid.* 358). In c. 59 loquens de Eucharistia, ait: "In primitiva Ecclesia ita omnibus patebat transubstantiari panem in corpus Christi, quod nulli dubium erat, cum Christus hoc esset in Evangelio testatus" *(ibid.* 363). In c. 65, loquens de Matrimonio: "Sacramentum conjugii in paradisum institutum est a Deo, quando formavit mulierem de costa viri. . . Ad commendandum conjugii sacramentum voluit Christus de conjugata nasci. Et ad idem commendandum interfuit nuptiis et miraculum ibi fecit. . . Conjugi sacramentum ad hoc [Deus] instituit, ut qui continentes esse non possunt, ab incontinentiae peccato excusarentur" *(ibid.* 368 sq.). In c. 66 sq., loquens de Confirmatione et Ordine, ait eam a Christo insinuatam, hunc institutum: "Sunt etiam haeretici qui derogant aliis quibusdam sacramentis, ut confirmationi, ordini et extremae unctioni. Dicunt enim nullam esse virtutem sacramenti confirmationis, cum nec in Evangelio nec in aliis libris Novi Testamenti legatur esse *instituta a Christo, vel ab ejus discipulis.* Ad hoc dicimus quod ubi Christus insufflavit in apostolos, dans eis Spiritum sanctum ad robur, *insinuavit eis confirmationis sacramentum.* Illa enim virtus quae ab apostolis dabatur per manus impositionem, datur fidelibus per confirmationem. . . Dicunt etiam catholicae inimici, ordinem, ut diaconatum vel sacerdotium, non esse sacramentum quod sic probare conantur: non legitur in aliqua canonica Scriptura apostolos ordinatos fuisse sacerdotes, cur ergo eorum vicarios sic ordinari oportet? Item, apostoli, qui majores sacerdotes dicti sunt, non leguntur uncti fuisse chrismate, cur ergo unguntur eorum vicarii? Praeterita merita faciunt et suffragantur ut quis sit

*Apud F. Gillmann, *Taujc "im Nanicn lesu" oder "im Namen Christi"?* (Mainz 1913) 4, nota 1.

dignus aliquo officio; quid ergo confert ordo? Ad hoc dicimus quod *Christus apostolos instituit sacerdotes,* quando dans eis corpus suum, ait: Hoc facite in meam commemorationem (Luc. XXII; I Cor. XI). Multa etiam reliquit apostolis ordinanda, quae ipse non ordinavit, ut de ordinum collatione, sacerdotum consecratione" *{ibid.* 369 sq.).

Notetur Alanus totus esse in defendenda divina et apostolica origine omnium sacramentorum, contra haereticos ea inter humanas observantias relegantes, ad quem scopum parum retulisset accipere expressionem "institutum ab apostolis" in stricto sensu potius quam in largiori sensu merae authenticae declarationis rei a solo Christo proprie institutae.

Sunt et alii minores theologi qui circa idem tempus similia dixerunt, uti *Simon de Bisiniano {Commentum super decretum Gratiani,* exaratum inter 1173 et 1176) et cardinalis *Stephanus Langton* (ψ 1128) discipulus Petri Cantoris *{Summa theologica),* qui repetunt Extremam Unctionem fuisse ab apostolis institutam,[10] necnon ipse *Petrus Cantor* (**t** 1197) et jam in ipso saec. 13 *Guilelmus Altissiodorcnsis* (**f** 1231; *Summa aurea in quatuor libros Sententiarum,* quam composuit valde probabiliter post Cone. Later. IV a. 1215, cum videatur alludere ad hujus canones de confessione et communione), qui videntur referre Confirmationem ad apostolorum institutionem, saltem quod attinet ad ipsam determinationem ritus impositionis manuum. rXItissiodorensis scribit: "Unde dicitur, quod confirmationis sacramentum ortum habuerit ab apostolis, quantum ad manus impositionem. Apostoli enim imponebant manus super baptizatos et accipiebant Spiritum Sanctum; quantum vero ad chrismationem ortum habuit ab institutione ecclesiae. Sed melius est dicere, quod quantum ad utrumque *ortum habuit ab apostolis,* licet non legantur chrismasse."[41]

Ut jam notavimus supra (p. 264), quamquam praefati auctores explicite dicant Extremam Unctionem (et, juxta Bonizonem, Rolandum, Cantorem. Altissiodorensem, etiam Confirmationem) fuisse institutam ab apostolis (tempore apostolorum et ab ipsis apostolis), probabilius videtur eos institutionem intelligere generaliori quodam ac confuso modo, ita ut non magis velint asserere ac defendere quam divinam sacramenti originem, per apostolos nobis transmissam, quin referat ultrum apostoli habuerit etiam aliquam partem in ipsa proprie dicta institutione seu constitutione sacramenti an fuerint meri propositores vel promulgatores. Id fortiter suadent sequentes rationes:

"Apud Gillman, *op. cit.* (supra in p. 269) 4, 21.
° Apud Strake, *Die Sakramentenlehre des Wilh. von Auxerre* (Paderborn 1917) 104, nota 5.

1. Talis latior acceptio vocis "institutio" non est aliena a scriptoribus hujus aetatis, inio ab uno vel altero manifeste exhibetur.

Eam exhibet *Ivo Carnotensis* (t 1116) in duplici *Epistola* ad Goffridum Vindocensem et Radulphum abbatem S. Fusciani, scribens: "Unctionem infirmorum non aestimo repetendam, quia, sicut ipse asseruisti *secundum institutum aposlo'icae sedis,* genus est sacramenti, qui autem *sacramenta Christi et Ecclesiae* repetit, injuriam ipsis sacramentis ingerit" *(ML* 162. 260). Ut diximus supra, eadem acceptio verisimiliter tribuitur illi voci a *Bonizonc* (f 10S9), a quo fortasse incoepit usus illius expressionis "Institutum ab apostolis." In eodem sensu adhibetur in periodo praecedenti ab *Amulonc Lugdunensi* (t 852), ut diximus supra (p. 264). in sensu nempe cognatarum vocum "statutum, decretum, sanctio, praeceptum, traditio" quae passim in ea aetate adhibentur. In eodem sensu *Nicolaus Claraevallensis* (medio saec. 12) secretarius S. Bernardi (vel, ut aliis placet, ipse *Petrus Damianus,* t 1072) refert Extremam Unctionem ad ipsos sanctos Patres, adhibens, pro voce "institutio," cognatam vocem "sanctio": "Unde et sancti Patres hanc unctionem sacramentum esse sanxerunt." Similiter *Goflridus Vindoccnsis* (f 1132) in suo *Opusculo* 9. una cum Extrema Unctione, omnia sacramenta refert ad apostolos tanquam ad eos per quos Christiana religio ea suscepit: "Inunctio infirmorum magnum sacramentum est, et ideo nulla est ratione iterandum. Sicut enim caetera sacramenta per apostolos Christiana religio suscepisse creditur, ita et istud suscepisse ab apostolica traditione minime dubitatur. Omne autem sacramentum a Spiritu sancto per doctores sanctos, in quibus ipse loquitur, iterari prohibetur" *(ML* 157. 226 sq.).

Adhuc in sequenti saeculo ipsi S. *Thomas* (Tη 4 *Sent.,* dist. 3, q. 1. a. 5, q. 2'2) et *Albertus M.* (In 4 *Sent.,* dist. 3, a. 3) voce "institutio" etiam in sensu promulgationis utuntur, dicentes Baptismi institutionem intelligi posse tum pro ipsa constitutione sacramenti, tum pro ejus usu seu applicatione, tum pro ejus "divulgatione" (S. Thomas) ac quasi officiali institutione (Albertus M.: "Institutus officialiter"). Imo *Albertus M.,* defensor immediatae institutionis Christi quantum ad sacramentum Extremae Unctionis (In 4 *Sent.,* dist. 23. a. 13), non cunctatur nihilominus asserere: "Extrema unctio ... a Domino et Apostolis habuit ortum suae institutionis, ut infra patebit" *(ibid.,* a. 1 ).

2. Praefati doctores, qui dicunt Extremam Unctionem (vel etiam Confirmationem) esse institutam ab apostolis, quando agunt de institutione sacramentorum in genere, omnia sacramenta aequaliter referunt ad Christi institutionem, nulla adhibita discriminatione, quae

"Cit. in tractatu *I)c Baptismo ct Confirmatione* 36.

tamen connaturaliter expectaretur si ipsi putarent quaedam sacramenta fuisse etiam ab apostolis proprie instituta.

Praeterea, cum loquuntur directe de Extrema Unctione, asserunt eam ab apostolis esse institutam, nullo adjecto explicationis tentamine, circa modum hujusmodi institutionis, quod iterum connaturaliter expectaretur, nisi ipsi putarent institutionem ibi accipi largo modo pro promulgatione.

Praeterea, numquam ipsi oppositionem aliquam instituunt inter Christum et apostolos, ut si dicerent Extremam Unctionem fuisse institutam non a Christo sed ab apostolis, vel a Christo non per se sed per apostolos, ut postea dicent Halensis et Bonaventura. Bonizo quidem oppositionem exprimit, non tamen, ut diximus, inter institutionem Christi et institutionem apostolorum, sed inter declarationem Christi et declarationem apostolorum; quidam, ut Auctor Summae Sententiarum, Rolandus et Omnebene, aliquam innuunt oppositionem seu exclusionem, specificando Extremam Unctionem fuisse institutam ab ipsis apostolis et eorum tempore, sed talis expressio sonat non exclusionem immediatae institutionis Christi sed solius humanae ac posterioris originis, seu merae ecclesiasticae institutionis; idque suadet ipse eorum polemicus finis contra coaevos Catharos negantes divinam originem sacramentorum et appellantes ad silentium Scripturae, atque signanter apparet in verbis Alani de Insulis, explicite contra eos haereticos scribentis.

Praeterea, praefati doctores supponunt Christum generaliter sacramenta instituisse dum adhuc in terris versaretur; ita Hugo a S. Victore ait Christum ea instituisse ut hominem ("Per se quidem sed in nostro, hoc est solus et in humanitate") et Pseudo-Abaelardus in Epitome theologiae christianae ait: "[Christus] post suum transitum sacramenta reliquit" *(ML* 178. 1738). Iamvero vix credibile est eos putare Christum per apostolos instituisse aliquod sacramentum cum ipse adhuc inter eos versaretur.

Praeterea, ratio quare ipsi expressionem "Ab apostolis institutum" adhibuerint, duplex esse potuit ac fuit: altera cxegetico-theologica, altera apologetica, ratio nempe intelligendi et contra supradictos haereticos defendendi divinam originem omnium sacramentorum; Iamvero, ut utrique rationi satisfieret, necesse non erat recurrere ad proprie dictam institutionem per apostolos sed sufficiebat invocare istorum promulgationem, cujus clarum testimonium habetur quoad Extremam Unctionem in epistola Iacobi, nam ea promulgatio facile ostendit divinam originem a Christo. Ex quo saltem suspicari datur eos vocem institutionis accipere in largiori sensu promulgationis vel sub indeterminato conceptu originis apostolicae.

Praeterea, nullum apparet indicium controversiae quoad hanc rem inter doctores hujus aetatis, cum tamen quidam, ut Ivo Carnotensis, Goffridus Vindocensis et Nicolaus Claraevallensis supra relati, ita discrepent ab aliis in modo loquendi ut nullatenus tribuant apostolis proprie dictam Extremae Unctionis institutionem; quod quidem signum est, sub diversis expressionibus unum fuisse conceptum ab omnibus propositum, scilicet non institutionis sed solius promulgationis per apostolos.

Praeterea, quidam potiusquam de apostolica institutione ipsius sacramenti integraliter considerati, videntur loqui de institutione alicujus partis sacramenti vel si placet de determinatione materiae sacramenti, ita ut, si revera accipiant vocem institutionis in sensu proprio, possint connumerari non inter patronos institutionis mediatae sed inter praecursores sententiae de institutione generica. Sic forte explicari possunt ii qui, ut Bonizo, Rolandus et Onmebene, loquuntur potius de institutione olei vel sacramenti olei quam simpliciter de institutione sacramenti Extremae Unctionis, et praecipue ii qui, ut Petrus Cantor et Altissiodorensis, distinguunt in Confirmatione inter impositionem manuum et chrismationem et, attributa priori ipsis apostolis, disputant an altera sit potius tribuenda subsequent! institutioni ipsius Ecclesiae; jam Bonizo, ut vidimus supra, tribuebat Ecclesiae ipsam manuum impositionem quae habetur in triplici sacramento Confirmationis, Poenitentiae et Ordinis.

3. Doctrinam illorum theologorum, in sensu solius apostolicae promulgationis interpretati sunt saeculo sequenti Albertus M. et S. Thomas explanantes litteram ipsius Petri Lombardi, eorum coryphaei. *Albertus M.:* "Magister loquitur de institutione canonis, non auctoritatis personae: quia Iacobus primo edidit canonem et regulam hoc sacramentum observandi" (In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 13, ad 1); S. *Thomas,* posita objectione: "Magister expresse dicit . . . quod est institutum ab Apostolis. Ergo ipse Christus per se non instituit," respondet: "Dicendum quod Magister dicit: 'ab Apostolis institutum', quia per doctrinam Apostolorum nobis promulgata est ejus institutio" *(Suppi.,* q. 29, a. 3, ob. 2 et ad 2); in corpore autem ejusdem articuli, necnon in 3 p., q. 72, a. 1 ubi de institutione Confirmationis, referens contrariam sententiam ("quidam dicunt," "quidam dixerunt"), S. Doctor nequaquam alludit ad alios doctores saec. 12, sed ad posteriorem opinionem Halensis et Bonaventurae, ut patet ex toto contextu. Nec refert quod *Bonaventura* sententiam Magistri interpretetur in contrario sensu suae opinionis de mediata institutione per apostolos, inquiens: "Magister videtur hoc sentire, immo aperte dicit, quod Spiritus Sanctus per Apostolos hoc sacramentum instituit" (In 4 *Sent.,*

dist. 23, a. 1, q. 2), nam, quidquid sit de auctoritate alterutrius expositionis, saltem ex ipsa discrepantia interpretationis sequitur sententiam Magistri, et a fortiori aliorum coaevorum doctorum, claram non esse. Ceterum ipsa caduca sors quae contigit interpretationi Bonaventurae, necnon ipsi ejus sententiae de apostolica institutione Extremae Unctionis, mox ab ipsis Franciscains derelinquendae, ostendit debilitatem ejus fundamenti.

Non tamen diffitemur modum loquendi illorum doctorum satis ambiguum esse ut facilem ansam praebuerit contrariae interpretationi, tum Halensis et Bonaventurae tum etiam quorundam modernorum, et indirecta praeparatio atque occasio fuerit *ortus sententiae de mediata institutione Extremae Unctionis et Confirmationis,* quae indeterminato ac incerto passu evolvi coepit inter aliquos theologos circa initium saec. 13, donec in duobus praedictis doctoribus suos explicitos assertores et expositores invenerit.

Quae sententia, fuse superius exposita ac judicata (p. 203 sqq.), non est nisi particularis quorundam ac temporanea deviatio a linea traditional!, etiam si quis vellet ei adjudicare Petrum Lombardum aliosque doctores saeculi praecedentis, ut constat tum ex confusa et inconstanti ratione qua sese affirmat apud ipsos majores suos expositores, nominatin'! Bonaventuram, de quo adhuc inter modernos disputatur utrum necne mutaverit suam sententiam, tum ex decisa ejus impugnatione facta a majoribus theologis eiusdem aetatis, Alberto M. nempe et S. Thoma (cf. supra, p. 206-209), tum ex sterili fatu quo gavisa est, nam, consummata in brevi, vix idem saeculum explevit, ab ipsis doctoribus franciscanac familiae, in qua connaturalem progeniem sperare sibi poterat, mox sub impulsu Scoti derelicta.

Huic ceteroquin derelictioni non parum contulisse videtur principium, ab ipsis Halensi et Bonaventura praeformatum et a Scoto (mox citando) propositum, aliisque subinde scotistis delegatum,[13] juxta quod solus Deus potest proprie instituere sacramenta, nec talem potestatem potest homini communicare, ita ut ipse Christus, qua homo, non fuerit proprie et physice causa instituens, sed tantum causa moralis et meritoria institutionis sacramentorum, ejusque, sicut ceterorum ministrorum, influxus reducatur ad meram applicationem sacramentorum jam institutorum. Ex quo principio negatur non solum

[13] Inter alios vide Hieronymum de Montefortino (-f- 1728), *J. Duns Scoti Summa Theologica,* 3 p., q. 64, a. 3 (cf. supra, p. 211) et Claudium Frassen (-f- 1711), *Dt sacr. in communi,* a. 2, q. 1, *Scotus Academicus* IX (Romae 1901) 86 ct 88 ("Solus Deus complete ct proprie potest instituere sacramenta. . . Christus Dominus quatenus homo est tantum causa moralis et meritoria institutionis sacramentorum"; cf. supra, p. 211 sq.). Ex extraneis eidem sententiae consentiunt *Durandus* (-f- 1334), In 4 *Sent.,* dist. 2, q. t, ct *Gabriel Biel* (f 1495), In 4 *Sent.,* dist. 1, q. 2, a. 3.

tactum, sed etiam ipsa possibilitatis institutionis sacramentorum per homines, quam tamen admittunt alii theologi cum S. Thoma,[14] ac inde subtrahitur ipsum fundamentum peregrinae opinionis Halensis et Bonaventurae, quae ita intestino vulnere perimitur.

*Scotus* igitur (t 1308) traditionalem proponit sententiam de immediata institutione Extremae Unctionis (nccnon Confirmationis sicut ceterorum sacramentorum), quam in uno loco (Opere Oxoniensi) meliorem dicit, in alio vero (Opere Parisiensi) decisive ut certam proponit.

*Opus Oxoniense,* In 4 *Sent.,* dist. 2, q. 1, ubi agitur de institutione *sacramentorum in genere:* 'Omnia [sacramenta] instituta sunt a Christo vel a Deo pro tempore istius legis. Quod breviter ostendo hic, quia de singulis in locis eorum propriis plenius apparebit. . . De Confirmatione patet institutio, Ioan. 20. 'Accipite Spiritum Sanctum', etc. vel in die Pentecostes, Act. 2. . . De Extrema Unctione dicitur, quod Iacob. 5. 'Infirmatur quis in vobis', etc. Sed licet ibi promulgaverit illud Sacramentum, est *melius dicere,* quod fuerit institutum a Christo. Legimus enim Marci 6. quod Apostoli ungebant oleo multos infirmos, et sanabantur. Constat quod hoc non fecerunt, nisi in virtute Christi, qui instituerat illam unctionem virtuosam. . .

"Sacramenta novae legis a solo Deo habent efficaciam, tanquam a causa principali; a Christo autem patiente, sive a passione Christi, habent efficaciam tanquam a causa meritoria. . . *Solus enim Deus instituit haec Sacramenta, et efficacia Sacramenti non potest esse ab alia causa injeriore, eam instituente.* Hoc enim patet sic, solus Deus determinat se ad effectum causandum sibi proprium; si enim posset ab alio determinari ad agendum, jam esset causa secunda respectu ejus; effectus autem significati per Sacramenta sunt proprii soli Deo; ergo solus Deus potest determinare se ad causandum effectus Sacramentorum, regulariter concomitantes Sacramenta. Hoc est autem Sacramenta habere efficaciam, scilicet habere effectus regulariter concomitantes; ergo a sola voluntate divina habent determinate Sacramenta efficaciam, tanquam a causa principali."[*5]

*Ibid.,* dist. 7, q. 1. ubi de *Confirmatione: "Supponitur . . .* [hoc sacramentum] *institutum esso a Deo,* licet tempus et modus hujus institutionis in Scriptura non legatur; forte, quia Historiographi Scripturam usque ad tempus illud non produxerunt. Non enim produxerunt ultra tempus Apostolorum, nec etiam usque ad plures annos ante mortem eorum; toto autem tempore Apostolorum, forte mansit donum linguarum in Sacramento Confirmationis. Nec est improbabile multa

[14] Cf. nostrum tractatum *De sacr. in genere* 383-387.
[15] *Opera omnia* XVI (Parisiis: Vivès 1894) 244 et 246.

esse tradita auctoritative a Christo Ecclesiae per Apostolos, quae tamen in Scriptura non legimus."[48]

*Ibid.,* dist. 23, q. unica, ubi de *Extrema Unctione:* "Hoc Sacramentum fuit *institutum a Christo,* ut supra patuit . . . [dist. 2, q. 1]. Iacobus autem non erat nisi promulgator, sive praeco hujus Sacramenti a Christo instituti."[K]

*Opus Parisiense,* In 4 *Sent.,* dist. 7, q. 1, ubi de *Confirmatione:* "Supponendum est . . . quod Christus hanc formam et materiam, quibus modo utimur, etiam *per se instituerit,* et per ministrum aliquem authenticum, etiamsi ipsius institutio non exprimatur, promulgavit."[18]

*Ibid.,* dist. 23, q. unica, ubi de *Extrema Unctione:* "Hoc sacramentum significat efficaciter ex institutione divina. Patet ex Evangelio, Marc. cap. 6. ubi habetur quod 'discipuli circuibant civitates et castra, et curabant infirmos, ungentes eos oleo sancto'. Et licet non legatur istud sacramentum *esse immediate institutum a Christo, supponendum est tamen pro certo,* quod istud, sicut et alia fuerunt ab eo instituta, licet ordo historiae ad scribentes non pervenerit. Et ita a beato Jacobo tantum divulgata et praedicata est, quia hoc quod discipuli audiverunt a Christo, publicaverunt pro tempore dispensato, quia 'in omnem terram exivit sonus eorum', etc. Patet Matth. **II.**"[40]

Majores theologi posteriores usque ad Cone. Trid. unanimiter immediatam institutionem docent, saltem ut probabiliorem, non exclusis ipsis *Durando* (**t** 1334) et *Biel* (**t** 1495) qui doctrinis S. Thomae libenter contradicere solent. Semel et iterum pro contraria sententia allati sunt *Paludanus* (**t** 1342) et *Capreolus* (**t** 1444) doctores thomistae, sed omnino inepte, nam simpliciter adhaerent doctrinae S. Thomae, nec disputant nisi de benedictione materiae seu chrismatis, an scilicet eam Christus commiserit Ecclesiae arbitrio, quod admittit Paludanus et valde dubitanter suscipit Capreolus. Immediate ante Cone. Trid. tam communiter ac firmiter a theologis ea sententia tenebatur ut *Dominicus Soto* (**t** 1560), subinde theologus tridentinus, non cunctetur contrariam sententiam vocare "temerariam" ("Non usque adeo constat haereticum esse . . . [at] profecto temerarium esset negare omnia sacramenta fuisse a Christo instituta [Intelligit: immediate]"; cf. reliqua ejus verba supra, p. 209 sq.).

*Durandus,* In 4 *Sent.,* dist. 2, q. 1: "*Probabiliter* tenetur quod omnia [sacramenta] fuerunt a Deo immediate instituta. . . Probabile est quod non solum quaedam sed omnia [sacramenta] fuerunt a Christo instituta et immediate promulgata."

"*Ibid.* 690.
"*Ibid.* XIX 17.
"*ibid.* XXIV 3.
**Ibid.* 347.

*Paludanus,* In 4 *Sent.,* dist. 7, explicite reiecta sententia Halensis et Bonaventurae (q. 3, circa finem), haec scribit de materia Confirmationis (q. 4, ad 1): "Forte ex dispensatione papae ex chrismate non consecrato et oleo non benedicto possent sani confirmari et morientes inungi, et esset eadem materia, quia consecratio illa nihil reale addit sed puram relationem rationis dicit. Nam Christus materiam instituit, sed sanctificationem ecclesiae commisit. Unde Papa, qui est super omnem ecclesiam, non potest quidem materiam mutare, sed eius consecrationem potest mutare vel omittere, quia sic Christus instituit, quod oleum vel chrisma sit materia, eodem modo, quo fuerit per ecclesiam determinatum. Unde forte non idem modus est consecrandi apud omnes; et quia consecratio illa non est sacramentum sed aliquod sacramentale, ideo videtur esse in dispositione ecclesiae. . . Et quamvis ista non probentur, tamen isto modo esse potuit, et isto modo salvari potest, quod ecclesia romana facit, de qua supponendum est, quod non errat."

*Capreolus,* In 4 *Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 3, relatis praefatis verbis Paludani, addit: "Forte tamen non oportet sustinere omnia, quae dicit Petrus [de Palude] circa benedictionem materiae confirmationis aut unctionis, quia non omnia videntur esse de mente S. Thomae, cuius dicta suscepimus defendenda."

*Dionysius Carthusianus* (**t** 1471), in sua *Summa fidei orthodoxae,* l. 4, a. 146, scribit: "Aliqui [i.e. Halensis et Bonaventura] dicunt quod Confirmatio et Unctio Extrema, quoniam plenitudinem gratiae continent, instituta non sunt ante missionem Spiritus Sancti. Unde secundum eos Christus per se non instituit ea, sed apostolis eorum institutionem commisit. Sed quoniam sacramenta ad fundamentum legis spectant, *probabilius alii asserunt,* quod ipsemet legislator Christus Dominus ea instituit, quamvis apostoli ea promulgarunt."

*Post Cone. Trid.,* diserte ac solemniter definiens institutionem omnium sacramentorum, et signantius Extremae Unctionis, per ipsum Christum, communis sententia de immediata ipsa institutione firmior adhuc evasit, ita ut theologi communiter non amplius loquantur de inera probabiliori opinione, sed de certa doctrina quam nefas sit catholico non amplecti, imo quibusdam visa sit ab ipso Concilio ut de fide definita, juxta diversa theologorum judicia, quorum quaedam supra retulimus (p. 212 sq.), alia referemur infra (p. 287-291) ubi de vi et sensu definitionis Tridentinae. Tametsi non defuerint, nec desint, dissidentes voces, tum circa concordandam doctrinae Halensis et Bonaventurae cum hac definitione (cf. supra p. 211 sq.. 218, 220), tum circa ipsum istius definitionis sensum (cf. infra, p. 291–296),

certum est sententiam institutionis mediatae ab omnibus simpliciter derelictam fuisse, ita ut *nec ipsi praefati dissidentes, qui eam ab omni censura absolvunt atque, liberam adhuc opinionem appellant, eam amplecti ullatenus audeant.* Ceterum quidquid sentiatur de propria vi Tridentinae definitionis, negari nequit ipsam fuisse praecipuam et connaturalem causam quare ea sententia totaliter deciderit; unde haec definitio, ratione hujus radicalis sui effectus, legitime invocatur, saltem ut signum confirmativum traditionalis indolis sententiae de immediata institutione omnium sacramentorum per Christum.

*De Baets:* "Bien à tort on inflige des notes théologiques à une opinion que l'on peut ne pas partager, mais que l'Eglise n'a pas voulu proscrire."[10]

*Bittremieux:* 'Nous tâcherons ... de montrer ici que l'opinion du saint Docteur [i.e. Bonaventuraej n'a nullement été frappée par le Concile dc Trente, quelle se concilie parfaitement avec lui, et que même aujourd'hui, un théologien, qui voudrait la défendre, ne se mettrait pas en opposition avec le Concile. Qu'on veuille bien remarquer la position que nous prenons: nous ne disons pas que cette théorie est en soi vraie ou fausse, nous ne nous occupons ici que de l'exposition et de l'interprétation authentique de l'opinion de saint Bonaventure. . . Les définitions du Concile de Trente n'ont nullement écarté l'opinion de saint Bonaventure . . .; même après le Concile, elle doit être regardée comme une opinion libre."[51]

*Michel:* "Il n'est pas question de rendre droit de cité à une opinion abandonnée aujourd'hui par tous; on explique simplement que l'hypothèse bonaventurienne n'est atteinte ni directement ni indirectement. Le concile de Trente a voulu simplement définir que l'institution des sacrements est de droit divin."[52]

*Hugueny:* "Nous pensons avec M. de Baets, que le concile de Trente n'a pas condamné la thèse de saint Bonaventure sur l'institution médiate de certains sacrements . . .; mais nous ne croyons pas que cette distinction soit de grande utilité pour l'apologétique et surtout que la thèse soit vraie en elle-même."[53]

*Humilis a Genua* tamen haec singularia verba profert: "Non illicitum forsitan erit affirmare Divi Doctoris [Bonaventurae] sententiam nihil aliud esse quam manifestationem et clariorem expositionem doctrinae [ante ipsum] fere communis et traditionalis [!!!]. Et si revera ita res se habet, opinio, quae, duce Sancto Thoma et favente Duns Scoto, docet immediatam institutionem omnium sacramentorum a Christo effectam, in historia theologiae nobis apparebit ut doctrina cui tuto adhaerere licet [!!!], sed sicut fructus ratiocinii et scaturiens ex principiis theologicis potius quam ex doctrina traditionali. . . [Sententia Bonaventurae], si hodie iam, ob mutata tempora et ob progressum scientiae theologicae, obsoleta forsitan nonnullis videri potest [!!!], iniuste tamen omnino uti prohibita aut saltem contraria menti Concilii Tridcntini communiter exhibetur."[51]

Ceterum decisivus occasus sententiae de mediata institutione post Cone. Tridentinum, origo fuit *novae sententiae de generica sacramentorum institutione* quae maxime apud moderniores inolevit, quae-

[M] *Loc. cit.* (supra in p. 218).
*Art. cit.* (supra in p. 220) 227 sq., 240.
[K] *Loc. cit.* (supra in p. 221).
[M] *Critique et Catholique* II. 2 (Paris 1924) 155, in nota.
[M] *Art. cit.* (supra in p. 220) 328 sq.

que, etsi inepte a quibusdam ad ipsos Halensem et Bonaventuram eorumque coaevos doctores referatur, quandam tamen cum istorum doctrina cognationem habet et ex eadem generali ratione procedit, ex legitima nempe praeoccupatione conciliandi divinam originem omnium sacramentorum cum exegeticis et maxime historicis difficultatibus, quae videntur potius suadere ecclesiasticam aliquam institutionem. Cum igitur primum illud mediatae institutionis tentamen, utut ingeniosum et attrahens, sua ipsius audacitate defecerit, plures theologi ad conceptum immediatae cujusdam sed tantum genericae institutionis declinarunt, quo immediatius quidem Christi influxus in singula sacramenta juxta mentem Tridentini servaretur, at simul quidam diminutus influxus in specificam determinationem sacramentalium elementorum potestati Ecclesiae concederetur. Quo quidem novo tentamine nihil certe magis ingeniosum ac commodum, necnon modernae mentalitati accommodatum. Sed, an et ipsum menti Tridentini aliorumque Ecclesiae documentorum undequaque conveniat, non leviter dubitari licet: an praeterea felicem quam recenter usurpavit sortem diu servabit, sub ea praecipue radicaliori forma sub qua a quibusdam extenditur ac fovetur, non facile dixeris. Certum tamen est et ipsum pluribus modernis mentibus parum satisfecisse, ac inde audaciori cuidam ac novissimo tentamini occasionem praebuisse, juxta quod Christus quaedam sacramenta immediate quidam ac specifice sicut cetera instituerit, modo tamen quodam indefinito prorsus ac implicito; quae quidem est ipsa *suprarelata opinio a Pourrat* ex principiis cardinalis Newman deducta, parum, ut videtur, congruenter cum recenti Ecclesiae damnatione principiorum modernisticorum de evolutione sacramentorum.

*Resumendo igitur hoc Traditionis argumentum,* ex historico excursu quem submisimus satis evidenter apparet sententiam de immediata Christi institutione omnium sacramentorum, esse traditionalem doctrinam theologicam substantialiter ininterruptam nobis ab ecclesiasticis Scriptoribus transmissam, quam nullatenus labefactare valet triplex aliquorum contemptibilis dissensus. Halensis enim et Bonaventurae, aut si quod aliorum ejusdem aetatis, nonnisi breve, particulare et incertum fuit dissidium. Peregrina opinio Pourrai, etsi fortasse in doctrina Newman fundata, privata mansit illius doctoris opinio, quae nullum apud alios favorem obtinuit, quin potius a quibusdam indirecta censura mulctata fuerit. Nova quorundam explicatio ac tentata rehabilitatio sententiae Halensis et Bonaventurae in sensu cujusdam mediatae Christi institutionis per insinuationem aut institutionis solius Spiritus S. per apostolos promulgatae, nullam fere resonantiam habuit in ipso choro theologicae professionis nec in manualibus ipsis

“Cf. tractatum *Dc sacr. in genere,* 40S-413; item, hic infra, art 9, p. 583 588

aut amplioribus scientificis operibus jus adhuc civitatis obtinuit, sed ibi fere permansit, ubi incipere voluit, intra faciliores nempe muros theologicarum ephemeridum.

### Probatur 4. *EX CONCILIO TRIDENTINO*™

Concilium in sess. 7, can. 1 de sacr. in gen., definit "sacramenta novae legis fuisse omnia a Christo instituta," inter quae nominat Extremam Unctionem; in sess. 14, de Extrema Unctione, cap. 1 et can. 1 docet et definit hoc sacramentum esse "a Christo institutum et a beato Iacobo promulgatum." Textus ipsos dedimus in art. praec. (p. 47-49).

Iamvero, etsi Concilium nec formaliter explicite (seu ipsis verbis "immediate institutum") nec formaliter implicite (seu alia expressione directe aequivalenti) definiat et doceat immediatam institutionem tum omnium sacramentorum tum etiam particulariter ipsius Extremae Unctionis, utrumque tamen virtualiter docet, quatenus, attentis simul tum modo quo loquitur, tum connatural! ac ordinario sensu quem expressio "Institui a Christo" habet in catholico sermone, jure merito colligitur verba Concilii non aliam quam immediatam institutionem connaturaliter importare, ita ut, si Concilium nonnisi genericum quendam conceptum institutionis per Christum, abstrahentem a duobus specificis ac modernis conceptibus mediatae et immediatae institutionis docere voluisset, alio modo loqui debuisset, talibus nempe verbis quibus hujusmodi abstractio sufficienter significaretur. Ex quo sequitur sententiam de mediata Christi institutione alicujus sacramenti et signantius Extremae Unctionis, intellectam sensu supradicto (p. 201 sq. 256), esse *erroneam vel saltem temerariam*.

Quod quidem probare conabimur, resumendo easdem fere rationes, communiter allatas a frequentissimis theologis qui in hanc conveniunt doctrinae conciliaris interpretationem, easque magis explicando ac roborando contra prementem aliquorum modernorum impugnationem.

*PRIMA RATIO deducitur ex obvio sensu verborum,* juxta ecclesiasticam terminologiam in ipsis documentis Ecclesiae, et nominatim in ipso Cone. Tridentino, consecratam.

In ipso communi *usu projano* ille proprie dicitur instituere (adeoque, ubi nulla addatur explicita vel aequivalens declaratio, ille tantum intelligitur esse institutor) qui per se et immediate observantiam aliquam vel legem condit, determinat, in esse ponit, non vero ille qui per alium id agit, seu alii dat potestatem instituendi, quemadmodum

[1] Cf. auctores citatos initio articuli, p. 199, praecipue *De Baets, Bittremieux, Godefroy, Michel, Cavaliera.*

ille proprie dicitur praecipere qui immediate ordinat et notificat obligationem, non vero ille qui dedit facultatem praecipiendi. Ita cum praefectus in sua particulari ditione, vel parochus in sua paroecia, introducit aliquam novam organisationem aut observantiam, non rex aut episcopus aut papa, qui contulit praefecto vel parocho potestatem unde possit id agere, proprie vel simpliciter ac sine addito, dicitur praedictam organisationem vel observantiam instituere, sed ipse praefectus vel parochus.

Nec obstat quod proprie ipse Deus dicatur agere id quod efficit per causas secundas, vel ipse Christus dicatur operari miracula quae fiunt per sanctos; nam in his et similibus expressionibus quandoque agitur de influxu causae principalis per instrumenta, ut in Christo operante instrumentaliter per thaumaturges et in Deo producente res, quantum ad esse rerum (non quantum ad earum fieri), per creaturas tanquam per instrumenta. Quandoque, etsi agatur de causis secundis principaliter operantibus, effectus istarum proprie attribuitur Deo, quia ipse non solum dat posse sed et ipsum agere, et quia ceteroquin in omni actu causae secundae involvitur ratio ipsa instrumentalitatis quoad ipsum esse effectus, inquantum est esse, nam hoc est proprius effectus causae primae; unde cum exprimimus ipsum fieri vel ipsam speciem effectus, quae immediate dependet a causa secunda, non possumus attribuere nec attribuimus effectum ipsi Deo: ita, etsi proprie dicamus Deum esse causam omnium nostrarum actionum, Deum populos regere, et similia, nequaquam dicimus Deum ambulare, sedere et manducare, cum ego ambulo, sedeo et manduco. Et ratio est quia quaedam verba, ut efficere, agere, operari, generaliter sonant atque influxum causae efficientis cum elastica sua amplitudine produnt, dum e converso verbum "instituere" sonat particulariter ac determinate pro causa immediate influente.

Idipsum ostendit *ecclesiasticus ac generalis usus vocis* sive ante sive tempore Concilii. Numquam enim leges, aut observantiae, aut ritus, ab Ecclesia conditi per potestatem sibi divinitus datam, dicuntur a Deo vel Christo instituti, etsi quandoque raroque dicantur divinae leges, observantiae et ritus, praecipue cum ex contextu locutionis res ambigua non evadat, ad indicandum generaliter influxum divinae causae efficientis, seu praebentis Ecclesiae potestatem et peculiarem assistentiam supernaturalem, praeter generalem et indivisibilem motionem primae causae.

In ipso *sacramentali usu* inde a medio aevo, seu ex quo tempore apud theologos determinate adhiberi coepit, vox "institutio," simpliciter ac sine addito prolata et nisi ex ipso contextu aliud manifeste constiterit, sensum immediati influxus seu immediatae institutionis constanter retinuit. Inde nata est ipsa necessitas adhibendi appositionem incisi

"mediata" ("mediata institutio") vel "non per seipsum," cum quidam theologi mediaevales eam vocem transtulerunt etiam ad improprium sensum mediati influxus ut per eam exprimerent suam opinionem de mediata quorundam sacramentorum origine a Christo. Ceterum, hac opinione mature prolapsa, expressio "institutio sacramentorum a Christo" resumpsit apud theologos proprium et exclusivum sensum immediati influxus, quem ceteroquin, stricte loquendo, numquam amiserat.

Ex his jam sufficienter colligi potest *Concilium Tridentinum* eam vocem in proprio ac communi ecclesiastico sensu immediatae institutionis connaturaliter adhibuisse (quin necessario debuerit eam, prout excludit impropriam acceptionem, signate cogitare aut directe intendere, et multo minus explicitis verbis definire), nisi directe voluerit ab ea positive abstrahere, puta ne videretur decidere quaestionem in medio aevo agitatam circa modum institutionis et damnare supradictos dissidentes theologos, in quo casu Concilium debuisset aliter loqui, puta aliam vocem quam vocem "institutio" adhibere (v.g. dicendo omnia sacramenta habere originem a Christo, provenire a Christo, ab opere Christi dimanare, et similia), aut eam vocem cum apposita conditione adhibere (v.g. dicendo: omnia sacramenta fuisse a Christo immediate vel mediate, per seipsum vel per alios, instituta), secus non solum ambigue locutum esset sed etiam positive mentem audientium avertisset ab eo quod exprimere indendebat, adhibens vocem quae, ex usu communi et ut simpliciter prolata, solum sensum immediati influxus connaturaliter vehit.

Ceterum, directa signa hujus propriae acceptionis ab ipso Concilio praebentur. Imprimis, in ipsis actis conciliaribus nunquam theologi aut Patres manifestant ullum indicium praeoccupationis explicandi sensum illius vocis, ita ostendentes se eam accipere in recepto ac communi sensu immediatae institutionis. Praeterea Concilium, absque ulla distinctione aut qualificatione, eam praedicat simpliciter et pariformiter de omnibus et singulis sacramentis, quorum plura sunt manifeste immediatae institutionis Christi; loquitur enim de institutione septem sacramentorum (sess. 7, can. 1 "Sacramenta omnia a Christo instituta"; in sess. 24 de Matrimonio, in prologo, plene et emphatice dicitur: "Christus, venerabilium sacramentorum institutor atque perfector"), Eucharistiae (sess. 13, cap. 1 et 2: "Sacramentum hoc instituit"), Poenitentiae (sess. 14, cap. 1 et can. 1: "Dominus sacramentum poenitentiae instituit," "Sacramentum a Christo institutum"), Extremae Unctionis (sess. 14, cap. 1 et can. 1: "Instituta a Christo," "Sacramentum a Christo institutum"), Ordinis (sess. 23,

cap. 1 et can. 1: "Sacerdotium a Domino institutum," "Sacramentum a Christo institutum") et Matrimonii (sess. 24, prolog, et can, 1: "Christus institutor," "A Christo institutum").

Praeterea, agens de caeremoniis et sacramentalibus in sess. 21, cap. 2, Concilium omnino aliter loquitur, ea nullo modo dicens esse a Christo instituta, sed ab Ecclesia per potestatem sibi divinitus datam; ex quo ceteroquin mox conficietur alia directa ratio. Praeterea, loquens de Extrema Unctione, Concilium distinguit inter institutionem Christi et promulgationem Iacobi, unam alteri opponendo, ac ita signanter immediatam institutionem proponens quoad hoc ipsum sacramentum de cujus immediata institutione praecipue ambigi posset; at haec erit specialis et directa ratio, mox fusius explicanda.

*SECUNDA RATIO* deduci potest ex verbis Concilii, sess. 21, cap. 2: "Declarat [sancta synodus], hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, *salva illorum substantia,* ea statueret vel mutaret, quae suscipientium utilitati seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire indicaret" *(Dcnz.* 931). Judicat nempe Concilium Ecclesiam non habere potestatem in substantiam sacramentorum: in sententia vero de mediata institutione aliquorum sacramentorum per apostolos vel Ecclesiae rectores, Ecclesia haberet (vel olim habuisset, nec est ratio quare non retinuisset) praedictam potestatem, ut jam contra sententiam Halensis animadvertebat S. *Thomas,* aiens: "Sed hoc videtur valde absonum: quia secundum hoc Ecclesia tota die posset nova sacramenta instituere" (In 4 *Sent.,* dist. 7, q. 1. a. 1. supra cit., p. 207).

*TERTIA RATIO* deducitur ex sess. 14, cap. 1 et can. 1 de Extrema Unctione, ubi Concilium affirmat hoc sacramentum fuisse *a Christo institutum, a Iacobo autem promulgatum ac commendatum.* Ibi enim fit obvia distinctio et aequivalens oppositio inter institutionem, quae tribuitur soli Christo, et promulgationem seu commendationem, quae sola tribuitur Iacobo, ad exclusionem proinde cujuslibet institutionis per ipsum.

Hanc oppositionem et exclusionem suadent tum ipsa particula "autem" quae additur in cap. 1 ("Institutum a Christo, per Iacobum autem commendatum et promulgatum"), tum ipsa appositio verbi "commendatum" quo diminuitur ipsa vis vocis "promulgatum" aut si qua sit circa ipsam ambiguitas expellitur (indicatur nempe ibi agi non de proprie dicta seu solemni ac privilegiata promulgatione, sed de mera commendatione rei jam officialiter promulgatae ac omnibus notae), tum ipsa absentia attributionis alicujus modi institutionis ipsi Iacobo, si enim hic partem habuisset in illius institutionem, hanc

debuisset aliquatenus Concilium indicare (puta dicendo: A Christo per lacobum institutum, promulgatum et commendatum) secus ejus sermo saltem ambiguus esset, cum de se sonet exclusive.

Ceterum praedictam oppositionem et exclusionem admittunt communiter directi expositores canonum Cone. Trid. Ita *Godejroy:* "L'institution divine de l'extrême onction comme sacrement est donc définie; elle n'est pas une simple cérémonie d'origine humaine; *on ne peut meme dire que saint Jacques Va instituée; il n'a fait que promulguer, can. 1, promulguer et recommander, c. 1, un sacrement établi antérieurement."*[3] *Michel:* "Le canon . . . affirme nettement l'institution du sacrement par Jésus-Christ *et ne rapporte à saint Jacques que la promulgation."*[™] *Cavaliera* similiter fere judicat (cf. infra, p. 295).

*Dc Baets* hujus argumenti vim enervare conatur dicens Concilium oppositionem instituere non inter institutionem Christi et opus lacobi, sed inter institutionem Christi et institutionem Patrum seu figmentum humanum, quod praedicabant Protestantes. Id patet, inquit, tum ex fine definitionis, qui est tantum statuere contra Protestantes divinam originem hujus sacramenti ac reicere humanam originem ab illis assertam; tum ex actis Concilii, seu ex theologorum Patrumque discussionibus in praeparatione decretorum de Extrema Unctione, in quibus nullum verbum fit de oppositione inter institutionem Christi et promulgationem lacobi, sed omnes convergunt in asserendam solam divinam originem sacramenti; tum ex ipso tenore canonis, nam, si Concilium voluisset exprimere etiam oppositionem inter institutionem Christi et promulgationem lacobi atque excludere istius institutionem, debuisset dicere: "Si quis dixerit hoc sacramentum non esse a Christo institutum, sed esse vel institutionem lacobi vel ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum, anathema sit," dum revera canon sic sonat: "Si quis dixerit, extremam unctionem *non esse vere et proprie sacramentum* a Christo Domino nostro institutum et a beato lacobo Apostolo promulgatum, *sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum:* anathema sit."

Ad rem ipse: "Nous répondons [à l'argument tiré du canon relatif à l'Extrême-Onction] que le Concile traduit très nettement sa préoccupation, par l'opposition entre l'affirmation vraie: 'Si quis dixerit non esse . . .' et l'affirmation fausse '*sed* ritum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum'. Celui qui voudrait exclure l'institution médiate parlerait autrement, et dirait: 'sed *esse ab apostolo institutum,* vel ritum acceptum ... aut figmentum. . .' Ce n'est pas ainsi

[T] "Extrême Onction," *Dictionnaire de théologie catholique* 5. 2 (1913) 2005.
[1] *Op. cit.* (supra in p. 216) 382.

que le Concile a parlé! Nous répondons [ensuite]: qu'on lise les actes du Concile, notamment l'examen de la doctrine sur l'Extrême-Onction, en séance du 16 novembre 1551. On y trouvera une grande insistance à montrer, dans le fait de la promulgation du Sacrement par Jacques, une raison de rejeter l'erreur qui fait de l'Extrême-Onction une invention humaine, mais pas un mot de l'opposition entre l'institution par le Christ et la promulgation par l'apôtre, opposition qui. à en croire les théologiens modernes, serait l'élément essentiel de ce canon."[50]

*Respondetur* a Concilio duplicem institui oppositionem, alteram primariam et principaliter intentam inter originem divinam (vel directius: sacramentalitatem) Extremae Unctionis et originem humanam assertam a Protestantibus, quae quidem oppositio directe exprimitur et per verbum "sed" statuitur, alteram secundariam et indirecto sermone expressam (sicut ceteroquin et ipsa Christi institutio sub indirecta expressione ponitur, non enim directe dicitur: Si quis dixerit Extremam Unctionem non esse institutam a Christo, sed: Si quis dixerit non esse sacramentum, a Christo quidem institutum et a lacobo promulgatum) inter institutionem Christi et promulgationem apostoli; ad hanc autem oppositionem secundarie et indirecte expri-

mendam, non erat necesse ut canon conficeretur modo ab obiciente proposito, sed prout extat, aptissime utramque oppositionem exprimit.

Ad id quod obicitur de fine et actis Concilii, nunc breviter dicimus non ex solo fine aut praecedentibus actis explicandum esse totum sensum eorum quae Concilium de facto definivit; ceterum Novatores etiam asserebant lacobum instituisse ritum unctionis, sacramentalitate quidem destitutum, quae proinde institutio in ipso canone reicitur. et in actis Concilii non semel expressa est oppositio inter institutionem Christi et promulgationem apostoli, explicitis verbis "lacobus promulgavit, non instituit." At haec objectio fusius diluetur infra (p. 299-304).

Nec valeret subtiliter insistere quod Concilium opponit utique institutionem Christi promulgationi lacobi et istius institutionem excludit, non tamen simpliciter sed sub eo tantum respectu et fine quo admittebatur a Protestantibus, scilicet ut pure humanam lacobi institutionem, unde non excludit institutionem lacobi ut instrumentum divinum, seu mediatam Christi institutionem. Nam. quamvis praecipua et directa intentio Concilii sit excludere institutionem lacobi ut mere humanam, tamen de facto eam simpliciter excludit, etiam ut instrumenti divini, ut constat ex supra facta analysi textus.

*QUARTA RATIO deduci potest ex posterioribus Ecclesiae docu-*

[50] *Op. cil.* (supra in p. 218) 37 sq.

*mentis,* quibus directe vel indirecte doctrina a Concilio definita, proponitur et explicatur.

In Ecclesiae magisterio, tam extraordinario quam ordinario, constanter, simpliciter et pariformiter omnia sacramenta dicuntur a Christo instituta, quin ulla unquam exceptio vel restrictio indicetur quae innuat mediatam aliquam quorundam sacramentorum institutionem. Talis universalis ac constans affirmatio tam significativa est, ut unus vel alter theologus (v.g. Leeming) sese convincat immediatam Christi institutionem omnium sacramentorum esse de fide ex ipso magisterio ordinario, etsi id non constet ex solo Cone. Tridentino. Praeterea, in quibusdam documentis plura deprehendi possunt indicia, quae apertius manifestant mentem Ecclesiae in Cone. Tridentino solemniter declaratam.

*Professio fidei Tridentino* simpliciter et absque restrictione proponit: "Profiteor quoque septem esse vere et proprie sacramenta Novae Legis a lesu Christo Domino nostro instituta" *(Denz.* 996).

*Rituale Romanum,* tit. 1, n. 3, similiter habet: "Sacramenta a Christo Domino instituta"; tit. 5, c. 1, n. 1, absque ulla mentione ipsius promulgationis lacobi, ait: "Extremae Unctionis Sacramentum a Christo Domino [est] institutum."

*Encyclica Pascendi* emphatice docet "sacramenta *a Christo ipso* [esse] *instituta"* ac reicit Modernistarum sententiam juxta quam "sacramenta *mediate a Christo* fuerunt instituta" et Christum tantummodo "sacramentis *initium dedit" (Denz.* 2OS8). In *Decreto "Lamentabili"* ea Modernistarum sententia sic explicatur: "Sacramenta ortum habuerunt ex eo, quod Apostoli eorumque successores ideam aliquam et intentionem Christi, suadentibus et moventibus circumstantiis et eventibus, interpretati sunt" *(Denz.* 2040). Ibidem damnatur propositio: "lacobus in sua epistola non indendit promulgare *aliquod sacramentum Christi" (Denz.* 2O4S). Etsi haec documenta directe ad rem non faciant, eo quod in eis damnetur haeretica doctrina Modernistarum negans ipsam originem divinam et propriam sacramentalitatem rituum Christianorum, a quo toto caelo distat sententia de mediata Christi institutione, tamen, ratione adhibitarum quarundam expressionum quas sublineavimus, non immerito hic afferuntur inter alia documenta, tanquam indirecta indicia generalis mentis Ecclesiae.

*Catechismus Cone. Trid.,* ab ipso Concilio volitus ad finem proponendi et explicandi fidelibus ejus doctrinam, plura significat quae cum mediata institutione aliquorum sacramentorum componi non possunt et ex quibus merito detegi potest *mens ipsa Concilii,* cui praeterea ipsi auctores Catechismi adfuerunt.00

' Hujus Catechismi confectio, proposita in Concilio inde ab a. 1546, decisa est a.

*De sacramentis in genere:* "Patet unum eundemque Deum in Christo iustificationis et Sacramentorum auctorem agnoscendum esse''; "Sacramenta a *Deo ipso per Christum* instituta sunt"; "Quamvis Deus Sacramentorum *auctor et dispensator* sit, ea tamen non per Angelos, verum per homines ministrari in Ecclesia voluit" (Hominibus sola administratio tribuitur, in oppositione ad institutionem quae de solo Deo praedicatur); "Sacramenta novae legis *ex Christi latere manarunt";* "[Sacramenta] a Domino Salvatore nostro, a quo nihil nisi perfectissimum proficisci potest, instituta sunt"; "Clementissimus Dominus *Sacramenta verbo suo et promissione sancita relinquere in Ecclesia voluit,* per quae passionis suae fructum nobis reipsa communicari sine dubitatione crederemus" (2 pars, c. 1, q. 14, 23, 24, 29, 32).

*De Confirmatione:* "Quoniam vero supra demonstratum est, quam necessarium esset *communiter de omnibus Sacramentis docere, a quonam ortum habuerint,* idem etiam de Confirmatione tradere oportet, ut fideles huius Sacramenti sanctitate magis afficiantur. Igitur a Pastoribus explicandum est, *Christum Dominum non solum eius auctorem fuisse,* sed sancto Fabiano Pontifice Romano teste. Chrismatis *ritum et verba, quibus in eius administratione Catholica Ecclesia utitur, praecepisse.* Quod quidem iis facile probari poterit, qui Confirmationem Sacramentum esse confitentur, cum sacra omnia mysteria humanae naturae vires superent, *nec ab alio, quam a Deo possint institui"* (ibid., c. 3, q. 6). Hic dicitur Confirmationem esse institutam a Christo usque ad determinationem materiae et formae; ex ipsa ratione sacramenti deducitur ipsum nonnisi a Deo institui posse.

*Dc Extrema Unctione:* "Divus Jacobus, *cum de hoc Sacramento loqueretur,* ita testatus est: 'Et, si in peccatis sit, remittentur ei'"; "Verba, quibus sanctus Jacobus Apostolus huius Sacramenti *legem promulgavit,* attendamus"; *"[Extremae Unctionis] institutio a Christo Domino projecta est: quae postea a sancto Jacobo Apostolo fidelibus proposita et promulgata est"* (ibid., c. 1, q. 21; c. 6, q. 3, 8). Unde lacobo sola promulgatio, imo mera locutio et propositio fidelibus, tribuitur, ad exclusionem omnis institutionis, quae explicite dicitur prius facta a Christo et *postea a lacobo proposita* fidelibus.

*QUINTA RATIO deducitur ex consensu theologorum.*

Diximus supra (p. 206–222) quomodo alii aliter judicent, et consequenter damnent vel absolvant, ipsam sententiam Halensis et Bonaventurae. Nunc autem abstrahimus a quaestione quid hi duo

1563 ct commissa quibusdam theologis conciliaribus, inter quos *Michael Medina, Scripandus,* et *Calini* qui curavit partem de sacramentis eique adlaboravit post Concilium cum dominicanis *Fureiro, Marino* et *Foscarini* usque ad a. 1566 cum Catechismus primo editus est jussu Pii V.

doctores sensierint, et mere inspicimus judicium theologorum de ipsa sententia institutionis mediatae, intellecta in sensu supra indicato (p. 201 sq., 256), in quo conveniunt doctores, quidquid sit de particularibus ac fluctuantibus quorundam explicationibus. Dicimus igitur haberi verum consensum theologorum postridentinorum in mulctando illam sententiam, tanquam ita oppositam doctrinae Concilii ut sit saltem temeraria (notae quidem quae ei affiguntur oscillant inter "haereticam" et "temerariam"), et dissensum paucorum modernorum, quos infra citabimus, ita exiguum esse ut jure merito despici possit.

Ante Concilium Tridentinum ea sententia communiter quidem reicitur a theologis, qui tamen non videntur ei theologicam notam affigere. *Albertus M.* dicit ab ea potius dissentiendum ("Sed his non videtur consentiendum," cf. supra, p. 206); S. *Thomas* de ea dicit: "Sed hoc non potest esse" et de sententia Halensis ait: "Hoc videtur valde absonum" (cf. in p. 207); *Scotus* ait immediatam Extremae Unctionis institutionem "supponendam esse pro certa" (tamen in alio loco ait tantum: "Melius dicitur quod fuerit instituta a Christo") et fere idem dicit de Confirmatione (cf. in p. 275 sq.). *Durandus, Biel, Paludanus, Capreolus, Dionysius Carthusianus* (supra relati, p. 276 sq.), sententiam de immediata institutione proponunt potius ut probabiliorem. *Dominicus Soto* tamen (supra cit., p. 209 sq.), immediate ante Cone. Trid., sententiae de mediata institutione notam theologicam explicite affigit, dicens non constare quidem eam usque adeo haereticam esse, sed tamen ipsam esse non tutam et temerariam.

Post Concilium Tridentinum sequentes censurae a theologis assignantur: haeretica, saltem haeresi proxima, haeresi proxima, saltem erronea, erronea, temeraria. Ad hanc saltem notam temeritatis reduci debent minus determinatae quorundam expressiones, ut "fas non est catholico sustinere," reicienda, dereliquenda, improbabilis, non congruens doctrinae Concilii.[61]

*Haeretica:* Melchior Cano;[62] Bellarminus (haeretica quoad omnia

[*] Has omnes censuras facile invenies apud varios auctores (sub forma censurae, puta "haeretica, erronea," vel sub forma oppositae notae theologicae, puta "de fide, theologice certa") ubi agunt dc sacramentis in genere, vel dc Confirmatione, vel de Extrema Unctione, praecipue in primo et tertio loco. Quaedam testimonia jam recitavimus supra, p. 212 sq.

[†] Tamen testimonium hujus theologi tridentini clarum non est, et a quibusdam, ut De Baets, non improbabiliter reicitur; nam cum Cano ait juxta Tridentinum Christum esse sacramentorum "auctorem proximum et immediatum," potest intelligi tantum in oppositione ad mediatam institutionem per angelos et Moyscn, qualis fuit in A. T., ita ut non necessario excludatur institutio Christi facta per apostolos vel ecclesiam. En ejus verba "Sextum discrimen [inter sacr. antiquae et novae legis est], quod Sacramentorum Novae Legis Christus Dominus fuit auctor proximus et immediatus: at Sacramenta vetera per angelos et Moyscn mediatores a Deo sunt condita. Atque illud quidem in Concilio Tridentino sess 7. *de Sacramentis in communi* can 1. definitur his verbis: 'Si quis dixerit, Sacramenta Novae Legis non fuisse omnia a Jesu Christo Domino nostro instituta,

J**-



sacramenta, et adhuc clarius quoad Extr. Unctionem); Vasquez; Suarez (quoad sacramenta in genere, probabiliter haeretica; quoad Confirm, et Extr. Unctionem, haeretica); Becanus; Gonet; Hyquaeus; Montefortino; Frassen; Billuart (tantum probabiliter haeretica); Einig (prout ponit institutionem per ipsam Ecclesiam et non tantum per apostolos, haeretica); Billot (haeretica quoad Extr. Unctionem[63]); ipse Loisy;[61] Van Noort (haeretica prout admittit potestatem instituendi, apostolis concessam[65]); Diekamp (quoad Extremam Unctionem, haeretica[60]); Connell (haeretica quoad Extr. Unctionem[67]); Leeming (haeretica, non tam ex Cone. Trid. quam ex magisterio ordinario, attenta praesertim damnatione Modernistarum); Lennerz;[66]

anathema sit.' Et videtur suaderi ex eo, quod apud Joan. I.: 'Lex per Moyscn data est: gratia et veritas per Jesum Christum facta est.' Sacramenta igitur Antiquae Legis, umbrae scilicet et figurae gratiae et veritatis per Christum efficiendae, a Moyse sunt instituta: at Sacramenta gratiae et veritatis ab eo sunt condita, per quem gratia et veritas facta est" *(Rclcctio de Sacramentis,* pars 5, n. 11, *Opera theologica* [Romae 1900] III 260).

° Sic satis dare sonant haec ejus verba: "Sess. 14, de Extrema Unctione loquens Concilium, *solani promulgationem* lacobo apostolo attribuit, *pronuntiatque anathema* contra cos qui dicerent, ipsam Unctionem Extremam non esse sacramentum a Christo Domino nostro institutum et a Beato lacobo apostolo promulgatum." Cf. tamen supradictam ejus opinionem, in p. 221 sq.

" Ex ipso haeretico fine reicicndi definitionem tridentinam, admittit Concilium definire ipsam immediatam institutionem: "Vous n'ignorez pas que les théologiens ont déjà parlé, pour certains sacrements, d'institution médiate. Ce n'est pas ce que dit le concile; mais je ne vois pas d'inconvénient à ce que l'interprétation théologique se mette d'accord avec l'histoire. *Les Pères de Trente songeaint à une institution formelle des sacrements chrétiens, comme ils admettaient une institution formelle de l'Eglise chrétienne,* en tant que société religieuse distincte dc la synagogue. A cette société distincte il fallait un culte distinct" *(Autour d'un petit livre* [Paris 1903] 224).

""Certum, imo, ut omnino videtur, *dc fide est,* Christum hujusmodi delegationem apostolis eorumque successoribus non dedisse, unde conc. trid. definivit [sess. 7, can. 1], . . Absonum enim foret, hanc definitionem intellegere de [tali] institutione mediata" *(De Sacramentis* I [editio Vcrhaar, Hilvcrsum 1946] 76).

MSic omnino sonare videntur haec ejus verba: "Definitio Concilii igitur magni momenti est, inquantum docet illud *ab ipso Christo* institutum et a Jacobo *solummodo* ex officio propositum esse. Itaque tenendum est Christum hoc sacramentum immediate et in propria persona instituisse; *nec definitioni ecclesiasticae satisfacit,* qui cum quibusdam theologis scholasticis docet Apostolos extremam unctionem instituisse, Christum autem mediate tantum in hac institutione participasse, inquantum illud instituere praeceperit, vel, prouti dicit S. Bonaventura (In Sent. 4, d. 23, a. 1, q. 2), Spiritum Sanctum hoc sacramentum per Apostolos instituisse, Christum autem illud solummodo annuntiasse" *(Thcol. Dogmt.* IV [Parisiis 1946] 3S0; cf. 18).

"Sic videntur intelligcnda haec ejus verba: "[Concilium] definivit, Extremam Unctionem . . . fuisse 'a Christo Domino nostro institutum et a B. Jacobo promulgatum'. In qua antithesi nonnisi immediata institutio a Christo intelligi potest" *(De sacramentis Ecclesiae* I [Brugis 19331, 33).

""Christum omnia sacramenta immediate instituisse est de fide. . . Definitum est [a Tridentinol, sacramenta non esse instituta ab apostolis vel ecclesia, sed immediate ab ipso Christo. Non autem est definitum . . . quomodo [utrum in genere vel in specie] Christus materiam et formam rei significantis determinaverit" *(Dc sacramentis novae legis in genere* [Romae 1939] 287 sq.) Non recte tamen auctor addit in nota: "Auctores qui 'immediatam' institutionem in concilio Tridcntino definitam esse negant, 'immediate' ad determinationem rei significantis [seu ad institutionem specificam] referre videntur."

Daffara (haeretica, quoad Extremam Unctionem[00]); Abârzuza.[70]

*Saltem proxima haeresi:* Lépicier (quoad Extr. Unctionem); Connell (quoad omnia sacr., quatenus docet institutionem non per apostolos sed per ipsam Ecclesiam).

*Proxima haeresi:* Piolanti.

*Saltem erronea:* Einig (prout docet institutionem per apostolos); Kern; Lercher; Bellacasa; Daffara; Larnicol.

*Erronea:* Suarez (quoad quodlibet sacramentum); Wirceburgenses; Salmanticenses; Gihr; Billot;[71] Hurter; Pesch; Pohle; Lahousse; Tanquerey; Hugon; Michel (erronea, quatenus docet datam esse apostolis vel Ecclesiae potestatem instituendi[72]); Van Noort (erronea, quatenus docet immediatam institutionem Spiritus S., apostolis mere promulgantibus[73]); Hervé; Lahitton; Diekamp (erronea, generice quoad quodlibet sacramentum); Spacil; Otten; Denis; Cappello; Zubizarreta; Ferland.

*Temeraria:* Salmanticenses; Billuart; Wiggers (temeraria et errori proxima); Mac Guinness; Herrmann.

Ad hanc saltem censuram reducendae sunt sequentes notae, quarum plures videntur ulterius ex mente auctorum sonare censuram "erronea": "fas non est catholico sustinere": Juénin; Franzelin; Lépicier; Sasse; Godefroy; "reincienda vel derelinquenda": Pourrai;[71] Van der Heeren; Bord; "improbabilis": Silvius; "vix sustineri potest":

[w] Hic auctor loquitur omnino ut Diekamp, adeoque eodem modo, seu ut de propositione fidei, intelligenda sunt haec ejus verba: "Definitio. . . Concilii Trid. statuit Christum fuisse immediate institutorem hujus sacramenti, in propria persona illud instituens" (De *sacram.* [Taurini 1944] 566).

['']"Xtum omnia sacramenta immediate instituisse est definitum dc fide in Tridentino. . . Nota bene circa hanc censuram, quod in canone non dicatur utrum Xstus instituerit immediate, an mediate; sed gcncratim Theologi dicunt [???] Concilium definire intendisse institutionem immediatam; definitum proinde est quod nec Apostoli, nec Ecclesia, unquam sacramentum instituerint, sed quod Xstus immediate instituerit sacramenta" *(Theol. dogm.* III [Apud Padre Las Casas, Chile 1947] 59; cf. alia ejus verba supra cit. in p. 221 sq.).

['']Confer tamen supradictam (p. 321) ejus opinionem, subinde derelictam, dc possibili institutione Confirmationis per Spiritum S., applicantem praecedentem voluntatem Christi.

["]"Cette vérité [de l'institution immédiate] . . . disent les théologiens, découle directement de l'assertion conciliaire"; "L'opinion d'une institution des sacrements *par l'Eglise* (institution purement ecclésiastique) était même avant le concile dc Trente, totalement inadmissible. . . L'opinion d'une institution des sacrements *par les apôtres* (institution apostolique) semble condamnée par les définitions de Trente" *(Art. cit.* [supra in p. 221] 357, 356). "Ni au cours de la discussion, ni dans la rédaction définitive du décret, les Pères [de Trente] n'ont envisagé de définir l'institution immédiate des sacrements par le Christ. Cette vérité cependant, disent les théologiens, découle directement dc l'assertion tridentine. D'où, s'il est de fois que les sacrements ont été institués par le Christ, il est *théologiquement certain* que le Christ les a institués d'une façon immédiate" *(op. cit.* [supra in p. 216] 199. Confer quae dicit de duplici alia interpretatione hic, in p. 216 et 221).

["]Sic videntur intelligenda ambigua verba auctoris: "A Concilio neglecta et improbata, at non praecise damnata" et "nulla ratione fulta sed satis innocens"; cf. supra, p. 221.

["]Cf. supra, p. 213 et 253.

Connell (quoad potestatem instituendi communicatam non Ecclesiae, sed apostolis).

Recapitulando: Ex 50 et ultra, quos retulimus auctores, quibus ceteroquin innumeri alii addi possunt (nam ex antiquioribus, utpote generatim severioribus, nonnisi paucos nominavimus), circiter media pars habet eam sententiam (saltem uno vel alio modo consideratam) ut haereticam vel proximam haeresi (haereticam, saltem proximam haeresi, proximam haeresi, saltem erroneam, i.e. probabiliter proximam haeresi), item circiter media pars eam habet ut erroneam vel proximam errori (ex contextu enim auctorum, apparet notam temeritatis ab eis proponi ut minimum, et paucissimos esse qui videantur assignare vel ipsam praecisam notam temeritatis, vel aliquid infra illam, seu aliquem minorem gradum temeritati proximum). Unde censura "Erronea" dici potest, elastice loquendo, media quaedam nota quae a theologis assignatur. Notabile quoque est, plures modernos (Einig, Billot, Van Noort, Diekamp, Lennerz, Leeming, Daffara, Connell, Abârzuza) libenter redire ad ipsam censuram "Haeretica," olim assignatam a Bellarmino, Suarez et aliis.

*Huic communi doctorum reprobationi refragantur quidam pauci,* praesertim inter modernos, qui sententiam mediatae institutionis[75] ab omni prorsus censura absolvunt et liberam adhuc opinionem proclamant. Praecipui qui hoc judicium emittunt, vel qui pro eo afferri solent sunt sequentes:

*Tapper* imprimis a quibusdam (nominatim a De Baets) pro hac sententia affertur. Hic theologus tridentinus, in sua *Explicatione articulorum venerandae facultatis sacrae theologiae generalis studii Lovaniensis,* primo edita a. 1554 et subinde ampliata a. 1565, scribit:

"Potuisse tamen Christum communicasse et commisisse sacramentorum institutionem quoad significationem et efficaciam ministris ut in nomine ministri conferrentur et eorum etiam virtute et merito essent efficacia, docet beatus Augustinus tractatu 5 in Evangelium secundum Joannem, sicut eis communicavit potestatem miracula faciendi; sed quia conveniebat unitati et saluti fidelium, non fecit. . . Quod tamen aliis non contulerit ministerium sacramenta instituendi, *quoad significationem et determinationem materiae ct formae* in quibus consistunt, et earumdem alterationem et mutationem, quando fidelium saluti expedire videretur, non satis ex scripturis constat. Et ideo

[75] "Non est iterum confundenda praesens quaestio cum quaestione de sensu doctrinae Halensis ct Bonaventurae, quam quidam ideo ab omni censura absolvunt quia eam interpretantur in sensu non institutionis mediatae, sed institutionis immediatae ac genericac (cf. supra, p. 213-217).

quidam doctores catholici probabiliter docent quaedam sacramenta ex Christi commissione et suggestione spiritus ejus, esse instituta et alterata in materia et forma.

"Quod vero solius Christi virtute et meritis sacramenta sint efficacia, et *ab eo instituta immediate vel saltem aliorum ministerio ex ejus commissione,* certa fide tenendum est, scripturis hoc manifeste docentibus; et verisimilius est quod sicut leges institui possunt et publicari ex regis mandato per ministros quos populo praeposuit, ita et Christus per suos possit sacramenta instituere . . . unde baptizaverunt apostoli in nomine Christi, et in sacramento confirmationis et ordinis magna est facta mutatio in materia et forma, salva tamen et integra manente significatione, immo explicatione facta ex obscura et confusa. Potest enim esse quod apostoli *quasi per aequitatem et rationem ex Spiritu Christi interpretati sint* mutationem, alterationem vel signorum determinationem esse faciendam ad tempus, vel semper, *magis: sequendo mentem Christi quam verba;* sive quod *docti ac illuminati a spiritu* didicerunt Christum velle certa signa institui vel alterari. Et si haec potestas fuerit apud Apostolos, an fuerit solum apostolica, an in Ecclesia manserit apud eorum successores, inquiri potest, sed nihil horum requirit articulus qui solum habet quod omnia sacramenta sunt a Christo instituta, non autem quod ab eo sunt instituta immediate." Paulo inferius Tapper addit: "Totum articulum confirmant Canones Concilii."

Sententia hujus doctoris satis ambigua est, nam plures affirmationes profert quae sibi invicem non omnino congruunt; inde est quod non uno modo intellecta fuerit: Franzelin eam accipit in sensu immediatae institutionis; Van der Heeren et Lennerz in sensu immediatae institutionis genericae; *De Baets* in sensu institutionis mediatae, dependentis tamen ab actu voluntatis Christi; *Bittremieux* tandem in utroque sensu a Lennerz et De Baets proposito. Probabilior videtur secunda interpretatio Lennerz ac merito Tapper solet dici insignis praecursor modernorum sententiae de generica institutione aliquorum sacramentorum.

*Ravesteyn* similiter pro eadem sententia adducitur. Hic, et ipse una cum Tapper tridentinus theologus, in sua *Apologia decretorum Concilii Tridentini,* Lovanii a. 1570 edita contra Protestantes et nominatim Chemnitium, scribit:

"Verum hanc [Chemnitii] cavillationem studiose et circumspecte Patres synodi excluserunt, dum decreverunt quod omnia legis novae sacramenta instituta quidem sunt a Jesu Christo, non autem quod omnia sint immediate a Christo instituta ut cavillatur Kemnitius. Atqui *non solum ea verissime dicuntur a Christo instituta, quae*

*Christus ipse immediate et per seipsum instituit, sed etiam ea quae dictante spiritu ejus et ejus authoritate per Apostolos instituta sunt* et in Ecclesia ordinata. Quamquam de iis sacramentis quae spiritu Christi dictante et praescribente, Apostoli Ecclesiae tradiderunt, *multo rectius ct verius dicatur quod a Christi spiritu instituta sunt, et per apostolorum ministerium Ecclesiae promulgata,* ut authoritas institutionis ad Christum Christique spiritum solum referatur, promulgationis vero institutionis Christi ministerium ad Apostolos pertineat. . . Et synodus ipsa, infra de sacramento Extremae Unctionis agens, diserte suam sententiam explicavit, dum in Can. I. sic decrevit: 'Si quis dixerit Extremam Unctionem non esse vere et proprie sacramentum a Christo Domino nostro institutum et a beato Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum, A. S.' Quibus verbis patefacit Synodus se decrevisse omnia novae legis sacramenta esse a Christo Jesu instituta, quamvis ab ipso non sint per seipsum promulgata, promulgationis vero ministerium Apostolis esse commissum a Christo. Praesentis tamen canonis veritas quod ad primum hoc membrum attinet, immota consistit, sive Christus per semetipsum, sive per Apostolos suos, dictante spiritu sancto, intelligatur sacramenta novae legis instituisse."

Etiam sententia hujus auctoris non valde clara est; probabilius videtur accipienda in sensu mediatae institutionis per Spiritum S., notificatae per apostolos, juxta expositionem *Van Noort* qui eam censurât (cf. p. 221) et *Michel* qui eam absolvit (cf. in p. 221 et 294).

*Estius* similiter adducitur, scribens: "Cum non sit a Synodo definitum sacramenta novae legis omnia immediate a Christo instituta esse. *disputatur adhuc inter Catholicos* utrum omnia septem Christus immediate et per seipsum instituerit, an vero quorundam instituendorum ministerium Apostolis vel Ecclesiae commiserit" (In 4 *Sent.*, dist. 1, § 16). Etiam de hoc auctore non clare patet, utrum absolvat ipsam sententiam institutionis mediatae, an solam sententiam institutionis genericae.

*De Sainte-Beuve* (cit. in p. 211 sq.) clare asserit sententiam institutionis mediatae, intellectam in pleno sensu communicationis potestatis institutivae apostolis vel Ecclesiae, nullo modo feriri a definitione Tridentina, adeoque non esse haereticam, nec erroneam, nec temerariam, sed liberam opinionem.

*De Baets, Bittremieux* et *Humilis a Genua* (cit. in p. 218-220) asserunt quod institutio mediata nequit quidem admitti in sensu solius communicationis potestatis factae apostolis et ab ipsis arbitrarie exercendae, praescindendo ab omni actu voluntatis Christi attingentis

ipsum sacramentum institutum, at nullatenus a Cone. Trid. feritur si admittatur talis actus voluntatis Christi, etsi ipsum sacramentum fuerit institutum ab apostolis vel Spiritu S. per apostolos post Ascensionem.

*Hugueny* verba supra citata (p. 278), transeunter ab eo in quadam nota prolata, minime clara sunt, nec ceterum apparet quomodo congruant ipsi textui, cui illa nota apposita est et in quo ipse videtur loqui de sola institutione generica. Scribit enim: "Si l'histoire mieux étudiée peut apporter des modifications à certaines opinions théologiques relativement à la détermination des éléments du symbolisme de chaque sacrement, elle ne nous donne aucun fait qui puisse être mis en opposition avec la définition conciliaire enseignant que Notre-Seigneur a institué chacun de ces sacrements."

*Michel* (cit. in p. 221) dicit sententiam mediatae institutionis a Concilio feriri, si intelligatur in sensu communicationis potestatis institutivae apostolis factae, non vero si intelligatur in sensu institutionis ipsius Spiritus S. post Ascensionem per apostolos communicatae seu promulgatae.

*Mangenot* scribit: "Le saint concile a écarté toute définition particulière sur l'institution de ce sacrement [de la Confirmation]; il lui a suffit d'avoir défini, dans le 1er canon *De sacramentis in genere,* que tous les sacrements de la nouvelle loi, donc la confirmation, un des sept, avaient été institués par Notre-Seigneur Jésus-Christ. Il n'a pas dit quand et comment Jésus-Christ les a institués et il n'a adopté ni prohibé aucune des explications que les théologiens donnaient de cette institution divine."[70]

Xon clare apparet utrum hic auctor tantummodo doceat quod Concilium non intenderit condemnare ullam theologorum opinionem, an praeterea quod ex definitione tridentina nulla sequatur oppositio vel exclusio sententiae mediatae institutionis. Paulo superius ipse scripserat: "Après le concile de Trente, cette opinion [de l'institution immédiate] est devenue commune dans l'Ecole. . . [L'opinion de l'institution médiate de la Confirmation par les apôtres] ne fut jamais en faveur parmi les scolastiques. Elle avait cours au XIII siècle, puisqu'elle est combattue par la plupart des théologiens et qu'elle avait eu tout d'abord l'appui de saint Bonaventure. Mais au XIV siècle, elle était universellement abandonnée."[71]

*Cavallera* etiam quandoque adducitur, scribens: "On écrit souvent

[70] "Confirmation (d'après le Concile de Trente)," *Dictionnaire de théologie catholique* 3. 1 (1907) 1093.
[71] *Ibid.* 1071.

sur la discussion au concile de Trente comme si l'on y avait examiné directement la valeur de chacune de ces théories [des théologiens] et pris une décision en conséquence. La vérité est que les proces-verbaux ne portent pas trace d'une pareille attitude. . . Ce qu'on a voulu nettement frapper, c'est l'erreur niant l'origine divine des sacrements et leur refusant tout rapport avec l'oeuvre de Jésus-Christ, pour en faire un 'figmentum humanum.' "[78]

Attamen, hic doctor tantummodo dicit Concilium non intendisse controversias scholasticorum dirimere, sed non negat quod ex definitione Concilii possit deduci exclusio sententiae de mediata institutione. Unde in subsequent! articulo de Extrema Unctione ipse signanter scribit: "Promulgation n'est donc pas synonyme d'institution et c'est ce qu'il ne faut point oublier quand on construit la théorie du sacrement. *Le Christ a manifesté sa volonté d'instituer,* pour la fin de la vie, *un rite sacramentel efficace,* mais c'est par saint Jacques que ce rite a été *porté à la connaissance* des fidèles."[79]

Ex his patet paucos admodum esse doctores, respectabilis quidem sed non decisivae auctoritatis, qui sententiam de vere mediata institutione, uno vel altero modo intellecta juxta dicta superius (p. 201 sq., 256), clare et explicite ab omni censura absolvere susceperint, scilicet inter antiquiores De Sainte-Beuve (cui nonnisi incerte quis adderet Tapper, Ravesteyn et Estium), inter moderniores vero Michel. Mangenot (non omnino certe), Humilis a Genua, Bittremieux et praecipue De Baets, a quo videtur recenter (a. 1906) incepisse tota haec attemptata rehabilitatio antiquae sententiae de mediata institutione.

Quod quidem singulare ac fluctuans paucorum tentamen, nequaquam dici potest infringere consensum theologorum in hac re, quidquid ceteroquin sit de festinanti modo quo quidam doctores theologicas censuras assignant vel, ab aliis inflictas, absque sufficienti examine recantant.

Unde nimis leviter vim hujus consensus seponere conatur *De Baets,* scribens: "Peut-être dira-t-on que l'unanimité des théologiens a tranché la question, qu'il y a ce *consensus theologorum* qui, par lui-même, est un argument. Est-il bien certain que ce *consensus* existe, avec les conditions qui lui donnent le poids suffisant pour faire nécessairement pencher la balance? Tout d'abord, ce *consensus* est-il bien unanime? Nous venons de citer Tapper, Ravesteyn, Estius qui, les uns, opinent en sens contraire du grand nombre; le dernier trouve son opinion

[78] "Lc décret du concile de Trente sur les sacrements en général," *Bulletin de littérature ecclesiastique* 6 (1914) 416.

[79] "Le décret du Concile de Trente sur la Pénitence et l'Extrcme-Onction," *ibid.* 39 (1938) 21 ; ci. 8.

seulement plus probable. Ensuite ii ne s'agit pas du *quod semper, quod ubique,* mais des temps modernes seulement. Enfin et surtout, il est un élément qui ne peut être négligé. Si le *consensus* s'appuie tout entier sur une interprétation inexacte du Concile, garde-t-il bien sa valeur? Or il en est ainsi: ce ne sont point les arguments d'Ecriture, ni ceux tirés de la tradition consignée dans les écrits des Pères, qui amènent les théologiens à l'unanimité dans cet enseignement; le facteur vrai de cette unanimité est le Concile de Trente, nous venons de voir avec combien peu de raison."[80]

Reliquum est ut quatuor positivis ac speciosis adversariorum rationibus"' satisfaciamus, ne quasi in falso aut incerto supposito videamur hucusque processisse.

*PRIMO OBICIUNT ex fine definitionis tridentinae.*

Generice loquendo, finis Concilii fuit damnare tantummodo errores *Protestantium,* ut constat ceteroquin ex ipsis propositionibus examini theologorum propositis et ex Novatorum operibus depromptis, non vero ullatenus reprobare opiniones pro quibus una vel altera e scholis catholicis militaret, ut scite observat *Pallavicini* in sua *Historia Concilii* (1. 9, c. 4, n. 9), inquiens: "Omnibus in comperto erat certum esse ac statutum Concilio nolle sententiae cuipiam officere cui nobilis aliqua e scholis catholicis militaret."

In particulari idipsum constat circa institutionem tum sacramentorum in communi tum Extremae Unctionis tum Confirmationis; nam Novatorum propositiones examinandae et condemnandae erant: "Sacramenta Ecclesiae non esse septem — Confirmationem non esse sacramentum — Confirmationem esse a Patribus institutam — Confirmationem et Extremam Unctionem esse ritus acceptos a Patribus — Confirmationem esse ociosam caeremoniam — Extremam Unctionem non esse sacramentum novae legis a Christo institutum, sed ritum tantum acceptum a Patribus aut figmentum humanum — Non omnia sacramenta esse a Christo instituta'';"[2] ex quibus patet Concilium nihil voluisse definire de modo institutionis sed tantum de ipsa divina institutione, quam Protestantes negabant, dicentes sacramenta saltem Confirmationis et Extremae Unctionis esse humanae originis, seu "figmentum humanum" et "ritus acceptos a Patribus," quod quidem

[1] *Art. cit.* (supra in p. 218) 46.

[2] Tres ex his rationibus urget praesertim D< *Baets,* quem fere repetit *Bittremieux;* quarta est propria *Michel.*

[3] Haec ultima propositio non inveniebatur in catalogo errorum, examini theologorum submisso a 1547 in congregatione praeparatoria ad sessionem VII; ipsi tamen "theologi minore-" petierunt a Concilio ut etiam quasdam alias propositiones damnaret, inter quas illa addebatur.

praecise refertur ac damnatur in can. 1 de Extrema Unctione (cf. etiam can. 1 de Confirmatione et can. 1 de Matrimonio).

*RESPONDETUR*. Cognitio extrinseci finis multum certe conferre potest ad intellectionem legis, sed non est unica nec praecipua norma eam interpretandi; prima norma est ipsa promulgatae legis formulatio, interpretanda juxta communem et juridicum sensum verborum; nisi enim formulata lex, sui ipsius interpretationis essentialia elementa contineret, lex proprie non esset, seu ordinatio rationis sufficienter promulgata; et in hunc etiam sensum accommodari potest juridicum illud axioma "Finis legis non cadit sub lege." Unde ex hoc quod, generaliter loquendo, finis Concilii fuerit damnare doctrinas Protestandum non sequitur quod de facto Concilium nihil aliud definierit aut docuerit, nec aliud in ejus verbis formaliter aut virtualiter contineatur, nisi id quod Protestantes reiciebant.

Hoc ceteroquin patet ex examine variarum sessionum Concilii, in quibus, occasione utique sumpta ab erroribus Novatorum, plura etiam alia proponuntur quae isti non negabant aut de quibus non curabant; sic in sess. 5 (can. 1 et 2) definitur contra Pelagianos existentia peccati originalis, quam Protestantes non negabant; pariter in ipsa sess. 6 de justificatione (can. 1-3) definitur contra eosdem haereticos necessitas gratiae quam Novatores non solum non negabant sed cum Praedestinatianis exaggerabant; in sess. 7. can. 12 de sacr. in gen. et can. 4 de Baptismo asseritur contra Rebaptizantes validitas sacramenti administrati ab indigno ministro, quod Protestantes directe non negabant, cum. e contrario, ipsam intentionis necessitatem reiciebant.

Ex hoc quod mens Concilii non fuerit damnare ullam doctrinam quae ab una vel altera ex decertantibus ad invicem scholis catholicis teneretur, non sequitur quod ita loqui debuerit, ut nihil de facto diceret ex quo aliquid deduci possit quo feriatur aliqua doctrina admissa ab una vel altera schola, imo contrarium logica necessitate contingere potest. Nam quandoque scholae catholicae, decertantes circa aliquam doctrinam valde dogmati propinquam, in contradictorias vel contrarias propositiones dividuntur, ita ut ex aliqua Ecclesiae determinata declaratione circa ipsum dogma, una vel altera necessario implicite feriatur, etsi directa intentio Ecclesiae, nisi aliud expresse caveatur, non sit dirimere catholicorum controversias sed tantum ipsum dogma secundum se definire. Idque praecise dicimus in hoc casu contingere; ex Concilii nempe definitione circa divinam originem sacramentorum, accepta, uti debet, in sensu obvio, senten-

tiam mediatae institutionis ex ipsa rei natura ac logica necessitate labefactari, quin hoc intendere aut cogitare debuerit Concilium. Unde falso supposito laborant adversarii cum asserunt vix concipi posse Concilium intendisse damnare sententiam antiquorum doctorum; supponunt enim esse normam positivam id quod pro Concilio est mera norma negativa relate ad doctrinas inter catholicos disputatas, et "non intendere damnare" identificant cum "intendere non damnare," cum tamen illud sonet mere abstractive et medium se habeat inter "intendere damnare" et "intendere non damnare"; Concilium nempe mere abstrahit a discussionibus theologorum nec intendit damnare aut non damnare, sed aliquid positive docet ex quo exclusio unius sententiae logice sequi potest.

Verba ceteroquin *Pallavicim* inepte invocantur, nam ipse loquitur de doctrinis directe defensis a proprie dictis scholis theologorum, citans dissidium inter Dominicarios et Franciscanos circa causalitatem sacramentorum. Sententia vero de mediata institutione, nullius fuit scholae, sed paucorum tantum theologorum, nominatim Halensis et Bonaventurae, a quibus schola ipsa franciscana mature discessit inde a Scoto, illorum doctorum successore ac continuatore. Imo nec sermo esse potest de aliquo dissidio inter theologos (abstrahendo ab eorum aggregatione huic vel illi scholae) quod extiterit tempore Concilii aut paulo ante, circa sententiam de mediata institutione; nam, ut apparet ex dictis in probatione praecedenti, haec sententia jam inde ab initio saec. 14 fuerat practice sepulta cum suis ipsius auctoribus et immediate ante Concilium temeraria a Dominico Soto judicabatur. Unde evidenter exaggerat *Bittremieux* cum loquitur de hac sententia ut "la théorie si chère à leur Ecole [i.e. franciscanorum]," "une opinion défendue par une grande et brillante école théologique de l'époque"[1] et cum asserit utramque sententiam fuisse tempore Concilii in scholis disputatam ("Il devait sembler a priori absolument impossible et improbable que le Concile ait voulu toucher à une opinion défendue par une grande et brillante école théologique de l'époque," "Le concile lui-même laisse, sur le mode d'institution, entière liberté d'adhérer à l'une ou l'autre des théories débattues dans les Ecoles"). Ipse ceteroquin *De Baets* multo remissius scribit: "L'opinion dont il s'agit ici, si l'on peut contester qu'elle ait été, à proprement parler, l'opinion d'une école, a été toutefois celle de théologiens de si haute valeur que certes le Concile devait hésiter à la frapper. Elle se recommande, en effet, de Hugues de Saint-Victor, du Maître des Sentences, d'Alexandre de Aies, de saint Bonaventure."

Quod attinet ad ipsas *Protestantium* propositiones, examinatas a theologis tridentinis, patet eas non repraesentare integram doctrinam

Novatorum de unoquoque puncto in quaestione, sed tantum praecipuas ac signantiores eorum expressiones, et quidem prout hic illicque inveniebantur ac formulabantur in principalibus eorum scriptis, scilicet Lutheri, Melanchthonii et Calvini, adeoque potuit Concilium, in suis canonibus, una cum illis propositionibus et occasione illarum, alia quoque damnare quae a Novatoribus passim docebantur, aut cum eorum doctrinis connexa erant. Unde nihil impossibile aut mirum, si Concilium, definiens institutionem omnium sacramentorum per Christum, quam Protestantes negabant, suam affirmationem ita voluerit exprimere ut, juxta obvium verborum sensum, recte intelligeretur in sensu immediatae institutionis, etsi non de hoc praecise esset directa quaestio cum Protestantibus, eo vel magis quod nonnisi in eo sensu affirmatio Concilii intelligi possit quoad quaedam sacramenta, nominatim Baptismum et Eucharistiam.

Ceterum quoad Extremam Unctionem, tertia propositio Novatorum, mentionem continet ipsius institutionis lacobi, a quo Lutherus, Melanchthonius et Calvinus illum ritum repetebant, etsi non tanquam ab instrumento divinae institutionis. Sic enim sonat ea propositio: "Extremae unctionis ritum et usum non observari ab Ecclesia romana juxta B. lacobi apostoli sententiam; ideoque eum mutandum esse, posseque a Christianis absque peccato contemni." Inde potuit Concilium accipere occasionem denegandi institutionem hujus sacramenti sancto lacobo, non solum ut mere humano auctori, sed etiam ut instrumento Christi aut Spiritus S.

*SECUNDO OBICIUNT ex ipsis actis Concilii.*

Inter 32 "theologos minores," quibus Novatorum errores examinandi propositi sunt, quique praeterea petierunt ut adderetur condemnanda propositio "Non omnia sacramenta esse a Christo instituta," *duodecim erant ex jamilia jranciscana;* imo ipse franciscanus Richardus Cenomanus (Richard du Mans) fuit directus auctor illius petitionis ("Videtur addendum et damnandum, quod omnia sacramenta non sint a Christo instituta"). lamvero prorsus inverisimile est, hos doctores coopérasse damnationi sententiae de mediata institutione, quae erat doctrina ipsius scholae franciscanae, et nominatim Halensis et Bonaventurae, aut saltem non dissentiisse et restitisse consensui ceterorum theologorum; nulla autem mentio alicujus dissensus habetur in actis Concilii. Praeterea, unica allusio ad doctrinam Halensis et Bonaventurae, habetur in verbis *Joannis Consilii,* qui ad articulum "Confirmationem esse a Patribus institutam" observavit: "Damnandus, sed habeatur ratio illorum scholasticorum qui contrarium senserunt"; ex quo sequitur quod vel haec ratio habita est in redactione canonis, et tunc canon abstrahit a mediata aut immediata institutione, vel

habita non est, et tunc non explicatur quare Franciscani non dissentierint, nam nullum dissensus indicium habetur in illis actis.

Res confirmatur ex posteriori declaratione duorum insigniorum theologorum, *Tapper* nempe et *Ravesteyn,* qui partes habuerunt in praeparatione canonum de Extrema Unctione a. 1551. Uterque enim in sua expositione ac defensione decisionum tridentinarum (Tapper a. 1554 et fusius a. 1565; Ravesteyn a. 1570) affirmat mentem Concilii non fuisse definire immediatam sacramentorum institutionem.

Ad rem *De Baets:* "Il est *historiquement manijeste* que le Concile, non seulement n'a pas voulu comprendre sous ses condamnations l'institution seulement médiate des sacrements par le Christ, mais qu'il a positivement évité de toucher cet object, et tous les points que le Concile a voulu définir restent vrais dans l'hypothèse de l'institution médiate comme dans celle de l'institution par le Christ sans intermédiaire. . . Les présomptions ainsi établies par l'analyse des erreurs qui furent soumises au Concile, et par l'étude des hommes et des travaux qui en préparèrent la condamnation, *deviennent des certitudes* par le *témoignage explicite* de théologiens qui prirent part à ces travaux."[83]

*RESPONDETUR.* Etsi cognitio eorum, quae in praeparatoriis (minorum theologorum) aut etiam in generalibus (ipsorum Patrum) congregationibus dicta et acta sunt,[84] non parum indirecte conferre possit ad intellectionem doctrinae a Concilio finaliter propositae, ea tamen non est unica nec praecipua norma interpretationis, sed ipsa doctrina, prout finaliter a Concilio formulata et edita, et juxta receptum ac catholicum sensum verborum in eorum textu et contextu observatorum, sibi sufficiens est interpretationis norma, secus ipsa non esset lex, seu doctrinalis ordinatio ecclesiastici magisterii. Non est igitur ultra modum exaggerandum momentum praefatae historicae cognitionis, nisi velimus theologiam in historiam convertere, aut ea quae Concilium sub infallibili Dei assistentia definivit reducere ad ea quae in humanis disputationibus praecesserunt, praecipue apud discordantes "theologos minores."

Ceterum, ipsa attenta actorum observatio, nihil obicientes juvat, quin potius contra ipsos retorqueri possit.

Argumentum deductum *ex theologis Franciscanis* non multum pon-

M *Art. cit.* (supra in p. 218) 34, 40.

" Cf. apud Theiner, .4cia *genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriac 1874), tom 1. Quoad sess 7 de sacramentis in genere, Baptismo et Confirmatione, congregationes antipraeparatoriae "minorum theologorum" habitae sunt 20-29 januarii 1547, congregationes vero generales Patrum conciliarium habitae sunt 8 febr. — 2 martii ejusdem anni; quoad sess. 14 de Poenitentia et Extrema Unctione, congregationes antipraeparatoriae locum habuerunt 20-30 octobris 1551, generales vero 6-24 novembris ejusdem anni.

dus habet, tum quia sententia mediatae institutionis derelicta fuerat ab istis inde a tempore Scoti, praecipui fundatoris ac doctoris sic dictae scholae Franciscanae, tum quia ipsa doctrina Halensis et praecipue Bonaventurae (ex Breviloquio) explicari poterat in bonum sensum immediatae institutionis Christi promulgantis per apostolos, ac de facto in hunc sensum Bonaventura invocatus est transeunter ab uno ex ipsis Patribus conciliaribus in generali congregatione, scilicet ab episcopo *Calaguritano,* declarante: "Et Bonaventura ait [in Breviloquio], Christum insinuasse et initiasse hoc sacramentum Marci VI." Unde non videtur quare Franciscani debuerint dissentire, quin potius connaturale ipsis fuisse videtur sub silentio praeterire ambiguam Halensis et Bonaventurae sententiam. Ex quo etiam intelligi potest quare nullam apparet resonantiam habuisse invocata *Joannis Consilii* observatio.

Quod autem, e converso, tum theologi minores, tum Patres ipsi conciliares, non aliud in mente habuerint nisi immediatam Christi institutionem, apparet ex sequentibus.[85]

Primo, ipsi nunquam distinguunt, aut aliquam innuunt distinctionem, inter immediatam et mediatam institutionem, etiam in suis disputationibus de Confirmatione et Extrema Unctione, ubi tamen aliqua allusio ad mediatam institutionem connaturaliter expectaretur si ipsi putassent adhuc inter catholicos doctores de hac re disputari, sed simpliciter et sine restrictione loquuntur de Christi institutione, et quidem pariformiter quoad omnia et singula sacramenta, i.e. non minus quoad Confirmationem et Extremam Unctionem quam quoad Baptismum et Eucharistiam.

Praeterea, cum loquuntur de institutione Confirmationis, eam referunt ad textus *Luc.* 24. 49, *Io.* 16. 7-15 et 20. 23,[80] in quibus agitur de Christo promittente vel dante Spiritum S.,s: adeoque de immediata actione Christi (quandoque eam referunt etiam ad *Act.* 8. 17,[98] ubi agitur de impositione manuum apostolorum, adeoque excluditur saltem mediata institutio Ecclesiae, quam Halensis et Bonaventura admittebant), imo quidam (Augustinus Senensis et Bellicastrensis) explicite dicunt hoc sacramentum tunc Christum instituisse cum Spiritum S. promisit. Pariter, cum loquuntur de institutione Extremae Unctionis plures (paucis quidem, ut Ravesteyn, refragantibus) eam referunt

"Verba doctorum, quos infra adducimus, invenies omnia apud Theiner, *ibid.* I 389-401, 424–463, 533-558, 561-581.

** Luc.* 24. 49; "Et ego mitto promissum Patris mei in vos"; *Io.* 16. 7-15: "Mittam eum ad vos. . . Spiritum veritatis"; *Io. 2Q.* 23: "Accipite Spiritum Sanctum."

" Ita Andreas Navarra, Sebastianus de Castello, Augustinus Senensis et episcopus Bellicastrcnsis.

M Ita Ambrosius Veronensis, Melchior Bosmedianus, Andreas Navarra, Joannes Caruaial, Antonius Solisius, Augustinus Senensis et episcopus Portuensis.

ad textum *Mare.* 6. 12 sq. (Andreas Navarra, Joannes Arze, Oscensis, Solonensis, Calaguritanus, Monopolitanus, Salaminensis, Rogerius Juvenis, Desiderius Panormitanus, Vigorniensis), ubi agitur de actione Christi, saltem dirigentis ministerium apostolorum, imo quidam (Solonensis, Monopolitanus, Desiderius Panormitanus, Vigorniensis) explicite asserunt in eo loco agi de ipsa institutione; cum autem inducunt textum lacobi, semper asserunt saltem Christum instituisse (Zagabiensis, Misiensis, Cenetensis), nunquam dicunt lacobum instituisse sed promulgasse (Tridentinus, Clodiensis, Bossanensis, et alii plures), quandoque hanc lacobi promulgationem explicite distinguunt et opponunt institutioni ("lacobus promulgavit, non instituit": Rogerius Juvenis, Sigismundus Phaedrius, Desiderius Panormitanus, Vigorniensis).[80]

Praeterea, quidam (Andreas Navarra, et Costacciarius) cum quadam peculiari asseverantia et emphasi proclamant solum Deum instituisse sacramenta, neminem nisi Christum, ad exclusionem apostolorum et Ecclesiae, potuisse sacramenta instituere.

Sint quadam notabiliora dicta:

*Sebastianus de Castello:* "Confirmationis etiam sacramentum habetur in evangelio Luc. 24. ubi habetur promissio Confirmationis."

*Joannes Caruaial:* "Fabianus P. asserit, quod Christus per lotionem peduum discipulorum oleo unxit eos, et confirmavit illos, cum baptismus figuraretur in illa lotione. Igitur Christus confirmationem instituit."

*Antonius Solisius:* "[Confirmatio] cum sit sacramentum novae legis, a Christo dicitur institutum, cum sint fundamenta ecclesiae, quae a Christo emanarunt. . . Episcopi soli confirmationem conferre habent, ut act. apost. 8."

*Augustinus Senensis:* "Jo. 16. Christus confirmationem instituit: Cum venerit paraclytus etc. et act. apost. cap. 8. . . Luca 24."

*Bcllicastrensis* (pater conciliaris): "Sacramentum hoc a Christo institutum est, cum spiritum sanctum promisit etc. ut dicit S. Thomas."

*Zagabriensis* (pater conciliaris): "[Sacr. Extremae Unctionis] a Christo institutum." Idem dicunt *Misiensis* et *Cenetensis.*

*Tridentinus* cardinalis (pater conciliaris): "A Christo institutum et a lacobo promulgatum." Idem dicunt alii, ut *Clodiensis* et *Bossanensis.*

*Oscensis* (pater conciliaris): "Locus Marci 6. intelligitur de hoc sacramento."

*Solonensis* (pater conciliaris): "[Extrema Unctio] Marci 6. insti-

[80] Ct. Cavallera, "Le décret du Concile dc Trente sur la Pénitence et l'Extrême-Onction," *Bulletin de littérature ecclésiastique* 39 (1938) 8-10.

tuta est, quia apostoli ante Passionem non erant simplices laici, ut aliqui dixerunt, cum mysteria divina administrarent, ut baptismum, praedicationem, quae ad laicos non pertinet; et sanatio spiritualis, quae apud Mare, subticitur, apud lacobum declaratur."

*Calaguritanus* (pater conc.): "Et Bonaventura ait, Christum insinuasse et initiasse hoc sacramentum Marci 6."

*Monopolitanus* (pater conc.): "Marci 6. hoc sacramentum institutum est."

*Salaminensis* (pater conc.): "A Christo institutum et apud Marci 6. insinuatum, prout sacramentum eucharistiae Joan. 6."

*Rogerius Juvenis,* provocans ad Mare. 6: "lacobus promulgavit hoc sacramentum, non instituit."

*Sigismundus Phaedrius* (theol. Franciscanus): "Quod dicitur [a Protestantibus], lacobum non potuisse instituere [proprie dictum sacramentum], verum est, at promulgavit, non instituit, imo, ut Augustinus ait, per eum Dominus." Non apparet quidem utrum haec mediatio sit referenda ad promulgationem, an ad institutionem, sed. in hoc secundo casu, totus contextus excludit mediatam institutionem proprie dictam, adeoque res reincidit in sensum solius promulgationis quae late institutio dicatur.

*Desiderius Panormitanus:* "Quod sacramentum Christus instituit: neque enim homo peccata dimittere poterat; a lacobo igitur promulgatum fuit, non institutum. Instituit autem Christus Marci 6. Neque est ibi figura hujus sacramenti, ut aliqui dixerunt, quia figurae cessaverunt in nova lege."

*Vigorniensis* (pater conc.): "[Extr.-Unctio] est sacramentum a Christo institutum, Marci 6, et a lac. promulgatum."

*Andreas Navarra:* "Omnia sacramenta sunt a Deo instituta. . . Confirmatio, Joan. 20, Act. apost. 8. Extrema Unctio, lacobi 5. Marci 10. . . A solo Deo sacramenta sunt instituta."

*Costacciarius* (pater conc., et Franciscanus): "Nemo nisi Christus potest sacramenta instituere, neque pontifex, neque ecclesia, neque ipsi apostoli potuerunt."

Ad id quod adversarii obiciunt ex *declaratione Tapper ct Ravcsteyn,* haec observa. Hi duo theologi non adfuerunt Concilio a. 1547 cum conficiebatur schema sessionis 7, in qua agitur de institutione sacramentorum in genere et Confirmationis, sed tantum a. 1551 quo discussi sunt canones sessionis 14 de Extrema Unctione. In hac sessione *Tapper* in sua oratione nihil dixit de Extrema Unctione sed tantum de Poenitentia;[00] *Ravesteyn* vero quaestionem de modo institutionis non tetigit sed tantum dixit: "Est extrema unctio sacramentum, et a Christo

[00] Cf. Theiner, *op. cit.* (supra in p. 300) 536-538.

institutum: non censeo tamen quod Marci. 6. loquatur de hoc sacramento . . . tamen unctio apostolorum praefigurabat hoc sacramentum, quod postea institutum est, de quo Iacobo 5. . . Sed locus Iacobi optime facit, et ejus verba optime quadrant definitioni sacramentorum."[01] Imo in ipsa relatione super articulos de Poenitentia et Extrema Unctione, a Tapper, Ravesteyn aliisque doctoribus lovaniensibus Concilio praesentata, legitur "Satis . . . constat ex verbis divi Iacobi, quod *non suis verbis instituerit novum sacramentum, sed quod sacramentum a Christo institutum, exhortetur infirmis administrandum,* nam adhortantis verba sunt, non sacramentum aliquod novum instituentis."[02] Quidquid autem hi doctores posterius declaraverint de mente Tridentini, est merum privatum et extraconciliare judicium. Ceterum ipsa eorum verba ita ambigua sunt ut possint in vario sensu accipi, et a quibusdam intelliguntur in sensu solius institutionis generica, ut dictum est supra (p. 292 sq.). Praeterea, ad mentem Concilii intelligendam consultius afferuntur *auctores Catechismi Cone. Trid.,* qui et Concilio adfuerunt et mentem ejus expresserunt in opere ab Ecclesia approbato et semi-officialiter proposito (cf. supra, p. 286 sq.).

*OBICIUNT TERTIO ab absurdo, vel argumento ad hominem.* luxta supradictum commune judicium theologorum, sententia de mediata institutione non est directe adversa definitioni tridentinae seu non est haeretica, sed tantum erronea aut temeraria. Iamvero hoc inconsequenter affirmatur, nam ea sententia vel opponitur illi definitioni, et tunc dicenda esset haeretica, vel non opponitur, et tunc nulla censura mulctari potest ac remanet libera opinio etiam post Concilium Tridentinum (Ita Bittremieux). Nec valet dicere quod ea sententia est indirecte opposita, quatenus per logicam connexionem excludit doctrinam Tridentini, nam id nullatenus ostendi potest, cum, e converso, historice constet Concilium positive noluisse tangere quaestionem de modo institutionis (Ita De Baets).

Ad rem *Bittremieux:* "Disons-le en un mot: ou bien l'opinion de saint Bonaventure[03] se concilie, ou elle ne se concilie pas, avec la définition du Concile de Trente. Si elle ne se concilie pas, il est difficile de voir pourquoi elle n'est pas tout simplement hérétique, ce que de nos jours personne n'oserait affirmer. Si elle se concilie, il est difficile de voir pourquoi elle serait atteinte, condamnée, exclue etc. . . , pourquoi en d'autres mots elle ne serait plus une sentence libre, même après le Concile de Trente."[04]

[01] Apud Theiner, *ibid.* 540 sq.
[02] Le Plat, *Hist. Cone. Tridentini* IV (Lovanii 1784) 299.
[03] Ut intellecta et explicata ab ipso Bittremieux; cf. supra, p. 218-220.
[04] *Art. cit.* (supra in p. 220) 227; cf. 230.

*De Baets:* "Une décision du Concile peut, de deux manières, être un clément décisif pour trancher une question: ou bien parce qu'il est démontré que le Concile *a entendu les ternies* par lui employés, de manière à comprendre sous son décret ou sous son anathème l'une des contradictoires en présence; ou bien parce que, *objectivement,* l'une des contradictoires détruit nécessairement la doctrine définie, ou entraîne l'erreur condamnée. D'après le degré dans lequel se vérifieront ces données, la *note* à infliger sera plus ou moins grave; mais si ces données ne se vérifient pas, les opinions ne sont pas atteintes, et la discussion reste ouverte. Or il est historiquement manifeste que le Concile, non seulement *n'a pas voulu comprendre* sous ses condamnations l'institution seulement médiate des sacrements par le Christ, niais qu'il a *positivement évité* de toucher cet objet, et tous les points que le Concile a voulu définir restent vrais dans l'hypothèse de l'institution médiate comme dans celle de l'institution par le Christ sans intermédiaire."[95]

*RESPONDETUR.* Aliqua doctrina tripliciter opponi potest definitioni Concilii: Primo directe, seu formaliter, implicando nempe contradictoriam, et ita est haeretica. Secundo indirecte seu virtualiter, implicando nempe contradictoriam non ipsius definitae propositionis sed alterius quae ex illa, necessitate logica, consequitur: haec autem indirecta ac virtualis oppositio duplex esse potest, seu major vel minor, secundum nempe quod strictiori aut latiori necessitate, vel majori aut minori certitudine, aliqua propositio, cui contradicitur, ex propositione fidei consequitur aut cum ea connectitur; in priori casu propositio dicitur erronea, in altero est temeraria. Bittremieux videtur oblivisci prioris distinctionis, De Baets vero alterius.

Sententia igitur de mediata institutione opponitur propositioni Concilii de institutione omnium sacramentorum a Christo non directe et formaliter (etsi et hoc quibusdam, etiam modernis, visum sit) eo quod Concilium non loquatur de immediata institutione nec eam positive intenderit (et ita non est haeretica), sed indirecte et virtualiter. eo quod, attento contextu, sententia de immediata institutione sequitur ex propositione Concilii et cum ea connectitur, aut stricta necessitate et plena certitudine (et sic ea sententia est erronea) aut minus stricta necessitate et minus plena certitudine seu magna saltem probabilitate (et sic est temeraria). Ceterum, theologi communiter propositionem temerariam definiunt eam quae sine sufficienti fundamento recedit a communi doctorum sententia; quae definitio apprime congruit sententiae de mediata institutione, saltem post Concilium Trid., quod non tantum illi sententiae subtraxit omne, si quod prius habebat,

*'*Art. cil.* (supra in p. 218) 34.

sufficiens fundamentum, sed etiam induxit unanimitatem et fere communem firmitatem apud theologos.

*QUARTO OBICI POTEST, ad mentem Michel* (supra cit., p. 221), totam a nobis allatam mentis Concilii expositionem, procedere in suppositione quod Concilium loquatur de institutione a Christo facta ante Ascensionem, dum adhuc in terris degeret. Iamvero id Concilium non dicit nec ex ejus definitione necessario deducitur. Unde adhuc cum ejus mente componi potest sententia mediatae institutionis in altero sensu supra relato (p. 202 et 256), juxta quem nempe post Ascensionem ipse Christus, vel ut homo, vel tantum ut Deus (seu, ut per attributionem dicitur, Spiritus S.), sacramenta Extremae Unctionis et Confirmationis immediate instituit suamque institutionem per apostolos vel Ecclesiam revelavit et promulgavit.

*RESPONDETUR.* Haec objectio, quae alios etiam paucos theologos (ut Ravesteyn, Billot et Van Noort, supra relatos, p. 221 sq.) sua speciositate commovisse videtur, eo quod salvet ipsam immediatam Dei institutionem sacramentorum, eam mere transferendo a Christo in terris degente ad Spiritum S. vel ad Christum gloriosum, est nihilominus et ipsa contra mentem Tridentini, et quidem magis adhuc, ut videtur, quam ipsa sententia de mediata institutione per potestatem a Christo apostolis collatam dum in terris versaretur ac fundamenta Ecclesiae jaceret. Nam haec Christi fundatoris terrena conditio, etsi a Concilio explicite, quoad institutionem saltem omnium ac singulorum sacramentorum, non affirmetur, supponitur tamen ab eo ut aliquid communiter notum ad normam principiorum totius Traditionis, imo ideo explicite non affirmatur, quia tanquam aliquid notum et admissum supponitur.

Propterea Concilium tunc tantum eam Christi terrenam conditionem explicite exhibet, cum specificat ipsum determinatum tempus vel occasionem, in qua Christus, dum hanc vitam degeret, quaedam particuliaria sacramenta instituit, non valens aliunde tempus institutionis ceterorum determinate assignare. Ita Concilium ait Christum Eucharistiam "in Ecclesia sua tanquam symbolum reliquisse eius unitatis et caritatis" *{Denz.* 873a) eamque "in ultima coena instituisse" *{Denz.* 874); "sacramentum poenitentiae tunc praecipue instituisse, cum a mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens: 'Accipite Spiritum Sanctum . . .' " *{Denz.* 894); "in coena novissima . . . sponsae suae Ecclesiae . . . reliquisse sacrificium . . . [et] corpus et sanguinem suum. . . Apostolis (quos tunc Novi Testamenti sacerdotes constituebat), ut sumerent tradidisse" *{Denz.* 938); "illis verbis: 'Hoc facite in meam commemorationem' Christum instituisse Apostolos sacer-

dotes, et ordinasse, ut ipsi aliique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum" *(Denz.* 949). Ceterum quod attinet ad ipsam Extremam Unctionem, Concilium praedictam Christi instituentis conditionem satis inculcat, dum ait Christum hoc sacramentum "insinuasse" in suo ministerio per apostolos, quasi, non valens tempus ipsum vitae Christi assignare in quo illud institutum sit, velit signum aliquod indigitare institutionis a Christo ante Ascensionem factae ac subinde ab apostolo promulgatae.

Idipsum passim in *actis Concilii* supponitur a theologis praeparantibus ejus decreta, quorum praeterea plures Confirmationis et Extremae Unctionis institutionem referunt ad aliquem determinatum actum a Christo positum ante suam Ascensionem, uti promissionem vel dationem Spiritus S. et missionem apostolorum ad ungendos infirmos (cf. supra, p. 301 sq.). *Catechismus etiam Concilii Tridentini* doctrinam ipsius Concilii explanans, idem manifeste supponit cum ait: "Sacramenta novae legis *ex Christi latere manarunt";* "Dominus Sacramenta verbo suo et promissione sancita *relinquere in Ecclesia voluit,* per quae passionis suae fructum nobis reipsa communicari sine dubitatione crederemus"; "[Extremae Unctionis] institutio a Christo Domino profecta est: quae *postea* a sancto Iacobo Apostolo fidelibus proposita et promulgata est" (2 pars, c. 1, q. 13, 29; c. 6, q. 8).

Mens autem Traditionis, juxta quam Concilium locutum est, ex sequentibus apparet. Christus, ut degens in terris, est fundator Ecclesiae, ad cujus fundamenta pertinent sacramenta. Ipse in Actibus Apostolorum (1. 3) exhibetur instruens apostolos et "loquens de regno Dei" ad quod maxime pertinent sacramenta. Ab ipso Christo *(Io.* 15. 26; 16. 13) officium Spiritus S. post Ascensionem describitur non ut conditoris et institutoris, sed tantum ut doctoris et declaratoris (cf. supra, p. 256). Patres (signanter Augustinus) dicunt a latere Christi patientis sacramenta fluxisse, et Pseudo-Dionysius Alex, ait Christum esse auctorem sacramentorum sicut est auctor ipsius ecclesiasticae hierarchiae (cf. supra, p. 261), quasi significans utrumque Ecclesiae essentiale constitutivum, regimen nempe et cultum, Christum dum in terris Ecclesiam fundaret, simul instituisse. Idipsum suppo-nunt antiqui theologi (cf. Pseudo-Abaelardum, Hugonem Victorinum et Rolandum Bandinelli, supra cit., in p. 265, 268, 272). Praeterea, ex ipsa Traditione theologi colligunt communem illam affirmationem juxta quam publica revelatio per mortem ultimi apostoli absoluta fuerit, ex quo saltem excluditur omnis institutio alicujus sacramenti per Spiritus S. revelationem, factam Ecclesiae post mortem Apostolorum.

De qua ceteroquin Traditionis mente numquam a theologis hucusque dubitatum est, ac inde provenit quod omnes doctores qui, aut olim

admiserunt (Halensis et Bonaventura), aut hodie doctrinae Ecclesiae non repugnare dixerunt (De Baets et Bittremieux), aliquam Christi mediatam quorundam sacramentorum institutionem, simul jugiter assignare curarunt aliquem actum, a Christo positum in sua ipsa vita terrena, qui cum institutione illorum sacramentorum directe connecteretur, scilicet vel collationem institutivae potestatis apostolis factam (Halensis et Bonaventura), vel saltem determinatum actum voluntatis, utut interiorem nec nisi insinuative exterius manifestatum, quo Christus decreverit sacramentorum institutionem, in futuro actuandam per opus Spiritus S/ (De Baets et Bittremieux).

Probatur 5. *EX PECULIARI REFUTATIONE DUARUM OPPOSITARUM SENTENTIARUM.*

*OPINIO HALENSIS ET BONAVENTURAE* labilis esse ostenditur tum ex levitate sui fundamenti, seu triplicis quam assignat rationis deductae ex auctoritate, exegesi et theologia (cf. supra, p. 204–206, 256 sq., 258, 274), tum ex caduca sorte quae ei contigit, ipso eodem saeculo quo floruit et in ipsa eadem Familia in qua nata est (cf. in p. 274 sq.), tum ex ipsa ejus impraecisa indole quae tot modernorum discrepantibus interpretationibus ansam dedit (cf. in p. 206 sqq.).

Ceterum, praetermissa altera ex quatuor supra assignatis interpretationibus (seu de immediata generica institutione) quae est extra objectum hujus articuli, nulla ceterarum, quae sub communi nomine mediatae institutionis de more collegimus, soliditati praecedentium probationum obsistere queit. Et primo quidem, accepta juxta priorem interpretationem (quam ceteroquin genuinam esse probavimus) seu in sensu communicatae apostolis institutivae potestatis, ea opinio omnibus allatis probationibus ex theologia, Scriptura, Traditione et Ecclesia, directe confoditur. Accepta praeterea juxta tertiam quorundam modernorum interpretationem, seu in ambiguo sensu cujusdam institutionis a Christo decretae et a Spiritu S. subinde per apostolos actuatae, iisdem argumentis dissolvitur, cum in priorem explicationem necessario reincidat nisi velit in sequentem confugere (cf. supra, p. 247). Accepta denique juxta quartam ac peregrinam interpretationem, in sensu nempe immediatae institutionis solius Spiritus S., mediantibus apostolis promulgatae, majorem adhuc scopulum offendit qui omnibus allatis argumentis substernitur, traditionalem scilicet doctrinam de Christo in hac vita terrena jacente fundamenta Ecclesiae (cf. supra, p. 221, 248 sq., 306 sq.).

*OPINIO POURRAT,* nisi quis velit, non obstante contraria ipsius auctoris declaratione, eam ad sententiam de mediata institutione reducere, pejori labe infici videtur.

Ipsa enim, prout ab eo profertur, vel negat proprie dictam institutionem sacramentorum a Christo, contra definitionem Tridentinam, vel scatet continuata ambiguitate et confusione; in priori casu, omnino mulctanda est censura theologica, in altero casu, contemnenda prorsus est et a theologia excludenda. Ob praedictam ambiguitatem et confusionem sub qua procedit, frustra quis attentaret eam judicare ad normam distinctionum institutionis mediatae, genericae et specificae, in usu apud theologos, quas ceteroquin ipse Pourrat se derelinquere fatetur, introducens novam distinctionem institutionis implicitae. Consultius ergo singulae ex praecipuis ejus assertionibus examinabuntur.

*PRIMO,* ipse docet Christum instituisse quinque sacramenta "immediate sed tantum implicite," quatenus ea tradidit Ecclesiae "non plene constituta," non "complete explicata," subinde ab Ecclesia "explicite cognoscenda," sub assistentia Spiritus S., ita ut Ecclesia acquireret "plenam et integram conscientiam" illorum, eo modo quo devenit in "explicitam cognitionem veritatum revelatarum"; item quatenus Christus posuit tantum quaedem "principia essentialia, quorum evolutio subinde ostendit Ecclesiae quid Ipse voluerit facere" et "ex quibus egressa sunt quinque sacramenta" (cf. supra, p. 249-251).

In his et similibus expressionibus, quibus scatet supra citatus (p. 252-256) textus Pourrat, fit continua confusio inter ipsam rem institutam et ejus cognitionem, seu inter id quod Christus instituit et modum quo Ipse illud explicavit Ecclesiae et Ecclesia intellexit. Quaerimus: Quomodo fuerunt ea sacramenta tradita a Christo, utrum "non plene constituta" an tantum "non complete explicata," non enim idem est non plene constituere et non plene explicare, cum possit aliquid plene constitui, reservata pleniori explicatione.

Item quaerimus: Utrum ex evolutione principiorum a Christo positorum "egressa sint [ipsa] sacramenta" an tantum eorum cognitio per Ecclesiam, ita quod Christus nonnisi posterius "ostendit Ecclesiae quid Ipse voluerit facere" seu antea instituere. Ipsa praeterea paritas, a Pourrat invocata, inter implicitam institutionem sacramenti et implicitam propositionem quorundam dogmatum, eadem confusione laborat; nam potuit aliquod sacramentum immediate ac determinate a Christo institui, in cujus tamen plenam cognitionem nonnisi posterius Ecclesia deveniret; aliud quippe est evolutio ac explicitatio rei et aliud evolutio ac explicitatio cognitionis ejus.

*SECUNDO,* Pourrat ait Christum instituisse ea sacramenta "tantum implicite," quatenus posuit quaedam "essentialia principia," quae quidem "invenienda sunt in aliqua intentione Jesu, manifestata per aliquem actum vel verbum."

lamvero quaerimus: Quid de facto voluit Christus et quid manifestavit, per talem actum vel verbum, circa ea sacramenta? Cogitavitne, ac voluit, ac manifestavit ipsa sacramenta, an aliquid aliud? Si cogitavit de ipsis sacramentis, tunc: aut voluit conferre discipulis potestatem instituendi sacramenta (institutio improrie dicta vel, si mavis, mediata); aut voluit tantum ut ipsa existèrent, relicta discipulis eorum determinatione quoad essentiam (institutio strictius mediata); aut ipse determinavit genus ipsum sacramentorum existendorum seu essentiam metaphysicam, puta ut sit in Ecclesia ritus aliquis ad sublevandos infirmos, relicta discipulis potestate determinandi materiam et formam seu physicam essentiam (sic dicta institutio generica); aut tandem hanc ipsam essentiam physicam determinavit (institutio specifica). A primo ad ultimum nihil implicitum habetur, sed potius explicita institutio.

Pourrat quidem eligit alterum membrum sub distinctione: Christus nempe voluit ac manifestavit aliquid aliud, in quo tamen ea sacramenta implicite continebantur. Quaerimus igitur cujusmodi esse possit ista continentia.

Vel agitur de continentia quadam improprie dicta, fundata nempe in quadam similitudine et concordantia, et haec nullatenus sufficit ad explicandam implicitam institutionem sacramentorum, quoniam ex seipsa non arguit in Christo voluntatem instituendi sacramentum. Ita, in hoc quod Christus curavit infirmos a materialibus ac spiritualibus languoribus, manifestavit quidem per suum exemplum intentionem ut ejus discipuli aliquid simile agerent, non tamen hoc ipso sequitur eum intendisse ut id agerent per ritum aliquem sacramentalem collativum gratiae, quoniam haec intentio in illa non continetur, utpote respiciens diversum et altius objectum, quantumvis simile; quod si aliunde sciremus hoc etiam de facto Christum intendisse, ageretur de superaddita ac directa intentione quae esset immediate ac explicite institutiva sacramenti Extremae Unctionis, sicut revera scimus sive ex Traditione sive ex promulgatione S. Iacobi. Et similiter ratiocinandum est de sacramento *Matrimonii,* quoniam in solo ipso ac mero conceptu vel intentione nobilitatis ac sanctitatis quam Christus significavit, proclamans ejus unitatem et indissolubilitatem, non continetur conceptus et intentio sacramentalis ipsius sanctitatis, utpote diversi et altioris objecti; in significatione prioris intentionis potest tantum legi suspicio vel innuitio alterius, aliunde cognitae et aliter a Christo

explicite expressae. Pariter ratiocinari potest quoad Christi promissionem de collatione Spiritus S., omnibus baptizatis ac credentibus in ipsum, relate ad institutionem *Confirmationis* (cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 267 sq.).

Vel agitur de quadam continentia proprie dicta, sicut particularis in universali aut partis in toto; sed haec si admittatur, ducit ad explicitam institutionem, aut inproprie dictam, aut mediatam, aut forte etiam genericam, non vero ad institutionem implicitam. Ita, ex hoc quod Christus explicite dedit discipulis generalem potestatem remittendi omnia peccata, sequitur quod vel dedit eis simul potestatem instituendi pro suo arbitrio quaedam aut quaelibet sacramenta remissiva peccatorum, puta Baptismum et *Poenitentiam* (institutio mediata improprie dicta), vel voluit ut necessario esset in Ecclesia unum aut multiplex sacramentum remissivum peccatorum, relicta discipulis facultate determinandi quodnam, puta regenerativum vel absolutivum (institutio strictius mediata), vel voluit determinate ut essent sacramenta regenerativum et absolutivum, relicta discipulis ulteriori determinatione ipsius ritus sensibilis secundum materiam et formam (institutio generica). Similiter, ex hoc quod Christus explicite contulit Apostolis omnem sacram potestatem, eorum successoribus transmissibilem, sequitur quod, simul ac eadem explicita intentione et significatione, vel dedit eis facultatem condendi pro suo arbitrio aliquem ritum sacramentalem, transmissivum illius potestatis (institutio mediata inproprie dicta), vel voluit ut necessario esset in Ecclesia talis ritus, dimissa Apostolis facultate determinandi indolem ejus, ut nempe esset transmissivus solius potestatis ordinis aut jurisdictionis aut utriusque (institutio strictius mediata), vel voluit determinate ut esset in Ecclesia ritus per se collativus solius potestatis *Ordinis,* relicta Apostolis determinatione ipsius ritus sensibilis secundum materiam et formam (institutio generica).

*TERTIO,* Pourrat, loquitur insistenter de "evolutione" ex qua "egressa sunt" praedicta sacramenta, "separata" est Confirmatio a Baptismo per "quandam scissionem primi sacramenti," "egressa est" Extrema Unctio (cf. supra, p. 252-256).

Haec omnia vel accipiuntur prout sonant, seu pro evolutione ipsorum rituum in suo esse, et tunc ex una parte opponuntur doctrinae catholicae de immutabilitate dogmatum adversus Modernistas et ex alia parte contradicunt ipsis expressionibus vel declarationibus quas auctor disseminat inter angustias sui discursus quaeque sonant ineram evolutionem cognitionis sacramentorum (Christus sacramenta tradidit Ecclesiae "non complete explicata," "quorum evolutio subinde ostendit Ecclesiae quid Ipse voluerit," "quemadmodum Spiritus S. facit ut

Ecclesia cognoscat explicite dogma catholicum revelatum"; "ratione evolutionis acquisita est conscientia de indole sacramentali rituum ordinationis"; "mens Christiana pedetemptim acquisivit conscientiam sacramentalis efficacitatis Matrimonii"; et similia. Cf. supra, p. 253, *255)"*

Vel accipiuntur ut impropriae locutiones, pro hac nempe eadem evolutione cognitionis sacramentorum in Ecclesia, et tunc ex una parte sunt ambiguae ac male sonantes expressiones, tempore praesertim serpentis Modernismi quo auctor scribebat (a. 1906), et ex alia parte sunt ineptae ac frustraneae ad scopum quem auctor intendit et ad quaestionem de qua hic agitur quaeque non est de explicanda cognitione sacramentorum sed ipsa eorum origine et institutione a Christo. Unde vel auctor canit extra chorum vel falsam emittit notam quae non caret affinitate cum explicatione Modernistica in present! materia.

*QUARTO,* Pourrai hanc ipsam affinitatem energice reicit, scribens: "Cette manière de concevoir l'institution divine des sacrements diffère radicalement de celle de M. Loisy [Citat duo hujus opera *L'Evangile et l'Eglise,* et *Autour d'un petit livre].*""'

**In prefatione operis, p. IX sq. et XIV, legitur: "Bien que le développement des dogmes sacramentaires ait été tardif, les sacrements ont cependant des l'origine, étés usités par l'Eglise qui les a reçus de Jésus-Christ. 'Les rites qui possèdent le pouvoir de produire la grâce ont toujours été pratiqués dans l'Eglise. A chaque cérémonie était jointe une doctrine traditionellc qui en exposait la nature ct l'effet. . . Mais la forme systématique ct philosophique [de la doctrine] a progressé.' Cette parole de l'abbé de Broglie exprime bien la manière dont les dogmes se sont développés; ils sont pour la plupart une expression théorique de la pratique sacramentelle de l'Eglise. L'adage bien connu: 'Lex orandi lex credendi' trouve ici sa pleine justification. Cette remarque s'imposait de prime abord, afin que le lecteur ne fût pas tenté de conclure de la formation tardive de la théologie des sacrements à l'apparition aussi tardive des sacrements eux-mêmes. Rien ne serait plus faux que cette inférence. . .

"Nous avons employé fréquemment cette expression: l'Eglise prend conscience de son dogme. Conscience ici est synonyme de connaissance explicite. Lorsque l'Eglise, c'est à-dire les pasteurs et les fidèles, acquiert une connaissance explicite du dogme, on peut dire qu'elle en prend conscience, puisque le dogme passe alors pour elle de l'état implicite à l'état explicite. Cette terminologie est commode et elle n'implique aucune innovation."

M *Ibid.* 288, in nota. In praefatione tertiae editionis sollicite addit: "Depuis la publication des deux premières éditions de ce livre, a paru le décret du Saint-Office "Lamentabili sane exitu." Les propositions XXXIX-LI concernent les théories évolutionistes et naturalistes qui ont été émises ces dernières années sur l'origine des sacrements. D'après ces théories, Jésus, soit parce qu'il croyait à la proximité du royaume eschatologique, soit pour des motifs différents, n'a pas eu l'intention d'instituer ni l'Eglise ni les sacrements. L'Eglise s'est fondée en dehors des prévisions ct des intentions du Sauveur. Les sacrements sont nés de ce besoin propre à toute religion de s'exprimer par des pratiques actuelles appropriées: le besoin a créé son organe. Les apôtres et leur successeurs, 'sous l'inspiration et la poussée des circonstances ct des événements' [Decr. *Lamentabili,* prop. 401, ont institué des sacrements et les ont rattachés arbitrairement à une pensée ou à une parole de Jésus. Ils ont ainsi prêté au Sauveur des intentions qu'il n'a jamais eues en réalité. De pareilles erreurs, diamétralement opposées aux définitions du Concile de Trente tout aussi bien qu'à la saine critique, n'ont rien de commun — est-il besoin de le dire? — avec l'essai d'explication proposé dans ce livre sur l'origine des sacrements."

Attamen, quaedam affinitas cum doctrina modernistica in hac materia patens est. Modernismus enim duo assumit principia in sua explicatione dogmatum et sacramentorum, scilicet immanentismum naturalisticum, quo negatur divina et objectiva realitas illorum, et evolutionismum naturalisticum, quo explicatur eorum origo ex causis naturalibus; doctrina autem cl. auctoris utique radicaliter differt quoad primum, sed tantum partialiter quoad secundum, nam retinet eandem explicationem evolutionisticam, dempta tamen indole ejus naturalistica, quatenus asserit quaedam (non omnia, ut volunt Modernistae) sacramenta ortum habuisse ex evolutione per quandam rectam et fidelem (non arbitrariam, ut volunt Modernistae) interpretationem alicujus intentionis quam Christus revera habuit et aliquo signo manifestavit, idque suadentibus quidem novis circumstantiis fut volunt Modernistae) sed sub impulsu et assistentia Spiritus S. (quod negant Modernistae).

Tota igitur affinitas subsistit in hoc quod Christus directe voluit ac significavit non ipsa sacramenta (praeter Bapt. et Euch.) sed aliquid aliud, connexum cum sacramentis, ex cujus subinde (recta quidem ac supernatural! interpretatione) orta sunt sacramenta. Hoc autem quid est nisi dicere: Institutionem illorum sacramentorum per Christum huc tantum spectare quod ea habeant suum "germen in Evangelio," proveniant ex quadam "interpretatione alicujus ideae et intentionis Christi," habeant "initium a Christo," fuerint "mediate a Christo instituta," quae tot sunt expressiones damnatae in suprarelato Decreto "Lamentabili" et Encyclica "Pascendi."

Unde subscribendum videtur judicio quod de hac theoria (pro quanto revera intendit, ut ipsa declarat, explicare ipsam sacramentorum institutionem) profert *Pcsch,* eam nempe cum Modernistarum assertis quandam "periculosam similitudinem habere." '

Ipse ceteroquin auctor hoc periculum praesentire videtur cum ad initium suae explicationis laudabiliter scribit: "L'essai qu'on va lire n'a-t-il aucune prétention d'être une expression adéquate de la vé-

"Pesch, *Praei. dogm.* VI: *De sacramentis,* pars 1, n. 223 [Friburgi i.Br. 1914] 9S, in textu et nota: "Haec doctrina periculosam quandam similitudinem habet cum prop. 40 decreti 'Lamentabili' (. . . cf. *J. Bessmer,* Philosophic und Théologie des Modernismus 365sqq). Illa 'implicita' institutio nihil aliud videtur esse nisi mediata institutio; nam simili modo 'conscientia catholica' ex idea ecclesiae a Christo institutae evolvit omnes caeremonias sacramcntales et totam legislationem ecclesiasticam, quas res nemo dixerit a Christo esse immediate institutas. Nulla igitur apparet ratio recedendi a communiore doctrina theologorum." Huic *Bcssmer* ct *Pcsch* judicio consentiunt alii, ut *B. J. Otten:* "Haec tamen theoria. Modernistarum placitis quodammodo affinis, admodum paucis inter theologos arridet" *(Instil, dogm.* V [Chicago 19231 ISO) et *F. J. Connell:* "Vix tuto teneri potest hacc theoria, ut nobis videtur" *(De sacramentis 1* [Brugis 1933] 36). Dissentiunt vero *De Srnet (De sacramentis in genere,* n. 98) ct *Michel* qui scribit: "Ces appréciations visiblement exaggérées reçoivent une utile mise au point par de Smet" *(art. cit.* [supra in p. 221] 574).

rite. . . On pourra le trouver incomplet et même totalement insuffisant. . . L'auteur le réprouve d'avance, s'il est juge tant soit peu contraire à la doctrine de l'Eglise."[99] Frustra autem unus vel alter theologus conatus est hanc theoriam interpretari in proprio sensu sic dictae sententiae institutionis genericae, a qua ipse Pourrat explicite se separat, inquiens: "Ainsi interprétée [i.e. ut in sententia institutionis genericae], l'institution immédiate se concile mieux avec les faits [quam in sententia institutionis specificae]. Elle reste pourtant impuissante à expliquer le développement considérable que l'histoire nous montre dans l'institution sacramentelle de la religion chrétienne. . . Si donc il est permis, à la suite de Newman, de proposer une troisième hypothèse, ou plutôt de modifier un peu [?] l'hypothèse de l'institution immédiate 'in genere', on peut dire que le Christ. .

*A. Van der Heeren* in sua recensione (a. 1907) operis Pourrat sequentes duas interpretationes sententiae illius auctoris proponit, quarum altera, quae vera est, contradicit priori:

"L'auteur développe son opinion au sujet de cette institution implicite, en l'appliquant successivement aux cinq sacrements en question. — L'auteur croit-il que la théorie est précisément si nouvelle? Nous croyons au contraire que M. Pourrat eût pu se réclamer d'auteurs et d'autorités anciennes. C'est ainsi, par exemple, que la façon dont l'auteur croit pouvoir trouver dans l'Ecriture Sainte le principe essentiel de la Confirmation, a été mise en relief, au lendemain du Concile de Trente d'une manière étrangement identique, par le théologien louvaniste Ravensteyn, dans son *Apologia decretorum Concilii Tridcntini;* saint Bonaventure (IV Sent., dist. 17, p. 2, q. 2) a-t-il au sujet de l'origine de la Pénitence, une doctrine différente de celle que l'auteur développe à la page 279 et suiv.? De même l'institution du Sacrement de mariage, telle que la conçoit M. Pourrat (pp. 286 et ss.), ne répond-elle pas en somme à la façon dont l'ont conçue, parmi bien d'autres, la plupart des théologiens du Concile de Trente? Nous saisissons d'ailleurs difficilement porquoi l'auteur appelle cette hypothèse 'une trosième hypothèse, ou du moins une modification de l'hypothèse [de l'institution] immédiate in genere'?

"L'auteur ne confond-il pas trop deux choses cependant distinctes: *l'institution* du Sacrement, qui est avant tout un acte de la volonté du Christ déterminant et voulant la grâce à conférer par un Sacrement.-— et la *révélation* de cette institution? Que faut-il entendre, par exemple par l'institution implicite du Sacrement du mariage?

[99] *Op. cit.* (supra in p. 252) 268. In editione tertia et seqq. hacc ultima verba omittuntur, fortasse quia in praefatione addita sunt supra relata verba.

[1] *Ibid. 273* sq.

Ce qui a pu s'ajouter dans la suite des siècles à ce Sacrement, ce n'est pas une *institution* plus explicite, ni le fait que ce sacrement aurait été plus tard 'pleinement constitué' (p. 274), ce ne peut être qu'une *connaissance* plus explicite de ce que le Christ avait implicitement révélé."[2]

*QUINTO,* generalis explicatio Pourrat de implicita institutione sacramentorum videtur esse, in praesenti materia de *Extrema Unctione,* in peculiari oppositione cum doctrina Tridentini (cap. 1 et can. 1), juxta quam hoc sacramentum, a Christo institutum, jam ab ipso apostolo Iacobo fuit promulgatam (i.e. saltem quoad suam essentiam explicatum vel explicite propositum); imo apostolus suis "verbis, ut ex apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum et effectum huius salutaris sacramenti."

Id ratio est quare cl. auctor ita mitiget suam explicationem de implicita institutione Extremae Unctionis ut sibimetipsi fere contradicat. Nam ex una parte contendit hoc sacramentum, sicut cetera quatuor, fuisse a Christo tantummodo implicite institutum, ex alia vero parte asserit: "Que Jésus donc *se soit expliqué sur les onctions des malades, et leur ait donné, pour Vavenir, une efficacité spirituelle,* c'est ce qui serait tout à fait en harmonie avec l'histoire évangélique. De fait, l'Epitre de saint Jacques nous laisse entendre que *cette explication a eu lieu."*[1] Si ergo ipse Christus explicite significavit se velle unctioni conferre efficacitatem spiritualem seu indolem sacramentalem, ubinam est institutio implicita?, et quid amplius desideratur ad explicitam institutionem saltem genericam?

NOTA. DE TEMPORE INSTITUTIONIS hujus sacramenti vix quidquam magis determinate dici potest quam id fuisse ante Christi Ascensionem, quae proinde haberi debet uti terminus ad quem, vel ultra quem inquiri non potest.

Si vera est sententia, quam ut probabiliorem assumpsimus in art. praec. (p. 59 sq.), in textu scilicet *Mare.* 6. 12 sq. non agi de sacramento jam instituto sed adhuc instituendo, jam habemus etiam terminum a quo, vel post quem tempus institutionis quaerere oportet et simul directum aliquod, utut improprie dictum initium ipsius sacramenti, ut ibidem dictum est.

Ad majorem autem determinationem accedentes, theologi communiter ac verisimiliter dicunt hoc sacramentum proprie institutum esse post resurrectionem, et quidem non ante Poenitentiam, intra quadra-

[2] *Art. cit.* (supra in p. 2IS) 803.
[1] *Op. cit.* (supra in p. 252) 283.

ginta illos dies in quibus Christus, antequam terram relinqueret, suis discipulis "in multis argumentis apparuit et loquutus est de regno Dei" *(Act.* 1.3), complens etiam sacramentalia fundamenta Ecclesiae, ante passionem per Baptismi, Eucharistiae et Ordinis institutionem incoepta.

Cujus rei verisimilitudo apparet: *Primo, ex* silentio evangelistarum, qui, narrantes facta et dicta Christi praecipue in sua vita ante passionem, nullum indicium praebent institutionis hujus sacramenti. *Secundo,* ex ratione ministri, nam sacerdotalis potestas quae requiritur ad hoc sacramentum administrandum, necnon episcopalis dignitas quam postulat consecratio materiae ipsius, nonnisi in ultima coena apostolis collata est. *Tertio,* ex indole hujus sacramenti, quod est ultimum inter sacramenta hominem individualiter perficientia et postremum in usu, adeoque non est ratio cur institueretur ante Eucharistiam et Ordinem, fundamentaliora sacramenta. *Quarto,* ex particuliari eius habitudine ad Poenitentiam, cujus est complementum, adeoque oportuit post eam institui, quemadmodum ipsa Poenitentia, utpote involvens potestatem in corpus mysticum Christi, debuit institui post Ordinem, qui importat potestatem in ipsum corpus ejus physicum et eucharisticum, et, utpote complementum Baptismi, debuit illum subsequi, ut sic significaretur successiva et completiva peccatorum remissio per tria sacramenta Baptismi, Poenitentiae et Extremae Unctionis. *Quinto,* ex specifico ejus effectu, quatenus est abstersio reliquiarum peccatorum jam per Poenitentiam remissorum et simul proxima quaedam dispositio ad gloriam assequendam, cujus aditus hominibus mox patere debebat per triumphalem Christi Ascensionem.

# CAPUT II

# DE MATERIA

In hoc et sequenti capite agitur de *CAUSIS INTRINSECIS* hujus sacramenti, seu de materia et forma. In primo articulo hujus capitis, (art. 3) consideratur *materia remota,* quae duo importat, scilicet oleum ejusque benedictionem, quorum alterum aliquam involvit difficultatem, quod attinet sive ad episcopalem reservationem sive ad peculiaritatem illius benedictionis; in secundo et tertio articulo (art. 4 et 5) consideratur *materia proxima* seu unctio, quae pariter difficultatem involvit quod attinet sive ad sufficientiam unius unctionis pro valore sacramenti, de qua disputabant antiquiores theologi, sive ad necessitatem quinque aut plurium unctionum pro integritate sacramenti earumque sacramentalem rationem, de qua disputant recentiores.

## ART. 3. Utrum Materia Remota Hujus Sacramenti Sit "Oleum Olivarum Rite Benedictum"[1] *(Suppi.,* q. 29, a. 4, 5, 6; cf. 3 p., q. 72. a. 2 et 3, ubi de simili materia Confirmationis).

### STATUS QUAESTIONIS

Agitur de materia remota, seu de sensibili elemento olei quo hoc sacramentum essentialiter constituitur. Ab hac materia Extrema Unctio veluti antonomastice 'Oleum" vel "Sacramentum Olei"[*] nominatur, tum quia inter duo sacramenta, quae in unctione conferuntur, hoc. certius quam Confirmatio, in ipsa ac sola unctione essentialiter consistit, tum quia nonnisi purum ac simplex oleum exigit, ad exclusionem nempe balsami, quo chrisma Confirmationis conficitur.

*Duo hic principaliter quaeruntur, alterum dc ipso oleo, alterum de ejus benedictione,* non secus ac in quaestione de materia Confirmationis, ubi plura de acceptione et usu illarum vocum (oleum — benedictio) dicta sunt, quae huc etiam, proportione servata, referuntur. Ceterum, quia, juxta praxim Ecclesiae, exhibitam in infra referendis Rituali Romano et Codice J.C., ea duo elementa non quomodolibet

[1] *Codex J.C.,* can. 937; cf. can. 945.
[*] Has similcsque expressiones dedimus supra in Introductione tractatus (p. 2sq.).

adhibentur, sed exigitur determinate oleum olivarum et quidem simplex seu sine balsamo, necnon benedictio per se episcopalis et quidem specialis, ideo *SEX QUAESTIONES {tres circa oleum, tres circa benedictionem)* distincte hic a theologis considerantur ac disputantur, quod attinet, ut patet, non ad meram liceitatem sed ad ipsam validitatem sacramenti. Scilicet:

1. An materia hujus sacramenti sit tantum *oleum* (seu pinguis et crassus liquor, praecipue ad ungendum vel comburendum adhibitus), non autem alius quicumque liquor, puta aqua vel vinum.

2. Item, an sit *oleum olivae,* seu expressum ex baccis olivarum, quod est communiter et proprie dictum oleum, non vero aliud oleum quod, ob aliquam proprietatum vel effectuum similitudinem, idem nomen per translationem usurpavit, seu oleum tum minerale (petroleum), tum animale (v.g. oleum butyri liquescentis, oleum piscis), tum etiam vegetale quodlibet ex aliarum plantarum baccis vel seminibus vel floribus expressum (v.g. oleum nucum, oleum amigdalarum, oleum lauri, oleum ricini[3]).

3. Item, an sit *oleum simplex seu purum,* adeoque non admixtum balsamo aliove aromatico liquore, sicut est oleum Confirmationis quod propterea chrisma proprie vocatur.[4]

4. An debeat esse *benedictum* seu consecratum, sicut oleum seu chrisma Confirmationis[5] et secus ac materia Baptismi et Eucharistiae, seu aqua et panis, quae nulla indiget praevia benedictione.

5. An haec benedictio sit *reservata episcopo,* saltem potestate propria, ita ut oleum a presbytero benedictum, qui careat potestate delegata, sit invalida materia sacramenti, non secus ac chrisma Confirmationis ab episcopo non benedictum.[0]

6. An haec benedictio debeat esse *specialis,* seu ordinans oleum ad usum hujus sacramenti, adeoque alia ab ea qua consecratur sive oleum catechumenorum, sive chrisma Confirmationis, ita ut neutrum ex his oleis sit materia valida Extremae Unctionis.[7]

## PARS NEGATIVA et PARS AFFIRMATIVA

Nota Theologica.

1. Requiri ad validitatem verum *oleum,* est *de fide* contenta in tota praxi ct doctrina Ecclesiae accipientis in sensu proprio verba Iacobi

'Quod exprimitur ex baccis plantae cui nomen "ricinus communis," anglice "Castor-oil piant."

‘ Cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione.* 303-306, 311-315.

4 Cf. *ibid.* 309 sq., 315-317.

*Cf. *ibid.* 31Ssq.

’ Cf. *ibid* 303.

"Ungentes oleo." Ceterum nullus unquam inter catholicos de hoc dubitavit.

2. Requiri *oleum olivae,* est *saltem theologice certum,* ex eadem praxi et doctrina documentorum Ecclesiae, nominatim Cone. Florentini, necnon ex consensu theologorum in hanc notam theologicam, quorum plures id dicunt certum (amplius explicite non determinando), aliqui explicite dicunt de fide, pauci tantum explicite dicunt non esse de fide.

De fide explicite id esse dicunt inter alios: Suarez, De Augustinis, Van Noort-Verhaar, Kilker, Boyer. Idem ceteroquin passim supponunt multi, praesertim inter antiquiores, etsi explicite non dicant, imo ideo explicite non dicunt quia pro comperto habent. Quidam moderni potius ambigue loquuntur. Ita Godefroy scribit: "Matière éloignée. C'est l'huile d'olives, bénite par l'évêque. Les théologiens sont unanimes à l'enseigner et cette doctrine a été définie par Innocent III ... et par le concile de Florence";[8] tamen inferius, agens de benedictione olei, non amplius loquitur de re definita: "L'autre opinion est que la bénédiction est essentielle à la validité du sacrement: elle est plus conforme aux témoignages de la Tradition, à la pratique de l'Eglise et au texte des conciles"."

Explicitis verbis negat id esse de fide unus vel alter, ut Cappello (n. 42, in nota: "Plerique negant esse de fide: quod verius"), quem repetit Conte a Coronata.

Communiter theologi dicunt id esse certum (Lehmkuhl, Pesch, Priimmer, Cappello. Conte a Coronata. Hervé, Gougnard. Otten. Denis, Diekamp, Daffara) ac communiter hac voce videntur intelligere "theologice certum"; quidam, ut Pesch, adhibent ipsam expressionem "theologice certum", alii, ut Hervé, utuntur signanti expressione "doctrina catholica," quam tamen non explicant, alii frequentiores utuntur vocibus "certum," "contrarium sustineri nequit" (Cappello, Conte a Coronata), "sententia communis" (Diekamp, Daffara), quibus quidam videntur intelligere theologicam certitudinem, alii aliquid minus (scilicet diminutam quandam certitudinem quae opponitur propositioni temerariae vel errori proximae).

3. *Sufficere oleum simplex seu purum* nec requiri admixtionem alterius substantiae, puta balsami, est *theologice certum,* cum hoc necessario sequatur ex infallibilitate Ecclesiae in sua praxi sacramentali; nam, si oleum simplex non sufficeret, sequeretur Ecclesiam a saeculis invalide administrasse hoc sacramentum.

Quod vero oleum simplex etiam *requiratur* (ita ut invalidum sit

[8] "Extrême Onction chez les scholastiques," *Dictionnaire de théologie catholique* 5.2 (1913) 1989. Idem repetit inferius, 2014.

[8] *Ibid.* 2008.

oleum quod, ex admixtione magnae quantitatis alterius substantiae, amittat, juxta communem saltem aestimationem, olei naturam, ut accidit in chrismate Confirmationis), etsi solide probetur ex communi ac constanti praxi Ecclesiae necnon ex consensu doctorum, non videtur ita theologice firmum ut mereatur proprie dictam notam theologicam, aut contrarium aliqua censura mulctetur. Nec ceterum doctores solent notam aliquam hic assignare.

4. Requiri *benedictionem,* ita tenendum est ut contrarium sit *saltem temerarium*. Haec nota, quae assignatur ab ipso S. Officio (infra cit., p. 323), deducitur similiter tum ex ipsa constanti praxi, tum ex documentis Ecclesiae, signanter ex Innocentio III et ex Conc. Trid. quod, loquens de "materia" hujus sacramenti, docet "materiam esse oleum ab episcopo benedictum," tum ex explicita declaratione S. Officii, tum ex ipso communissimo consensu theologorum cui absque sufficienti ratione ac temerarie in hac materia contradiceretur. Ceterum theologi communius fortiorem assignant notam theologicam; paucissimi sunt, saltem hodie, qui videantur velle absolvere contrariam sententiam ab omni censura.

De fide: Van Noort-Verhaar (cf. infra, p. 321 ) et, ut videtur, Kilker (cf. infra, ibidem).

Theologice certum: Soto, Trombelli, Ballerini-Palmieri, Pesch, Otten, Denis, Diekamp, Hervé, Boyer, Daffara, Cappello, Conte a Coronata, Piscetta-Gennaro, Spâcil. Quidam, ut Pesch, dicunt: theologice certum; alii, ut Hervé: doctrina catholica; alii, ut Diekamp, Daffara et Cappello: certum; alii utuntur magis ambiguis expressionibus quae possunt reduci etiam ad notam maximae probabilitatis cui opponitur nota temerarietatis: indubie tenendum (Soto, Trombelli), omnino tenendum (Spâcil), requisitum ex documentis Ecclesiae (Boyer).

Theologice probabilissimum, ita ut contrarium sit saltem temerarium: S. Officium (Contrarium est temerarium et errori proximum), Suarez (Ad minimum temerarium), quidam fortasse ex supradictis (Soto, Spâcil et Boyer) necnon probabiliter quidam pauci mollioribus expressionibus utentes, ut Godefroy (Magis conforme Traditioni, praxi et documentis Ecclesiae) et Piolanti (Sententia tutior).

Ab omni proprie dicta censura contrariam sententiam, a se nihilominus rejectam, videntur plus minusve clare absolvere, inter antiquiores: Berti, Wirceburgenses (Ea opinio "adhuc probabilis manet"), Tournely et Billuart (Nostra sententia est "probabilior"), inter moderniores vero: Oswald, Schanz, Kem et Verhamme. Ceterum, duorum posteriorum theologorum verba satis ambigua sunt ac possunt aliter intelligi; Verhamme enim ait: "Non est omnino certum benedictionem olei esse originis apostolicae, neque constat eam esse institutam a

Christo, et quidem ita ut sit de necessitate sacramenti" (cf. infra, in p. 330-333). Kern scribit: "Magna [olimj . . . inter theologos fervebat controversia nondum plene dirempta, num benedictio olei sit necessaria necessitate sacramenti"; tamen inferius, adducto decreto S. Officii, ait: "Ultro quidem fatemur, hanc declarationem . . . non esse definitionem ex cathedra. Notum tamen est, quanta sit vis talis declarationis, cum versatur circa obiectum mere religiosum."[10]

5. Requiri *episcopalem benedictionem,* loquendo de jure proprio et ordinario, est pariter ita tenendum ut contrarium sit *temerarium,* ob easdem rationes assignatas quoad notam praecedentem, signanter ob praedictum decretum S. Officii a. 1611 et subséquentes ejusdem declarationes a. 1842, 1850 et 1878 (de quibus infra, p. 323 sq.).

Quidam videntur id habere ut de fide; ita Van Noort-Verhaar: "Materia remota est oleum olivarum ab episcopo benedictum. De fide ex conc. trid. et deer, ad Arm." (n. 168) et Kilker (minus clare): "The remote matter of Extreme Unction is oil of olives. This the Council of Trent definitely defined: 'Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab episcopo benedictum'. . . The words of the Council, 'oleum . . . benedictum' seem to be final" (p. 24 et 26). Plures id habent ut theologice certum aut ut theologice probabilissimum ita ut contrarium dici debeat erroneum, vel errori proximum, vel temerarium; ita Ballerini-Palmieri, Lehmkuhl, Noldin. Cappello, Otten (Certum. indubium), S. Officium (Contrarium est temerarium et errori proximum), Suarez (Contrarium ad minimum temerarium), Trombelli, Priimmer, Gougnard (Probabilissimum). Ceterum, alii communiter sese referunt ad praedicta S. Officii decreta. Pauci sunt qui hanc, sicut priorem contrariam sententiam (cf. supra, sub n. 4), conentur ab omni censura absolvere; peculiariter Verhamme peregrina quaedam verba profert quae referentur infra (p. 331 sq.).

Posse autem *etiam presbyterum* ex commissa facultate valide benedicere oleum infirmorum, est *theologice certum,* ex ipsa praxi Ecclesiae et ex declarationibus pontificiis infra referendis (p. 322-324). Id certum dicunt Benedictus XIV ("Res videtur exploratissima, quam nemini licet in quaestionem adducere"; cf. infra, p. 375), Trombelli, Lehmkuhl, Pesch, Lépicier, ITugon, Spacil, Piolanti, Verhamme, et quotquot inter modernos occupantur de hac quaestione. Inter antiquiores vero, quibus res minus explorata erat, quidam, ut Soto, Tanner et Billuart, id tantum ut probabile vel non improbabile proponunt (cf. infra, p. 334).

6. In quaestione autem an requiratur *specialis benedictio,* sermo

[10] *Dc sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 119, 122.

esse non potest de ulla nota aut censura theologica, sed omnino libere et cum magna varietate disputatur inter theologos, ut infra ostendetur (p. 334-337).

Documenta Ecclcsiac.

Ut taceamus de antiquioribus statutis, uti Innocentii I et particularium conciliorum mediaevalium Cabillonensis a. 813, Aquisgranensis a. 836, Wormatiensis a. 868, in quibus edicitur hoc sacramentum conficiendum esse in oleo ab episcopo benedicto, directe ac signate materia valida Extremae Unctionis proponitur in sequentibus solemnibus documentis inde ab Innocentio III:

*Innocentius III, Professio fidei Durando de Osca et sociis ejus Waldensibus praescripta,* a. 1208: "Unctionem infirmorum cum oleo consecrato veneramur" *(Denz.* 424). Cf. ep. "Cum venisset", infra cit., p. 344.

*Cone. Florentinum, Decr. pro Armenis:* "Quintum sacramentum est extrema unctio, cuius materia est oleum olivae per episcopum benedictum" *(Denz.* 700).

*Cone. Tridentinum,* sess. 14, cap. 1: "Quibus verbis . . . [lacobus] docet materiam, formam, proprium ministrum et effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab episcopo benedictum; nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat" *(Denz.* 908).

*Catechismus Cone. Trid.,* 2 p., c. 6, q. 5: "Eius igitur elementum, sive materia, quemadmodum Concilia ac praecipue Tridentinum decrevere, est oleum ab Episcopo consecratum, liquor scilicet, non ex quavis pingui et crassa materia, sed ex olearum baccis tantummodo expressus. Aptissime autem haec materia illud significat, quod vi Sacramenti interius in anima efficitur. Nam ut oleum ad mitigandos corporis dolores magnopere proficit: ita Sacramenti virtus animae tristitiam ac dolorem minuit. Oleum praeterea sanitatem restituit, hilaritatem affert, et lumini tanquam pabulum praebet; tum vero ad recreandas defatigati corporis vires maxime accommodatum est. Quae omnia, quid in aegroto divina virtute per huius Sacramenti administrationem efficiatur, declarant."

*Rituale Romanum,* t. 5, c. 1, n. 3: "Habeat igitur Parochus in ecclesia loco nitido et decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo, sub clavi diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis, Feria V in Coena Domini ab Episcopo benedictum, veteri

combusto, renovandum est; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficienti Oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterato, minore tamen copia."

*Pontificale Romanum,* Benedictio Olei Infirmorum (in Officio in Feria V Coenae Domini), infra citanda in p. 389.

*Codex J.C., can. 937:* "Extremae unctionis sacramentum conferri debet per sacras unctiones, adhibito oleo olivarum rite benedicto, et per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis praescripta." *Can. 945:* "Oleum olivarum, in sacramento extremae unctionis adhibendum, debet esse ad hoc benedictum ab Episcopo, vel a presbytero qui facultatem illud bendicendi a Sede Apostolica obtinuerit."

Praeterea, sequentes prodierunt S. Sedis declarationes circa propriam seu ordinariam episcopi et delegatam seu extraordinariam presbyteri potestatem bendicendi oleum infirmorum:

S. *Officium,* Decr. 13 jan. 1611, sub Paulo V, "propositionem: 'quod nempe sacramentum extremae unctionis oleo episcopali benedictione non consecrato ministrari valide possit' . . . declaravit: esse *temerariam et errori proximam" {Denz.* 1628).

*Pius VI* (t 1799) tempore gallicae revolutionis, rogatus ut concederet presbyteris facultatem benedicendi oleum infirmorum, eam denegavit (utut indirecte approbando praxim Graecorum), ob defectum sufficientis rationis recedendi a latina consuetudine, "cum deprehensum fuerit insuetum esse in ecclesia latina hujusmodi potestate simplices presbyteros ab apostolica Sede insigniri, a qua quidem regula eo minus recedi non debere judicatum est. quod impossibile non sit triplex oleum a catholico episcopo benedictum, si non ex proximis, ex remotis saltem dioecesibus habere.""

S. *Officium,* Decr. 14 sept. 1842. sub Gregorio XVI: "An in casu necessitatis parochus ad validitatem sacramenti Extremae Unctionis uti possit oleo a se benedicto. R. Negative, ad formam decreti Fer. V. coram SSmo diei 13 lan. 1611.""

S. *Officium,* Decr. 12 jan. 1850. sub Pio IX. simile responsum dedit, etiam pro casu moribundi sensibus destituti, qui nullum ostenderit signum resipiscentiae.

S. *Officium,* Decr. 15 maii 1878: "Proposito casu cuiusdam sacerdotis qui vocatus ad assistendum infirmum destitutum sensibus, deficiente oleo sancto, commune oleum benedixit ut inungeret infirmum eique conferret illud tantum sacramentum cuius capax erat, et quae-

[1] *Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum* (opera \V Miihlbaur, Monachii 1865) II 426.

[2] *Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide* (Roma: Ex Typographia Poly-

sito: 1. An talis praxis probanda sit; 2. Vel saltem tolerari possit: Emi PP. responderunt: Ad utrumque, Negative."[13]

*Clemens VIII,* Instr. "Sanctissimus," 30 aug. 1595, pro Italo-Graecis: "Non sunt cogendi presbyteri graeci olea sancta praeter chrisma ab episcopis dioecesanis latinis accipere, cum eiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum et sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur ac benedicantur" *(Cavallera* 1288).

*Benedictus XIV,* Const. "Etsi pastoralis," 27 maii 1742, eandem prorsus praescriptionem renovavit. Praeterea in cap. 8 sui operis *De synodo dioecesana* (infra cit. in p. 375), exarato cum esset Pontifex post hanc Constitutionem, de eadem re theologice pertractavit.

Accesserunt subinde variae instructiones et decreta 5. *Congr. de Propaganda Fide* vel pro ea lata, in quibus praxis orientalis confirmata est.[14]

"*Benedictus XV* die 21 martii 1916, pro quibusdam regionibus concessit Administratoribus Apostolicis et Vicariis Capitularibus, charactere episcopali destitutis, itemque Vicariis Generalibus, qui dioeceses regebant a quibus Episcopi aberant, privilegium conficiendi olea sacra 'perdurante bello, et per tres menses ab inita pace, servatis omnibus de iure servandis.' "[15]

Huc etiam faciunt decisiones provincialium *Conciliorum orientalium* (infra cit., p. 373 sq.), signanter *Ruthenorum et Maronitarum,* quae fuerunt a S. Sede specialiter approbatae.

In his documentis, *quinque ex sex supradictis elementis materiae Extremae Unctionis* (excepta nempe absentia balsami) proponuntur. In omnibus quidem exhibentur duo fundamentaliora, i.e. oleum ejusque benedictio; Cone. Flor, et Trid. oleum vocant materiam in proprio sensu sacramentali, et Cone. Trid. tradit etiam sacramentalem ejus symbolismum quem fusius explicat Catechismus Cone. Trid. Praeterea: olivarum oleum proponitur a Cone. Flor., Catechismo Cone. Trid. (explicante sensum Tridentini, in quo mentio olivae omittitur), Pontificali Romano et Codice J.C.; episcopalis potestas benedicendi oleum signanter asseritur in omnibus fere documentis, dum mentio presbyteralis facultatis habetur in solis posterioribus documentis inde a Clemente VIII, praecipue in Codice J.C., qui sensum omnium praecedentium statutorum resumit sub forma disiunctiva: "Benedictum ab Episcopo vel a presbytero qui facultatem illud benedicendi a Sede

glotta S. C. dc Propaganda Fide 1907) I 528, n. 956. Cf. *Denz.* 1629.

[12] *Ibid.* II 121, n. 1494.

[13] Cf. *Collectanea S. Congr. de Prop. Fide* I et II (Romae 1907), n. 502, 503, 940, 1095, 1196, 1381, 1515, 1630, 1926, 2161.

[14] Cappello, *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* III: *De Extrema Unctione* (cd. 2, Taurini 1942) 31.

Apostolica obtinuerit"; necessitas specialis benedictionis asseritur explicite in Codice J.C. ("Ad hoc benedictum") et implicite in Rituali Romano ("Feria V in Coena Domini ab Episcopo benedictum").

*SENTENTIAE THEOLOGORUM.*

*QUOAD PRIMAM QUAESTIONEM* de necessitate *olei,* nulla unquam fuit disputatio aut dubium tum inter catholicos tum etiam apud Schismaticos.

Nonnisi ergo Protestantes suae negationi ipsius sacramenti peculiarem quandoque despectum miscent erga ejus materiam, quam Calvinus vocat "putidum oleum" (cf. supra, p. 36). cuique aliqui, post ipsum Calvinum ("Oleo significari spiritum sanctum ejusque dona vulgare ac tritum est"), dignantur concedere meram quandam symbolicam significationem, juxta quam, verbi gratia, oleum ejusque usus indicent tantum pastores debere fidelium infirmitates suavibus verbis lenire, aut mere commendent propriam orationis efficaciam (cf. *B. Weiss,* relatum in p. 65).

*QUOAD SECUNDAM QUAESTIONEM* de necessitate *olei olivae,* nullum pariter habetur dubium aut controversia, imo non pauci sunt, ut diximus supra (p. 319), qui explicite vel tacite rem habent ut de fide.

Curiosam tamen opinionem et dubium refert *Cappello,* scribens: "*Quidam ceusent* materiam validam huius sacramenti, absolute loquendo, esse oleum quodcumque, v.g. oleum ex nucis aliisque similibus rebus obtentum, quod colore, gustu ceterisque proprietatibus omnino aut fere idem est ac oleum olivarum, quodque reapse uti oleum non raro habent homines eoque utuntur. Ratio praecipua haec est. S. Iacobus, aiunt, non loquitur de oleo olivarum, sed simpliciter de oleo. Igitur intelligi debet oleum quodcumque, nempe quaevis materia quae ex hominum aestimatione uti oleum habetur et in usus olei proprios adhiberi solet. Nam sacramenta sunt propter homines; idcirco eorumdem materia accipienda est secundum usum loquendi atque aestimationem. Quae opinio sustineri nequit. . .

"Quaeri potest, utrum saltem oleum ex ricino habitum, ital. olio di ricino (lat. ricinus communis, graec. *κρότων,* gall, ricin, etc.) censeri possit materia valida.10 Plures dicunt agi de oleo naturali, ac praeterea de oleo quod uti tale vero proprioque sensu communiter habetur. Hinc, aiunt, aliqua ratio dubitandi deesse omnino non videtur. Nullum auc-

"""'Il frutto consiste in tre coccole conviventi, ovali, armate di punte tubulate. Ogni coccola conticne un seme ombelicato, alla cima. . . Da questi semi cavasi un olio naturale, che è molto usato in medicina.' *Dizionario universale della lingua italiana,* vol. VI, v. Ricino, p. 7S6."

torem de hac questione disserentem invenimus. Standum doctrinae supra expositae."[17]

Quinam sint allegati doctores, non facile dixeris. Nec dogmatici nec morales notioresque doctores, quos prae manibus habemus, hujusmodi sententiam referunt, imo Conte a Coronata, qui eam ex Cappello recitat, addit in nota: "Ita Cappello, I.c., 27, ubi tamen quinam hi [auctores] sint non indicatur." Estne quaedam innocens personificatio possibilium adversariorum, an forte realis resonantia extravagantium quarundam vocum quas in humilioribus ephemeridibus vel encyclopediis quandoque audire contingit? Ceterum, ipse cl. theologus relato dubio quoad oleum ricini, addit: "Nullum auctorem de hac quaestione disserentem invenimus."

*Kilker* scribit: "A writer in the *Kirchclcxic.oril** speaks of a report that cotton-seed oil was used in quite recent times in North America. Such a practice, if it ever really existed, was certainly an abuse. It may have occurred from a falsification of the oils by manufacturers. At any rate bishops and priests must be careful in this regard. The Second Plenary Council of Baltimore[19] laid down a very serious warning in the matter, and some years later the Holy Office called attention to a very widespread adulteration of the oil intended for the sacraments.[20]"[21]

*QUOAD TERTIAM QUAESTIONEM,* quod nempe materia sit *oleum simplex et purum,* nulla pariter est controversia. Omnes enim doctores admittunt non requiri ullam balsami aut alterius materiae admixtionem, imo hanc officere validitati si tanta sit ut inde solvatur species simplicis olei, juxta communem aestimationem.

*QUOAD QUARTAM QUAESTIONEM* de altero elemento, seu de necessitate *benedictionis* ad validitatem, fuit olim aliqua controversia, jam extincta et, ut videtur, plene dirempta per declarationem S. Officii a. 1611 (supra cit., p. 323 ).

Ut mittamus ipsorum haereticorum contemptum erga hujusmodi benedictionem, v.g. *Waldcnsium, Wideffitarum, IIussitarum* (cf. supra,

'▮ *Op. cit.* (supra in p. 324) 22 sq.
"Vol. IX, col. 712; ci. *Ephcm. Lit.,* V (1891), 443.

[19] Tit. V, cap. 7, n. 31Γ. "Oleum ex oliva ad hoc sacramentum administrandum requiri constat. Curandum igitur est omni studio, ne olea adulterina, quae circumferuntur hoc nomine falso insignita, ad ungendos infirmos adhibeantur. Quum vero manifesta res sit, id quod tanquam oleum ex oliva fere ubique venditatur, ita callida arte confici, vel aliis oleis ex cetis aut larido ita misceri et obrui, ut olivi nil nisi nomen habeat; excitanda est Episcoporum sollicitudo et diligentia, ut per Catholicos optimae fidei mercatores verum et purum olivum ab Europa quotannis advehendum curent, ea saltem quantitate, quae omnium dioecescon necessitatibus pro hujus et aliorum sacramentorum administratione sufficere possit."

:"S. C. S. Off., 9 Jul. 1881 — *Collectanea,* n. 1556.

*,l Extreme Unction* (St. Louis 1927) 72 sq.

p. 31 sq.) et signanter *Calvini* reprobantis catholicos qui "oleum non dignantur nisi ab episcopo consecratum, hoc est, multo halitu calefactum, multo murmure incantatum, et novies flexo genu salutatum" (cf. supra, p. 68), quidam theologi antiquiores, etiam post Cone. Trid.. docuerunt benedictionem olei non esse necessariam ad validitatem sacramenti.

Ita ante Cone. Trid. *Paludanus* et *Capreolus* (hic minus clare), qui dicunt probabiliter "consecrationem illam non esse sacramentum sed aliquod sacramentale,"[22] necnon probabiliter *Franciscus de Victoria* (**t** 1546; *Summa de sacramentis,* n. 219, ubi de Extrema Unctione);[23] post Concilium vero tum pauci theologi saec. 16, signanter *Maldonatus* (**t** 1583),[24] tum plures doctores saec. 18, signanter *Juénin (Comment. hist, et dogm. de sacramentis,* diss. 7, q. 3, c. 1 [Lugduni, 1717] 536), *Drouin (De re sacramentaria contra haereticos,* l. 7, q. 2, c. 1, §2 [Parisiis 1775] 67), *Natalis Alexander (Thcol. dogm. et mor.,* l. 2, c. 1, a. 2) et *De Sainte-Beuve (De Extrema Unctione,* disp. 3. a. 1). Billuart (**t** 1757) notat plures esse qui suo tempore hanc sententiam tenerent ("Contra plures recentiores, etiam quosdam Thomistas") et similiter J. L. Berti (**t** 1766) fatetur juniores theologos communiter illi subscribere. Eorum rationes sunt tum silentium Scripturae et prioris Traditionis, tum paritas cum materia Baptismi, tum mutabilitas seu variatio illius benedictionis per varia tempora et ecclesias. Ceterum, similem sententiam cum similibus rationibus invenimus circa materiam Confirmationis.[25]

Ad rem *De Sainte-Beuve:* "Quaeritur ... an benedictio seu consecratio olei sit de necessitate Sacramenti, vel praecepti tantum. — Respondeo negative; ratio est quia nullum in Scripturis, conciliis aut Patribus reperitur fundamentum dicendi quod Unctio extrema facta ex oleo non benedicto sit invalida. Scriptura meminit olei duntaxat; neque vero per has voces, 'in nomine Domini.' significatur benedictio, sed

~ Confer cetera verba citata in p. 277. quae a quibusdam non recte, ut videtur, exponuntur in eo sensu quod benedictio dicatur esse de essentia sacramenti non ex institutione Christi sed Ecclesiae habentis potestatem determinandi validam materiam hujus sacramenti.

[22] S. Alphonsus (n. 709) post Tournely citat etiam *Cajetanum,* sed immerito, nam hic loquitur tantum de episcopali reservatione benedictionis olei, et quidem Confirmationis, ut dicetur infra (p. 330).

[23] *Suarez* (-f- 1617) ait: "An vero [bencdictiol sit etiam de necessitate sacramenti, a nonnullis *dubitatum est;* sunt enim aliqui Catholici qui *affirmant* simplex oleum sufficere ex Christi institutione, aliumque ritum benedicendi oleum esse accidentarium cx Ecclesiae institutione. . . Quam opinionem *tenuisse videtur* Victoria" (Disp. 40, sect. 1, n. 2). Ex instabili modo quo loquitur et ex solo Victoria quem citat, non videtur Suarez alludere ad determinatos aliquos theologos sibi propinquiores, nisi forte ad Maldonatum (-f- 1583), vel quomodolibet ad auctorem operis de sacramentis quod a quibusdam Maldonato tribuitur, ab aliis vero abjudicatur.

[24] Cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 309,

significatur tantum quod ea unctio fieri debet vice atque auctoritate Christi. Concilia et Patres meminerunt benedictionis; sed non dicunt eam esse de necessitate Sacramenti. Verba illorum stant explicata de necessitate praecepti ecclesiastici."[25]

*Maldonati* sententiam sic referunt *Wirceburgenses:* "Quod Maldonatus, torn. 2 de sacramentis, quaest. 5 de cerem. Extr. Unet., ad opinionem S. Thomae et aliorum Scholasticorum de necessaria inunctione quinque sensuum dixit: 'Ego non arbitror, de essentia sacramenti quidquam affirmandum esse, nisi suppetant majores rationes'; idem quaestione 1, ad 1 argumentum Catholicorum respondet non esse necessariam consecrationem olei ad veritatem sacramenti; sed tantum propter praeceptum et disciplinam Ecclesiae, quae consuevit materiam omnis sacramenti prius benedicere, quam sacramentum conficiat. Ac propterea a Conciliis institutum fuit, ne unctio extrema fieret nisi oleo benedicto. S. Jacobum autem simpliciter de oleo pronuntiasse, perinde ac Christus locutus est de aqua, cum baptismum instituit."[27]

Communis vero, et hodie communissima, sententia est, eam benedictionem requiri ad valorem sacramenti. Hanc clare tradunt ipsi antiquiores theologi saec. 13-14, directe moventes praesentem quaestionem, scilicet *Petrus Lombardus, Albertus M., S. Thomas, Bonaventura, Scotus, Durandus;* inde autem a Cone. Trid., *Dom. Soto* (scripsit tamen paulo ante Concilium), *Bellarminus, Estius, Suarez* (**f** 1617; ait: Haec "sententia est communis Theologorum"). S. *Alphonsus* (**t** 1787) hanc sententiam "communissimam" dicit. Tamen non cum eadem firmitate ab omnibus tenetur; quidam, ut *Tournely* et *Billuart,* eam amplectuntur tantum ut probabilem, dum moderniores generatin'! eam habent ut certam, ita ut contrariam mulctent censura saltem "temerariae propositionis" (cf. supra, p. 321).

*PETRUS LOMBARDUS:* "Aliud est . . . de benedictione aquae qua fit Baptismus, aliud de benedictione panis et olei, potest etiam Baptismus celebrari in aqua etiam non benedicta, quia illa benedictio pro reverentia tantum fit et decore, non virtute sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici, nisi de pane consecrato; nec unctio illa fieri potest, nisi de oleo ab episcopo consecrato. Ideoque illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur" *(ML* 192. 900).

*ALBERTUS M.:* "Omne sacramentum quod quaerit abundantiam gratiae, quaerit duplicem sanctificationem [i.e benedictionem]: unam super materiam, et alteram quando suscipitur. Et hoc patet in Confirmatione, et Ordine, et Extrema Unctione . . . [quae] essentialem sibi habent materiae suae sanctificationem, nec in alia materia fieri possunt. . . Hoc quod materia sufficit non consecrata in quibusdam sacramentis, non est causa quod maxima sint quantum ad effectum, sicut Baptismus et Eucharistia: sed causa est, quia dictis de causis excellentem gratiam non requirunt. . . In istis autem [i.e. Confirm., Ordine et Extr. Unctione] secus est: et

[25] *Tractatus de sacramento Unctionis Infirmorum Extremae,* disp. 3, a. 1, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 87.

[27] *Theologia dogmatica, polemica, scholastica et moralis* (Parisiis 1880) X 272.

ideo non sufficit cis materia nisi consecrata ab eo in quo secundum suum gradum est abundantia gratiae, scilicet ab Episcopo".28

S. *THOMAS, Suppi.,* q. 29, a. 5 (infra cit., p. 358;, resumit doctrinam Petri Lombardi et Alberti M., eorumque rationes complet ac firmat. Apte notat Billuart: "De mente. . . D. Thomae non est dubium. . . Miror quosdam juniores Thomistas a mente tam aperta sui Doctoris, nulla ratione cogente, recedere" (Diss. un. a. 2).

*BONAVENTURA:* "Sicut aqua in Baptismo est elementum, sic in Confirmatione chrisma et in Unctione oleum consecratum ab episcopo." Prosequitur S. Doctor adducens pro ratione (quare oleum Extremae Unctionis debeat ab episcopo consecrari) peculiarem suam opinionem de institutione hujus sacramenti per apostolos, quia scilicet, cum Christus illud non instituerit per seipsum sicut Baptismum et Eucharistiam, ejus materiam non consecravit sed eam et instituendam et benedicendam reliquit apostolis ("Sicut instituit per Apostolos, sic etiam nunc consecrat per episcopos"; cf. totum textum citatum supra, in p. 233). Subinde, obicienti quod in oleo non benedicto salvatur tum significatio tum sanctificatio, requisita in sacramentis, respondet: "Ad illud quod obicitur, quod in oleo non consecrato, si fiat unctio, est significatio et sanctificatio, dicendum quod falsum est. Primo enim deficit significatio, quae non tantum exigit repraesentationem, sed etiam institutionem; sic autem institutum est fieri. Secundo vero deficit sanctificatio, quia non habet verbum efficaciam, nisi habeat competens elementum."29

*SCOTUS:* "Consecratio autem Episcopalis est necessaria ad hoc, ut [oleum] sit materia apta, quia communiter in Sacramentis consistentibus in usu, solus Baptismus non requirit materiam specialiter consecratam, quia Christus tactu mundissimae camis suae, quando voluit a Joanne baptizari, totam aquam consecravit, hoc est. in usum istum dedicavit."30

*DURANDUS:* "[Oleum] debet esse consecratum. . . Non est simile de baptismo et extrema unctione: quia sicut non est de necessitate baptismi, quod minister sit ordinatus, ita consecratio materiae non est de necessitate baptismi. E contrario autem est in Sacramento extremae unctionis."31

*SOTO:* "Oleum hoc simplex debet esse benedictum. Et quidem, quod sit de necessitate praecepti nemo est qui ambigat. . . Utrum vero de essentia sacramenti, non apparet prima fronte usque adeo certum, attamen indubie tenendum est, quod requiritur benedictio olei, tanquam de essentia sacramenti. Quae quidem veritas potissimum ex usu, et auctoritate ecclesiae confirmatur, quae si hoc sacramentum oleo non benedicto fieret, non reputaret esse sacramentum."3-

*QUOAD QUINTAM QUAESTIONEM,* sententia olim communis et hodie communissima docet benedictionem olei esse *episcopo reservatam,* attenta potestate propria et ordinaria, posse tamen etiam *presbytero delegari* ut extraordinario ministro. Xon defuit tamen olim unus vel alter dissentiens, praecipue quoad secundum punctum de potestate presbytero delegabili.

aIn 4 *Sent.,* dist. 23, a. 3, *Opera omnia* XXX (Parisiis 1894) 7 sq.
"In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 3, *Opera theologica selecta* IV (editio minor, Ad Claras Aquas 1949) 383 sq.
"In 4 *Sent.* [Opus Oxonienscl, dist. 23, quaest. unica, n. 5, *Opera omnia* XIX (Parisiis: Vivès 1894) 17.
"In 4 *Sent.,* dist. 23, q. 2, n. 5 ct 10 (Venctiis: G. Binodoni 1586) 358 verso et 359 recto.
"Dist. 23, q. 1, a. 3, *In quartum (quem vocant) Sententiarum* (Venetiis: Apud Lenum 1575) I 1068.

*Quoad primum punctum,* seu de episcopali reservatione, citantur quandoque in contrarium [1] *Cajctanus, D. Soto, Tanner* (tom. 4, disp. 8, q. 1, dub. 1, η. 10) et *Gregorius de Valentia* (tom. 4, disp. 8, q. 1, punct. 2). Attamen nimis leviter hi doctores traducuntur.

*Soto* enim eam reservationem explicite docet, immo nonnisi dubitative admittit potestatem posse presbyteris delegari. Ad rem ipse: "De oleo ergo extremae unctionis, adhibetur tertia conclusio, quod est de essentia, ut sit ab episcopo consecratum, nisi forsan ex commissione summi pontificis consecrari a presbytero possit. . . Utrum ... ex commissione pontificis maximi possit presbyter oleum catechumenorum et extremae unctionis consecrare, res est dubia. Ac vero quamvis illic [i.e. in quaestione de Confirmatione] non libens adduci potuerim, ut cum Cajetano concederem posse committi presbytero consecrationem chrismatis, reliquimus tamen illud utrumque probabile. Quod si illud probabile est, multo est probabilius, ut possit committere consecrationem simplicis olei."[3*]

*Cajctanus* vero in contrariam sententiam tantummodo inclinare dici potest. Loquens scilicet de benedictione olei Confirmationis, ait magis esse rationi consentaneum quod ea non sit reservata episcopo, etsi nolit quidquam definitive concludere; ratio autem quam assignat valet etiam quoad benedictionem olei Extremae Unctionis. Ad rem ipse: "Licet constet ex Ecclesiae ritu materiam confirmationis oportere esse consecratam ab episcopo, non tamen evidenter constat an ista necessitas sit ex sacramento. . . Perspicacius . . . considerando, oppositum est magis rationi consentaneum. Quandoquidem nulla est major consecratio ea quae fit in Eucharistia. Quam cum possit simplex sacerdos efficere, omnem aliam non sacramentalem efficere potest, ita quod facta tenet, quamvis peccet faciendo. Nec Auctor in littera explicat quod ab episcopo omnino oporteat fieri. Nihil tamen definitive concludo. Legimus enim, etiam Apostolica Sede dispensante circa ministrum huius sacramenti, inconcusse explicatum fuisse quod utantur chrismate consecrato per episcopum: ut patet in Concilio Florentino sub Eugenio IV."[3]

Novissime unus vel alter theologus videtur velle hanc sententiam resuscitare. Ita *Al. Janssens* qui docet ad valorem sacramenti sufficere oleum a presbytero, propria potestate Ordinis benedictum,[36] et *A. Verhammc* qui ait talem sententiam probabilem videri.

Juverit *Verhammc* verba referre, quae satis peregrina videntur:[37]

[33] V.g. a Benedicto XIV, *Dc synodo dioecesana,* 1. 8, c. 1.
[1] *Op. cit.* (supra in p. 329) 1068 sq.
[^] Comm. in 3 p., q. 72, a. 3, in editione leonina operum S. Thomae XII 128.
[H] *Hei hcilig Oliesel* (Brussel 1939) 127 sqq.
[37] Typos italicos nos ipsi addimus.

*"Non est omnino certum benedictionem olei esse originis apostolicae,* neque constat eam esse institutam a Christo, et quidem ita ut sit de necessitate sacramenti. . .

"Data necessitate sanctificationis olei ante usum, quaeritur quisnam sit huius benedictionis minister. An solus episcopus oleum infirmorum valide benedicit, ita ut presbyter sacramentum invalide ministret oleo a se benedicto? . . . Dubio de necessitate benedictionis episcopalis sibi proposito, S. Officium die 13 ian. 1611 hoc fert decretum: 'Sanctissimus D. N. Paulus V in Congregatione generali coram se habita, praevio maturo examine et censura propositionis sequentis: quod nempe sacramentum extremae unctionis oleo episcopali benedictione non consecrato ministrari valide possit, auditis DD. Cardinalium suffragiis declaravit dictam propositionem esse temerariam et errori proximam'. Propositio damnata contradicit *doctrinae a catholicis tunc temporis communi consensu receptae* adeoque, ubi sine ratione proportionate gravi docetur, ut temeraria notanda est. Contradictoria iuxta multos est theologice certa, non tamen omnes in hoc conveniunt; quare propositio illa iure notatur ut errori proxima.

*"Nostris diebus consensus theologorum de necessitate benedictionis olei ab episcopo iam non datur.* Et merito. Oleum enim infirmorum apud Orientales a saeculis valide benedicitur a presbyteris, ut Ecclesia iam diu agnovit. . . Nostrae aetatis theologi, licet non postulent benedictionem olei ab episcopo, docent plerumque benedictionem olei potestate episcopali, saltem probabilissime, iure divino necessariam esse ad valorem sacramenti; illam autem potestatem episcopalem episcopis competere vi sui Ordinis, presbyteris vero vi delegationis a Summo Pontifice. Hanc sententiam confirmare nituntur auctoritate veterum Doctorum, quasi et hi de benedictione potestate episcopali locuti sint. At veteres loquuntur de benedictione ab episcopo. . . Iuxta Scholasticos, ut sacramentum sit validum, materia benedicenda est ab episcopo: *haec sententia est erronea* et non potest adduci in confirmationem doctrinae recentioris de benedictione potestate episcopali, quam Schola ne suspicata quidem videtur. *Haec doctrina nullatenus constat Traditione Ecclesiae.* . .

"Presbyteri aliquando facultatem habent benedicendi oleum infirmorum: plcrique orientales eam habent iuxta ritum suum; quidam latini facultatem habent a Summo Pontifice. Haec potestas presbyterorum vario modo explicari potest. . . [Citat duas communes explicationes; dein prosequitur:] Pauci dicunt benedictionem potestate episcopali nullibi necessariam esse ad valorem sacramenti; satis est oleum a presbytero, propria potestate Ordinis, benedicti." Haec opinio

'Ita v.g. Al. Janssens, Het heilig Oliesel (Brussel 1939) 127sqq.

praecipue nititur defectu argumentorum quae demonstrent necessitatem benedictionis potestate episcopali. *Haec sententia probabilis videtur.* Obstant tamen duo decreta S. Officii: die 14 sept. 1842, decrevit parochum in casu necessitatis ad validitatem sacramenti extremae unctionis uti non posse oleo a se benedicto; die 15 maii 1878, decrevit neque probari neque tolerari posse ut sacerdos, vocatus ad infirmum sensibus destitutum, deficiente oleo sancto, oleum commune benedicat eoque infirmum inungat. Haec decreta, licet magis ad praxim spectent, supponunt tamen presbyteros vi sui Ordinis non habere potestatem benedicendi oleum infirmorum, cum ne in extrema quidem necessitate hoc eis liceat."[39]

In his, sequentia displicent vel non levi explicatione indigent:

Primo, auctor asserit non esse omnino certum benedictionem esse de necessitate sacramenti. Quid sibi velit, non clare apparet. Saltem hodie sententia negans eam necessitatem communissime mulctatur aliqua censura a theologis. Praeterea, multi sententiam affirmantem habent pro theologice certa; ergo, iuxta mentem ipsius auctoris, contraria est errori proxima, et ipsum S. Officium eam sic appellat. Unde: vultne auctor tantum asserere id non esse stricte theologice certum et tamen ita tenendum esse ut contrarium sit errori proximum?

Secundo, auctor decretum S. Officii omni vi expoliat, cum videtur ei tribuere sensum tantum relativum, quasi quod dicit S. Officium verum sit, attenta communi tunc temporis doctrina de episcopali reservation, quae nostris diebus, ait, non amplius communis est. Tamen decretum illud vim suam habet absolutam, etsi destituatur infallibilitate, et plures moderni in eo praecipue decreto fundant suam censuram contra negantes necessitatem benedictionis ad valorem sacramenti.

Tertio, auctor non recte sejungit sententiam antiquorum a sententia modernorum circa episcopalem reservationem, ac si essent invicem contrariae, et male ut erroneam judicat antiquorum doctrinam. Nam antiqui affirmabant episcopalem reservationem et abstrahebant a presbyterali concessione (non vero eam negabant), utpote quae discutienda eis non occurrebat; moderniores vero eandem episcopalem reservationem admittunt, et simul tamen explicite concedunt presbyteralem facultatem, quae nihil subtrahat conceptui episcopalis reservationis, sicut extraordinaria vel delegata potestas non extinguit nec subtrahit quidquam ordinariae et propriae potestati.

Quarto, auctori videtur probabilis sententia quae docet sufficere oleum benedictum a presbytero ex propria vi potestatis ordinis (ade-

[39] "Dc materia remota sacramenti Extremae Unctionis," *Collationes Brugenscs* 45 (1949) 200-204.

oque sine facultate accepta a superiori auctoritate), quamvis obstent, ut ipse ait, duo decreta S. Officii. Patemur nos non videre quomodo sententia cui opponuntur tum decreta S. Officii tum communissima doctrina theologorum possit adhuc videri theologice probabilis et non potius sit determinate temeraria et errori proxima. Ceterum ipse auctor dicit episcopalem reservationem non esse omnino certam; ergo sentit eam esse aliquatenus certam; ergo presbyteralis exclusio est etiam aliquatenus certa; ergo praedicta presbyteralis potestas non gaudet nisi tenuissima ac philosophica probabilitate, cum praedicta temeritate et errori propinquitate conjuncta. Si nonnisi haec innocua probabilitas quaeritur, facile conceditur.

*Quidam theologi schismatici,* signanter *Macarius Bulgakov* (cf. infra, p. 366) et *Dyovuniotis,* impugnant hanc episcopalem reservationem ut alienam ab orthodoxia et traditione, adeoque non tantum ejus liceitatem sed etiam validitatem reicere videntur.

Ad rem *Spdcil:* "Ut ostendant s. oleum a simplicibus sacerdotibus consecrari posse, [theologi schismatici] plerumque ad textum s. lacobi provocant, in quo de solis presbyteris sermo fit; deinde in medium adducunt quaedam testimonia vel facta historica ex Oriente, in quibus s. oleum infirmorum a sacerdotibus benedictum fuisse aut expresse affirmatur aut tacite supponitur. Quare morem contrarium non solum in fontibus revelationis non fundari, sed s. Scripturae et traditioni contradicere contendunt. Addunt aliqui sacramentum 'in duo dividi', si benedictio s. olei episcopis reservatur."[40]

*Quoad secundum punctum,* quidam pauci doctores, signanter *Estius* (t 1613; In 4 *Sent.,* dist. 23, § 9) et *Suarez* (t 1617), olim docuerunt potestatem benedicendi oleum infirmorum ita esse episcopo reservatam ut nullo modo possit, nec a Papa, delegari presbytero. Quae quidem opinio eo vel magis apud hos doctores singularis apparet quod ipsa eorum aetate edita fuerit supradicta instructio Clementis VIII (a. 1595)[41] circa benedictionem olei infirmorum factam a presbyteris Italo-Graecis. Ceterum, eandem sententiam Suarez tenet, non tamen improbabiliter, in quaestione de reservata episcopo benedictione chrismatis, seu olei Confirmationis.[42] Pro eadem sententia Mastrius, S. Alphonsus et alii citant etiam Bellarminum, Amicum. Caspensem, Hurtado, Coninck, Laymann, Filliuccium, Nugnum, Aversam, Faber, Palao et Silvium. Attamen hi ambigue loquuntur, vel potius indeterminate tantum dicunt oleum ab episcopo benedictum

[*] *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* ("Orientalia Christiana," n. 74, Romae 1931) 158; cf. 79.

[40] Suarez suum Commentarium in hanc partem edidit a. 1602.

[41] Cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 310, 31Ssq.

esse de necessitate sacramenti, hanc necessitatem intelligentes de sola benedictione, non vero de benedictione ut episcopali, ad exclusionem nempe presbyteralis facultatis. *Bellarminus* v.g. haec tantum scribit: "Consecratio et benedictio episcopalis in hoc sacramento, est de essentia materiae sacramenti; non autem accidentaria, *ut consecratio aquae in Baptismo."* Ceterum, diffitendum non est quosdam ex illis facile potuisse in eam sententiam inclinare, cum ceteroquin etiam quidam ex illis qui admittunt contrariam sententiam, ut Soto, Tanner et posterius Billuart, nonnisi ut probabilem, hanc amplectuntur (Soto supra cit.: "Nisi forsan"; Tanner: "Non omnino improbabile"; Billuart: "Videtur sufficere si benedicatur a sacerdote").

Ad rem *SUAREZ:* "Existimo esse a Christo Domino in particulari praescriptum [quod oleum ah episcopo benedicatur], quidquid Paludanus, Durandus et alii sentiant, qui certe non consequenter loquuntur. Nam Concilia eodem modo dicunt, oleum ab Episcopo benedictum esse materiam; ergo totum hoc est de substantia talis materiae et sacramenti; ergo totum est ex Christi institutione. Utraque enim consequentia ex dictis probata relinquitur; et antecedens in terminis est Concilii Florentini et Tridcntini, et sumitur ex aliis decretis citatis. Et in . . . disput. 33, idem dixi de materia confirmationis ex eodem fundamento, quod ibi latius declaravi. *Et ulterius inde intuli per dispensationem Papae non posse inferiori sacerdoti committi,* ut chrisma conficiat, eademque consecutione nunc infero, non posse committi eidem, ut oleum illud benedicat, quod futurum est materia hujus sacramenti, quia in substantiali materia non cadit dispensatio, et Christus ex vi institutionis determinate postulavit oleum ab Episcopo benedictum.

"Nec est quod nos moveat vulgare exemplum de ministro confirmationis, tum quia in illo habemus Ecclesiae declarationem, non vero in hac materia; tum quia, propter illam declarationem, non dicunt Concilia absolute ministrum confirmationis esse Episcopum, sed cum addito: *Ordinarium ministrum;* hic autem non dicunt, *ordinariam materiam,* sed absolute *materiam.* Estque haec doctrina conformior caeteris Theologis supra citatis, praesertim D. Thomae, diet, quaestiunc. 2 et 3, ubi congruentiam hujus institutionis reddit, nimirum, ut ostenderetur, virtutem Christi, quae in sacramentis operatur, ad inferiores ministros, quales sunt sacerdotes, per intermedios, ut sunt Episcopi, descendere. Quod morali modo, et secundum quamdam analogiam intelligendum est, ut per se satis constat. Ratio vero magis moralis esse potuit, ut materia sacramenti minus esset vulgaris, in majorique reverentia haberetur. Itaque, ut haec benedictio Episcopalis esset, a Christo praescriptum fuit."[13]

*QUOAD SEXTAM QUAESTIONEM,* an scilicet exigatur *specialis benedictio,* omnino inter se dissentiunt doctores.

*Quidam negant* (simpliciter vel ut probabilius), ut *Hurtado, Layniann, Henriquez, Suarez, Gonet, Diana, Tamburini, Frasscn, Silvester Maurus, Ballerini, Heinrich, Einig, Cappello, Vcrmeersch, Spâcil, Regatillo, Conte a Coronata, Verhamme.* Nam. aiunt, juxta documenta Ecclesiae materia est oleum ab episcopo benedictum, unde quodeumque oleum de quo vere dici possit esse ab episcopo benedictum, etiam

[13] "In 3 p,, q. 84 sqq., disp. 40, s. 1, n. 8, *Opera omnia* XXI (ed. C. Berton, Parisiis: Vives 1866) 816.

proinde chrisma Confirmationis et oleum catechumenorum, est valida materia.

Ad rem *Suarez:* "Dico . . . omne oleum, de quo vere dici possit esse ab Episcopo benedictum, esse sufficientem materiam; quia hanc solam Christus instituit, ut patet ex Conciliis Florentino et Tridentino, et fieri nullo modo potest quin materia a Christo instituta sufficiat. Unde, licet Episcopus mutaret modum benedictionis ab Ecclesia designatum, si tamen ea mutatione non obstante, vere et in re ipsa illud oleum benedictum maneret, esset materia sufficiens. Fortasse tamen fieri potest ab Ecclesia, ut talis benedictio irrita sit, nec apud Deum habeat rationem consecrationis, sed execrationis potius; et hoc modo fieri etiam poterit ut benedictio ab Ecclesia instituta necessaria sit, quia ex ea pendet, ut Christi institutio impleatur, ut citato loco [disp. 33] latius declaravi."[41]

*Cappello:* "Nobis certa videtur sententia, quae tenet nullum ritum nullamque formulam ad valorem benedictionis olei infirmorum requiri, ita ut quodcumque oleum ab Episcopo benedictum, etiam solo crucis signo, sit materia sufficiens ad sacramentum extremae unctionis. Nam Episcopi vi sui ordinis habent plenam potestatem benedicendi oleum infirmorum; idcirco, spectato solo valore, nulli ritui aut formulae alligantur. Ratio praecipua et validissima est. quia ex una parte non constat Christum ullum ritum seu formam benedictionis praescripsisse, ex alia parte non liquet Ecclesiam ritum sive formam benedictionis essentialem constituere posse. Id autem intelligendum est solummodo de Episcopis, non vero de presbyteris. Nam iisdem, si delegentur ad benedicendum oleum infirmorum, delegatio potest profecto concedi sub conditione, ut ritum praescriptum sive formulam accurate servent."[45]

*Verhamme:* "Plerique theologi [?] negant benedictionem peculiarem, in ordine ad extremam unctionem, necessariam esse ad valorem sacramenti: etiam alia olea ab episcopo benedicta valide adhibentur. Et revera nullum afferri potest argumentum solidum, quo necessitas benedictionis peculiaris fulciretur. Ecclesia praecipit ut oleum infirmorum sit benedictum *ad hoc,* sed circa necessitatem huiusmodi benedictionis ad valorem nihil unquam docuit."[40]

*Alii affirmant simpliciter,* ut *Palao, Bonacina, Holzmann, Silvius, Hyquaeus, Clericatus, Babenstubcr, Barbosa,* et quidam moderni, ut *Umberg* et *Blat* (cf. infra, p. 396), qui eam necessitatem deducunt ex voluntate Ecclesiae expressa in Codice J. C. (can. 937; can. 945:

[41] *Ibid.,* n. 9, p. 816. [45] *Op. cil.* (supra in p. 324) 37 sq.
[40] *Art. cit.* (supra in p. 332) 204.

'Oleum . . . debet esse ad hoc benedictum"; can. 1148). Nam, inquiunt, diversitati sacramenti debet correspondere diversitas materiae.

*Alii* frequentiores inter modernos *affirmant ut probabilius* (etsi enim quidam dicant: "probabile," ex contextu tamen videntur intelligere: "probabilius," nam de facto hanc sententiam amplectuntur), ut *Billuart, Kern, Lépicier, Tanquerey, Hugon, Godefroy, Gougnard, Gcnicot, Arrcgui, Merkelbach, Aertnys-Damen, Prümmer, Piscetta-Gennaro* (inter quos clarius de probabilioritate loquuntur Billuart, Génicot, Aertnys-Damen et Prümmer).

*Génicot-Salsmans:* "Etiam videtur ad valorem requiri oleum benedictum ab Episcopo in ordine ad extremam unctionem, nec sufficere oleum in ordine ad alios usus ab eodem benedictum"[47] (n. 416).

*Aertnys-Damen:* "Altera sententia probabilior affirmat; ex eo namque quod requiratur olei benedictio, sequitur requiri benedictionem accommodatam ejus usui, qua nempe oleum deputatur in materiam Unctionis infirmorum. Huic sententiae favere videtur Codex" (n. 586).

*Kern:* "Ex modo dictis [de variis formulis ritualibus] ratio satis gravis fulcit sententiam, Christum Dominum ipsum constituisse, ut oleum consecretur in ordine ad Unctionem infirmorum. Convincens tamen haec ratio non est, quia prudenter potest excipi, quamvis Christus praescripserit tantum benedictionem episcopalem qualemcunque, tamen naturam rei secum tulisse, ut in omnibus formulis, quae supersunt, imploraretur divina bonitas, ut sanctificaret oleum ad salutem mentis et corporis. Unde sequitur, chrisma Confirmationis et oleum catechumenorum esse materiam dubiam."[48]

*Alii* rem in incerto relinquunt, dicentes utramque sententiam esse probabilem; ita S. *Alphonsus, Gury-BaUerini, Bucceroni, Noldiii-Schmitt, Lercher, Kilker, Hervé, Conte a Coronata.*

*Alii* de hac re non judicant, sed mere referunt a doctoribus disputari; ita *Ballerini-Palmieri, Van Noort-Vcrhaar, Zubizarreta, Dafjara.* Ceterum, plures dogmatici moderni de hac quaestione prorsus silent.

*KILKER,* fere solitarius, peregrinam quandam distinctionem introducit, docens ex una parte invalidam esse, nunc in ecclesia latina post Codicem, omnem benedictionem olei infirmorum factam, etiam ab episcopo, *absque ipsa formula ab Ecclesia praescripta in Pontificali Romano,* et ex alia parte ad usum sacramenti Extremae Unctionis probabiliter adhiberi posse oleum alia benedictione, ab Ecclesia praescripta, benedictum (nominarim oleum catechumenorum et chrisma).

Ad rem ipse: "It should be noted that all the blessings given above have one common note. Sanctification of the oil is asked of the Divine Goodness, so that it may become salutary' and profitable to the sick in soul and in body. One might

" "Canone 945 legitur 'oleum ... ad hoc benedictum."
** *Op. cit.* (supra in p. 321) 131.

indeed be tempted to conclude that Christ commanded this note as essential to the blessing of this particular oil. In regard to validity, the presence of this one note would then seem to be all that is required. Ordinarily it would follow that bishops would be held to no particular form in regard to validity, but simply to the insertion of the essential element common to all the extant forms of blessing. Undoubtedly this is so in the Eastern rites today, and before the Code was also true in the West.

"Suarez noted very well, however: 'Fortasse tamen fieri potest ab Ecclesia, ut talis benedictio irrita sit, nec apud Deum habeat rationem consecrationis, sed exccrationis potius; et hoc modo fieri etiam poterit ut benedictio ab Ecclesia instituta necessaria sit, quia ex ea pendet, ut Christi institutio impleatur.' This has actually come to pass in regard to Latin bishops. Canon 1148, 2, contains a new enactment in regard to consecrations and blessings: 'Consecrationes et benedictiones sive constitutivae sive invocativae invalidae sunt, si adhibita non fuerit formula ab Ecclesia praescripta.' *Hence in the Occident today the only valid formula of benediction is that found in the Pontificale.*

"In regard to the blessing performed by priests, it need only be said that both in the East and the West, both before and after the Code, it has been required that they use the formula prescribed by ritual. They act in virtue of delegated authority only, and such an authorization is surely made under the condition that they observe the rite of consecration *adamussim*. In the West there is, of course, the added reason for invalidity arising from the prescriptions of the Canon.

"Before an investigation of what is necessary for the licitness of blessing the oil, the value of the words 'ad hoc' in this canon must be considered. What is their force in regard to the validity or liceity of the blessing? In other words can the Sacrament of Extreme Unction be confected validly by the employment of other oils blessed by a Bishop, viz., the 'Oleum Catechumenorum' and the Sacred Chrism or is the Oil of the Sick strictly essential for this purpose? *This question differs from the one just treated.* There the point revolved about whether the oil was blessed at all; here it is a question of the applicability of oil already blessed according to the formula given for the benediction of chrism or oil of the Catechumens. Granted the validity of its blessing, can the application of such oil or chrism be extended beyond the cases for which the blessing intends it? Can oil blessed for use in Baptism or Confirmation be validly applied in Extreme Unction? Grave and weighty theological minds can be aligned on either side of the question, thus enhancing both opinions with probability."[49]

Haec peregrina distinctio prorsus reicienda est, ut extra suppositum ipsius quaestionis agitatae inter theologos. Omnes enim supponunt quod si requiritur specialis benedictio, oleum, quod alia benedictione sanctificetur, est eo ipso invalida materia sacramenti; nam in hoc praecise est tota ratio benedictionis, ut nempe per eam oleum fiat apta materia sacramenti. Quaestio enim non est tantum: utrum requiratur specialis benedictio ad benedicendum oleum, sed: utrum requiratur oleum, speciali benedictione benedictum, ad valorem sacramenti.

## CONCLUSIO

Conclusio 1. Materia remota hujus sacramenti est oleum, ad exclusionem cujuslibet alterius substantiae vel liquoris.

Probatur 1. *EX SCRIPTURA.*

n *Op. tit.* (supra in p. 326) 313-315.

Oleum explicite proponitur tum in verbis insinuationis apud *Marcum* 6. 12 sq., tum in verbis institutionis seu promulgationis apud *Iacobum* 5. 14 sq., idque sive verbo "ungere," quo indicatur usus olei (Mare.: ’/λειψοί-= ungebant; lac.: «λ«'ψαι»τε<» = ungentes), sive ipsa voce "oleum" {*Marc.* et *lac.*: ελα<%; ungebant oleo, ungentes oleo).

Inepte autem supradicti Protestantes (p. 325 sq.) despiciunt sacrum ac salutarem usum olei, qui multipliciter commendatur in Scriptura, ut dictum est in tractatu *De. Baptismo et Confirmatione* 298 et 302 sq. Item inepte vocem olei et unctionis, in textu Iacobi, quidam conantur divertere ad supradictum metaphoricum sensum, cui contradicit tum ipse textus, nam juxta sanam exegesim non licet verba Scripturae tropice sumere nisi cogat ratio vel fides; tum totus contextus de ritu adhibendo pro infirmis qui solent veris unctionibus curari; tum parallelismus cum textu Marci, in quo, fatentibus Protestantibus, agitur de vero ac naturali oleo; tum connaturalis interpretatio totius Traditionis.

Probatur 2. *EX TRADITIONE.*

Tum doctrina tum signanter ipsa praxis Ecclesiae exhibet oleum, et quidem naturale, ut essentiale elementum hujus sacramenti. In ipsis etiam mixtionibus, quibus quidam haeretici corruperunt vel quidam Orientales ultra modum ornarunt materiam hujus sacramenti (cf. infra, p. 348–351), oleum nunquam deest, imo iugiter habetur ut principale elementum. Propterea Extrema Unctio quasi antonomastice "Oleum" vel "Sacramentum Olei" vocata est: Oleum, Chrisma, Oleum sanctum, Oleum benedictum, Sanctum oleum chrismatis, Sacrum unctionis oleum, Oleum infirmorum, Mysterium seu sacramentum lampadum (cf. supra, p. 2 sq.).

Sit brevis excursus per varia documenta allata in art. 1 (p. 94 sqq.).

*Irenaeus,* loquens de modo quo Gnostici hunc ritum corrumpebant, ait eos "admiscuisse oleum et aquam" et "misisse mortuorum capitibus oleum et aquam." In *Apocrypho evangelio Nicodcmi* dicitur "Adam perungi oleo pro dolore corporis." *Hippolytus* inducit oleum quo lota est Susanna ("Dixitque puellis: Afferte mihi oleum"). *Eusebius Cacs.* loquitur de "unguento." *Aphraates* loquitur de "unctione infirmorum" dum exhibet varios usus olei in sacris, oleumque appellat "fructum olivae." *Athanasius* loquitur de "oleo pingui." *Chrysostomus* de oleo asservato in "lucerna." Apud *Syros et Maronitas* Extrema Unctio vocatur "mysterium lampadum." *Didachc* loquitur de "unguento." *Traditio Apostolica* loquitur de "oblatione olei" sicut de "oblatione panis et vini." *Sacramcntarium Serapionis* profert "orationem pro oleis et aquis oblatis." *Constitutiones Apostolorum* loqu-

untur de "benedictione aquae et olei," quae elementa Deus in hominis utilitatem dedit, "aquam ad potum et expurgationem et oleum ad exhilarandum vultum." *Testamentum D.N.J.C.* ait "oleum istud (seu naturale et sensibile] esse typum pinguedinis divinae."

In posteriori periodo, inde ab Innocentio I circa initium saec. 5, fit praeterea sermo de "oleo ab episcopo confecto seu benedicto" (Innocentius I, Caesarius Arei., Sacramentaria Gallicanum, Gelasianum et Gregorianum, Rabanus Maurus, Haymo, Cone. Cabillonense). Extrema Unctio assimilatur et simul opponitur tum profanis tum superstitiosis tum piis privatis unctionibus (Mandakuni. Procopius Gazaeus, Caesarius Arci., Vita S. Eutychii). Fit sermo de olei unctione (Eligius, Vita S. Eugenii, Vita Theodori Studitae), linitione (Vita S. Launomari), perfusione (Sacramcntarium Gallicanum), ministratione (Vita S. Mesrop), receptione (Vita Tresani), tactu (Liber Ordinum), unctione, gustu et tactu (Sacr. Gelasianum). Describitur ipse ritus unctionis olei in varias corporis partes (Theodulphus Aur., Codex Rhemensis, Codex Ratoldi, varii Ordines, Sacramcntarium Gregorianum). Sermo est de sacerdotum obligatione petendi oleum ab episcopo illudque deferendi ad infirmos una cum Eucharistia (Statuta S. Bonifacii, Gerbaudus, Vita S. Leobini), necnon illud asservandi in ampulla (Capitularia Caroli Magni) et sub sera recondendi (Hincmarus).

Sacramentalem ipsam olei rationem, quam sub nomine "materiae sacramenti" designant posteriores theologi et Concilia Flor, et Trid., sic belle exprimebat saec. 9 *Amatorius Metensis:* "Oleum . . . visibile in signo est, oleum invisibile in sacramento, oleum spirituale intus est. Potest Deus per se oleum tribuere spirituale, sine corporali; sed propter animales aguntur visibilia, ut invisibilia facilius capiantur" *{De eccl. officiis,* l. 1, c. 12, *ML* 105. 1012). Ubi etiam generice designatur ipse sacramentalis symbolismus olei, a S. Thoma aliisque mediaevalibus multipliciter explicatus, de quo sermo erit in sequenti probatione.

Probatur 3. *EX RATIONE CONVENIENTIAE.*

Haec ratio desumitur ex aptitudine olei ad exprimendum sacramentalem symbolismum Extremae Unctionis, seu ad significandas, per suas naturales proprietates, spirituales proprietates specificae gratiae quae in hoc sacramento confertur; "nam, ait Cone. Trid., unctio [olei] aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat" *{Denz.* 908).

Inter alias enim proprietates, oleum id habet ut sit tum *penetrativum ac diffusivum;* tum *lenitivum* seu suaviter curans, mollificando asperitates corporis, alleviando ejus gravitatem, mitigando ejus do-

lores atque illud leniter exhilarando. Primo modo, oleum apte significat gratiam spiritualis curationis, propriam hujus sacramenti, inquantum est *perfecta quaedam ac ultima hujus vitae curatio,* complens effectum Baptismi et Poenitentiae, praecipue per remotionem reliquiarum peccatorum, quae penetrant animam ac in ejus facultates late diffunduntur. Altero modo, apte eandem gratiam significat inquantum haec est *allevians,* seu suaviter animam sustinens a pondere spiritualis tristitiae ac lassitudinis atque in spem aeterni gaudii erigens.

Ad rem S. *Thomas, Suppi., q. 29, a. 4:* "Spiritualis curatio quae in fine adhibetur debet esse perfecta, quia post eam alia non relinquitur: et lenis, ut spes, quae exeuntibus est maxime necessaria, non frangatur, sed foveatur. Oleum autem lenitivum est, et penetrativum usque ad intima, et etiam diffusivum. Et ideo quantum ad utrumque praedictorum est conveniens materia hujus sacramenti" (cf. *Catechismum Cone. Trid.,* supra cit., in p. 322).

Ceterum, plures aliae sunt olei proprietates, a Patribus et theologis exaltatae, quae tamen non referuntur directe ad specificam gratiam Extremae Unctionis sed etiam, aut praecipue, ad alia sacramenta, quaeque, una cum praedictis, sic in compendio redigi possunt:[50]

*Oleum est, secundum se:*

*Pinguis* substantia. Et ita convenit praecipue sacramento Confirmationis, in quo confertur quaedam plenitudo Spiritus S. ad robur, et aliquatenus sacramento Ordinis (ubi tamen agitur de unctione non sacramentali), in quo datur quaedam excellens gratia seu dignitas, ratione cujus oleo ungebantur sacerdotes, reges et prophetae.

*Levis* substantia, quae nempe aliis liquoribus superfertur, ut patet miscendo oleum aliis liquoribus. Et ita convenit tum Ordini, ratione praedictae dignitatis elevantis hominem super plebem, tum etiam Extremae Unctioni, ratione gratiae alleviantis et elevantis animam super undas languoris et tristitiae.

*Oleum praeterea est, secundum suos effectus:*

*Penetrativum ac diffusivum.* Et ita convenit Extremae Unctioni, ut dictum est.

*Lenitivum.* Et ita convenit eidem sacramento, modo explicato.

*Exhilarativum* (praecipue quia lenitivum), ratione cujus ungebantur tum hospites ad honorem, tum amici ad laetitiam, tum athletae ad agonem.[51] Et ita convenit tum Confirmationi, tum etiam Extremae

** Dc variis olei usibus scu unctionibus tum in antiquo tum in novo testamento, in olei proprietatibus fundatis, dictum est in tractatu *Dc Baptismo ct Confirmatione* 298 ct 302 sq.

" *Tertullianus, De corona* 12. infra cit. in p. 342, exhibet ramos olivae ut signaculum tum victoriae tum pacis. *Forcellini* scribit: "Olei usus fuit maxime in palaestra. Ungebantur enim ut firmiores essent, ct ut adversarii manibus facilius elabcrcntur. Hinc me-

Unctioni ob finalem certamen adversus insidias diaboli ad limen aeternitatis. Propterea in quadam antiqua ac vulgata forma hujus sacramenti legebatur: "Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris et Filii et Spiritus S., ut more militis uncti praeparatus ad certamen, aereas possis superare catervas."

*Ablutrviim,* seu potius decorativum et completivum perfectae ablutionis, ratione cujus adhibebatur post balnea. Et ita convenit tum Confirmationi, quatenus est Baptismi perfectiva. tum ipsi Baptismo (in unctione chrismali post ablutionem), tum quodammodo ipsi Extremae Unctioni, quatenus confert "nitorem conscientiae, qui in oleo significatur" *{Suppi.,* q. 29, a. 4, ad 1).

*Mcdicativum* (praecipue quia lenitivum). ratione cujus plura medicamenta in unguentis perficiuntur. Et ita convenit tum Extremae Unctioni, qua medicantur reliquiae peccatorum post Poenitentiam, tum aliquatenus ipsi sacramento Poenitentiae (hinc unctio poenitentium usitata in antiqua ecclesia, de qua supra, p. 191-193), quod tamen, utpote profundiorum vulnerum curativum, oportuit in sublimiori materia constitui.

*Praeservativinn,* ratione cujus ungebantur cadavera (hinc unctio mortuorum, de qua supra, p. 187-191). Et ita convenit tum Baptismo tum Extremae Unctioni, utpote symbolum immortalitatis,52 ad quam Baptismus jus confert, Extrema vero Unctio disponit.

*Nutritivum,* ut constat ex communi usu cibos oleo condiendi. Et ita convenit tum Eucharistiae, cui tamen expressior materia, panis scilicet et vinum, inservire debuit, tum quodammodo Confirmationi, quatenus importat gratiam augmentativam. tum etiam Extremae Unctioni, quatenus roborat animam languentem ac veluti aptum addit condimentum ultimo viatico eucharisticae cibationis.

*llluminativum,* quatenus oleum ignem fovet et in communi usu ad accendendas lampadas adhibebatur. Et ita convenit praecipue Baptismo (in caeremoniali unctione catechumenorum) et quodammodo etiam Extremae Unctioni, quatenus gratia hujus sacramenti est veluti ultimus pharus in pelago naufragantis vitae et ultima fax affulgens oculis fidei, dum extinguuntur luminaria mundi et praeterit figura temporis.

Ex his patet quam apte adhibeatur creatura olei in sacramentis Christi et sacramentalibus Ecclesiae et quam vividus obseretur symbolismus in tribus illis praecipue unctionibus quibus christianus, in similitudinem Capitis a quo symbolicum ipsum nomen accepit, oleo sanctificationis perfunditur in hujus vitae ingressu, decursu et exitu.

tonymice pro palaestra ponitur. *Catuli.* 63. 65. Ego gymnasii fui flos, ego eram decus olei" *(Lexicon totius latinitatis* [Patavii 19401 III 482).

"*Plinius* (1. 13, c. 17): "Existimatur ct oleum vindicando a carie utile esse. Certe simulacrum Saturni Romae intus oleo repletum est."

Nam "unusquisque Christianus ter ungitur, primo ad inchoationem, in baptismate scilicet, ubi peccata dimittuntur; secundo in confirmatione, ubi dona gratiae conferuntur; tertio in exitu, ubi vel omnia si quae sunt peccata, vel eorum maxima pars deletur."[53]

Praedictas olei proprietates earumque multiplicem symbolismum Patres ipsi passim proponunt.

*Tertullianus, De corona* 12, proponit olivam, olei parentem, ut signum tum victoriae tum pacis, dicens milites oliva coronari et Minervam, armorum deam, in ramo olivae pacem cum Neptuno iniisse: "Et olea militia coronatur," "Minervam . . . armorum aeque deam . . . paci cum Neptuno initae ex hac arbore coronatam" *(ML* 2. 114). Christus ipse a "monte olivarum" *(Mare.* 11.1) incoepit triumphalem ingressum in Jerusalem, populo sternente ramos olivarum in via *(Mat.* 21.8: "Caedebant ramos de arboribus et sternebant in via"; cf. *Mare.* 11. 8). In *Gen.* 8. 11 columba, cessante diluvio, "venit ad eum [Noë] ad vesperam portans ramum olivae virentibus foliis in ore suo"; ex quo plures interpretes accipiunt olivam ut signaculum pacis, ita *Tertullianus, De baptismo* 8; *Cassiodorus,* In *Psal.* 22; *Damascenus, De fide orth.* 4. 13; *Rupertus* et *Innocentius IV* mox citandi; *Euchologia* graeca; *Sacramcntarium Gregoriamim (ML* 78. 84), quod repetit *Pontificale Romanum,* infra cit., p. 345.

*Gregorius Nysscnus,* In *Cantica Cantic.,* hom. 9: "Quid autem nobis confert procreatio fructus oleae per acerrimum et amarissimum succum, qui ab initio in eo alitur, postea autem per convenientem maturationem et culturam mutatur in naturam olei? quod fit *lucis materia, recreat lassitudinem, relaxat laborem,* caput exhilarat, et ad certamina opem fert iis qui certant legitime?" *(MG* 44. 963.)

*Optatus Mil., De schismate Donat.* 7. 4: "Oleum . . . simplex est. et nomen suum unum et proprium habet: confectum jam chrisma vocatur, in quo est suavitas, quae cutem conscientiae mollit, exclusa duritia peccatorum: quae animum innovat lenem: quae sedem Spiritui Sancto parat, ut invitatus illic, asperitate fugata, libenter inhabitare dignetur" *(ML* 11. 1090).

*Ambrosius, De juga saeculi* 3. 16: "Hoc est igitur Verbum, quod supra habitans illuminat omnia. Unde et unctus naturaliter legitur a Deo Patre (Act. iv. 27): quia lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum" *(ML* 14. 606). *De Elia et jejunio* 21. 79: "Nunquid athleta otio vacat, cum semel dederit certamini nomen suum? Exercetur quotidie, ungitur quotidie. Ipse cibus ei agonisticus datur, disciplina exigitur, castimonia custoditur. Et tu dedisti nomen tuum ad agonem Christi, subscripsisti ad compe-

[53] Pseudo-Abaelardus, *Epitome theologiae Christianae,* c. 50. *ML* 178. 1744

titionem coronae: meditare, exercere, ungere oleo laetitiae, unguento exinanito. Cibus tuus cibus sobrietatis sit, nihil habeat intemperantiae, nihil luxuriae" *{ML* 14. 761).

*Hieronymus,* In *Ezech.,* l. 4, c. 45: "Hin vero quae olei certa mensura est ... , assumitur in sacrificio vituli et arietis: ut fomentum luminis sempiterni, et requiem laboris, et lassitudinis sanitatem, post placationem peccatorum accipere possimus" *{ML* 25. 456).

*Augustinus,* In *Psal.* 26, enarr. 2. 2: "Hoc habet titulus Psalmi: •Psalmus David priusquam liniretur', hoc est, priusquam ungeretur. Unctus est enim ille ut rex (I Reg. xvi, 13). Et solus tunc ungebatur rex, et sacerdos: duae istae illo tempore unctae personae. In duabus personis praefigurabatur futurus unus rex et sacerdos utroque munere unus Christus, et ideo *Christus a chrismate.* Non solum autem caput nostrum unctum est, sed et corpus ejus nos ipsi. . . Ideo ad omnes Christianos pertinet unctio: prioribus autem Veteris Testamenti temporibus ad duas solas personas pertinebat. Inde autem apparet Christi corpus nos esse, quia omnes ungimur: et omnes in illo et Christi et Christus sumus, quia quodammodo totus Christus caput et corpus est. Unctio ista perficiet nos spiritualiter in illa vita, quae nobis promittitur. Est autem haec vox desiderantis illam vitam; est vox quaedam desiderantis gratiam Dei, quae in nobis in fine perficietur: ideo dictum est, 'Priusquam liniretur'. Ungimur enim modo in sacramento, et sacramento ipso praefiguratur quiddam quod futuri sumus. Et illud nescio quid futurum ineffabile desiderare debemus, et in sacramento gemere, ut in ea re gaudeamus quae sacramento praemonstratur" *{ML* 36. 199 sq.).

*Theophylactus, Enarr. in ev. Marci* (6. 13), explicans textum tum Marci tum lacobi de Extrema Unctione (cf. supra, p. 159), ait: "Est igitur oleum et ad labores utile, et lucis fomentum, et hilaritatis effectivum, significatque misericordiam Dei, et gratiam Spiritus, per quam a labore liberamur, et lucem et gaudium hilaritatemque spiritualem accipimus" *{MG* 123. 550).

*Rupertus, De div. officiis* 5. 16, explicans symbolismum chrismatis Confirmationis, seu olei cum balsamo, ait: "Chrisma Spiritus sancti signum est, cujus et virtutem continet. Et pulchre Spiritui sancto, per hanc speciem suam nobis complacuit dare gratiam. Fructus namque et pinguedo est oleae, quae arbor pacis et luminis ministra est. commisto balsamo, cujus arbor odorifera una est et praecipua arborum aromaticarum. Sanctus autem Spiritus divinae substantiae pinguedo est, ita ut quicumque ex eo refectus fuerit, dicat: Tmpinguasti in oleo caput meum (Psal. xxii.).' Et balsami odor in oleo suavitatem ejusdem Spiritus sancti significat" *{ML* 170. 140).

*Innocentius III,* Epist. "Cum venisset" ad archiep. Trinovitanum: "Ad exhibendam . . . exteriorem et visibilem unctionem, benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum vel infirmorum, et conficitur chrisma, quod ex oleo fit et balsamo, mystica ratione. Per oleum enim, nitor conscientiae designatur, juxta quod legitur: 'Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus (Matth. XXV)'; per balsamum autem, exprimitur odor famae, propter quod dicitur: 'Sicut balsamum aromatizans odorem dedi (Eccli. XXIV)' " *(ML* 215.283).

*Innocentius IV,* Epist. ad legatos apud Graecos, a. 1254: "Chrisma conficitur, ex balsamo quidem et oleo olivarum. Nam Spiritus sancti donum in Chrismatis unctione confertur. Et Columba utique, quae ipsum designat Spiritum, olivae ramum ad arcam legitur retulisse" *(Denz.* 450).

*Catechismus Cone. Trid.* (supra cit., p. 322) apte colligit hos varios olei symbolismos relate ad effectum Extremae Unctionis.

Conclusio 2. Materia hujus sacramenti est oleum olivae, ad exclusionem cujuslibet alterius olei, quantumvis similis.

Probatur 1. *EX SENSU TRADITIONIS.*

Etiam si in documentis Traditionis nihil prorsus diceretur de adhibendo oleo olivarum, id nihilominus intelligendum esset. Nam vox "oleum" significat oleum olivae tum etymologice («λαών = oleum, ab *ἴλαια* = oliva; oleum ab olea seu arbore olivae); tum ex communi acceptione, nam, praecipue in Oriente et regionibus meridionalibus ex quibus usus hujusmodi liquoris originem habet, "oleum principaliter nominatur olivae liquor, cum alii liquores ex similitudine ad ipsum olei nomen accipiant,"[1] ac propterea omne aliud oleum solet per aliquam appositionem specificari, uti oleum seminum, oleum nucum, oleum amygdalarum, oleum ricini; tum ex ipsa ecclesiastica acceptione et usu, nam in ceteris sacramentis vel sacramentalibus, nominatim in unctione catechumenorum et chrismatione Confirmationis, nonnisi oleum olivarum adhibetur.

Unde sicut aqua Baptismi intelligitur tantummodo aqua naturalis, et panis ac vinum Eucharistiae intelliguntur tantum panis triticeus et vinum de vite, juxta communem et ecclesiasticum usum, ita oleum Extremae Unctionis intelligendum est oleum olivarum, non secus ac oleum Confirmationis ab eodem Christo institutum et oleum catechumenorum ab eadem ecclesia usitatum.

Ceterum, id quod textus Iacobi et priora Traditionis verba genera-

[1] *Suppi.,* q. 29, a. 4; cf. 3 p., q. 72, a, 2, ad 3, ubi de materia Confirmationis.

tim tacent seu supponunt (ipsi enim lacobo necnon christianis Judaeis in diaspora, quibus ejus epistola dirigitur notum non erat aliud oleum praeter oleum olivarum), posteriora quaedam documenta, occasione data, explicite manifestant, tum verbis, alludendo vel introducendo liquorem olivarum, tum praxi, non alium unquam adhibendo liquorem, etiam in regionibus ubi cultura vel copia illius prorsus desideratur.

Jam in *apocrypho Evangelio Nicodemi* (cit. in p. 95) allusio olivae invenitur, verbis "oleum de arbore misericordiae," "oleum ligni misericordiae." *Aphraates* (cit. in p. 103) explicite oleum olivae indigitat: "Fructus germinavit olivae splendidae, in quo signum est sacramenti vitae. . . Ungit infirmos." *Sacramentarium Gregoriamim* (cit. in p. 139) in benedictione olei infirmorum habet: "In hanc pinguedinem olivae, quam de viridi ligno producere dignatus es"; quae verba sic indifferenter mutantur in *Sacramcntario Gelasiano* (cit. in p. 137): "In hanc pinguedinem olei, quam de viridi ligno producere dignatus es." *Pontificale Romanum* (cit. in p. 3895') verba Sacramentarii Gregoriani ad litteram repetit. Idem ceteroquin notari potest in variis libris ritualibus utriusque ecclesiae.

Ipsa Ecclesiae solemnia documenta, scilicet *Cone. Flor., Catcchismus Cone. Trid., Codex J. C.* et praedictum *Pontificale Romanum,* loquuntur explicitis verbis de oleo olivarum, ita explicando cetera documenta. Qui quidem horum documentorum parallelismus evidenter ostendit vocem "olei" jugiter in eis accipi pro oleo olivarum. Sic Innocentius III (cit. in p. 344) materiam tum Confirmationis tum Extremae Unctionis vocat oleum, Innocentius vero IV (cit. ibid.) fere eodem tempore loquitur de oleo olivarum. Cone. Flor, explicat oleum olivarum, dum Cone. Trid., tradens eandem doctrinam de materia Extremae Unctionis, eam explicationem non curat, quam ceteroquin resumit Catechismus Cone. Trid.. proponens sententiam ipsius Concilii. Pariter, inter practica documenta. Pontificale Romanum tradit specificationem olivae, quam indifferenter omittit Rituale Romanum ac resumit Codex J. C. Occidentalibus documentis plene concordant decreta provincialium conciliorum ecclesiarum orientalium unitarum, uti *Maronitarum, Armenorum* et *Rumenorum* (cf. infra, p. 373 sq.).

Nec valet dicere in his omnibus documentis agi de sola materia licita. Nam huic asserto contradicit tum supradicta connaturalis et usualis acceptio vocis, ita ut, qua ratione negaretur oleum olivarum

" Ibidem, in praefatione ante benedictionem chrismatis, eodem oleo confecti, dicitur: "Qui in principio inter caetera bonitatis tuae munera, terram producere fructifera ligna jussisti, inter quae *hujus pinguissimi liquoris ministrae olivae nascerentur,* quarum fructus sacro Chrismati deserviret. Nam et David prophetico spiritu gratiae tuae Sacramenta praenoscens, vultus nostros in oleo exhilarandos esse cantavit ct cum mundi crimina diluvio quondam expiarentur effuso, *similitudinem futuri muneris columba demonstrans per olivae ramum pacem terris redditam nuntiavit*"

esse de essentia sacramenti, eadem ratione id negari deberet de ipso oleo simpliciter; tum constans praxis Ecclesiae adhibentis oleum olivarum, quae non explicaretur si tale oleum non esset de essentia sacramenti; tum directa assertio Cone. Flor, quod, loquens de ipsa materia seu essentiali parte sacramenti Extremae Unctionis, ait eam esse oleum olivae, sicut, loquens de Eucharistia, ait ejus materiam esse panem triticeum et vinum de vite, cui rationi non obstat quod Concilium ibidem addat mentionem aquae in vino eucharistico miscendae, quae tamen non pertinet ad essentiam, nam ex ipso indirecto et incidenti modo quo ea mentio fit, apparet Concilium illam admixtionem non proponere ut essentialem, seu ut partem materiae, sed ut aliquid accidentale additum ipsi materiae ("Cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet" *(Denz.* 698).

Huic conclusioni plene consentiunt *Schismatici- orientales,* qui omnes assignant oleum olivae pro materia sacramenti (ita inter alios Bjeljaev, Philaretus, Jastrebov, Olariu, Malinovskij), id colligentes vel ex sola traditione (Malinovskij) vel ex ipso textu lacobi (Jastrebov, Philaretus). Inter haereticos quidem *Monophysitas,* Armeni utuntur quadam unctione butyri sive olei sesamei, sed haec considerari potest ut quaedam corrupta reliquia ipsius sacramenti quod apud illos obsolevit, vel forte ut unctio nullatenus sacramentalis sed mere ceremonialis, ut dictum in art. 1 (p. 180 sq.).

Probatur 2. *EX RATIONE CONVENIENTIAE.*

Convenientia olei olivarum, ut assumeretur in materiam hujus sacramenti, patet tum ex eo quod omnes supradictae proprietates (cf. in p. 339-344), ratione quarum conveniens fuit ipsum generaliter oleum assumi, maxime conveniunt oleo olivarum, a quo ceteri liquores olea dicuntur; tum ex eo quod hoc oleum prae ceteris maxime in usu venit et a populo praefertur, saltem ubi facile haberi potest, Christus enim notiora et communiora elementa assumere consuevit in sacramentorum materias (3 p., q. 72, a. 2, ad 3).

Nec valet opponere relativam raritatem hujus olei, quod in multis regionibus non producitur ac ideo difficile reperitur aut magno pretio comparatur, praecipue si attendatur hodierna diffusio populorum in nordicis aut extraeuropeis regionibus. Nam, ut respondet S. Thomas, "oleum olivae, quamvis non ubique crescat, tamen de facili potest ad quemlibet locum transferri.50 Et praeterea hoc sacramentum non

Adde quod parvissima quantitas olei sufficit ad usum hujus sacramenti, ut notat *Bonaventura,* In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 3: "Ad illud . . . quod obicitur de communitate materiae, dicendum quod istud non est sacramentum necessitatis; et praeterea, modicum

est tantae necessitatis quod exeuntes sine hoc sacramento non possint salutem consequi" *(Supp.f* q. 29, a. 4, ad 3). Ceterum, ut etiam de vino vitis notatum est in tractatu *De Eucharistia* (II 95 sq.), ex historia constat nunquam olei raritatem obstitisse administration! hujus sacramenti ubique terrarum.

*Nota.* Ad praxim quod attinet, cum quodlibet aliud oleum sit certe materia invalida, in nullo casu, etiam necessitatis (cum nempe oleum olivae reperiri nequeat), adhiberi potest, etiam ad conditionatam sacramenti administrationem.

Conclusio 3. Materia hujus sacramenti est oleum purum et simplex, ita ut non requiratur balsamum aut alius aromaticus liquor, sicut in oleo Confirmationis, imo non possit alius liquor in tanta quantitate admisceri ut inde solvatur physica aut moralis natura olei juxta communem aestimationem.

Probatur 1. *EX SENSU TRADITIONIS,* explicato praecipue per antiquam et constantem praxim Ecclesiae.

*Quoad Ecclesiam latinam* id constat tum ex praxi, consignata in *Pontificali Romano* (cf. infra, p. 389), juxta quam purum oleum benedicitur pro infirmis, oleum vero mixtum balsamo pro Confirmatione, quaeque ascendit ad *Sacramentarium Gregorianum* (cf. in p. 139); tum ex documentis Ecclesiae quae prorsus silent de balsamo aut alio liquore, dum hoc proponunt explicite de Confirmatione: tum ex consensu theologorum, qui inde a medio aevo (Albertus M., S. Thomas, Bonaventura) explicite excludunt necessitatem balsami; tum ex ipso simplici nomine olei, distincto a speciali nomine chrismatis quod a multis jam saeculis solet reservari oleo Confirmationis.

Unicum quod *obici potest* est hoc ipsum chrismatis nomen, tributum etiam oleo infirmorum in quibusdam antiquis documentis, nominatim in Epistola *Innocenta I* (cf. in p. 116, "Sancto oleo chrismatis perungi possunt"), citata subinde a nonnullis auctoribus et conciliis, ut Chrodegango et Cone. Wormatiense a. 868, quod praeterea dicitur "ab episcopo confectum" ("Cujus est chrisma conficere," ibid.), quae confectio non simplicem benedictionem sed potius commixtionem duorum liquorum innuere videtur. Similes expressiones habent *Sacramentaria Gelasianum et Gregorianum* (cit. in p. 137-140): "Chrisma tuum perfectum, Domine, a te benedictum"; *Vita S. Launomari:* "Chrismatis benedictione linire" (cit. in p. 133); *Theodorus Cantuaricnsis:*

de elemento sufficit, ct hoc potest ubique locorum haberi, et ideo non est periculum aliquod. Praeterea, evitatio periculi non debet praejudicare dignitati et congruitati sacramenti."

"Facere chrisma" (cit. in p. 146). Ipsa praeterea expressio "Confectum ab episcopo" non raro occurrit, etsi dicta non de chrismate sed de oleo; ita apud *Bedam* (cit. in p. 142), Ionam Aurei, et Strabonem (cit. in p. 151 sq.) qui repetunt Bedam.

*Attamen,* imprimis vox chrismatis verisimiliter ibi sumitur in mero sensu olei, juxta ejus etymologiam (χρίσμα = unguentum quodlibet, a χρίω = ungo), cum nonnisi inde a saec. 6 apud latinos[57] coeperit assumere determinatum sensum olei cum balsamo vel plenius cum balsamo et benedictione. Ceterum adhuc in *Pontificali Romano* (cit. in p. 389) ea expressio Sacr. Gregoriani et Gelasiani retinetur in eadem formula benedictionis olei, utpote per se innocua nec ambigua in historico contextu suae originis. Unde nullum satis solidum documentum vel indicium afferri potest quod olim (puta tempore Innocentii I) in tota Ecclesia latina, aut in aliqua ejus parte, aliquid balsami admixtum fuerit oleo infirmorum. Ceterum, etiam si id factum fuerit, ut probabile putant quidam, v.g. Lépicier et Cappello post Suarez,[58] nequaquam ageretur de requisito ad validitatem, ut constat ex allatis rationibus, sed tantum de quadam ceremoniali additione facta ab Ecclesia, ad instar mixtionis salis in aqua Baptismi vel aquae in vino consecrationis.

*Orientalis ecclesiae* praxis et doctrina ab his nullatenus dissentit, etsi recentiori tempore in pluribus ecclesiis usus fuerit apponendi oleo infirmorum aliquid alterius materiae (i.e. frumenti, aquae et praecipue vini), tanquam caeremonialem additionem ad finem peculiaris symbolismi exprimendi.

Hoc oleum vocatur simpliciter ελαιον (oleum) vel *χρ^μα* (quod apud Graecos sonat generice unguentum), nunquam vero *μύρον* (unguentum odoratum) sicut oleum Confirmationis; ita tum in libris symbolicis (Confessione Dosithei et Catechismo Philareti), tum in operibus theologorum. Quandoque etiam explicite asseritur tale oleum debere esse purum seu non mixtum; ita in Confessione Orthodoxa Petri Moghilae (pars 1, q.ˈ 118: "Ut oleum sit purum absque ullo condimento"; cf.

"Apud graecos ea vox adhuc retinet generalem sensum olei; ipsum enim sacramentum Extremae Unctionis, quod administratur in oleo sine balsamo, vocatur frequenter χρισιΐ, *ιλαιον χρίσσ, χρίσμα, χρίσμα δι' ίλαίον.* Cf. supra, p. 3, S.

"'Disp. 40, sect. 1, η. 10: "Ego . . . censeo, chrisma, licet mistionem habeat balsami, esse sufficientem materiam, et per se non est contra Christi institutionem illa uti in hoc sacramento. Imo aliquando videtur Ecclesia usa hac materia, etiam ad unguendum infirmos, idque sumitur ex diet, epist. 1 Innocentii I, . . . Concilium etiam Vormaticnse eodem modo ait, 'sancto oleo chrismatis.' Et quod loquatur dc proprio chrismate, colligi potest ex illo verbo 'ab Episcopo confecto'; illud enim participium, 'confectum', mistionem aliquam et plusquam simplicem benedictionem significat. Favet etiam Concilium Aquisgran , juncta epistol. Fabiani 2; nam dictum Concilium ait, juxta Apostolicam traditionem debere Episcopos foria 5 in Cocna Domini sanctum oleum conficere, 'in quo salvatio infirmorum creditur.' Ubi aperte loquitur de sancto oleo, quo dabatur hoc sacramentum" *(Opera omnia* XXII [Parisiis 1866] 816).

supra, p. 183),'" et in operibus Rallis, Dyovuniotis, Xikitskij. Malinovskij, Olariu. Tamen in *Confessione fidei Metrophanes Critopuli* ad benedictionem olei notatur in mensa parandum esse vas cum oleo et vino in similitudinem elementorum quae adhibuit evangelicus Samaritanus: "Proponitur in mensa vasculum, in quo vinum et oleum, propterea quod haec etiam in parabola Samaritanus ei, qui in latrones incidit, attulit. Dicit enim: 'infundens ei oleum et vinum'; quae significabant suavem illam et laetificantem gratiam divinam."00

Praedictae *praxis apponendi vel miscendi aliam materiam, seu frumentum, vinum et aquam,* quae considerari potest ut quaedam reliquia vel potius archaeologica nec felix imitatio antiqui usus simultaneae oblationis et benedictionis horum elementorum cum oleo (cf. *Irenaeum, Traditionem Apostolicam, Sacr. Serapionis, Constit. Apostolorum,* supra cit., p. 94, 108 sq., 111 sq., 115), clara indicia apparent inde a saec. 13.

Saeculo quidem octavo, *Pscudo-Damasccnus* in *Sermone de his qui in fide dormierunt* (supra cit., p. 186) loquitur de ungendis infirmis "unguento aliove sancto oleo'' ("Ωσπίρ γάρ ρυροι·, *η érepov άγιον* ὀλαιον); sed probabiliter ibi agitur tantum de privatis unctionibus, in quibus adhiberetur indifferenter quodlibet oleum benedictum, sive confirmandorum (*μυρον* seu chrisma proprie dictum), sive catechumenorum, sive infirmorum (ἐλαιον).

Saec. 13 in rubricis apparet appositio frumenti seu tritici;01 afferebatur nempe patella triticum continens et super triticum ponebatur vas cum oleo benedicendo, nihil vero tritici oleo infundebatur. Hinc ista appositio, quae adhuc observatur in ecclesia russica, non consideratur ut quid additum ipsi materiae sacramenti, sed ut quid mere extrinsecum ac symbolicum, assumpto frumento ut principio vitae, confortationis et roborationis. Ad rem *Ghermogen* episcopus russus: "Triticum inservit hic pro consolatione infirmi. Quod sistit sancta Ecclesia ante infirmum, quasi eum consolando ita diceret: Sicut in hoc tritico specietenus exsiccato est principium vitae, quod ex se tempore suo incrementum capere potest, sic in tuo corpore per dolorem exsiccato est principium vitae, quae secundum voluntatem divinam florescere potest nunc in terra vel post universale indicium et resurrectionem."0·

"Haec tamen similesque expressiones, occurrentes apud doctores orientales, non excludunt admixtionem vini, quae est satis communis praxis Schismaticorum, sed videntur referri praecipue ad exclusionem balsami.

"Apud E. I. Kimmel, *Monumenta fidei ecclesiae orientalis* (lenae 1S50) 154.

c'Cod. N. 189 (Athos), saec. 13, apud Dmitrievs KIJ, *Descriptio liturgicorum manuscriptorum, quae asservantur in bibliothecis Orientis sefiarati* [russice], II: Εὐχολό-,ια (Kijew 1901) 185.

° *De sanctis sacramentis Ecclesiae orthodoxae* [russicc] (Petropoli 1904) 171.

Circa idem tempus apparet appositio tum aquae tum vini, imo et infusio aquae, vel vini, vel utriusque, in oleum.[03]

Usus aquae, cujus symbolica ratio est allusio ad Baptismum seu ad puritatem in Baptismo susceptam, non videtur fuisse frequens, ac maturius obsolevit; ad hunc usum alludit *Job monachus* (saec. 13; cf. supra, p. 46) in suo tractatu de septem sacramentis; *Archangelskïf'* testatur illum jam extinctum esse.

Usum vini, cujus symbolismus connectitur cum parabola evangelica de misericordi Samaritano infundente oleum et vinum in hominem mortaliter vulneratum, testatur saec. 15 *Simeon Thessalonicensis* (**t** 1429), scribens: 'Oratio autem [ad benedictionem olei] sic ait: 'Domine in pietate tua et tuis miserationibus sanans vulnera nostra,' refert enim in nobis saucii illius sanationem, quem ex Samaria suscipiens Jesus Mariae Virginis filius vino et oleo sanavit, nempe proprio sanguine suisque miserationibus. Unde nonnulli in vasculum ante oleum infundunt vinum."[05] Apud Graecos similiter hunc usum testatur circa initium saec. 17 *Metrophanes Critopulus,* patriarcha alexandrinus, in sua *Confessione fidei* supra citata (p. 349). Apud Russos ille usus videtur recentioris originis, nam, juxta Archangelskij, in manuscriptis ritualibus saec. 15-16 nondum commemoratur. Ceterum ipse praevaluit, et ad hodiernum diem adhibetur, in pluribus ecclesiis orientalibus, praecipue in majori ecclesia constantinopolitana, ut adnotatur in quadam rubrica ipsius Magni Euchologii,[00] et particulariter in tota Russia.[07]

Ceterum, haec vini infusio nequaquam habetur ut essentialis, sed ut mere caeremonialis, ut explicite notat inter alios *MalinovskijT*

Ad *Monophysitas* quod attinet, "Armeni antiquitus habuerunt oleum benedictione speciali consecratum pro sacramento extremae unctionis. Syri vero et Copti unum idemque oleum adhibent pro catechumenis et pro infirmis; notandum vero est orationes quae dicuntur in benedictione hujus olei expresse referri ad utrosque, ad catechumenos scilicet et ad infirmos.[09] Coptus Farag-Allah al-Ahmini praecipit ne oleum

u Cf. Cod. Sin. N. 973 (sacc. 12) ct N. 965 (saec. 14), apud Dmitrievskij, *op. dt.* 101 sq. 342.

"*Inquisitio de historica evolutione ritus benedictionis olei* [russicc] (Pctropoli 1895) 113 sq.

" *Dialogus in Christo adversus omnes hacreses (De sacramentis, De sacro ritu Sancti Obi sivi Euchdaii).* c. 288, *MG* 155. 523.

"Ευχολόγιο»' τὸ Μέγ« (Roma: Tipografia Poliglotta 1873) 186; item in omnibus recentibus editionibus hujus euchologii. Deest vero illa adnotatio in primis editionibus Venetiis factis, v.g. in editione a. 1580.

" Cf. A. Ciiristodoulos, Δοκίμιο? *εκκλησιαστικού δικαίου* (Constantinopoli 1896) §92; A. V, MALTZEW, *Die sakramente der orthodox-katholischen kirche des Morgenlandes* (Berlin 1898) 452 ct 475.

"*Summa orthodoxo-dogmalicae theologiae* [russicc] IV (Serghicv Posad 1909) 405.

Cl Denzinger, *Ritus Orientalium,* t. ii, p. 524–525,

infirmorum commisceatur chrismate vel oleo adhibito in reconciliatione quorumdam paenitentium.[70] Item Georgius Syrus dicit: 'Sacerdotes qui dant muron infirmis excommunicentur.'[71]"[72]

*Nestoriani* pro oleo infirmorum adhibent quandam mixturam, compositam ex oleo, aqua et pulvere de reliquiis S. Thomae vel alterius sancti, quam aegrotis bibendam porrigunt, ut dictum est in art. 1 (p. 178). At in hac observantia non agitur de sacramento Extremae Unctionis, quo Nestoriani vix unquam usi sunt, nisi quis velit eam considerare ut quandam corruptam reliquiam vel imitationem hujus sacramenti.

Probatur 2. *EX RATIONE CONVENIENTIAE.*

*S. Thomas sequentes assignat rationes* quare non oporteat ut oleo Extremae Unctionis misceatur sive balsamum sive vinum:

"Incorruptio gloriae est res non contenta in hoc sacramento, nec oportet quod tali rei significatio materiae respondeat. Unde non oportet quod balsamum ponatur materia huius sacramenti, quia balsamum, propter odorem, pertinet ab bonitatem famae, qua de cetero non indigent, propter se, exeuntes; sed indigent tantum nitore conscientiae, qui in oleo significatur" *{Suppi,* q. 29, a. 4, ad 1). Praeterea S. Doctor in 3 p., q. 72, a. 2, agens de oleo Confirmationis ait: "Admiscetur autem balsamum propter fragrantiam odoris, quae redundat ad alios; unde Apostolus dicit: 'Christi bonus odor sumus Deo'"; quae quidem redundantia ad alios, propria Confirmationis inquantum est sacramentum militiae christianae, nequaquam competit Extremae Unctioni.

"Vinum sanat mordicando, sed oleum leniendo. Et ideo curatio per vinum magis pertinet ad poenitentiam quam ad hoc sacramentum" *{Suppi.,* q. 29, a. 4. ad 2).

*Nota.* Admixtio alterius substantiae, puta balsami vel vini, simplici oleo infirmorum, non reddit *materiam invalidam,* nisi fiat in tali quantitate ut corrumpatur vel physica natura olei, vel saltem ejus natura sacramentalis, si nempe, etsi adhuc sit physice oleum, tamen juxta communem aestimationem, cui attemperatur sacramenti institutio,[73] non amplius habeatur ut oleum, ob ejus scilicet nimiam condensationem aut relativam praevalentiam alterius substantiae. Ad *lieeitatem* vero quod attinet, posset Ecclesia, si vellet, adhibere vel permittere

[70] Renaudotius, *Perpétuité. . . ,* l. v, c. ii. coi. 922.
[71] Bariiebraeus, *Nomocanon,* c. iii, § 2.
[72] Jugie, *Theologia dogmatica Christianorum Orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* V (Parisiis 1935) 737; cf. dicta in art. 1, p. 178-181.
[73] Cf. tractatum *l)c sacr. in genere* 420 sq.

admixtionem alterius substantiae (puta confirmare praxim Schismaticorum admiscendi aliquid vini), quemadmodum vino consecrando addit modicum aquae, et aquae Baptismi aliquid salis; de facto tamen id non adhibet nec permittit, ut constat ex rituali ac praecepta forma administrandi, nec probabiliter unquam adhibuit aut permisit. Unde hujusmodi admixtionem privata auctoritate peragere, peccatum est, non tamen mortale in omni casu et quoad quamlibet admixtionem etiam parvae quantitatis.

Conclusio 4. Materia hujus sacramenti est oleum benedictum, sicut materia Confirmationis et secus ac materia Baptismi et Eucharistiae quae nulla indiget praevia benedictione ad validitatem sacramenti.

Probatur 1. *EX SENSU TRADITIONIS,* manifestato in praxi Ecclesiae, in communi doctrina antiquorum Patrum et doctorum, in solemnibus Ecclesiae documentis.

*In ipsis verbis Iacobi* "Ungentes eum *oleo in nomine Domini*" legitime videri potest allusio ad hujus olei benedictionem, referendo nempe ad ipsum oleum, incisum "In nomine Domini," quasi dicatur: "Ungentes eum oleo per invocationem nominis Domini benedicto seu sanctificato." Haec interpretatio, quae prima fronte videtur longe quaesita,[7] datur a pluribus antiquioribus post *Bedam* (cit. in p. 142: "Nam quod ait, Oleo in nomine Domini,' significat oleum consecratum in nomine Domini") et videtur tradi ab ipso Concilio Tridentino. Citato enim integro textu Iacobi, Concilium ait: "Quibus verbis, ut ex apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, [Apostolus] docet materiam, formam, proprium ministrum et effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab episcopo benedictum" *{Denz.* 908); ubi Concilium duo videtur affirmare: primo nempe, in verbis Iacobi contineri quod materia sacramenti sit oleum benedictum; secundo, hanc continentiam Ecclesiam intellexisse edoctam ab apostolica traditione. Quam Concilii interpretationem dant inter alios, *Silvester Maurus, Kern* et *Pesch.*

Inepte autem eam simpliciter reiciunt, non solum *Drouin* aliique adversarii praesentis Conclusionis, sed etiam quidam inter ejus defensores, ut *Wirceburgcnscs* (qui ceteroquin sententiam illorum adversariorum dicunt "adhuc probabilem manere"), scribentes: "Quod autem quidam dicant, Apostolum per verba illa, 'in nomine Domini', indicasse benedictionem olei ab Episcopo praemissam, adeo frivolum est, ut ne ipsis quidem hujus sententiae [de necessitate benedictionis] assertoribus probetur. Id enim solum verbis illis significatur, sacer-

[7] Cf. supra, in p. 75 sq., alias doctorum expositiones illius incisi.

dotem vice Christi fungi, et ejus nomine et auctoritate inungere decumbentem,"[75] necnon modernus *Spdcil,* leviter scribens: "Videtur quidem aliquibus (Sylv. Maurus. Kern) ipsum concilium Tridentinum ad hanc rationem annuisse, cum diceret sese ex Jacobo 'intellexisse materiam esse oleum ab episcopo benedictum'; sed communiter hoc argumentum (a Wirceburgensibus 'frivolum' appellatum) reicitur nunc a theologis, ex quibus plerique verba s. Jacobi non ad oleum referunt sed ad unctionem, quae 'nomine Domini', id est auctoritate Domini instituta est et administratur, aliqui pauci (Suarez) etiam de forma sacramenti intelligi posse censent."[70]

*Praxis Ecclesiae* manifestatur in ipso ritu benedicendi oleum infirmorum. Antiquissima olei benedictio videtur contineri in ipsa Didache (cit. in p. 108); in prima ex tribus periodis, juxta quas in art. 1 divisimus argumentum Traditionis pro existentia hujus sacramenti, inveniuntur variae olei benedictiones in Traditione Apostolica. Didascalia Apostolorum, Sacramentario Serapionis, Constitutionibus Apostolorum et Testamento D.N.J.C. (cit. in p. 108-116): in secunda periodo, in Sacramentariis Gallicano, Gelasiano et Gregoriano (cit. in p. 136-141); in tertia periodo, in variis ritualibus et ordinibus liturgiae Celticae, Ambrosianae, Gallicanae et Romanae (de quibus in p. 165-172).

*Doctrina* documentorum Traditionis est oleum Extremae Unctionis debere esse benedictum antequam sacramentum conficiatur. Hoc enim oleum dicitur:[77]

*Oleum sanctum, το «γιον «λαιον,* vel: oleum sacrum, oleum Crucifixi, oleum apostolorum et martyrum. Hae similesque expressiones, quarum plures dedimus supra (p. 3), etsi sint aliquatenus ambiguae eo quod possent referri ad solam sanctificationem quam oleum accipit in usu. i.e. cum, una cum verbis formae, evadit sacramentum seu gratiae instrumentum, tamen tum ex contextu tum in connexione cum sequentibus expressionibus, involvunt proprie dictam benedictionem, praeviam ipsi usui sacramentali.

*Oleum sacratum* (i.e. factum sacrum): Capitularia Caroli M., Gerbaudus, Theodulphus Aurei., Herardus, Cone. Aquisgranense.

*Oleum consecratum:* Beda, Gerbaudus, Amalarius ("Oleum quod consecratur pro infirmo"), lonas Aurei., Strabo, Haymo, Hincmarus. Illi aequivalet expressio: Oleum consecrationis, quae invenitur in Vita S. Leobini.

*Oleum sanetificatum:* Vita S. Leobini, Egbertus Ebor., Capitulare

[70] *cit.* (supra in p. 328) 272.
[75] *cit.* (supra in p. 333) 161.
[77] Various textus huc pertinentes citavimus supra in p. 116 sqq.

Aquisgranense, Ionas Aurei., Cone. Turonense, Regino, Codex Rhemensis, Codex Tilianus. Aequivalet expressio: Oleum sanctificationis, quae invenitur in Liturgia Celtica.

*Oleum conjectum* (i.e. per benedictionem factum materia sacramenti): Innocentius I ("Oleum ab episcopo confectum"), quem repetunt Chrodegangus et Cone. Wormatiense; Theodorus Cant. ("Facere chrisma"); Beda ("Nonnisi ab episcopis licet confici"), quem repetunt Ionas Aurei, et Strabo.

*Oleum benedictum:* Caesarius Arei. ("Oleo benedicto perungere"), Eligius ("Oleum benedictum fideliter ab Ecclesia petere"), Vita S. Leobini, Beda, Cone. Cabillonense a. 813, Amalarius, Ionas Aurei., Strabo, Haymo, Rabanus Maurus ("Benedicitur oleum ex apostolica auctoritate, ad infirmorum medicamentum, Jacobo Apostolo ita praecipiente"). Aequivalent expressiones: Olei benedictio, in Vita S. Launomari ("Chrismatis benedictione linire"), et Oleum benedictionis, in Vita S. Adalhardi.

*Oleum ab episcopo benedictum, vel conjectum.* Haec aptissima et completa expressio primo clare invenitur apud Innocentium I (a. 416) verbis "Oleum ab episcopo confectum," a quo originem habent sequentes posteriores formulationes. Vita S. Leobini (circ. a. 550): "Per ministerium episcopale oleum consecrationis sanctificare"; Beda (initio saec. 8): "Oleum consecratum quod nonnisi ab episcopis licet confici. Nam quod [Jacobus] ait, Oleo in nomine Domini,' significat oleum consecratum in nomine Domini"; Cone. Cabillonense a. 813: "Secundum beati apostoli Jacobi documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi oleo quod ab episcopis benedicitur a presbyteris ungi debent"; Rodulphus Bituricensis repetit verba Cone. Cabillonensis; Amalarius Metensis (saec. 9): "Oleum pontificali benedictione consecratum"; Ionas Aurei., Strabo et Haymo, repetunt verba Amalarii.

*Solemnia Ecclesiae documenta* dedimus supra, p. 322-325.

Ex quibus omnibus sic conficitur argumentum pro necessitate benedictionis ad hoc ut oleum sit materia valida sacramenti:

1. Ipse antiquus et universalis usus hujus benedictionis, cujus initium et origo ex aliquo Concilio vel Ecclesiae statuto assignari non potest, saltem praeclarum indicium est originis apostolicae. Huc faciunt tum nota regula *Lirinensis:* "Magnopere curandum est ut id teneamus quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est," tum magis determinata verba *Augustini:* "Quod universa tenet Ecclesia nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apostolica traditum recte creditur."

2. Ipsa contans illius benedictionis praxis, a qua nunquam Ecclesia recessit aut dispensavit, etiam in casibus occurrentis ac urgentis necessitatis, signum est eam esse ex divina institutione ad sacramenti essentiam requisitam. Nam ab his quae sunt de sola praecepti necessitate, et praecipue ecclesiastici, Ecclesia solet in urgente necessitate dispensare, quinimmo ipsa vis praecepti cessat urgere.

3. Ipsa solemnis appositio "sanctum, sacrum, consecratum, benedictum," qua hoc oleum determinari solet, ad significandum praeterea et ipsum integrum sacramentum, suggestivum signum est eam consecrationem seu benedictionem ad ipsam sacramenti essentiam pertinere. Similes enim expressiones nequaquam tribui solent Baptismo aut aquae baptismali, quantumvis benedictae et ad sacramentalem usum reservatae.

4. Ipsum sacramentale momentum quod huic benedictioni ab antiquis scriptoribus tribuitur et ipsa sollicitudo, qua in praxi exquiritur et applicatur, signantissima sunt nota communis mentis Ecclesiae de illius necessitate ad valorem sacramenti.

Ad rem apte *CHAVASSE:* "L'huile régulièrement employée pour l onction des infirmes n'est pas une huile quelconque. Elle doit au préalable avoir été bénite. Cette bénédiction apparaît comme sa note spécifique chez beaucoup d'auteurs, lesquels se contentent de désigner cette huile par l'une des expressions suivantes: 'oleum benedictum', 'sanctificatum oleum', 'oleum benedictionis', 'oleum sanctum', 'sacrum' ou 'sacratum oleum' 'vitalis olei'. Il semble que parler d'huile bénite ou d'huile sainte suffit à la distinguer, comme s'il s'agissait là pour elle d'un nom spécifique. Bède lui donne, une fois, un nom plus précis, qui lui confère explicitement une place à part parmi les différentes huiles bénites employées dans l Eglise: 'oleum pro infirmis consecratum'.

"La pratique correspond d'autre part à cette conception. Lorsque l'onction est faite par un prêtre ou un évêque, celui-ci ne manque pas de bénir d'abord l'huile dont il va se servir. Les fidèles se préoccupent de leur côté de demander à un prêtre ou à un évêque de bénir l'huile dont ils s'oindront eux-mêmes ou dont ils oindrent leurs malades. Innocent et Bède. en insistant sur la qualité du consécrateur. Césaire et Eloi, en prescrivant aux fidèles de réclamer l'huile d'onction à l'Eglise, donnent clairement a entendre qu'on ne concevait pas qu'on pût, pour cette onction, se servir d'une huile quelconque. Il fallait donc, tout concourt à le montrer, que l'huile ait été préalablement bénite. Rien ne pouvait d'ailleurs suppléer à l'absence dc cette condition posée, pas même, ce semble, la vertu charismatique de celui qui aurait tenté de faire l'onction avec de l'huile ordinaire. C'est ce qui ressort du texte fameux de la *Vita Genovejac,* où nous voyons que. Sainte Geneviève étant privée d'huile bénite et aucun évêque n'étant là pour en bénir, une intervention spéciale de Dieu devient nécessaire pour qu'elle dispose de l'huile dont elle veut se servir. . .

"Si on tient à ce que l'huile soit ainsi bénite, c'est qu'on regarde cette bénédiction comme nécessaire à l'efficacité de l'onction. Ce n'est même pas assez dire. Les effets qu'on attend de l'application dc l'huile sont rattachés à cette bénédiction comme à leur source. L'huile bénite les procure en tant que bénite. "Superpurget. excludat, evacuet et vincat, quia in nomine tuo benedicetur", lisons-nous par

exemple dans la formule wisigothique *Domine Jesu Christe.* La formule romaine *Emitte* dit également: "Ut tua sancta benedictione sit (oleum) . . . tutamentum mentis et corporis". On bénit donc l'huile dans le but exprès de la rendre capable de produire les effets escomptés. Et quand les formules de bénédiction énumèrent ces effets — ce qui est la règle générale—, les verbes, d'ailleurs nombreux, qui les détaillent, ont tous pour sujet *l'oleum benedictum.* C'est que ces effets sont considérés comme le fruit de son activité. On en parle même parfois, comme s'ils étaient déjà virtuellement contenus dans l'huile bénite. Bénir, c'est donc, comme le dit Innocent 1er, "confectionner" l'huile d'onction. C'est l'adapter au rôle "mystique" quelle va jouer désormais. Par cette bénédiction, l'huile est placée dans la catégorie des sacrements, et il est caractéristique qu'innocent 1er, le seul auteur qui avant le IXe siècle emploie le mot de *sacramentum* à propos de l'onction des infirmes, l'applique, non au rite d'onction, mais à l'huile bénite elle-même.

"Pour rendre compte de cette efficacité de l'huile bénite, on explique que par la bénédiction elle participe à la vertu divine. Le consécrateur fait descendre en elle l'Esprit saint, et celui-ci communique à l'huile son énergie; il la vivifie. Cette présence de l'Esprit saint dans l'huile est mentionnée dans toutes les formules de bénédiction que nous avons étudiées. Et quand on fait précéder ces formules d'un exorcisme, on donne à ce dernier comme but spécial de chasser de l'huile le démon, afin que l'Esprit saint trouve place nette. Habitée par un tel hôte, sur le mode de présence duquel on se prononce d'ailleurs rarement, l'huile est comme douée de l'efficace de Dieu lui-même. De là vient sa vertu: Dieu agit en elle et par elle."[78]

5. Ceterum, plures ac principaliores ex supradictis auctoritatibus, ceteris nullatenus contradicentibus ac ita tacite consentientibus, explicite referunt ipsam olei benedictionem ad auctoritatem apostolicam et quidem ad ipsa verba Iacobi in quibus agitur de institutione sacramenti. Ergo eam habent ut institutam a Christo una cum ipso sacramento.

Jam satis suggestive id proponitur ab *Innocentio I,* cum, relatis verbis Iacobi, immediate addit: "Quod non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo conficitur" (cf. supra, p. 116). *Beda,* qui pendet ab Innocentio et a quo pendent fere omnes posteriores, explicite id proponit: " 'Et orent super eum, ungentes eum,' etc. Hoc *et apostolos jecisse,* in Evangelio legimus, et nunc Ecclesiae consuetudo tenet, ut infirmi *oleo consecrato* ungantur a presbyteris. . . Tamen oleum, non nisi ab episcopis licet confici. *Nam quod [Jacobus} ait, 'Oleo in nomine Domini' significat oleum consecratum in nomine Domini"* (cf. supra, p. 142). Eedae certe consentiunt quotquot inter posteriores eum mere appellant vel simpliciter repetunt. *Cone. Cabillonense* a. 813: *"Secundum beati apostoli Jacobi documentum,* cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi oleo quod ab episcopis benedicitur a presbyteris ungi debent" (cf. in p. 155); quod repetit ad verbum *Rodulphus Bituricensis* (f 868; cf. in p. 154). *Rabanus*

[78] *Etude sur l'Onction des Infirmes dans l'Eglise latine du iii' au xi9 siècle,* I: *Du Hi* siècle à la réforme carolingienne* (Lyon 1942) 165-16S.

*Maurus* (f 856); *"Benedicitur oleum ex apostolica auctoritate,* ad infirmorum medicamentum, Jacobo apostolo hoc ita praecipiente: 'Infirmatur . . " (cf. in p. 152). Eandem interpretationem verborum lacobi satis clare tradit ipsum Concilium Trid., eam ex hac ipsa antiquorum mente colligens, ut dictum est supra (p. 352 sq.).

Nec valet obicere Patres etiam benedictionem aquae baptismalis ad apostolicam traditionem referre, quam tamen constat non esse de necessitate sacramenti. Nam, imprimis Patres non connectunt hanc benedictionem cum verbis institutionis Baptismi; praeterea, ipsi multipliciter significant eam non esse absolute necessariam, ita ut sufficiat quaelibet aqua naturalis in casibus necessitatis, ut in baptismo clinicorum, quod etiam confirmat ipsa praxis primitivae ecclesiae baptizantis in mari et fluminibus et acceptantis ut validum baptismum in haeresi susceptum quin inquireret de aquae benedictione (cf. dicta in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 42 sq.). De benedictione vero olei infirmorum nulla ab antiquis doctoribus datur hujusmodi explicatio, imo omnes posteriores doctores explicite antiquam traditionem interpretantur in sensu absolutae necessitatis illius benedictionis nec nisi saec. 16 quidam doctores coeperunt determinate id denegare.

6. Documenta Ecclesiae (supra relata, in p. 322-325), signanter *Cone. Flor., Cone. Trid. et Catechismus Cone. Trid.,* oleum benedictum in recto proponunt ut materiam sacramenti, materiam autem intelligunt partem essentialem et necessariam ex institutione Christi.[1] Imo Cone. Trid., ut nuper dictum est, intelligit quod in ipsis verbis lacobi continetur oleum benedictum esse materiam sacramenti. Praeterea, S. *Officium* (cit. in p. 323) temerariam et errori proximam explicite declaravit sententiam quae docet olei benedictionem non requiri ad validitatem sacramenti; quae quidem declaratio, etsi careat infallibilitate, magnam certe vim habet tum ad firmandam adhaesionem theologi tum ad declarandum sensum doctrinae ipsius Cone. Tridentini.

7. Supradictus consensus theologorum antetridentinorum (cf. in p. 326-329), cui accessit subinde superexcedens consensus recentiorum (ab aliquorum oppositione, unius praesertim ejusdemque aetatis doctorum. nullatenus enervatus), est valde notabile signum sensus ipsius antiquae traditionis. Nam quo tempore theologi coeperunt signatam

[1] Huic rationi non multum fident *li'irccbtirgcnscs,* qui, ut ostendant sententiam adversariorum "adhuc probabilem manere," hoc afferunt argumentum in sensum illorum: "Eugenius IV docere Armcnos voluit ritum Latinorum: Concilium Tridentinum damnare voluit errorem haereticorum Waldcnsium, Calvini et aliorum, qui consecrationes materiae sacramentorum spernebant: ideo autem benedictionem olei, non vero aquae baptismatis meminerant, quod litem Scholasticorum, an illa olei consecratio ad veritatem sacramenti necessaria sit, an non, dirimere noluerint. Caeterum Basilius M. L. de Spiritu sancto, cap. 27 . . . , tam de aqua quam de oleo ita aequaliter enuntiat: 'Benedicimus aquam baptismatis, et oleum unctionis'" *(Joc. cit.* [supra in p. 328]).

ipsam ac directam quaestionem ponere: an benedictio olei requiratur ad validitatem sacramenti, omnes unanimiter, indubitanter et veluti connaturaliter, doctrinam affirmativam elegerunt et in eundem sensum mentem antiquorum interpretati sunt, imo quidam eousque suam affirmationem exaggerarunt ut inepte docuerint oleum consecratum esse ipsum sacramentum Extremae Unctionis, in suo esse perfecto, sicut panis consecratus est ipsum sacramentum Eucharistiae (cf. infra, p. 407-409).

Probatur?. *EX RATIONE CONVENIENTIAE.*

*S. Thomas triplicem assignat rationem: "Potest . . .* triplex ratio assignari quare exigitur materiae sanctificatio in hoc sacramento et in quibusdam aliis. Prima est, quia omnis efficacia sacramentorum a Christo descendit. Et ideo sacramenta illa quibus ipse est usus, habent efficaciam ex ipso usu suo, sicut tactu suae carnis vim regenerativam contulit aquis. Sed hoc sacramento non est usus, nec aliqua corporali unctione. Et ideo in omnibus unctionibus requiritur sanctificatio materiae. Secunda causa est propter plenitudinem gratiae, quae confertur non solum ut tollat culpam, sed etiam reliquias et infirmitatem corporis. Tertia est ex hoc quod effectus eius corporalis, scilicet sanatio, non causatur ex materiae naturali proprietate. Et ideo oportet quod haec efficacia sibi per sanctificationem detur" *{Suppi.,* q. 29, a. 5).

In 3 p.,q. 72, a. 3, agens de benedictione olei Confirmationis, tantummodo primam rationem assignat, eam sic complens: "Unctionibus autem visibilibus Christus non est usus, ne fieret injuria invisibili unctioni, qua est 'unctus prae consortibus suis' [Psal. 44. 8]. Et ideo tam chrisma quam oleum sanctum infirmorum prius benedicuntur quam adhibeantur ad usum sacramenti" (cf. integrum textum citatum in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 317).

Quidam auctores has S. Thomae rationes, in quibus sacramentalis indoles Extremae Unctionis, aptissime utut levi digito indicatur, vix considerare dignantur aut flocci facere videntur.80 Unde juvabit ea paululum eviscerare.

*Prima ratio.* Cum elementa quae assumuntur in materiam sacramentorum sint secundum se res naturales et profanae, nec ullam ex seipsis directam habeant ordinationem et aptitudinem ad illam elevationem,

Ita *Spatii* scribens: "Diversas rationes theologicas adducere consueverunt theologi. . . Nulla tamen ex his rationibus rem plene evincit. Non enim intclligitur, cur materia olei ipsa Christi institutione et per formam a Christo institutam ad effectum supernaturalem, sanitatis quoque corporis, elevari non possit; ct ex ratione secundo loco adducta [aquam scilicet baptismi fuisse ab ipso Christo sanctificatam ] concludi posset aquam baptismalcm non solum necessario benedicendam non esse, sed eam neque convenienter benedici; tandem plenitudo gratiae in ss. Eucharistia maior est quam in hoc sacramento, quin tamen panis et vinum antea benedicantur" *(op. cit.* [supra in p. 3331 160sq.).

oportet ut, per aliquam divinam actionem, hujusmodi ordinationem et aptitudinem accipiant, ut ita fiant convenientia instrumenta supernaturalis virtutis et influxus Christi, a quo omnis efficacia sacramentorum descendit. Sicut enim sapiens artifex humanus non quamlibet materiam assumit ad operandum, sed prius sibi conficit apta instrumenta, quibus aptitudinem confert inserviendi ad effectum artis, et postea ea applicat ad operandum, ita convenit ut Sapientia Divina, cujus humanus artifex non est nisi deficiens aemulator, eligat sibi apta instrumenta sacramentalia antequam ea applicet ad opus sanctificationis, ac veluti duplici elevatione materiale elementum consecret, prius nempe in actu primo, consecratione ordinativa, subinde vero in actu secundo, consecratione operativa quam elementum obtinet dum, una cum verbis sibi conjunctis, sacramentum fit et operatur *(Suppi.,* q. 29. a. 5, ad 1; a. 6, ad 2 infra cit., p. 370; a. 7, ad 3; 3 p., q. 72, a. 3, ad 2, cit. in p. 392 sq.).

Hanc autem ordinativam consecrationem non eodem modo Christus contulit variis materiis sacramentorum sed diversimode, juxta diversam illorum indolem et exigentias. Sunt enim tria sacramenta. Poenitentia nempe, Ordo et Matrimonium, quorum materia non consistit in aliquo elemento seu re permanenti quae postea in usu adhibeatur, sed in re essentialiter transeunti seu in humanis actibus, quorum esse est ipse usus quique proinde nequeunt determinate et in individuo praesanctificari, sed eorum tota consecratio est in actu secundo cum afficiuntur forma verborum atque cum ea constituunt existens et operans sacramentum. Possunt tamen tales actus dici praesanctificati ac praeordinati a Christo veluti abstracte et in communi, quatenus Christus ordinavit et instituit ut ipsi et non alii essent materia sacramenti, scilicet actus poenitentis in Poenitentia, actus impositionis manuum in Ordine et actus consensus in Matrimonio. Potest etiam dici quod manus episcopi, quae sunt veluti materia remota Ordinis, fuerunt consecratae in ipsa ejus ordinatione, quatenus factae sunt instrumentum characteris sacerdotalis qui per impositionem manuum operatur; item, quod materia Poenitentiae et Matrimonii, seu actus poenitentis et contrahentium, fuit consecrata radicaliter in ipso Baptismo, per quem christiani fiunt “regale sacerdotium, gens sancta” (1 Pet. 2. 9).

Reliqua vero quatuor sacramenta habent pro materia aliquam rem permanentem, quae subinde subicitur alicui usui in quo sacramentum perficitur vel consistit, et ideo oportet ut talis materia praesanctificetur seu determinate ordinetur ad usum sacramentalem. Jamvero, duorum ex istis materiam, scilicet aquam Baptismi et panem ac vinum Eucharistiae, Christus immediate per suum ipsius usum sanctificavit, tactu

nempe suae carnis vim regenerandi praebens aquis cum baptizaretur in Jordane et digito suae vocis designans panem et vinum in consecratione Ultimae Coenae. Reliquorum vero materiam sacramentorum, Confirmationis scilicet et Extremae Unctionis, Christus nequaquam suo ipsius usu consecravit, cum neutram aut similem unctionem ipse susceperit. Et ideo necesse fuit instituere aliquam specialem caeremoniam seu benedictionem per quam ab ipsa Ecclesia utriusque sacramenti oleum consecraretur.

*Secunda ratio* est quia in hoc sacramento (sicut etiam in Confirmatione) datur quaedam gratiae plenitudo, qua nempe non solum tollitur ipsum peccatum, sicut in Poenitentia, sed etiam reliquiae peccati necnon ipsa infirmitas corporalis. Unde oportuit hanc gratiae plenitudinem significare in ipsa materia per pleniorem ejus consecrationem seu sacramentalcm ordinationem quae confertur per specialem ministri benedictionem. Etiam quidem in Baptismo et Eucharistia datur aliqua gratiae plenitudo, ut patet ex completissima remissione operata per gratiam baptismalem (cf. 3 p., q. 84, a. 1. ad 1 ), sed aliunde, ut dictum est supra, materia utriusque sacramenti fuit jam excellenter sanctificata per usum ipsius Christi, et praeterea Eucharistia, cum consistat non in usu, seu communione, sed in ipsa re, seu in speciebus panis et vini, non indiguit bis consecrari, prius nempe in re ac subinde in usu, sed prima rei consecratio per transubstantiationem constituit ipsum sacramentum *{Suppi.,* q. 29, a. 6, ad 1).

Ceterum, si attendamus ad ea quae S. Thomas dicit in *3 p., q. 84, a. 1, ad 1,* agens de Poenitentia, et ad explicationem a nobis traditam in tractatu *De Poenitentia* (IV 564), haec ratio S. Doctoris alium altioremque accipit sensum. Scilicet: in quibusdam sacramentis, ut in Confirmatione et Extrema Unctione, "confertur excellens gratia, quae superabundat omnem facultatem humani actus," quatenus influxus divinus exercetur simpliciter ab extrinseco et independenter ab humana sacramentali cooperatione, adeoque modo plenario ac totali, juxta propriam amplitudinem efficaciae virtutis Dei et meritorum passionis Christi, ac propterea in eis "adhibetur aliqua corporalis materia exterius"; oportuit igitur hanc excellentiam gratiae, seu divini influxus, significare in ipsa materia per specialem ejus benedictionem seu consecrationem, quae ceteroquin exigitur etiam ob priorem rationem supradictam. E converso, in aliis sacramentis, scilicet Poenitentia et Matrimonio, divinus influxus attemperatur sacramentaliter ipsi efficaciae actuum humanorum, qui ad rationem sacramenti elevantur, adeoque non procedit modo independent! ac plenario et hoc sensu non causât gratiam excellentem, seu excellenter; unde nulla in eis adest ratio quare indigeant benedictione materiae, quae ceteroquin, cum

consistat in actu transeunti, non potest in individuo consecrari nisi in ipso usu sacramenti, ut dictum est in priori ratione.

*Tertia ratio* est, ut ait S. Thomas, quia "effectus corporalis [Extremae Unctionis], scilicet sanatio, non causatur ex materiae naturali proprietate. Et ideo oportet quod haec efficacia sibi per sanctificationem detur." Sensus est: oleum, quod est materia hujus sacramenti, non causât naturaliter sanationem ab infirmitate, sed tantum est leviter curativum, seu lenitivum et alleviativum, adeoque non est apta materia ad significandum talem peculiarem effectum sacramenti, et ideo oportet ut per specialem benedictionem ordinetur ad illum effectum significandum. E converso aqua in Baptismo, cum sit ex se naturaliter ac vere ablutiva, apta est ad significandam spiritualem ablutionem quae est unicus effectus hujus sacramenti, ac ideo ex hac parte non indiget speciali consecratione seu benedictione, etsi aliunde, ob praecedentes duas rationes, indiguerit sanctificari, ac de facto per usum ipsius Christi sanctificata fuerit. Ob eandem rationem contingit ut forma Extremae Unctionis habeat expressionem deprecativam. secus ac forma Poenitentiae et aliorum sacramentorum, ut dictum est in tractatu *De Poenitentia* (III 554 sq.) et explicabitur infra in art. 7, p. 548-550. ubi de forma Extremae Unctionis.

NOTA. *Ad licettatem quod attinet,* haec disponit *Rituale Romanum,* tit. 5, c. 1, n. 3-5: "Habeat igitur Parochus in ecclesia loco nitido et decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo, sub clavi diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis, Feria λ' in Coena Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficienti Oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterato, minore tamen copia. Parochus Oleum sacrum a suo Ordinario petere debet; nec illud domi retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accedente Ordinarii licentia. Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio seu re simili servari potest: sed ad evitandum effusionis periculum multo commodius ad infirmos defertur in bombacio." Confer quae de aliis duobus oleis Catechumenorum et Chrismatis dicuntur in tit. 3, c. 1, n. 47-54.

*Codex J. C.* de tribus oleis quae Sacramentis inserviunt statuit: *"Can. 734.* § 1. Sacra olea quae quibusdam Sacramentis administrandis inserviunt, debent esse ab Episcopo benedicta feria V in Coena Domini proxime superiore; neque adhibeantur vetera, nisi necessitas urgeat. § 2. Mox deficienti oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiiciatur, etiam iterato, minore tamen copia. *Can. 735.* Parochus olea sacra a suo Ordinario petere debet et in ecclesia in tuta ac decenti custodia sub clavi diligenter asservare; nec ea domi retineat,

nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accedente Ordinarii licentia."

Igitur oleum adhibendum debet esse *benedictum eodem anno, in missa chrismati Feriae V in Coena Domini, ab episcopo dioecesano.* Potest autem oleo benedicto admisceri parva quantitas ejusdem olei olivae non benedicti, idque etiam iterato, dummodo semper in minori quantitate quam id quod superest.

Quidam, ut *Diana, Leander* et *Cappello,* non improbabiliter putant non esse peccatum grave adhibere vetus oleum dummodo ejus renovatio non nimis differatur.

Caeremoniam benedictionis olei in Feria V Coenae Domini exponit *Pontificale Romanum*.[31]

Ad praedictam mixtionem quod attinet, notandum est oleum, quod post benedictionem additur, transire in oleum benedictum seu accipere rationem olei benedicti, ratione ipsius mixtionis, sicut in corpore naturali moleculae, illi accedentes per nutritionem, accipiunt rationem viventis per informationem animae. Nec obstat quod, ut dictum est in tractatu *De Eucharistia* (I 121), aqua infusa vino jam consecrato quamvis transeat in vinum, tamen non transit in Corpus Christi nec suscipit consecrationem; nam consecratio eucharistica est physica actio, habens physicum, instantaneum ac irreformabilem effectum, dum consecratio olei est actio moralis, mere finalizans seu oleum ordinans ad usum sacramenti, quae ideo ex communi ipsa aestimatione concipitur habere extensibilem effectum; unde sicut oleum non benedictum, commixtum oleo benedicto, intelligitur efficere unum liquorem cum ipso, ita aestimatur communicare eidem formae seu benedictioni.

Conclusio 5. Materia hujus sacramenti est oleum benedictum ab ipso episcopo. Benedictio nempe olei infirmorum est reservata episcopo, potestate propria seu ordinaria, quamvis fieri possit etiam a presbytero, potestate delegata seu extraordinaria, ita ut oleum benedictum a presbytero, commissione seu delegatione carente, sit invalida materia Extremae Unctionis, sicut et Confirmationis.

Probatur la pars: *DE PROPRIA POTESTATE EPISCOPI.*

Valent eaedem rationes adductae in Conci, praec. pro necessitate benedictionis, scilicet praxis et doctrina Ecclesiae, quae constanter coniungit olei benedictionem cum episcopali potestate, si excipiatur praxis ecclesiae orientalis, quae tamen, ut videbimus, refertur ad

[31] Cf. F. Cabrol, "Huile," *Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie* 6. 2 (1925) 2787-2790.

extraordinariam tantum presbyteri potestatem, nec ideo vim argumenti infirmat sed potius confirmat.

*In verbis Iacobi* non necessario id indicatur voce "presbyteri" ("Inducat presbyteros ecclesiae"), nam haec vox non necessario significat seniorem seu excellentiorem sacerdotem, imo, ut diximus in art. 1 (p. 74), probabiliter indicat simplicem presbyterum ut distinctum ab episcopo. Tamen *Cone. Trid.* supra relatum (p. 352) videtur dicere in ipsis verbis Iacobi contineri quod materia hujus sacramenti debeat esse ab episcopo benedicta, quamvis Ecclesia hoc intellexerit non ex ipsis verbis sed ex traditione apostolica. In quo casu, haec continentia non tam in voce "presbyteri" quaerenda est quam in inciso "In nomine Domini," in quo fieret tum directa allusio ad benedictionem tum indirecta allusio ad interventum episcopi, quatenus tunc temporis omnes solemnes benedictiones intelligerentur fieri ab episcopo.

*In praxi et doctrina Traditionis* constanter olei benedictio connectitur cum interventu episcopi, nisi mentio ministri prorsus omittatur, ut non necessaria.

In prioribus documentis liturgicis (relatis in p. 108-115) interventus episcopi constanter subintelligitur et a *Constitutionibus Apostolorum* (cf. in p. 115) explicite proponitur: "Benedicat episcopus aquam et oleum" (additur tamen: "Sin vero non adsit, benedicat presbyter"; cf. infra, p. 376). In posteriori aetate, *Sacramentaria Gelasianum et Gregorianum* exhibent episcopum benedicentem sive oleum Confirmationis sive oleum infirmorum in missa chrismali in Feria V in Coena Domini (cf. in p. 137, 139); nec refert quod in Sacramentario Gregoriano notetur: "Tunc offertur pontifici oleum, et benedicat eum tam ipse, quam omnes presbyteri ad ungendum infirmum." nam haec ipsa presbyterorum cooperatio, si intelligatur effectiva et sacramentalis (cf. infra, p. 375 sq.) nec mere assistentialis et caeremonialis, nedum infirmet, potius confirmat propriam potestatem episcopi, principalis consecratoris. Constitutum *Innocenta I* (a. 416), exhibita materia hujus sacramenti in "oleo chrismatis ab episcopo confecto." explicite declarat: "Cujus [i.e. episcopi] est chrisma conficere." *Beda* subinde emphatice ait: "Oleum consecratum quod nonnisi ab episcopis licet confici." Ab his duabus auctoritatibus pendent posteriores scriptores, eandem affirmationem, ad verbum quandoque, repetentes. Notentur sequentes:

*Pocnitcntiale Theodori Cantuaricnsis* episcopi (668 690) distinguit inter usum Latinorum et usum Graecorum: "Secundum Graecos presbytero licet virgines sacro velamine consecrare, et reconciliare poenitentem, et facere oleum exorcizatum, et infirmis chrisma, si necesse est. Secundum Romanos non licet, nisi episcopo soli" (Λϊ£ 99. 929).

*Statuta S. Bonijacii* (saltem circa initium saec. 9) distinguunt inter benedictionem olei per episcopum et subsequentem administrationem Unctionis per presbyteros: "Omnes presbyteri oleum infirmorum ab episcopo expetant, secumque habeant, et admoneant fideles infirmos illud exquirere, ut, eodem oleo peruncti, a presbyteris sanentur" *{ML* 89. 823).

*Cone. Cabillonense* a. 813 idem explicite habet: "Infirmi oleo quod ab episcopis benedicitur a presbyteris ungi debent" (cit. in p. 155). Quae verba repetit *Rodulphus Bituriccnsis.*

*Cone. Aquisgra.ne.nse* a. 836 (cit. supra in p. 156 sq.) jubet episcopos semel in anno in Feria V Coenae Domini benedicere oleum infirmorum (id significant verba "Unctio s. olei peragatur") "juxta traditionem apostolicam."

*Amalarius Metensis* (f 837) verba Bedae sic mutat: "Oleum pontificali benedictione consecratum." Quae verba fere repetunt *lonas Aurei., Strabo* et *Haymo.*

Inaniter autem in contrarium adducuntur verba *Bonizonis* episcopi placentini (f 1089), asserentis antiquitus oleum consuevisse ab ipsis presbyteris benedici; nam id refertur tantum ad comparticipationem presbyterorum solemni benedictioni olei, factae ab episcopo in missa Feriae V in Coena Domini, quam testantur etiam documenta liturgica, ut dicetur infra (p. 375 sq.). Unde inepte *Kern* (quem sequitur *Kilkcr)* loquitur de assertione Bonizonis tanquam de "opinione opposita" et asserit illius "praxis nec ex Occidente nec ex Oriente ullum testimonium produci posse."[82]

Pariter exaggerat *Chavasse* cum verba Bonizonis interpretatur de aliqua praxi quae usque ad saec. 11 viguisset in ecclesia Mediolanensi' et juxta quam ipsi presbyteri benedicerent oleum immediate ante usum, ita ut reservatio episcopalis in ea ecclesia non incoeperit nisi circa initium saec. 12, cum ipsa adoptavit ritualia romana.

Ad rem ipse: "Bonizon, évêque de Sutri (1078), puis de Plaisance (1082), affirme que dans la Haute-Italie le privilège épiscopal ne fut en vigueur qu'à partir du XΓ siècle, tandis qu'auparavant l'huile était bénite par les prêtres. De fait, les rituels milanais de Fonction des infirmes en usage au XΓ siècle et aux siècles suivants comportent encore des formules de bénédiction, dont les simples prêtres usaient pour consacrer l'huile avant de s'en servir."[84]

"Milan emprunta vers la fin du XIe siècle ou le début du XIIe le

[82] Op. *cit.* (supra in p. 321) 123 sq.

[83] Hoc affirmat etiam M/\gistrf.tti, *Pontificale in usum ecclesiae Mediolanensis neenon ordines ambrosiani ex codicibus s. IX-XV,* in *Monumenta veteris Liturgiae Ambrosianae* I (Mediolani 1897) 95.

[84] *Op. cit.* (supra in p. 356) 176.

rituel romain de la bénédiction de l'huile des infirmes. Depuis lors, comme à Rome et dans les autres pays latins, cette huile fut bénite le Jeudi saint, à la messe, avant le 'Per quem haec omnia' et au moyen de la formule 'Emitte.' Auparavant cette bénédiction était faite par le prêtre au moment de l'onction et au moyen de différentes formules que quelques manuscrits milanais nous ont conservées.""[5]

Attamen, Bonizo explicite affirmat presbyteros consecrasse oleum "inter missarum solemnia in eodem loco missae" in quo ab episcopis consecratur; unde non agit de benedictione immediate ante usum. Quamvis autem id explicite non significet, tamen, attenta praedicta antiqua praxi presbyterorum conbenedicentium oleum cum episcopo in Coena Domini, quam refert ipsum Sacramentarium Gregorianum. valde probabile est nonnisi ad hanc Bonizonem se referre.

Possunt etiam non improbabiliter huc afferri plura documenta, etiam Innocentio I anteriora, in quibus prohibentur presbyteri chrisma conficere quod episcopis reservatur, etsi non satis significetur an chrisma accipiatur de solo oleo Confirmationis vel cum balsamo confecto, an de omni oleo in sacramentis et sacramentalibus adhibito (quod quidem probabile est ex parallelismo documentorum ejusdem aetatis). Scilicet:

*Silvester I* (314-335) juxta Librum Pontificalem "constituit chrisma ab episcopo confici."

*Cone. Carthagincnsc* a. 390, can. 3: "Chrismatis confectio, et puellarum consecratio, a presbyteris non fiant. Vel reconciliare quemquam in publica missa, presbytero non licere, hoc omnibus placet" *{Harduin* 1.952).

*Cone. Carthagincnsc* a. 397, cap. 36: "Ut presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat" *{ibid.* 964).

*Cono. Toletanum I,* a. 400, can. 20: "Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis vel provinciis, presbyteri dicuntur chrisma conficere; placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum chrisma facere. . . Episcopo sane certum est omni tempore licere chrisma conficere: sine conscientia autem episcopi, nihil penitus faciendum" *{ibid.* 992).[se]

*Cone. Bracarcnse* a. 561, cap. 19: "Item placuit, ut si quis presbyter, post hoc interdictum, ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam, aut altarium consecrare, a suo officio deponatur: nam et antiqui hoc canones vetuerunt" *{ibid.* 3. 352).

*Cono. Hispalcnse* a. 619, cap. 7: "Quaedam [presbyteri] . . . sibi

[*] *Ibid.* 51.

MCf. dicta in tractatu *De Baptismo ct Confirmatione* 318.

prohibita noverint: sicut presbyterorum, et diaconorum, ac virginum consecratio; sicut constitutio altaris, benedictio vel unctio: siquidem nec licere eis ecclesiam, vel altarium consecrare, nec per impositionem manus fidelibus baptizatis, vel conversis ex haeresi Paracletum Spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare: sed nec publice quidem in Missa quemquam poenitendum reconciliare" *(ibid.* 560).

*Solemnia Ecclesiae documenta* supra relata (p. 322-325) concorditer asserunt oleum infirmorum debere ab episcopo benedici, salva extraordinaria facultate quae a quibusdam dicitur posse concedi presbyteris et de facto concedi modo generali presbyteris orientalibus.

Quod autem sensus Traditionis sit *episcopalem reservationem respicere ipsam validitatem sacramenti,* apparet ex sequentibus:

1. Id imprimis suadet constantia praedictae praxis et doctrinae apud Latinos. Ipsa exceptio delegatae facultatis in favorem presbyterorum ne quidem consideratur ab antiquis doctoribus, imo nec ab ipsis posterioribus usque ad Cone. Trid., quamvis ipsis ignota non esset contraria Graecorum consuetudo, ut constat vel ex ipso antiquissimo Poenitentiali Theodori Cantuariensis.

2. Quidam ad ipsum Iacobum referre videntur non solum necessitatem benedictionis sed etiam quod debeat fieri ab episcopo. Id sonant praecipua illa documenta, quibus cetera passim mente vel verbis consentiunt, scilicet: Epistola *Innocenta I:* "Quod [i.e. dictum Iacobi] non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt ... ab episcopo confecto"; *Bcda:* "Tamen oleum, non nisi ab episcopis licet confici. Nam quod [Iacobus] ait, Oleo in nomine Domini' significat oleum consecratum in nomine Domini"; *Cone. Cabillonense* a. 813: "Secundum beati Jacobi documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi oleo quod ab episcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent"; *Cone. Aquisgranense* a. 836: "Unctio s. olei [i.e. benedictio olei] ab episcopis juxta traditionem apostolicam peragatur". Cui interpretationi consonat *Cone. Trid.,* ut dictum est supra (p. 363).

3. *Doczimenta Ecclesiae,* i.e. Cone. Flor., Cone. Trid. et Catechismus Cone. Trid., dum assignant materiam, seu elementum essentiale hujus sacramenti, proponunt non solum oleum benedictum sed etiam oleum ab episcopo benedictum.[87]

*' Huic rationi ex Conciliis deductae, in qua communiter et apte insistunt doctores (signanter inter antiquiores Estius, Suarez, Hurtado, Coninck, Brancatus, Silvester Maurus), non multum fidere videntur *Billuart, Berti, ]\ irceburgenses,* et moderni *Oswald* et *Schanz.*

Ceterum, S. *Officium* decr. 13 jan. 1611 (cit. in p. 323) damnavit, ut temerariam et errori proximam, propositionem juxta quam "sacramentum extremae unctionis oleo episcopali benedictione non consacrato ministrari valide possit," in quo utrumque damnatur, scilicet non solum negatio necessitatis benedictionis sed etiam negatio necessitatis episcopalis benedictionis, ut signanter confirmatum est in triplici posteriori declaratione ejusdem S. Officii, scilicet in decreto 14 sept. 1842, in quo "proposito dubio, an in casu necessitatis parochus ad validitatem sacramenti extremae unctionis uti possit oleo a se benedicto. . . Eminentissimi [Cardinales] decreverunt negative ad formam decreti feriae V coram SS.mo diei 13 jan. 1611"; in decreto 12 jan. 1850, in quo simile responsum datur etiam pro casu moribundi sensibus destituti qui ostenderit signum resipiscentiae; et in decreto 15 maii 1878, in quo declaratur "oleum a presbytero benedictum esse materiam prorsus ineptam sacramento extremae unctionis conficiendo; et ne in extrema quidem necessitate valide posse adhiberi."

Ad rem apte notat *Spdcil:* "Theologi saeculo xix antiquiores ad decretum S. Officii ex a. 1611 provocare non cosueverunt. Quod quidem mirum non est de theologis declarationi huic quidem coaevis, quorum tamen opera de extrema unctione agentia decreto anteriora sunt, ut sunt e.gr. Becanus (**t** 1624), Bellarminus (**t** 1621), *Estius* (**t** 1613), Suarez (**f** 1617).

"Sed valde mirum est etiam posteriores theologos saec. xvii et xviii. sive eos qui benedictionem episcopalem ad essentiam sacramenti pertinere affirmant sive eos qui contrarium tenent, documenti huius non meminisse. Sic non invenitur eius mentio apud Berti (**f** 1766), Billuart (**t** 1757), Brancatum (**f** 1693), Clericatum (**t** 1717), Coninck (**t** 1633), Drouin (**f** 1740), Frassen (**f** 1711), Gonet (**f** 1681), Gotti (**f** 1742), Hurtado (**t** 1721), Juénin (**f** 1707), Sylv. Maurum (**t** 1687), Mastrium (**f** 1673), AI. Natalem (**t** 1724), Sainte-Beuve (**t** 1677), Sylvium (**f** 1649), Tanner (**t** 1632), Tournely (**t** 1729), Wirceburgenses (U. Munier **t** 1759). Quod vix aliter explicari potest nisi quod decretum illud sufficienter promulgatum non fuit. Nunc autem satis promulgatum censeri debet, cum illud s. Officium in responso suo ex die 14 Sept. 1842 non solum citet, sed omnino suum faciat et sensum eius determinet. Responsio scilicet ex a. 1611 forsitan adhuc ita intelligi posset, quod condemnatur sententia docens validum esse sacramentum administratum oleo sine ulla benedictione, quae benedictio in Ecclesia occidentali ex praecepto per episcopum impertitur (et sic eam forsitan intellexere ii ex theologis saec. xvii et xviii modo nominatis, quibus decisio haec innotuit); sed decretum a. 1842 responsionem sic explicat, ut oleum a simplici sacerdote benedictum materiam

omnino invalidam declaret, quam ne in necessitate quidem adhibere liceat. Ad quaestionem igitur, utrum oleum ab episcopo benedictum ad ipsam essentiam seu validitatem sacramenti requiratur, tum ob theologorum consensum tum ob magisterii authentici declarationes affirmative respondendum esse censemus."[88]

4. Ipse communis consensus theologorum est validum signum mentis ipsius Traditionis. Mediaevales enim doctores, cum coeperunt quaestionem de necessitate benedictionis olei per episcopum explicite discutere, unanimiter affirmative responderunt,[89] etsi eis contraria Graecorum praxis non esset ignota; similiter sentierunt moderniores theologi post Cone. Trid., etsi praedicta Graecorum praxis fuerit repetitis vicibus explicite confirmata a S. Sede et principium exceptionalis facultatis ejusdem generis apud ipsos Latinos fuerit in ipso Codice J. C. consignatum. Cui communi ceteroquin sententiae facile adstipulati essent ipsi pauci theologi saec. 18, adversarii praecedentis Conclusionis, si necessitatem ipsius benedictionis olei admisissent.

5. *Ipsa praxis ecclesiarum orientalium catholicarum* sensum Traditionis confirmat. Nam plures, ut *Syri, Armeni* et *Copti* (mox citandi), a communi orientalium praxi et ab antiqua suarum ipsarum ecclesiarum consuetudine (cf. infra, p. 374) concedendi presbyteris facultatem oleum benedicendi recesserunt; alii vero, ut *Rutheni* et *Maronitae* (infra citandi, p. 373), hanc facultatem ita retinent ut tamen simul significent eam non esse nisi concessionem quamdam alicujus potestatis quae principaliter competit episcopo.

*Synodus Sciarfensis Syrorum* a. 1888: "Materia . . . sacramenti extremae unctionis est oleum benedictum quod episcopus consecrat ordine seu ritu qui dicitur *Candelae* seu lampadis 5? dominica ieiunii quadragesimalis, vel in feria 5 Paschae, ante consecrationem olei catechumenorum."[90]

*Synodus Armenorum* a. 1911: "Materia huius sacramenti est simplex olivarum oleum a Patriarcha benedictum foria quinta in Coena Domini. Singulis annis ab Episcopo petatur et religiose custodiatur in ecclesia vasculo decenti; nemini vero, sive parocho sive coadiutori, domi liceat illud asservare. Quod si adsit necessitatis casus, et parochi domus longe distet ab ecclesia, recte apud se parochus retineat, modo de tuta ac decente eiusdem custodia cautum sit."[91]

[88] *Op. cit.* (supra in p. 333) 167 sq.

[89] "Jam *Petrus Lombardus:* "Unctio infirmorum . . . fit in extremis, oleo per episcopum consecrato. . . Illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur" *{Sent.* l. 4, dist. 23, n. 1 et 3, *ML* 192 899 sq.).

[90] *Synodus Sciarfensis Syrorum in Monte Libano celebrata a. 1888* (Romae: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1896) 123.

[91] *Acta et decreta Concilii Nationalis Armenorum Romae habiti a. 1911* (Romae: Typis Polyglottiis Vaticanis 1913) 248.

*Synodus Alexandrina Coptorum* a. 1898: "Sacramenti extremae unctionis materia est oleum benedictum: nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat. . . Cum difficile sit iuxta hunc ritum invenire septem sacerdotes qui perficiant benedictionem olei infirmorum toties quoties ungendus est aliquis infirmus, ideo patres nostri voluerunt benedictionem olei infirmorum Summo sacerdoti reservatam esse. Quamobrem eam peragat quotannis in coena Domini post benedictionem olei catechumenorum."[82]

6. Ceterum, etiam *in ecclesiis schismaticis* adest usus ut ipse episcopus solemniter benedicat oleum in missa Feriae V in Coena Domini; quod assumi potest, ut ait *Goar* (cit. in p. 373), tanquam "signum primigeniae potestatis" episcoporum, imo, ut dicetur infra (p. 375 sq.), tanquam indicium unius ac ejusdem praxis utriusque ecclesiae in primis temporibus.

Ex quibus patet inepte *Macarium Bulgakov* (**t** 1889), metropolitan! mosquensem, in suo magno opere *Theologiae dogmaticae orthodoxae* incusare Ecclesiam catholicam quod ab orthodoxia recesserit, reservando episcopis potestatem benedicendi oleum infirmorum (cf. supra, in p. 333). Ad rem *G. Jacquemicr:* "Mgr. Macaire trouve dans cette pratique un nouveau grief à formuler contre l'Eglise de Rome: 'Elle s'est écartée, dit-il, de l'Eglise orthodoxe, en n'accordant qu'aux évêques le droit de bénir l'huile destinée à ce sacrement, et cela sans aucun fondement, puisque saint Jacques, parlant en général des ministres de Fonction des malades, désigne les prêtres de l'Eglise, sans même faire mention des évêques."[83] Le savant métropolite aurait bien fait de nous marquer l'époque à laquelle s'est produit cet écart. Dans sa lettre à Décentius, Innocent Ier (**t** 417) enseignait déjà la pratique actuelle des Latins et l'on ne voit pas que l'Eglise d'alors ait trouvé en cela la moindre atteinte à l'orthodoxie, ni que personne se soit élevé contre l'usage prescrit par le saint Pontife."[84]

*Convenientiam* hujus episcopalis reservations ostendit S. *Thomas,* scribens: "Minister sacramenti non propria virtute effectum sacramenti inducit ut principale agens, sed per efficaciam sacramenti quod dispensat. Quae quidem efficacia primo est a Christo, et ab ipso in alios descendit ordinate; scilicet in populum mediantibus ministris, qui sacramenta dispensant; et in ministros inferiores mediantibus

n *Synodus Alexandrina Copiorum habita Cairi in Aegylo a. 1S9S* (Romae: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1S99) 127 sq.

**Theol. dogmt. orlhod.,* t. II, § 231.

"L'Extrcmc-Onction chez les Grecs," *Echos d'Orient* 2 (oct. 189S-oct. 1899) 194. Cf. Spa îil , *op. cit.* (supra in p. 333) 164.

superioribus, qui materiam sanctificant. Et ideo *in omnibus sacramentis quae indigent materia sanctificato, prima sanctificatio materiae fit per episcopum, et usus quandoque per sacerdotem,* ut ostendatur sacerdotalis potestas ab episcopali derivata; secundum illud Psalmi [132. 2]: 'Sicut unguentum in capite, quod' prius 'descendit in barbam,' deinde usque ad 'oram vestimenti' " *{Suppi.,* q. 29, a. 6).

Potest etiam huic uniri *alia ratio* quam S. Doctor tradit ubi de materia et ministro Confirmationis (cf. tractatum *Dc Baptismo et Confirmatione* 319 et 392), deducta scilicet ex indole hujus sacramenti, quatenus importat quandam *excellentiam efficaciae, utpote complementum Poenitentiae.* Cum enim "in quolibet opere ultima consummatio supremae arti aut virtuti reservetur," convenit ut episcopo qui "obtinet summam potestatem in Ecclesia" et "gerit in Ecclesia personam Christi" reservetur consecratio materiae Confirmationis et Extremae Unctionis, tum quia ipsa consecratio materiae sacramentalis est opus excellentius quam mera applicatio sacramenti, tum quia praeterea agitur de praeparanda materia duorum excellentiorum sacramentorum, quorum unum est consummatio Baptismi, alterum complementum Poenitentiae (cf. 3 p., q. 72, a. 3, ad 3; a. 11).

*Nec valet opponere* quod "in operibus corporalibus ars dignior nunquam praeparat materiam inferiori, quia dignior est quae utitur quam quae materiam praeparat." *Nam* "materia sacramenti non est talis materia ut in qua fiat aliquid per eum qui ea utitur, sicut est in artibus mechanicis; sed ut cuius virtute aliquid fiat, et sic percipiat aliquid de ratione causae agentis, inquantum est instrumentum quoddam divinae operationis. Et ideo oportet quod a superiori arte vel potestate talis virtus materiae acquiratur. Quia in causis agentibus, quanto aliquod agens est prius, tanto est perfectius; in causis autem pure materialibus, quanto materia est prior, tanto imperfectior" *{Suppi.,* q. 29, a. 6, ad 2).

Ceterum, etiam in operibus corporalibus contingit ut superior artifex praeparet materiam inferiori, cum nempe non agitur de mera materia ex qua instrumentum aliquod fit sed de ipso instrumento quod conficitur et aliis traditur ad usum seu applicationem; sic inventor novae machinae bellicae praeparat materiam operariis officinae, ut ab eis construatur, et hi sua vice praeparant materiam, seu ipsam constructam machinam, militibus qui ea in bello utuntur.

*Item non valet opponere* quod presbyter potest consecrare materiam excellentissimi sacramenti Eucharistiae, et ideo a fortiori materiam Extremae Unctionis; ob quam rationem *Cajetanus* (supra citatus

in p. 330) inclinavit in contrariam sententiam." Xam "sacramentum Eucharistiae consistit in ipsa materiae sanctificatione, non autem in usu. Et ideo, proprie loquendo, illud quod est materia sacramenti, non est quid consecratum. Unde non praeexigitur aliqua sanctificatio circa materiam per episcopum facta. Sed exigitur sanctificatio altaris et huiusmodi, et etiam ipsius sacerdotis, quae non nisi per episcopum fieri potest. Unde in illo etiam sacramento ostenditur potestas sacerdotalis ab episcopo derivata, ut Dionysius dicit *[Dc eccl. hier.,* c. 5, p. 1, §5]. Ideo autem illam consecrationem materiae potest facere sacerdos quae est in se sacramentum, et non illam quae ut sacramentale quoddam ordinatur ad sacramentum, quod consistit in usu fidelium, quia quantum ad corpus Christi verum nullus ordo est supra sacerdotium, sed quantum ad corpus Christi mysticum episcopalis ordo est supra sacerdotalem" *{ibid.,* ad 1).

Probatur 2a pars: *DE EXTRAORDINARIA POTESTATE PRESBYTERI.*

Etiam presbyterum posse benedicere oleum infirmorum constat:

1. *Ex Codice J. C., can. 945:* "Oleum olivarum, in sacramento extremae unctionis adhibendum, debet esse ad hoc benedictum ab Episcopo, vel a presbytero qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit."

2. Ex facultate a *Benedicto* AT a. 1916 pro tempore belli concessa in ipsa ecclesia latina administratoribus apostolicis et vicariis capitularibus, charactere episcopali destitutis (cf. supra, p. 324). Huc facit ipsa denegatio hujusmodi facultatis facta a Pio VI, durante revolutione gallica (de qua supra, p. 323); nam motivum a Papa allegatum pro ea denegatione non fuit impossibilitas rei sed merus defectus rationis sufficientis recedendi a latina consuetudine.

3. Ex explicita approbatione *praxis Graecorum,* facta a Clemente VIII et Benedicto XIV (cf. supra, p. 324) et confirmata indirecte in supradicto canone Codicis J. C. Accedit tum praedicta indirecta approbatio Pii VI, tum variae instructiones et decreta S. Congregationis de Prop. Fide, vel pro hac Congregatione lata, in quibus praxis orientalis rata habetur (cf. supra, p. 324).

4. Ex actis antiquorum *Conciliorum,* in quibus discussa est quaestio de unione Graecorum, signanter Cone. Florentini. Xam cum capita

w Haec speciosa objectio unum vel alterum etiam inter modernos allicere videtur. Ita *Spâtil,* qui scribit: "Nulla ... ex hisce rationibus Ia Scholasticis allatis] rem evincit Cum enim benedictio s. olei sit pars potestatis ordinis, non apparet cur eam Christus in apostolis aequaliter tum episcopis tum presbyteris committere non potuerit, praesertim cum sacerdotes ipsam ss. Eucharistiam conficere possint" *(of>. cit.* [supra in p. 333] 166).

dissensionis vel discrepantiae inter Latinos et Graecos accurate examinarentur ac discuterentur, numquam Graecis objecta est eorum praxis benedicendi oleum per presbyteros aut dubium motum est de validitate Extremae Unctionis apud ipos collatae.

5. Ex communi *consensu theologorum postridentinorum* (nam ante Concilium vix fuit occasio de hac re disputandi), quem non valuit infringere dissensus paucorum doctorum, uti Estii et Suaresii (cf. in p. 333 sq.) quibus fortasse vis declarationis Clementis VIII non innotuit.

6. Ex ipsa antiqua et immemorabili *praxi Orientalium* sive ante sive post schisma, et tam apud Schismaticos quam apud catholicos.

Eam ante schisma testatur *Pocnitcntiale Theodori Cantuariensis* saec. 7 (supra cit., in p. 363). Quidam, ut Gonet, invocant etiam *canonem 69 Conc. Nicaeni 1* (juxta collectionem arabicam can. 80 vel 84, inter canones qui huic Concilio tribuuntur). Canon sic sonat: "Transacto autem anno, debet sacerdos benedicere aquam et oleum, non sicut benedicitur in baptismo, nec ut benedicitur chrisma, sed ut oleum infirmorum" *(Mansi* 2. 976). Attamen, ibi agitur de alio oleo, benedicendo ad modum quo benedicitur oleum infirmorum. Ceterum, haec arabica collectio non est authentica (si excipiantur 20 canones qui soli extant in collectionibus graecis).[9n]

*Apud Schismaticos* vero eam praxim testatur saec. 15 *Simeon Thessalonicensis,* scribens: "Congregantur . . . septem presbyteri. . . Data pace . . . , a primo sacerdote et caeteris vicissim, dicitur olei oratio, oleumque in urceo vel alio quodam vase immittitur. Simul septem accenduntur lumina, juxta numerum sacerdotum, et ad exprimenda Spiritus charismata, necnon ut fax divina fit per sanctum oleum, et quasi olocaustum mundaque hostia Deo offertur, ut consequamur ejus misericordiam. Oratio autem sic ait. . . [Sequuntur verba supra citata, in p. 350]." Item, saec. 17 *Parvus catechismus Petri Moghdae* (a. 1645), referens: "Ut materia sit congrua, quae est oleum olivarum, idque prius consecratur a quocumque sacerdote" (q. 131).[07]

Eodem saeculo eam praxim testantur duo rerum orientalium insignes

[9n] Hefele-Leclercq, *Histoire des Conciles* I. 1 (Paris 1907) 515: "Il est certain que ces canons arabes ne sont pas l'oeuvre du concile de Nicée; ce qu'ils contiennent témoigne d'une autre origine plus récente." Cf. ibidem, p. 503-528, totam discussionem ct controversiam circa authenticitatem illius collectionis.

Haec tamen benedictionis mentio omittitur in ipsa *Confessione orthodoxa Petri Moghilae* (q. 118, supra cit., p. 183), emendata a Graecis, opera Syrigos. Probabiliter Moghila ideo praedictum Catcchismum edidit quia non approbavit emendationes introductas a Syrigos in suam Confessionem Orthodoxam. Cf. A. Malvy et M. Viller, *La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila* (Paris 1927), p. cxivsq., in textu ct in nota, *ibid.,* p. cxxvii. additur: "Le synode de Kiev (1640) nous apprend que Moghila voulait pour la consécration de l'huile, suivant l'usage commun de l'Eglise d'Oricnt, la présence de sept prêtres ou tout au moins dc trois. Ce détail n'a été enregistré ni par la CO [Confession Orthodoxe! ni par le petit catéchisme."

cultores inter catholicos, nempe *Arcudius* (t 1632; *Dc concordia ecclesiae occidentalis et orientalis,* l. 5, c. 2) et *Goar* (f 1653) qui scribit: "Cum Sacerdotalis sit ministerii aegrotos oleo sancto linire, usu consentiente factum est, ut non a Graecis Pontificibus, sed a Sacerdotibus consecratum, et quoties urget necessitas renovatum, et recens benedictum huic sacramento conferendo proferatur. Xon diffitendum tamen primigeniae potestatis huius sacri olei consecrandi signum exhibere Pontifices Graecos, cum feria quinta magna solemni precum et ritus apparatu, semel illud in anno sanctificant. At cum in caerimoniali astantium Unctione eodem tempore consumatur (cuncti namque ad sacram synaxim accessuri in peccatorum expiationem sese ungendos offerunt: et Pontifex ipse primus omnium oeconomi manu suscipit Unctionem, et reliquos deinceps ipse ungit facultatem illud denuo consecrandi, privato cuicumque parocho, ipsi Pontifices facili ex antiquo more videntur remittere."[08]

In hodierna quoque disciplina oleum infirmorum benedicitur immediate ante ipsam unctionem, adeoque ab ipso ministro sacramenti, seu vel ab episcopo, si adsit, vel a primo ex septem presbyteris vel ab omnibus simul. "Non est tamen necessarium, ut in ipsa sacramenti administratione fiat; etiam apud separatos adest usus ut episcopus fer. V. Coenae Domini oleum unctionis sollemniter benedicat; quare lastrebov scribit oleum infirmorum plerumque ante ipsum usum benedici."[00]

*Apud catholicos* hanc praxim testantur:

*Synodus Zamostcna Ruthenorum* (ritus graeci uniti) a. 1720, a S. Sede specifice approbata: "[Extremae Unctionis] materia est oleum, cujus benedicendi potestatem multis abhinc saeculis in Orientali Ecclesia sacerdotibus concessam, praesens Synodus nequaquam adimendam esse existimavit" (tit. 3, § 6)?

*Synodus Libancnsis Maronitarum* (ritus syri uniti) a. 1736, a S. Sede specifice approbata:[2] "Materia hujus sacramenti est oleum ex olivarum baccis eductum, cujus benedicendi potestas primario et principaliter penes Episcopum residet, et [quod] ab hoc in Ecclesia Occidentali una cum aliis sanctis oleis benedicitur quotannis feria V. in Coena Domini; per delegationem vero oleum infirmorum presbyteri simplices consecrant in Ecclesia Orientali. . . Quum vero tam in ritu graeco quam in Syriaco nostro usus antiquus invaluerit, ut non solum

"' Ευχολόγιου *sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum 1647) 436.

w SpÀCil, *op. cit.* (supra in p. 333) 65 sq.

*'Acta ct decreta sacrorum conciliorum recentiorum Collectio Lacensis* II (Friburgi Brisgoviac 1S76) 36.

l Apostolicae constitutiones approbantes utramque synodum Ruthenorum et Maronitarum extant in eadem *Collectione Lacensi* II 479 sqq.

a sacerdote in ipsa sacramenti extremae unctionis administratione benedicatur oleum infirmorum, sed etiam idem oleum ab Episcopo semel in anno, in feria V. maioris hebdomadae, una cum chrismate solemniter consecretur, ideo utrumque ritum retineri permittimus; et sacerdotibus quidem illud oleum benedicendi potestatem confirmamus in eo casu, quo benedictum ab Episcopo oleum propter frequentem illius usum deficere contigerit" (pars 2, c. 8, n. 2).[3]

*Concilium Graeco-Melchiticum,* in Ain-Trazen habitum a. 1835: "Ut in eodem [sacramento] ministrando accurate serventur omnia, quae in euchologio praescripta sunt de olei sancti consecratione coram aegroto a sacerdotibus faciendo" (can. 5).[4]

*Synodus provincialis Alba Juliensis et Fogarasicnsis* (Rumenorum) a. 1872: "Materia extremae unctionis est oleum olivarum, juxta Ecclesiae graecae consuetudinem a presbytero benedictum" (tit. 5, c. 6).

Eadem est praxis aliarum ecclesiarum ritus graeci, uti *Bulgarorum* et *Graecorum* purorum. Ceterum apud quosdam, ut *Mclkitas,* mos etiam invaluit ut sacramentum administretur tam per oleum a presbytero benedictum immediate ante unctiones quam per oleum ab ipso episcopo antecedenter consecratum.

Etiam apud *Chaldaeos* presbyteri possunt oleum infirmorum consecrare, etsi mos invaluerit ut utantur etiam oleo ab episcopo consecrato.

Apud *Monophysitas Armcnos, Syros et Coptos* eadem consuetudo olim observabatur (jam enim a saeculis ipsa sacramenti administratio obsolevit, ut diximus in art. 1, p. 46; cf. in p. 178–181). Id testatur ipse *Joannes XXII* (1316-1334) in quadam epistola ad Offinium regem Armenorum, inquiens: "Ipsi etiam sacerdotes oleum quod infirmorum dicitur consecrant pro Sacramento Unctionis extremae: cum tamen id apud nos [Latinos] ad episcopos solos spectet."[5] In ritu Armenorum et Syrorum, scribit *Jugic,* "minister benedictionis olei infirmorum est sive episcopus, sive presbyter. Distinguunt tamen Syri duplicem benedicendi ritum: unum, quem vocant *lampadem majorem,* qui quolibet septennio fit a patriarcha, feria quinta in coena Domini una cum benedictione chrismatis; alterum, *minorem lampadem* dictum, qui a presbyteris celebratur, quoties opus est."[6] Catholici vero Armeni, Syri et Copti, illi consuetudini valedixerunt, ut dictum est supra (p. 368).

[3] *Ibid* 150.
[4] *Ibid.* 582.
[5] Apud *Benedictum XIV,* mox citandum.
[6] *Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* V (Parisiis 1935) 737 sq.

*BENEDICTUS XIV* (1740-1758) totum hoc argumentum de facultate presbyterorum, sic jam apto compendio tradebat in suo opere *De synodo dioecesana,* l. 8, c. 1: "Profecto *posse, saltem ex commissione sive expressa, sive tacita, Romani Pontificis, a simplici sacerdote praeparari materiam aptam ad conficiendum Sacramentum extremae l actionis, res videtur exploratissima, quam nemini liceat in quaestionem adducere;* siquidem in Ecclesia Orientali mos viget, a mille et amplius annis in ea receptus, ut ipsimet presbyteri, cum se accingunt ad infirmum inungendum, oleum in ea sacramentali Unctione adhibendum benedicant; uti testantur Joannes Nathanael, in epist. ad episcopum Anagninum apud Arcudium; Arcudius, l. 5, c. 2; Allatius, de Consensu utriusque Ecclesiae, cap. 16. et legitur in Graecorum Euchologio, a Goario notis illustrato, pag. 436. Eundemque morem ab Armenis retineri asserit Joannes XXII, epistola ad Ofiinium Armenorum regem, scribens in haec verba: 'Ipsi etiam sacerdotes oleum quod infirmorum dicitur consecrant pro Sacramento Unctionis extremae; cum tamen id apud nos ad episcopos solos spectet.'

"Hanc autem Orientalium consuetudinem Ecclesia Latina non solum non improbavit, sed ratam habuit: refert quippe citatus Goarius, a sacra congregatione de propaganda Fide approbatam, ejusque impensis Romae editam Synopsim vernaculam Neophyti Rhodini, in qua haec habentur: 'Materia Sacramenti extremae Unctionis est oleum oliva expressum, a pontifice, vel sacerdotibus qui praesentes fuerint, juxta Ecclesiae morem, benedictum.' Consulto ait: 'a pontifice, vel a sacerdotibus': quia, uti narrat Arcudius, etiam episcopi Graeci perinde ac Latini, feria quinta majoris hebdomadae, solemni pompa et apparatu oleum infirmorum consecrant, quamvis postea suis sacerdotibus non distribuant, sed iisdem curam relinquant illud consecrandi quo mox in Sacramenti administratione utantur: de qua re jure miratur laudatus auctor Theolog. mor. ad usum sem. Petrocorens. . . .

"Sed quod adhuc clarius ostendit ab Ecclesia Latina validum haberi Sacramentum extremae Unctionis a sacerdotibus Graecis, oleo tunc a semetipsis benedicto, administratum, est decretum editum a Clemente VIII, in quo permittuntur Italo-Graeci in praedicto ritu perseverare . . . , *quod Clementis decretum fuit a nobis totidem fere verbis renovatum et confirmatum* in nostra constit. 57. §4, nostri Bullar., tom. 1, p. 172. *Ncutiquam autem id tolerandum fuisset, si oleum simplicis sacerdotis benedictione sacratum, ne per potestatem quidem a Romano Pontifice sive expresse, sive tacite, eidem sacerdoti factam, esset materia idonea ad conficiendum Sacramentum extremae Unctionis.* Quare episcopi Latini, partem populi Graeci ritus sibi subjectum habentes, etsi teneantur feria quinta sacratioris hebdomadae, una cum caeleris sacris oleis, etiam illud infirmorum Latino ritu consecrare, Latinisque parochis distribuere, caeteraque implere quae nos ediximus in nostra Inst. 81. ubi de infirmorum oleo ejusque benedictione ex professo egimus; quoad sacerdotes Graeci ritus, nihil innovent, sed ea exequantur quae a Clemente VIII. iterumque a nobis decreta sunt."[7]

7. Ceterum, ad modum synthesis utriusque partis hujus Conclusionis, notandum est cum *Arcudio* et *SfidciT* plura haberi indicia ex quibus deduci potest probabiliter eandem fuisse praxim utriusque ecclesiae quoad utrumque ministrum in primis temporibus, quod nempe solus episcopus benediceret oleum infirmorum, assistentibus quidem, imo et participantibus ceteris sacerdotibus, qui aliquando, in absentia episcopi, oleum benedicerent. Subinde vero apud Latinos ea benedictio simpliciter reservata est episcopo, seclusa omni presbyterorum par-

[7] In Migne, *Theologiae cursus completus* XXV (Parisiis 1841) 1088 sq.
[8] *Op. cit.* (supra in p. 333) 174.

ticipatione, in Oriente vero simpliciter concessa est presbyteris, etiam absque participatione episcopi. Hujusmodi indicia sunt:

*Constitutiones Apostolorum* (circa a. 400), l. 8, c. 29 (supra cit., p. 115), de benedictione olei habent: "Benedicat episcopus aquam et oleum; sin vero non adsit, benedicat presbyter praesente diacono." Hoc opus, quamvis exaratum in Oriente (in Syria vel Constantinopoli), ostendit etiam praxim occidentalem, nam liber 8, in quo haec verba inveniuntur, suam originem habet ex Traditione Apostolica Hippolyti, in qua ceteroquin exhibentur presbyteri assistentes episcopo oleum consecranti.

*Antiqui libri liturgici occidentales* in Missa in Feria V Coenae Domini (cujus ritus jam determinatus invenitur circa finem saec. 7), exhibent episcopum una cum presbyteris benedicentem oleum infirmorum. Ita *Sacramentarium Gregorianum:* "Tunc offertur pontifici oleum, et benedicit eum tam ipse, quam omnes presbyteri ad ungendum infirmum, his verbis: 'Emitte, Domine' " *{ML* 78. 83). *Ordo Romanus X,* n. 5: "Cardinalis diaconus accipit illam ampullam, quae est chrismatis; duo alii subdiaconi accipiunt illas duas olei exorcizati et olei infirmorum, portantes eas super brachium sinistrum, et eo modo quo iverunt revertantur. Venientes autem ad altare, antequam domnus papa dicat 'Per quem haec omnia,' subdiaconus qui bajulat ampullam olei infirmorum, repraesentet eam summo pontifici ad benedicendum. Pontifex vero et omnes episcopi et presbyteri cardinales, et alii existentes, dicant plana voce: 'Exorcizo te, immundissime spiritus,' etc. 'et per nomen dilectissimi filii ejus Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem'. Benedictio olei infirmorum. 'Emitte, quaesumus, Domine,' etc., 'permanens in visceribus nostris, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est'" *{ibid.* 1010 sq.; cf. Ordinem XIV. n. 82, *ibid.* 1206: item Ordinem 30 inter ordines editos a Martène).

*Bonizo,* episcopus placentinus (**t** 1089) :9 "Oleum infirmorum . . . omni tempore inter missarum solemnia a presbyteris [Intellige: una cum episcopo] in eo loco, ubi sic legitur: 'Per quem haec omnia creas', solebat consecrari. Nunc vero a solis episcopis in eodem loco missae in Coena Domini consecratur" *{Libellus de sacramentis, ML* 150. 864).

Eadem praxis *adhuc viget in Oriente,* juxta quam episcopus in missa Feriae V in Coena Domini solemniter oleum infirmorum benedicit, assistentibus et simul benedicentibus ipsis presbvtcris (cf. *Goar* supra, p. 373).

Ex secunda autem parte hujus Conclusionis, collata cum altero asserto probato in prima parte, quod nempe primo et per se soli

9 Cf. dicta in p. 364 sq.

episcopo competit benedicere oleum infirmorum, tanquam propria seu ordinaria potestate, sequitur *presbyterum idipsum posse non sola vi propriae ordinationis sed ex superaddita jacultate,* quae se habeat tanquam delegata seu extraordinaria participatio ipsius potestatis episcopalis.

Quidam quaerunt quomodo proprie vocanda sit hujusmodi potestas, *an nempe dici possit proprie delegata. Cappello* hoc negat, scribens: "Utrum specialis facultas a R. Pontifice tributa dicenda sit delegatio, an commissio, an simplex concessio, non constat, perspecta ipsa terminologia passim in documentis pontificiis adhibita. Accurate loquendo, videtur non agi de potestate delegata proprie dicta, ita ut nonnisi sensu lato et minus proprio vocetur delegata."[10]

Abstrahendo a fluctuantibus significationibus quae huic similibusque terminis quandoque affiguntur, necnon ab ipsa terminologia juridica consecrata in Codice J. C. (in quo ecclesiastica potestas jurisdictionis dividitur in ordinariam et delegatam et illam in propriam et vicariam[11]), cum hic non agatur de re canonica sed dogmatica, nec de potestate ecclesiastica sed divina, imo nec de potestate jurisdictionis sed ordinis, consultius diceretur ea esse *potestas ministri extraordinarii,* intelligendo, ut diximus in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* (p. 377), pro ministro ordinario illum qui per se et jure proprio, seu vi solius ordinationis, valide agere potest, pro ministro vero extraordinario illum qui tantummodo per accidens et jure alieno sibi commisso, nec proinde vi solius ordinationis sed vi tum ordinationis tum superadditae commissionis, agere valet. Quae quidem extraordinaria potestas abstrahit secundum se a ratione rarioris administrationis, ut diximus ibidem, quia ob peculiares causas contingere potest quod extraordinarius minister frequentius ministret quam ipse ordinarius minister, ut de facto contingit in ecclesia orientali quoad praesentem casum consecrationis olei infirmorum.

NOTA I. DE SACRAMENTALI INDOLE HUJUS FACULTATIS, seu de ratione ministri extraordinarii benedictionis olei infirmorum, idem dicendum est ac de ratione ministri extraordinarii sacramenti Confirmationis, quam explicavimus in eodem tractatu (p. 398-400). Ceterum, de his fusior sermo redibit in convenientiori loco, seu in tractatu *De Ordine,* ubi discutietur proprium sacramentale discrimen inter potestatem episcopalem et potestatem presbyteralem.[12]

[10] *Op. cit.* (supra in p. 324) 31.

[11] *Can. 197:* "Potestas jurisdictionis ordinaria est ea quae ipso iure adnexa est officio; delegata, quae commissa est personae. Potestas ordinaria potest esse sive propria sive vicaria."

[12] Hanc quaestionem satis diffuse discutit *Kilkcr (op. cit.* [supra in p. 3261 305-312) in connexione cum praesenti quaestione de benedictione olei per presbyterum.

## NOTA 2. DE ORIGINE HUJUS FACULTATIS.

Juxta nostram sententiam de specifica Christi institutione sacramentorum, haec facultas provenit ab ipso Christo, qui nempe statuerit ut episcopus debeat oleum consecrare et nihilominus id possit extraordinario modo etiam presbyter, dependenter tamen ab aliquo actu ecclesiasticae jurisdictionis. Juxta aliorum vero sententiam de generica institutione, dici potest Christum statuisse tantummodo ut oleum benedicatur, relicta Ecclesiae potestate determinandi ministrum hujus benedictionis, episcopum nempe vel presbyterum, vel utrumque, et quidem aut aequo jure aut subordinata ratione ministri ordinarii vel extraordinarii; vel dici potest Christum decrevisse etiam ut oleum benedicatur ab ipso episcopo, relicta tamen Ecclesiae potestate ad hoc delegandi extraordinario modo ipsos presbyteros. Utramque hanc explicationem determinate proponit *Spâcil;*™ unam vel alteram tradunt magis vel minus determinate plures alii, ut *Schmid, Cappello, Larnicol, Conte a Coronata, Dafiara.*

Ceterum, juxta eandem sententiam, aliquis dicere posset Christum tantum statuisse oleum olivarum, imo oleum in genere (de hoc enim tantum explicite loquitur lacobus), relicta Ecclesiae potestate determinandi genus olei et addendi benedictionem, et hanc ab isto vel illo ministro et hoc vel illo modo peragendam. Ex quo facile patet in quot ineptas incertitudines et arbitrarias ampliationes incidere debeat qui velit commodam illam de generica sacramentorum sententiam sequi, quam reiecimus in tractatu *De sacr. in genere* 408–419.

Inde quidam ex ipsis auctoribus qui eam sententiam generaliter admittunt, renuunt eam in hac quaestione applicare. Ita *Kilker,* scribens: “Although sacramental theology can show fairly well that the Church has probably changed the matter and form of some sacraments. yet the extension of this explanation to Extreme Unction should only be admitted upon the production of incontestable evidence to that effect. This is not the case here. Moreover, this view would imply that the exercise of priestly orders has been restricted in the Latin Church. The Council of Trent insinuates the very opposite when it says: Tntellexit Ecclesia materiam esse oleum ab episcopo benedictum.' ”u

## NOTA 3. DE CAUSA HANC FACULTATEM CONCEDENTE.

Disputatur an talis facultas concedi possit a solo S. Pontifici, an etiam ab episcopo.

" *Op. cit.* (supra in p. 333) 171.
'*Op. cit.* (supra in p. 326) 307.

*Quidam* putant eam posse non solum a S. Sede sed *etiam ab episcopis valide conferri,* saltem pro ecclesiis orientalibus et per se, seu abstrahendo ab hodierna reservatione S. Sedis.

Ita *Kem* qui, invocato supracitato (p. 373 sq.) constituto Concilii Montis Libani ("Sacerdotibus quidem illud oleum benedicendi potestatem confirmamus"), scribit: "Ex hoc decreto a s. Sede confirmato videtur recte inferri, per se posse episcopos delegare: nec iure divino nec iure ecclesiastico pro ecclesiis Orientis hanc facultatem reservari summo Pontifici. Parum etiam probabile est, patriarchas aliosve episcopos Orientis antiquissimis temporibus a Sede apostolica delegationem presbyterorum postulasse et obtinuisse. Minus etiam deficiente omni argumento possumus dicere, hanc consuetudinem illegitime coepisse et per omnes ecclesias orientales divulgatam esse tandemque consensu tacito vel expresso Pontificum legitimam evasisse. Caeterum res practicum momentum vix habet, cum omnia legibus et ordinationibus s. Sedis sint determinata."[1]. Inferius addit: "Jus concedendi delegationem ex divina ordinatione romanus Pontifex vel solus habet vel certe sibi soli reservare potest.""["]

*Cappello* in eandem sententiam inclinat, dicens certum esse hodie nonnisi S. Sedem eam facultatem concedere posse tum Latinis tum Orientalibus, eo quod de facto S. Sedes sibi hoc jus reservavit, olim vero, deficiente hujusmodi reservatione, improbabile non esse quod potuerint ipsi episcopi eam concedere. Ad rem ipse: "An Episcopi, per se et absolute loquendo, possint praedictam facultatem presbyteris concedere.— 1. Disputant DI)., utrum Episcopi potuerint olim et possint etiam hodie facultatem benedicendi oleum infirmorum concedere presbyteris. 2. Certum est, hodie Episcopos id facere non posse, cum huiusmodi ius exclusive S. Sedi sit iampridem reservatum. Praecisione facta ab hac reservatione, quidam tenent Episcopos posse talem facultatem concedere, sicuti dictum fuit de facultate facta simplici presbytero ministrandi sacramentum confirmationis: ita ut, aiunt, prioribus Ecclesiae saeculis, deficiente praefata reservatione. potuerint Episcopi, facultatem benedicendi oleum presbyteris concedere. 3. Hanc sententiam, re mature perpensa, improbabilem dicere non audemus."[17] "Quamvis forte ab initio defuerit consensus explicitus vel saltem tacitus RR. Pontificum, tamen, decursu temporum, consensus Sedis Apostolicae, re cognita, profecto accessit. Quare hodie Patriarchae vel Episcopi orientales, S. Sede inconsulta, vigentem disciplinam immutare nequeunt."[18]

*v()p. cit.* (supra in p. 321) 128, in nola.
*" Ibid.* 266.
*,T Op. cit.* (supra in p. 324) 33 sq.
*" Ibid.* 250.

*Spdcil* etiam eidem sententiae favet,'" scribens: "Rem . . . alii sic explicant, ut videantur affirmare patriarchas et episcopos orientales ipsos sacerdotibus suis hanc facultatem delegare. . . Et certe nullum potest adduci exemplum patriarchas vel episcopos orientales hanc facultatem delegandi a Romano Pontifice petiisse. Neque ulla difficultas est affirmandi patriarchas vel episcopos Orientis hac facultate praeditos fuisse ante schisma ortum. Scissione autem facta episcopi orientales a centro unitatis separati merito censentur legitima potestate seu iurisdictione fori externi privati esse, iis igitur facultas haec nonnisi ex tacito consensu Romani Pontificis obvenire potest."[20]

Argumenta hujus sententiae ad duo reducuntur: *Primo,* nullum est historicum vestigium hujusmodi facultatis petitae aut concessae a S. Sede pro Orientalibus, saltem usque ad saec. 16 (Clementem VIII), etsi praxis orientalis a multis saeculis invaluerit et a S. Sede non ignoraretur; ex quo sequitur quod vel Orientales illegitime suam praxim incoeperunt et invalide per plura saecula sacramentum administrarunt donec accessit consensus S. Sedis, quod valde inconvenienter diceretur, vel ipsi episcopi orientales jus habebant concedendi talem facultatem. *Secundo,* episcopi utriusque concilii Maronitarum et Ruthenorum, a S. Sede in forma specifica approbati, declarant se "non adimere" sed "permittere et confirmare" praedictam presbyterorum praxim et facultatem; quae verba, a S. Sede non reprobata, sonant proprium jus et potestatem eam concedendi.

*Alii ac jrequentiores doctores* simpliciter tenent eam facultatem nonnisi a S. Sede concedi posse.[21] Quae sententia, longe probabilior, sequentibus rationibus suadetur:

*Primo,* ex verbis *Codicis J. C.* "Oleum benedictum ab Episcopo, vel a presbytero qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit." Vix negari potest in his verbis agi de facultate ad validitatem requisita, nam cetera omnia respiciunt validitatem (nempe quod requiratur oleum, et benedictio, et episcopalis benedictio). Jamvero ea verba respiciunt de facto non solum Latinos sed etiam Orientales; nam Codex, can. 1, statuit: "Licet in Codice iuris canonici Ecclesiae quoque Orientalis disciplina saepe referatur, ipse tamen unam respicit Latinam Ecclesiam, neque Orientalem obligat, nisi de iis agatur, quae ex ipsa rei natura etiam Orientalem afficiunt"; hic autem agitur de re

''Favere praeterea videntur quidam alii, ut *Gonet* et *Tanqucrcy,* qui tamen quaestionem signate non ponunt. t

■'*Op. cit.* (supra in p. 333) 173.

Pauci quidem sunt qui hanc quaestionem directe ponunt; generatim theologi simpliciter asserunt eam facultatem dandam esse a S. Sede, pro comperto supponentes eam nonnisi a S. Sede concedi posse.

pertinente ad ipsam essentiam sacramenti, ac ideo respiciente totam Ecclesiam.

*Secundo,* episcopi latini nequeunt eam facultatem concedere suis presbyteris; ergo nec episcopi orientales, et eadem ratione qua exigitur concessio S. Sedis in una ecclesia, exigitur et in altera; agitur enim de re pertinente ad essentiam sacramenti, quod est unum et idem pro tota Ecclesia.

Secus enim dicendum esset quod vel ipse Christus statuerit hoc discrimen ut Latini a Papa, Orientales vero a suis episcopis facultatem accipere possint, quod absonum videtur, vel Ecclesia seu Papa habuerit a Christo potestatem hoc discrimen statuendi (juxta largiorem quorumdam sententiam de generica institutione sacramentorum), in quo casu, omisso quod haec explicatio reduceretur ad mediatam ipsius S. Sedis concessionem, quaerimus ubinam sit indicium talis discriminis a S. Sede ab antiquo statuti, cum ipsi adversarii negent ullum haberi historicum indicium alicujus facultatis pro Orientalibus a S. Sede petitae vel concessae. Quod si dicatur tale discrimen factum esse per ipsam praxim sub cognitione et tacito consensu S. Sedis, eodem jure convenientius dici potest ipsam facultatem presbyteris orientalibus tacite concessam esse a S. Sede, quin invocetur frustraneum illud discrimen, quod ceteroquin, cum importet quandam abdicationem juris S. Sedis in manus episcoporum orientalium et essentialem quandam diversitatem duarum ecclesiarum in his quae pertinent ad essentiam sacramenti, certiora indicia sibi petit. Ceterum, in probabiliori sententia de specifica sacramentorum institutione a Christo, tale discrimen, a S. Sede inductum, necessario expellitur, cum omnia directe pertinentia ad sacramentorum essentiam et validitatem ab ipso Christo repetenda sint.

*Tertio,* cum S. Sedes coepit de validitate benedictionis olei per presbyteros orientales explicite occupari, non mere declarative sed veluti auctoritative locuta esse videtur, seu quasi explicite confirmans facultatem olim tacite concessam. Id profecto sonant verba primi documenti *Clementis* ***VIII*** a. 1595: "Non sunt cogendi presbyteri graeci olea sancta, praeter chrisma, ab Episcopis latinis dioecesanis accipere, cum huiusmodi olea ab iis in ipsa oleorum et sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur seu benedicantur."

*Nec valet obicere verba Benedicti* ***XIV*** "Posse, saltem ex commissione sive expressa sive tacita Romani Pontificis, a simplici sacerdote praeparari materiam aptam ad conficiendum sacramentum extremae unctionis," quae sic commentatur *Cappello:* "Sedulo attendatur particula *'saltem'* a doctissimo Pontifice consulto adhibita, *quae implicite*

*confirmat aut ad minus non excludit sententiam hanc,* quatenus potestatem delegandi presbyteros nequaquam uni Romano Pontifici reservat."[22]

*Nam* verba Benedicti sonant abstractive tantum, i.e. affirmant directe facultatem presbyteri et simul assignant causam unde certius ea facultas derivari dici potest, seu commissionem S. Sedis, abstrahendo ab aliis modis qui a theologis afferri possent, scilicet vel commissione episcopi vel fortasse ipsa ordinatione presbyterali, nulla indigente Papae vel episcopi commissione, ut dicitur sentiisse Cajetanus, cujus sententiam refert Benedictus immediate ante illa verba. Unde ex illis verbis deduci nequit S. Pontificem implicite confirmare aut ad minus non excludere sententiam de jure episcopali concedendi praedictam facultatem, nec multo minus sententiam de nativo ac proprio jure presbyterorum; imo ex eo quod istarum sententiarum nullam mentionem faciat sed solam S. Sedis commissionem appellet, videtur potius inculcare nonnisi ex hac commissione eam facultatem procedere, ac propterea, quasi in signum ipsius S. Sedis commissionis tacite concessae, Benedictus immediate adducit ipsam praxim orientalium ("Siquidem in Ecclesia orientali mos viget"), quae non potuit absque tacito consensu S. Sedis per tot saecula pacifice exerceri.

*Quarto,* episcopi orientales hodie saltem non possunt eam facultatem a suis presbyteris revocare, seu praxim suae Ecclesiae mutare, absque consensu S. Sedis (ut ipse *Cappello* supra cit. in p. 379 pro certo concedit), et vicissim S. Sedes potest sibi avocare jus concedendi orientalibus presbyteris eam facultatem per explicitam concessionem, ad modum Latinorum vel sub alia forma, revocata generali praxi illarum ecclesiarum (ut ipse *Kern* concedit). Haec autem sunt signa papalis reservationis illius juris, juxta Christi institutionem.

Nec valet cum *Cappello* dicere id forte episcopos olim potuisse, deficiente S. Sedis reservatione. Nam, si haec reservatio est de jure divino, quod hodie fieri non potest nec olim fieri potuit. Nec dici potest Christum etiam contulisse S. Sedi jus abdicandi suam reservationem (juxta sententiam de generica tantum sacramenti institutionem), nam talis abdicatio ex una parte caret fundamento sive historico sive theologico, ut patet ex supra dictis (p. 381) et ex mox dicendis, et ex alia parte frustranea est ad explicandam Orientalium praxim. quae convenienter explicatur per tacitum consensum S. Sedis, ut infra ostendetur.

*Quinto,* episcopale jus concedendi talem facultatem, sive dicatur ab ipso Christo derivari, sive ab ipsa S. Sede per voluntariam abdica-

[22] *Op. cit.* (supra in p. 324) 249.

tionem immediati sui juris (in sententia nempe de generica sacramenti institutione), parum congruit principiis theologicis de plena ac suprema S. Pontificis potestate in his praecipue quae immediate referuntur ad universale bonum Ecclesiae. Concessio enim facultatis consecrandi validam materiam sacramenti involvit usum supremae potestatis in Ecclesia, ad quam pertinet decernere de his a quibus pendet valor sacramentorum, qui spectat ad universalem rationem boni et ordinationis Ecclesiae.

*Sexto,* res valide confirmari potest a paritate cum facultate quam presbyteri orientales ex eadem immemorabili consuetudine habent administrandi sacramentum Confirmationis (non tamen consecrandi oleum seu chrisma); hanc enim habent non ex proprio jure suorum episcoporum, sed immediate a S. Pontifice, ut satis clare asseritur a *Clemente VI* a. 1351 in sua epistola ad orientales Armenos: "Tertio, si credis, quod solum per Romanum Pontificem, plenitudinem potestatis habentem, possit dispensatio sacramenti confirmationis presbyteris, qui non sunt episcopi, committi" *(Denz.* 573; cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione,* 396 et 283 sq.).

*Duae autem supradictac adversariorum rationes* satis solidae non sunt.

Imprimis enim, orientalis praxis convenienter explicari potest ex tacito consensu S. Sedis, non secus ac antiqua praxis administrandi Confirmationem per presbyteros, cujus similiter explicitae approbationis S. Sedis indicia historica desiderantur per multa saecula. Dici ergo potest haec facta fuisse saltem ex tacito consensu S. Sedis, quae sinebat tales consuetudines introduci ac perseverare, quemadmodum ex sola S. Pontificis potestate proveniebat jurisdictio in episcopos qui in Oriente, independenter a S. Sede, sed ea sciente nec contradicente, ab ipsis presbyteris eligebantur. Unde praefatae omnes concessiones vel consuetudines non sunt considerandae ut causa et fons presbyteralis facultatis, sed tantum ut conditio, qua posita, facultas ipsa a supremo fonte ecclesiasticorum jurium in presbyteros descendit. Unde hic etiam applicari potest quod de facultate confirmandi ait *Arcudius:* "Tutissimum est dicere Graecorum presbyteros per suos patriarchas et antistites ejusmodi facultatem a Summo Pontifice obtinuisse, a quo omnis jurisdictio quasi a capite in alios veluti membra immediate vel mediate derivatur et diffunditur."[21] Inepte autem ab adversariis quaeruntur historica indicia petitionis vel concessionis hujusmodi facultatis a S. Sede, cum sufficiat implicitus ac tacitus consensus circa introductionem vel perseverantiam alicujus praxis, in remotis cetero-

[21] *De concordia ecclesiae occidentalis et orientalis,* l. 2: De confirm., c. 15.

quin ecclesiis quas antiquitus S. Sedes nonnisi modo generaliori regebat, praesertim in his quae potius ad praxim, utut sacramentalem, pertinebant, cumque ceteroquin desiderentur pariter indicia alicujus explicitae concessionis factae ab ipsis episcopis vel conciliis orientalibus in favorem suorum presbyterorum.

Objecta vero verba conciliorum *Ruthenorum et Maronitarum* ("Nequaquam adimendam existimamus," "Utrumque ritum permittimus," "Sacerdotibus oleum benedicendi potestatem confirmamus"), considerari possunt tum ut emphatica expressio confirmationis seu permissionis, non quidem constitutivae sed mere declarativae, potestatis a S. Pontifice in presbyteros derivatae, tum etiam ut expressio mediatae cujusdam derivationis illius facultatis a S. Pontifice per episcopos, tanquam per meram conditionem designantem presbyterale subjectum in quod illa facultas a S. Pontifice descendat.

## NOTA 4. DE MODO CONCEDENDI HANC FACULTATEM.

Haec facultas, absolute loquendo, potest a S. Sede concedi vel explicite consensu significato per directam commissionem vel etiam per tacitum consensum alicujus praesertim praxis sensim sine sensu introductae.

Ad factum quod attinet, inverisimile videtur antiquitus apud Orientales talem concessionem factam fuisse primo modo, cum nullum habeatur in documentis indicium hujusmodi directae commissionis. Valde igitur probabiliter res contigit altero modo, per tacitum nempe consensum in introductam praxim, ut jam innuimus supra (p. 383) et roboratur ex eo quod ipsa Ecclesiae documenta, signanter Clementis VIII et Benedicti XIV, approbantia praxim orientalem, ad nullam specialem S. Sedis concessionem alludunt sed mere invocant veterem ritum seu antiquam consuetudinem.

In hodierna disciplina, ea facultas conceditur catholicis orientalibus explicite jam consensu S. Sedis, eorum praxim approbantis, et quidem modo generali omnibus presbyteris Extremam Unctionem administrantibus. Quoad Latinos vero requiritur specifica S. Sedis concessio, et quidem per se explicita; per accidens tamen, in quibusdam circumstantiis, probabiliter sufficit implicitus consensus S. Pontificis et, juxta quosdam, etiam interpretativus consensus.

Ad rem *Cappello:* "An requiratur facultas expresse concessa.—1. Auctores merito docent, extra Ecclesiam orientalem requiri facultatem expresse concessam, saltem in ordinariis adiunctis. Quae expressa concessio potest esse sive explicita sive implicita. 2. Nonnulli putant, in peculiaribus circumstantiis, satis esse tacitam concessionem, dummodo Papa nullo impedimento legitimo praepediatur quominus

consensum vel dissensum libere valeat significare, ita ut revera notum principium applicari possit: 'Qui tacet, consentire videtur.' Haec opinio solida probabilitate gaudet. 3. Quidam censent sufficere rationabiliter praesumptam, si diuturna et gravis necessitas urgeat, v.g. tempore persecutionis aut belli; quando nimirum ita interruptae sint communicationes cum Episcopis, ut oleum infirmorum ab iisdem benedictum nullatenus haberi possit, ac praeterea ut huiusmodi rerum circumstantia per longum tempus perduret, et complures e vita decedant aut morituri praevideantur sine extrema unctione ob olei defectum. In hisce adiunctis iisque tantum, aiunt, rationabiliter praesumitur delegatio seu concessio, quatenus R. Pontifex consulat, quantum in se est, animarum saluti. Haec sententia, speculative loquendo, vere probabilis nobis videtur."[24]

Idem auctor alium magis particularem casum hujusmodi tacitae et interpretativae licentiae affert, scribens: "Quaestio magni momenti.— Si agitur de moribundo sensibus destituto qui confiteri non potuerit, et desit oleum ab Episcopo consecratum, nec haberi possit, licetne sacerdoti oleum benedicere eoque sacramentum conferre? Quidam affirmant: 1° quia in tali casu necessitas est extrema, et Ecclesia, quantum in se est, consulit, atque ex ipso suo fine consulere debet, aeternae hominum saluti; ideo iure videtur praesumi requisita delegatio; — 2° si Ecclesia supplet seu concedit iurisdictionem in periculo mortis (can. 882), cur denegabit delegationem in extrema spirituali necessitate? — 3° si Ecclesia delegat sacerdotes orientales, forte etiam schismaticos, cur non praesumitur delegare sacerdotes catholicos pro subditis catholicis, et quidem in casu necessitatis? Hae rationes procul dubio spernendae non sunt, imo serio perpendendae."[25]

NOTA 5. DE SUBJECTO HUJUS FACULTATIS.

Solis presbyteris, non vero inferioribus ministris, ut diaconis, ea facultas concedi potest, idque ob easdem rationes adductas in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 400 sq. quoad facultatem administrandi Confirmationem. Nec obstat quod hic non agatur de administrando sacramento sed tantum de praeparanda valida materia sacramenti, nam haec ratio potius difficiliorem facit communicationem hujus potestatis inferioribus ministris, ut patet ex dictis supra (p. 370sq.; cf. 358 sq.).

NOTA 6. DE USU ILLIUS FACULTATIS, observa quod presbyter orientalis in casu saltem necessitatis, et probabiliter etiam extra casum necessitatis, valide (et in priori casu etiam licite) adminis-

[24] *Op. cit.* (supra in p. 324) 33. Hanc ultimam sententiam proponunt etiam *Resatillo* et *Conte a Coronata*.

[25] *ibid.* 199.

trat Extremam Unctionem subjectis latinis, etiam cum oleo a seipso consecrato; nam nulla ratione probari potest S. Sedem velle illi subtrahere concessionem in casu quo extra necessitatem illicite administrat.

NOTA 7. DE PRESBYTERIS SCHISMATICIS quaeri potest an et ipsi, sicut alii orientales catholici, retineant ex tacito consensu S. Sedis, *facultatem consecrandi oleum infirmorum,* et consequenter valide ipsum sacramentum Extremae Unctionis administrent.

Haec quaestio, mota a quibusdam theologis ut *Cappello* et signanter *Kern,* non respicit directe et simpliciter validitatem Extremae Unctionis administratae a presbytero schismatico (nam si hic eam administrat cum oleo consecrato ab episcopo schismatico certe validum est sacramentum), sed respicit validitatem ipsius materiae, a qua consequenter dependet validitas ipsius sacramenti. Quaeritur nempe an etiam presbyteri schismatici valide consecrent oleum infirmorum vel, quod ad idem redit, an et ipsis S. Sedes tacite vel implicite pergat concedere potestatem oleum benedicendi aut e contrario eis subtraxerit hanc facultatem quae tota a jurisdictione S. Pontificis dependet.

Ratio dubitandi, quae videtur suadere cessationem hujusmodi potestatis apud schismaticos, duplex est, tum nempe defectus cujuslibet documenti pontificii concedentis vel supponentis talem potestatem, tum ipsa extraordinaria et privilegiata indoles hujus potestatis, nam non est cur dicatur Ecclesia velle concedere etiam schismaticis orientalibus privilegium quo carent ipsi presbyteri latini.

Nihilominus probabilior videtur contraria et affirmativa sententia, quam ut talem sustinet *Kern,* non improbabilem judicat *Cappello,*[1] et ut certa videtur supponere *Spàcil.*[2*]

*Primo* enim, melior est conditio possidentis. Orientales autem presbyteri ante schisma eam potestatem habebant; ergo etiam post schisma eam retinent, nisi probetur S. Sedem voluisse eam a schismaticis revocare, quod tamen ex nullo deduci potest documento. Ex quo solvitur prior ratio supra in contrarium adducta; nam ad probandam rem jam possessam non exigitur documentum concedens, sed potius ad eam negandam afferendum est documentum revocans.

*Secundo,* ut respondeatur alteri rationi, advertendum est cum *Kcrn,*

[1]"Omnibus mature perpensis . . . [hanc] sententiam rciiccre non audemus, praesertim ob ultimam rationem [i.e. secundam mox a nobis proponendam], quae profecto magni ponderis est, dum aliae duae [i.e. tertia et quarta mox adducendae] . . . valde debiles sunt" (o/>. *cit.* [supra in p. 324] 552).

2,"Potest tandem sententia de validitate sacramenti s. unctionis oleo per simplicem sacerdotem benedicto administrati confirmari adhuc inde, quod experientia teste extrema unctio apud Orientales separatos quoque aliquando sanationem corporalem efficiat (sic inter alios testatur Makarij 472)" *(op. cit.* [supra in p. 333] 170).

quod "nulla apparet ratio, quae s. Sedem potuerit movere ad auferendum presbyteris privilegium, quo iam per saecula potiebantur. Culpa schismatis maxime episcopos premebat, qui ex multo tempore parum affecti erga vicarium Christi in suis ovibus non foverant fidem primatus romani episcopi et tandem secuti patriarcham urbis imperialis auctoritatem ipsam Sedis apostolicae reiecerunt. Presbyteri aliique fideles trahebantur in schisma vix scientes, quid proprie ageretur. Quid ergo potuit summos Pontifices movere, ut antiquae disciplinae subtrahentes fundamentum iuridicum episcopis rebellibus solis reservarent ius valide consecrandi oleum infirmorum?

"Ex contrario rationes magni momenti eis suadebant, ne quidquam mutarent. Nam abrogando delegationem presbyterorum ad benedicendum s. oleum vehementer irritassent animos Graecorum, proinde ipsi novum obstaculum posuissent, quominus conatus suos Orientem revocandi ad unitatem in optatum exitum perducerent. Insuper, quae res erant, auferre privilegium presbyterorum vix non idem fuisset atque auferre toti Orienti ipsum sacramentum exeuntium sine ullo commodo Ecclesiae, quod recompensasset tantum malum. Perfecto enim schismate episcopi et cum illis presbyteri ne hilum quidem curassent talem legem romanam ideoque exceptis raris casibus, in quibus adhibetur oleum ab episcopo consecratum, omnes christiani tot populorum, quorum sino dubio plurimi erant et sunt bonae fidei, spoliati essent tam salutari mysterio. Quis autem assignabit emolumentum, quod inde in Ecclesiam redundasset? Adde, quod successoribus s. Petri incumbit officium procurandi pro viribus salutem aeternam omnium, qui Christo Domino per Baptismum sunt consecrati. Medium valde efficax, quo innumeri schismatici materiales possunt salvari, est Extrema Unctio. Numquid putabimus, summos Pontifices Orientales hoc medio salutis privasse?"[27]

*Tertio,* presbyteri schismatici valide conferunt Confirmationem, nisi pertineant ad illas particulares ecclesias a quibus S. Sedes, ob peculiares rationes, hanc potestatem explicite revocavit. Ergo ipsi etiam oleum infirmorum valide benedicunt, nisi ab hoc a S. Sede explicite prohibeantur; eadem enim ratio est utrobique, cum utraque facultas eodem modo pendeat a concessione S. Pontificis. Jamvero hanc potestatem benedicendi oleum infirmorum a nulla ecclesia schismatica S. Sedes explicite revocavit. Ergo omnes presbyteri schismatici illud oleum valide benedicunt.

Ad antecedens haec observat *Kern:* "Sufficiat nobis, unam alteramve decisionem s. Officii hic apponere. Cum interrogatum esset, num schismatici conversi ad unitatem Ecclesiae possint ab episcopo latino

[27] *Op. cit.* (supra in p. 321) 267 sq.

denuo confirmari, s. *Officium respondit 3. Julii 1853:* 'Non expedire, quod confirmati a sacerdotibus schismaticis denuo liniantur post reditum ad unitatem; et ad mentem: La mente è che nei casi particolari s'informi il vescovo del luogo preciso ove i convertit! furono cresimati. Che se fosse in Bulgaria od in Cipro, in Italia o nell'isole adiacenti, o presso i maroniti libanesi, o in altro luogo ove espressamente sia revocata tal facoltà, debba riconfermarli *absolute.* Se in Valachia e Moldavia, nell'Asia o in altri luoghi, in cui non fu espressamente revocata, *acquiescat.* Che se si dubitasse del luogo, del modo, o di altra ragionevole circostanza, *recurrat in casibus particularibus* et consulat Benedictum XIV. de synodo dioeces l. VII, c. 7 ss.

*"Die 14. Januarii 1885 s. Officium respondit* ad interrogationem patriarchae Jerosolymitani, qui casum proposuerat: 'In hoc Patriarchatu latino semper validum habitum fuit sacramentum Confirmationis collatum a sacerdotibus schismaticis Palaestinae infantibus immediate post Baptismum; et ideo sic confirmati, si ad catholicam fidem convertuntur, non amplius confirmantur. Nunc aliquando evenit, ut infantes, quorum pater catholicus est et mater schismatica, postquam baptizati fuerint ritu latino, clanculum a matre ad sacerdotem schismaticum afferantur, a quo rebaptizantur et confirmantur. . . . Quaeritur igitur, utrum sacramentum Confirmationis sic collatum immediate post sacrilegam eorum rebaptizationem sit validum.' Respondit s. Officium: 'Non expedire, ut confirmati de quibus in casu, iterum ab episcopo inungantur, nisi ad Tonsuram et Ordines promovendi sint, vel ipsi aut eorum parentes id petant, ac nisi, facta inquisitione circa modum collationis Confirmationis, reperiatur penicillum adhibitum fuisse, quibus in casibus Confirmationis sacramentum secreto conferatur et sub conditione.' Qui novit normas, secundum quas iteratio sacramentorum characterem imprimentium sub conditione permittitur, et dubia, quae ratione materiae et formae contra valorem Confirmationis secundum ritum graecum a quibusdam theologis sunt mota, non mirabitur, in dictis casibus reconfirmationem sub conditione esse permissam."[28]

Conclusio 6. Materia hujus sacramenti est oleum benedictum speciali benedictione, qua nempe oleum explicite vel aequivalenter ordinetur ad usum et effectum ipsius sacramenti Extremae Unctionis. Unde probabilius nec oleum Catechumenorum nec chrisma Confirmationis, prout de facto benedicuntur et adhibentur ab Ecclesia, est materia valida hujus sacramenti.

[28] *Ibid.* 268 sq.

Probatur 1. Omnes formulae benedictionis olei, ab antiquo in variis ecclesiis usitatae, referuntur explicite ad usum et effectum hujus sacramenti. Antiquiores formulas dedimus in art. 1 (p. 108-115, 136-140), scilicet Traditionis Apostolicae, Didascaliae Apostolorum, Sacramentarii Serapionis, Constitutionum Apostolorum, Testamenti D.N.J.C., Missalis Bobbiensis, Sacramentariorum Gelasiani et Gregoriani. Ceterum, generalis tenor antiquarum formularum reflectitur in duabus praecipuis formulis quibus nunc utitur utraqua ecclesia, scilicet ea quae exhibetur in Pontificali Romano, in usu apud Latinos, et ea quam referunt omnia Euchologia graeca sive catholicorum sive schismaticorum.

*Pontificale Romanum* (De officio in Feria V Coenae Domini, Benedictio olei infirmorum): "Emitte, quaesumus Domine, Spiritum sanctum tuum Paraclitum de coelis in hanc pinguedinem olivae, quam de viridi ligno producere dignatus es, ad refectionem mentis et corporis; ut tua sancta benedictione sit omni hoc unguento coelestis medicinae peruncto, tutamen mentis, et corporis, ad evacuandos omnes dolores, omnes infirmitates, omnemque aegritudinem mentis et corporis, unde unxisti Sacerdotes, Reges, Prophetas, et Martyres; sit Chrisma tuum perfectum, Domine, nobis a te benedictum, permanens in visceribus nostris: In nomine Domini nostri Jesu Christi."

*Euchologium Graecum:* "Domine, qui in misericordia et miserationibus tuis animarum corporumque contritiones curas, ipse. Domine, hoc Oleum sanctifica: ut in medelam omnis passionis carnalis et spiritualis inquinamenti, et omnis denique mali depulsionem ex illo unctis fiat: ut in eo glorificetur sanctissimum nomen tuum: Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: nunc et semper, et in saecula saeculorum. Arnen."[20]

Antiquitas et constantia praedictae referentiae ad usum sacramenti, grave saltem indicium est illius necessitatis, nec videtur congruenter explicari posse ex eo tantum quod connaturale fuerit pastoribus Ecclesiae sic varias benedictiones olei conficere ut usus et effectus sacramenti in eis significaretur.

Nec valet obicere quod in antiquis supradictis documentis una et eadem benedictione benedicantur aqua et oleum, oleumque ordinetur etiam ad usum et effectum non sacramentalem, puta ad gustum vel generalem quemlibet tactum (Sacr. Gelasianum: "Omni unguenti, gustanti, tangenti"), et oleo tribuantur etiam effectus qui non sunt proprii Extremae Unctionis sed conveniunt etiam variis sacramentalibus Ecclesiae, ut cohibitio daemonum (Sacr. Serapionis: "Omne

[20] Apud Goar, Εὐχολόγιορ *sive rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum: S. Piget 1647) 413.

daemonium et omnis morbus per potum et unctionem removeatur"). Nam specialis benedictio, quam dicimus requiri in oleo infirmorum, est ea per quam de facto oleum ordinetur ad sacramentum Extremae Unctionis et exprimatur sufficienter ejus specificus effectus; quod autem simul ad alios usus tam sacramentales quam extrasaeramentales ordinetur et alios generales effectus etiam exprimat, accidentale est, nec obest praedictae ordinationi et significationi sacramenti Extremae Unctionis, cum possit una et eadem res ad plures usus ordinari et plures significationes induere et possit una materialiter benedictio esse formaliter multiplex, ratione praecise multiplicis intentionis et multiplicis significationis.

Inde explicatur praxis adhibendi idem oleum catechumenorum in Baptismo, in ordinatione presbyteri, et in coronatione regis, et idem oleum chrismatis in Confirmatione, in Baptismo post ablutionem, in consecratione Ecclesiae, altaris, calicis, patenae et campanae, et idem oleum infirmorum tum in Extrema Unctione tum in eadem campanae benedictione.

Probatur 2. Ipsa Ecclesiae praxis distinguendi triplex oleum et unumquodque distincta benedictione donandi in solemni officio Feriae V Coenae Domini (quae praxis, prout est ritus determinatus, ascendit ad finem saec. 7), novum graveque indicium affert supradictae necessitatis specialis benedictionis ad validitatem sacramenti. Haec praxis, prout describitur in Pontificali Romano, descendit ex latinis ritibus expositis in Sacramentario Gregoriano et Ordinibus Romanis (cf. Sacr. Gregorianum, *ML* 78. 83, 85; Ordinem Romanum X, n. 5 supra relato in p. 376; et n. 11; Ordinem Romanum XIV, n. 82, *ML* 78. 1206).

*Obici potest:* 1. Probabiliter antiquitus oleum infirmorum et oleum catechumenorum eadem benedictione donabantur. 2. Syri et Copti inter Monophysitas unum idemque oleum adhibent pro catechumenis et infirmis; inter doctores schismaticos, Dyovuniotis™ distinctionem olei infirmorum et olei catechumenorum exhibet ut quid Ecclesiae Romanae proprium.

*Attamen:* 1. Ipsa distinctio triplicis olei clara est in antiquis praedictis documentis; etsi ipsa triplicis benedictionis distinctio non sit certa, tamen certa et constans est distinctio inter benedictiones duplicis olei sacramentalis, scilicet olei infirmorum et chrismatis seu olei Confirmationis; inde deduci potest necessitas specialis benedictionis olei ad usum sacramenti, nec aliud contendimus. 2. Ipsi Syri et Copti, etsi idem oleum adhibeant pro infirmis et catechumenis, tamen unam ac

"Τὰ μιστήρια . . . (Athenis 191Λ) ISO.

eandem illam benedictionem expresse referunt ad utrosque, scilicet tum ad infirmos tum ad catechumenos, quod quidem, ut diximus supra, per se sufficit ad benedictionem unius olei etiam in ordinem ad duo sacramenta, ad benedictionem nempe quae sit materialiter una sed formaliter duplex; ceterum ipsa praxis horum haereticorum confirmat nostram conclusionem, nam apud illos districte prohibetur oleum Confirmationis adhibere ad usum infirmorum; ita Georgius Syrus ait: "Sacerdotes qui dant myron [i.e. chrisma] infirmis excommunicentur."[31] Quidquid autem sit de affirmatione Dyovuniotis, nihil obstat, quoniam oleum catechumenorum non est materia sacramenti, ad quam dicimus specialem requiri benedictionem, et apud Schismaticos sicut apud catholicos fit distincta benedictio et distinctus usus utriusque olei sacramentalis, scilicet infirmorum et confirmandorum.

Probatur 3. Nostrae conclusioni videtur favere *Codex J. C.,* can. 945: "Oleum olivarum, in sacramento extremae unctionis adhibendum, debet esse *ad hoc benedictum"* et can. 937: "Adhibito oleo olivarum *rite benedicto,* et per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis praescripta"; quo enim jure ab auctoribus solet Codex invocari ad probandam necessitatem olei olivae necnon ipsius benedictionis olei ad validitatem sacramenti (cf. supra, p. 345 et 354), eodem jure videtur invocari posse etiam ad probandam necessitatem specialis benedictionis. Nec refert quod in canone 937 praescribatur etiam ipsa materialis formula relata in ritualibus, quae certe non est ad validitatem; nam haec est ulterior additio, quae proinde non eandem vim habere videtur ac prior praescriptio ("Rite benedictum," "Ad hoc benedictum"), sensus enim Codicis est: Oportet ut oleum sit benedictum, et quidem rite benedictum seu ad hoc ab episcopo benedictum. et praeterea benedictum per ipsas formulas ritualium librorum.

Magis adhuc favet *Cone. Mediolanense* a. 1579 statuens (pars 4, de Extrema Unctione): "Parochus si per errorem aliud oleum quam quod infirmorum est, ad aegrotum ungendum adhibuerit, etiamsi chrismatis aut catechumenorum sit, ut erratum emendet, olei sacri quod proprium infirmorum est, unctionem eidem adhibeat, tuneque sacramenti formam iteret." Concilium videtur usum olei catechumenorum aut chrismatis habere non solum pro materia dubia, sed simpliciter pro materia invalida, cum simpliciter praescribat reiterare sacramentum, nec loquatur de conditionata tantum reiteratione.

Probatur 4. Ipsa etiam generalis mens Ecclesiae requirentis benedictionem olei ad validitatem, connaturaliter etiam importat specialem

[31] Bar **HEBRAEUS,** *Nomocanon,* **c. 3, §2.**

benedictionem in supradicto sensu ordinationis olei ad sacramentum et significationis effectus sacramenti. Nam ratio quare benedictio exigatur, non est tantum ut quomodolibet habeatur aliqua materia sacra seu benedicta, seu aliquod sacramentale, sed ut habeatur aliqua materia sacramentalis seu ordinata ad sacramentum et apta ut assumatur in proprie dictam materiam sacramenti et quidem hujus determinati sacramenti, quod quidem necessario importat praedictam specialem benedictionem, seu ordinationem ad hoc sacramentum et significationem effectus ipsius.

Id ceteroquin sequitur ex omnibus *convenientiae rationibus* quas cum S. *Thoma* theologi adducunt ad ostendendam necessitatem benedictionis ad hoc ut oleum sit valida materia sacramenti (cf. supra, p. 358-361).

*Primo* enim, oportet ut oleum sanctificetur ab Ecclesia pro Extrema Unctione sicut aqua sanctificata est a Christo pro Baptismo. Jamvero, aqua sanctificata est a Christo non quomodolibet sed per hoc quod eam ordinavit ad regenerationem baptismalem, seu per hoc quod "tactu suae carnis vim regenerativam contulit aquis" *{Suppi.,* q. 29, a. 5; cf. 3 p., q. 78, a. 5), vel per hoc quod "ex ipso usu Christi materiae horum sacramentorum [Bapt. et Euch.] *aptitudinem acceperunt* ad perfectionem sacramenti" (3 p., q. 72, a. 3), vel per hoc quod "ex quo Salvator in aqua se mersit, ex eo omnium gurgitum tractus . . . mysterio baptismatis consecravit" (Augustinus, *Serm.* 135. 4, *ML* 39. 2012), vel per hoc quod aquae "ablutae per carnem Christi . . . *baptismatis jus habiierunt"* (Ambrosius, In *Luc.,* l. 2, n. 83, *ML* 15. 1665). Cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 30 sq., 40 sq.

*Secundo,* ideo oleum benedicitur ut fiat aptum instrumentum ad effectum Extremae Unctionis, et accipiat veluti in actu primo virtutem et efficaciam ad operandum illum effectum quando subinde applicatur in actu secundo seu in usu sacramenti, nam "instrumenta efficaciam accipiunt ab artifice et dum fiunt, et dum ad actum applicantur" *{Suppi.,* q. 29, a. 5, ad 1; cf. a. 6, ad 2 supra cit., p. 370; 3 p., q. 72. a. 3, ad 2). Jamvero, talem aptitudinem oleum nequit acquirere nisi conficiatur seu ordinetur directe ad hoc sacramentum (sicut varia instrumenta conficiuntur juxta varietatem operum perficiendorum), quemadmodum nequit acquirere actualem efficacitatem nisi uniatur formae hujus sacramenti ad illud constituendum et applicandum in usu. Ad rem S. *Thomas,* agens de oleo Confirmationis: "Utraque consecratio chrismatis non refertur ad idem. Sicut enim instrumentum virtutem instrumentalem acquirit dupliciter, scilicet quando accipit formam instrumenti, et quando movetur a principali agente ad effec-

tum; ita etiam materia sacramenti duplici sanctificatione indiget, *per quarum unam fit propria materia sacramenti,* per aliam vero applicatur ad effectum" (3 p., q. 72, a. 3, ad 2).

*Tertio,* benedictio olei exigitur ad hoc ut oleum possit significare proprium effectum hujus sacramenti, seu sive excellentem gratiam quae in eo confertur sive corporalem sanitatem ad quam significandam oleum nullatenus naturaliter ordinatur (cf. supra, p. 360 sq.). Jamvero, hanc significationem oleum nequaquam induere potest nisi per specialem benedictionem qua directe ordinetur ad hoc sacramentum ejusque effectum.

*Ex dictis sequitur:*

1. Ad validitatem requiritur ut oleum infirmorum benedicatur benedictione speciali. Haec autem duo importat, nec plus nec minus: primo nempe, ut per intentionem oleum ordinetur ad usum et effectum hujus sacramenti; secundo, ut haec intentio exprimatur signo sensibili (secus nequit esse aliquid sacramentale), adeoque verbis, quibus sufficienter (seu formaliter vel aequivalenter) significetur olei ordinatio ad usum hujus sacramenti et specificus effectus hujus sacramenti, ita ut brevissima formula hujusmodi benedictionis sic fere sonet: Benedic, Domine, hoc oleum, in spiritualem et corporalem sanitatem infirmorum.

Unde valida materia Extremae Unctionis non est "omne oleum de quo vere dici possit esse ab Episcopo benedictum" (ut vult *Suarez,* supra cit. in p. 335), nec a fortiori benedictio facta cum "solo signo crucis" absque verbis (ut vult *Cappello,* cit. ibidem, et cum eo *Rcgatillo* atque *Conte a Coronata).* Validae vero sunt omnes formulae tum antiquorum Sacramentariorum et Ordinum, tum modernorum ritualium utriusque ecclesiae, supra relatae (p. 389 sq.), in quibus aptissime praedicta significatio et ordinatio ad hoc sacramentum exhibetur.

Si quis episcopus alia uteretur formula ab ea quae "in ritualibus libris ab Ecclesia probatis prescribitur" *{Codex J. C.,* can. 937) illicite contra Codicem sed valide oleum consecraret, cum habeat potestatem ordinariam, ab ipso Christo institutam, nisi quis velit hic etiam absque sufficienti ratione applicare suam sententiam de generica institutione sacramenti. Si vero id ageret presbyter delegatus, quidam (ut *Kern, Cappello, Conte a Coronata, Regatillo* et *Kilker32)* dicunt ipsum invalide consecrare quatenus intelligatur S. Pontifex alligare valorem ipsum delegationis recto ordini benedicendi; sed rectius validitas etiam in hoc casu affirmatur (nisi quis iterum

" Hic auctor idem contendit de ipsa benedictione episcopi, ut diximus supra, p. 536.

recurrat ad praefatam sententiam genericae institutionis), nam, quamvis possit Papa concedere vel non concedere facultatem benedicendi, nequit tamen alligare valorem praesentis concessionis alicui conditioni de futuro (causa enim nondum existens, induere non potest), cum ipsa concessio Papae non sit vera causa potestatis presbyteralis sed mera conditio applicans id quod ipse Christus instituit; unde, semel posita conditione seu data concessione, presbyter succedit episcopo ut minister extraordinarius hujus sacramenti et pariformiter se habet quoad ea quae respiciunt ejus validitatem.

2. Nihil per se obstat quominus idem oleum pro duobus sacramentis consecretur et inserviat, dummodo bis benedicatur, duplici nempe speciali ac diversa benedictione, vel saltem ita consecretur ut eadem materialiter benedictio sit formaliter duplex, exprimens nempe intentionem dirigentem idem oleum ad duplex sacramentum et ad duplicem eorum effectum.

Unde per se nihil obstaret quominus *chrisma Confirmationis* adhiberetur ut materia Extremae Unctionis (non tamen vicissim, ut patet, cum desit balsamum in oleo infirmorum) si supradicta conditio unius benedictionis formaliter duplicis verificaretur. De facto tamen haec in hodierna saltem chrismatis benedictione (quae ceteroquin ab antiquis formulis Romanis descendit) nequaquam verificatur, quia tum ex ipsa signata separatione duarum benedictionum duplicis olei, tum ex ipsis verbis quibus solius sacramenti Confirmationis effectus exprimitur, satis constat de intentione Ecclesiae oleum chrismatis ad hujus tantum sacramenti usum dirigendi.

Praecipua enim et essentialis pars hujus benedictionis, quae triplici etiam signo crucis solemniter signatur, sic exhibetur in *Pontificali Romano:* "Te igitur deprecamur, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, per eumdem Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, ut hujus creaturae pinguedinem sanctidHhcare tua benedh ditione digneris, et sancti HF* Spiritus ei admiscere virtutem, coopérante Christi Filii tui potentia, a cujus Nomine sancto Chrisma nomen accepit, unde unxisti Sacerdotes. Reges, Prophetas, et Martyres; ut spiritualis lavacri Baptismo renovandis, *creaturam Chrismatis in Sacramentum perfectae salutis, vitaeque confirmes;* ut sanctificatione unctionis infusa, corruptione primae nativitatis absorpta, sanctum uniuscujusque templum acceptabilis vitae innocentiae odore redolescat; ut secundum constitutionis tuae Sacramentum, Regio, et Sacerdotali, Propheticoque honore perfusi, vestimento incorrupti muneris induantur; ut sit his, qui renati fuerint ex aqua et Spiritu sancto, Chrisma salutis, eosque aeternae vitae participes, et coelestis gloriae faciat esse consortes. . . [Hic Pontifex commiscet oleum cum balsamo, dicens:]

Haec commixtio liquorum fiat omnibus ex ea perunctis propitiatio et custodia salutaris in saecula saeculorum. . . Arnen."

3. Pariter nihil per se obstat quominus oleum benedictum ad usum sacramenti (sive oleum Extremae Unctionis, sive chrisma Confirmationis), inserviat nihilominus etiam alicui ritui non sacramentali. habenti v.g. aliquam analogiam cum ipso sacramento, ex ipsa intentione Ecclesiae, virtualiter manifestata vel in ipsa benedictione olei sacramentalis vel subsequenter in ipsa assumptione illius olei jam benedicti, in usum extrasacramentalem. Et hoc de facto accidit tum quoad oleum infirmorum, quo Ecclesia utitur etiam in benedictione campanae (sic dicto baptismo campanae), tum quoad chrisma Confirmationis, quod adhibetur etiam in Baptismo post ablutionem, in consecratione episcopi, in consecratione fontis seu aquae baptismalis, in consecratione ecclesiae, altaris, calicis, patenae et in supradicta benedictione campanae.[33]

4. E converso, oleum non ad usum sacramenti benedictum, sed ad alium usum utut cum sacramento caeremonialiter connexum, nequit inservire ad sacramenti confectionem. Unde nec oleum benedictum ad usum privatum (de quo in Rituali Romano, t. 8, c. 19) nec ipsum *oleum catechumenorum* (quod adhibetur in prima unctione baptismali. in ordinatione presbyteri et in coronatione regis) est de facto valida materia Extremae Unctionis, ut patet ex hac formula benedictionis olei catechumenorum in *Pontificali Romano:* "Te oramus, Domine, ut emittere digneris tuam bene Ψ dictionem super hoc Oleum, et *venturis ad beatae regenerationis lavacrum* tribuas per unctionem hujus creaturae, purgationem mentis et corporis; ut si quae illis *adversantium spirituum* inhaesere maculae, ad tactum sanctificati Olei hujus abscedant, nullus spiritualibus nequitiis locus, nulla refugis virtutibus sit facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Sed *venientibus ad fidem servis tuis,* et sancti Spiritus tui operatione mundatis, sit unctionis hujus praeparatio utilis ad salutem, quam etiam coelestis regenerationis nativitate in Sacramento sunt Baptismatis adepturi. Per Dominum. .

5. *Ad praxim quod attinet,* communius theologi, signanter moderni moralistae post S. Alphonsum, docent quod, stante varietate opinionum, oleum non benedictum praedicta speciali benedictione, seu oleum catechumenorum et chrisma Confirmationis (quidam, ut *Cappello* post *Suarez,* addunt: omne quodeumque oleum ab episcopo benedictum), est materia dubia, ac ideo, cum sit sequenda in praxi sententia tutior

[33] Cf. tractatum *Dc Baptismo ct Confirmatione* 303; item, F. Cabrol, "Huile." *Dictionnaire d'Archéologie chrétienne ct de Liturgie* 6. 2 (1925) 2779-27S6.

ubi agitur de valore sacramenti, non potest licite adhiberi pro Extrema Unctione, excepto tamen casu necessitatis, cum nempe oleum infirmorum nequit reperiri, in quo casu potest (plures addunt: et debet) sacramentum administrari cum alio oleo" sub conditione (Si valeat) et subinde repeti sub conditione (Si nunquam sacramentum recepisti) si oleum infirmorum reperiatur.

Ita *Viva, Dicastillo, Lacroix, S. Alphonsus, Lehmkuhl, Pesch, Noldin, Génicot, Bucccroni, Godejroy, Cappello, Prümmer, Aerlnys-Damen,* aliique moderni fere omnes, tam morales quam dogmatici. Ad rem S. *Alphonsus* (n. 709): "Utraque sententia est probabilis. Unde prima [de validitate cujuslibet olei ab episcopo benedicti] non potest in praxim deduci, nisi in casu necessitatis, quo deest oleum infirmorum: tunc enim poterit ministrari Extrema Unctio chrismate vel oleo catechumenorum sub conditione. . . Et si postea haberi possit oleum infirmorum, repetendum est sacramentum."

Non tamen et hic desunt dissentientes.

Ita plures inter illos qui simpliciter affirmant necessitatem specialis benedictionis, negant liceitatem adhibendi aliud oleum etiam in casu necessitatis; ita ipsi moderni *Blat*[3*] et *Umberg* qui scribit: "Quodsi chrisma adhibetur, idem est ac si adhiberetur oleum sine legitima forma benedictum."[1'] Ratio est, aiunt, quia nunc res decisa est ex Codice J. C. (can. 945, coll, cum can. 1148, § 217). Attamen, haec ratio non multum valet, tum extrinsece, nam plures sustinent contrariam sententiam, juxta quam proinde potest quis in praxi procedere, tum intrinsece, nam in canone 945 non certo constat agi de invaliditate, in canone vero 1148 agitur de invaliditate non respiciente sacramenta sed sacramentalia, ut constat ex priori parte illius canonis (§ 1: "In Sacramentalibus conficiendis seu administrandis accurate serventur ritus ab Ecclesia probati").

E converso, inter illos qui simpliciter negant necessitatem specialis benedictionis, plures antiquiores negant sacramentum esse iterandum sub conditione in casu quo, puta ex errore, collatum fuerit cum alio oleo, scilicet catechumenorum vel Confirmationis. Ita *Diana, Tamburini* et *Laymann* qui scribit: "Probabiliter dici posse videtur nihil

'Quidam, ut *Kilker* (p. 319) et *Conte a Coronata* (n. 558) recte notant in eo casu praeferendum esse oleum catechumenorum, et in ejus tantum defectu adhibendum esse chrisma Confirmationis, eo quod chrisma non sit oleum purum sed balsamo commixtum, et haec commixtio sit nova ratio obstans, saltem probabiliter, validitati sacramenti.

"Comm. *Text.,* l. 3, p. 1, n. 290.

M *Neo-Confcssarius,* auctoribus Rcuter-LehmkuhI-Umberg, n. 226.

1 Can. 945: "Oleum . . . debet esse ad hoc benedictum"; can. 1148, §2: "Consecrationes ac benedictiones sive consecrativae sive invocativae invalidae sunt, si adhibita non fuerit formula ab Ecclesia praescripta."

esse repetendum, sed rem Domino commendandam; tum quia plerumque non posset fieri iterata unctio sine scandalo, tum quia valde probabile est sacramentum Extremae Unctionis valide conferri in materia sacri chrismatis; seu quia olim consuetum erat talem materiam adhibere, ut Suarez existimat, seu quia mixtio balsami tam exigua esse solet, ut oleum nec physice nec omnino moraliter suam naturam exuisse censeatur, quod vero hac vel illa benedictione oleum consecratum sit, non videtur pertinere ad sacramenti substantiam.

*Practicos aliquos casus necessitatis* modosque agendi sic apte exponit *KILKER:* "Cases of necessity may arise easily enough. By mistake, a priest could bring to the sick room the oil of Baptism or the chrism of Confirmation. The person is dying very rapidly and will very likely have passed away by the time the priest could retrace his steps to the rectory and back again to the sick house If the sick call were in the rural districts, a very' considerable amount of Lime would be required for this. Another emergency would occur when a priest, called to baptize a child, would suddenly find the mother dying also. It there is danger in delay, the Oil of the Catechumens or the Chrism may' be employed for the unction. It need hardly be said that such an unction is to be made under the condition, at least mentally expressed, *'Si materia est valida.'* If the oil of the sick is obtained while the person is still alive, a second unction is to be made. . .

*"Lehmkuhl.* . . thinks that if a man has been absolved and received Communion, and the priest notices during the unctions that he is using the wrong oil. it is more advisable to risk a return to the rectory for the correct oils, even though there is danger that the man may' die in the meantime. The completion of the other unctions is simply piling doubt upon doubt, whereas, since a single unction suffices for validity and since the patient has already' been the recipient of at least a single unction, lime may' be saved by interrupting the unctions and hurrying for the proper oils.

*"Elbcl-Bierbaum* teaches that if the pastor learns after a time that he has been using the *Oleum Catechumenorum* by' mistake, he need not go back and repeat the unctions with the *Oleum Infirmorum* when the subject has received the other sacraments. However, if Extreme Unction was the only sacrament which the subject could have with certainty received, e. g., if he were unconscious, then in every case of this kind the sacrament should be repeated.

"The reasons he alleges for the first case are three: 1) The unction with chrism (or oil of the Catechumens) was probably' valid; 2) the sacrament is not absolutely necessary; 3) the impossibility of reanointing without exciting the wonderment of the people — a phenomenon which never lacks an element of scandal. The third reason would surely not be hard to verify if many sick were at that time in the parish. It would soon be breezed far and wide that the pastor had made some great mistake because all the sick in his parish were reanointed. On the other hand, a judicious handling of the situation would prevent such a condition of affairs. Those nearest death could be anointed first — and if necessary, by a single unction, so that the bystanders could not notice it. One by' one the others could be attended so that gradually, through diplomacy, all the sick of the parish would receive what was in justice due to them from the pastor."[39]

[39] *Theologia moralis,* tr. 8 de Extrema Unctione, c. 2, n. 3.
*Op. cit.* (supra in p. 326) 318 sq.

ART. 4. Utrum Materia Proxima Hujus Sacramenti Sit Usus Olei, Seu Unctio, Et Quidem Quaelibet Unctio *(Suppi.,* q. 29, a. 2; q. 32, a. 5 et 6; *C. Gent.* 4. 73; *Opusc. 5 De articulis fidei et sacramentis Ecclesiae)* J0

## STATUS QUAESTIONIS

Constans praxis Ecclesiae fuit hoc sacramentum administrandi, *primo* per usum olei; *secundo,* per solam unctionem olei, non vero per alium usum, puta gustationem aut merum tactum seu applicationem; *tertio,* per varias unctiones seu per unctionem praecipuorum sensuum vel partium corporis, et quidem, in ecclesia latina, praecipue per quinque distinctas unctiones quinque sensuum exteriorum cum quinquies repetita forma verborum.

Reapse latina praxis (inde saltem a medio aevo), solemniter consecrata in Cone. Florentino (Decr. pro Armenis, ex noto opusculo S. Thomae), indirecte confirmata in Cone. Trid., applicata in Rituali Romano, explicata in Catechismo Cone. Trid., relata in Codice J. C. (cf. haec documenta infra, p. 402-404), septem importat unctiones, quarum quinque priores in quinque sensibus (ad oculos, aures, nares, os, manus) ut principales habitae sunt, duae vero postremae (ad pedes et renes) potius ut secundariae, ita ut in nova editione Ritualis Romani, ad normam Codicis accommodata, unctio renum silentio prae-

S. Alphonsus, *Theologia moralis* (cd. L. Gaudé, Romae 1909) III 721-723.

Benedictus XIV, *De synodo dioccesana,* 1. 8. c. 3, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXV (Parisiis 1841)'1091-1093.

Borella, P., "Materia e forma dell'Estrema Unzione nell'antico rito amborosiano," *Ambrosius* 20 (1944) 13-18.

Cappello, *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* III: *De Extrema Unctione* (ed. 2, Taurini 1942) 41-61, n. 66-95; "Quomodo sint intelligcnda verba can, 479, § 1: 'Salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo'?," *Periodica de re Morali, Canonica, Liturgica* 19 (1930) 93*-96*.

Gougnard, A., "De materia proxima Extremae Unctionis," *Collectanea Mechliniensia* 3 (1929) 39-44.

J-VNSSENS de Bisthoven, B., "Ordo ministrandi sacramentum extremae unctionis," *Collationes Brugcnses* 48 (1952) 119-121.

Kern, *De sacramento Extremae Unctionis,* 1. 2, c. 2, et 1. 5, c. 1, a. 1 (Ratisbonae 1907) 131-141, 322-331.

Kilker, *Extreme Unction,* chapters 2 and 12 (St. Louis, 1927) 64-72, 347-407.

Kiselstein, G., "De unctionibus in ministrationc Extremae Unctionis faciendis," *Revue ecclésiastique de Liège* 27 (1935-1936) 44—19.

Launoy. J. de, *De sacramento Unctionis Infirmorum Liber, Explicata Ecclesiae traditio circa partes corporis quae unguntur, Opera omnia* I. 1 (Coloniae Allobrogum 1731) 574-582.

Suarez, In 3 p., q. 84 sqq., disp. 40, s. 2 et disp. 41, s. 3, *Opera omnia* XXII (ed. C. Bcrton, Parisiis: Vives 1866) 817-819, 842-845.

Cf. varios theologos morales modernos, praeter dogmaticos qui paucissima habent de hac re.

Bibliographiam de *praxi Orientalium* habes infra in p. 446.

Bibliographiam de *manuum impositione* in ritu Extremae Unctionis habes infra in p. 434.

termittatur et unctio pedum ex qualibet rationabili causa omitti posse dicatur, et in ipso Codice J. C. unctio renum semper omitti jubeatur, unctionis vero pedum similiter ex rationabili causa omissio permittatur.

Hinc quaestio oritur, an triplex praedicta praxis respiciat ipsam validitatem sacramenti; quae quidem est *TRIPLEX QUAESTIO* agitari solita de materia proxima Extremae Unctionis. Scilicet:

1. An materia hujus sacramenti sit non ipsum oleum per formam benedictionis consecratum (sicut panis est materia Eucharistiae), sed usus olei (sicut usus aquae est materia Baptismi), ita ut usus olei non sit mera applicatio sacramenti jam confecti sed ipsa sacramenti confectio, ac pro tanto ipsius materia proxima.

2. An materia proxima sit non quilibet usus olei, puta gustus vel simplex tactus seu applicatio, sed vera unctio (sicut materia Baptismi est non quilibet aquae usus, sed ablutio).

3. An materia proxima sit quaelibet unctio, abstrahendo nempe a numero unctionum et qualitate partium corporis inunctarum, nominatim a quintuplici unctione sensuum externorum, ita ut unica unctio cujuslibet partis corporis per se sufficiat ad valorem, etsi non ad integritatem sacramenti. Quae quidem est praecipua quaestio, involvens particularem difficultatem ob diversitatem praxis ecclesiarum, documentorum Ecclesiae et consequentis judicii theologorum.

Potest etiam ulterius inquiri an unctio quinque sensuum, seu potius pluralitas unctionum, etsi non requiratur ad valorem sacramenti, requiratur tamen ad ejus integritatem; sed hanc quaestionem, utpote difficiliorem et magis controversam, remittimus ad sequentem articulum.

## PARS NEGATIVA et PARS AFFIRMATIVA

Nota theologica.

1. Materiam proximam sacramenti esse *non ipsum oleum consecratum sed ejus usum,* seu ipsum sacramentum consistere non in oleo consecrato (sicut Eucharistia consistit in pane consecrato), sed in olei usu, est *theologice certum.* Id implicite continetur tum in communi sensu et praxi Ecclesiae atque ordinario ejus magisterio, quae ipsam unctionem considerant ut sacramentum, tum in verbis Tridentini: nam in sess. 13, cap. 3, Concilium ait solam Eucharistiam consistere in re permanenti, dum "reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur" *(Denz.* S76); praeterea, hic in cap. 1, Concilium post Cone. Flor, ait "materiam esse oleum ab episcopo benedictum" et ad significandum oleum simul cum benedictione esse non totum sacramentum sed meram materiam, et benedic-

tionem non esse formam sacramenti, immediate subiungit "formam esse illa verba: 'Per istam unctionem' etc."

2. Usum olei, in quo sacramentum consistit vel saltem applicatur, esse *ipsam ac solam unctionem,* est *de fide,* aequivalenter contenta in tota Ecclesiae praxi explicata saltem a magisterio ordinario. Attento autem solo extraordinario magisterio (signanter Innocentio III, Cone. Flor., Cone. Trid. et Codice J. C., can. 937 et 947), res est saltem theologice certa.

Generatim theologi haec duo puncta non distinguunt cum assignant notam theologicam, sed in communi de hac propositione judicant: Olei unctionem esse materiam proximam; quam quidem aliqui, ut Diekamp, dicunt de fide, alii, ut Pesch, Hervé, Otten, dicunt theologice certam.

3. *Unicam unctionem sufficere,* saltem in casu necessitatis et si fiat in aliquo sensu ac cum formula generali (juxta Codicem, can. 947: "In casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu seu rectius in fronte cum praescripta forma breviore"), videtur hodie tam theologice firmum ut contrarium nequeat absolvi ab omni *nota temeritatis.*

Id sequitur primo ex ipso statuto Codicis. Ut enim apte notat Cappello, "praescriptum istud, sedulo attendas, non est mere disciplinae, sed proprio et stricto sensu doctrinale, et cum per Codicem universae Ecclesiae proponatur, dubitandum non est quin habendum sit tanquam infallibiliter propositum" (n. 73). Nec valet dicere Codicem statuere tantum quid possit ac debeat fieri in casu necessitatis (scilicet attentare administrationem sacramenti non certo validi, ratione nempe necessitatis sacramenti et urgentiae casus), non vero quid sit de ipsa re seu de validitate sacramenti, adeoque meram praxim, non doctrinam proponere; nam ipse tenor verborum sonat doctrinaliter ("Sufficit unica unctio") et aliunde si ageretur de praxi attentandi incertum sacramentum, Codex loqueretur de conditionata administratione ("Sufficit unica unctio sub conditione administrata") ut loquitur in canonibus de administratione Baptismi (can. 746-749, 752), jamvero Codex non loquitur de conditionata administratione sed absolutam supponit ex decreto S. Officii a. 1917 ad quod fit etiam referentia in notis.

Secundo, id sequitur ex communi sensu doctorum post Codicem, qui sufficientiam unius unctionis in casu necessitatis dicunt hodie esse certam: quibus verbis videntur notam theologicae certitudinis vel magnae probabilitatis proponere: Tanquerey (Certum), Van Noort-Verhaar (Hodie certum ex Codice), Hervé (Omnino certum), Otten (Moraliter certum), Zubizarreta (Certum), Verhamme (Certum),

Kilker (Certum), Génicot-Salsmans (Jam constat ex Codice), Noldin-Schmitt (Constat ex Codice), Cappello (Ut certum habendum est, ut manifesto patet ex decreto S. Officii et expressa confirmatione Codicis), Vermeersch-Creusen (Nunc prorsus constat), Piscetta-Gennaro (Hodie certum), Merkelbach (Jam certum ex Codice), Aertnys-Damen (Certum omnino videtur ex Codice), Regatillo (Hodie certum), Gougnard (Videtur certum). Ceterum, cum hi aliique doctores suam certitudinem fundent in decreto S. Officii et praecipue in Codice J. C., vis affirmationis ipsorum tota reducitur tum ad intrinsecam vim illorum documentorum tum etiam ad extrinsecam vim auctoritatis interpretantium in propria materia canonica et morali.

Non tamen diffitemur nondum haberi apud doctores perfectam unanimitatem et stabilitatem in praefato judicio. Quidam enim, praecipue inter dogmaticos (quorum ceteroquin pauci de hac re occupantur), videntur adhuc meram scientificam probabilitatem vel probabilioritatem, quae proinde exulet a ratione notae theologicae, huic doctrinae concedere. Ita ac praecipue *Billot* meram probabilitatem concedit, imo oppositam adhuc probabiliorem dicit; tum enim in editionibus ante Codicem tum in posterioribus sui operis editionibus legitur: "Unctio quinque sensuum est certo sufficiens, sed et probabilius, etiam essentialis: quamquam non improbabiliter, speculative loquendo, aliqui dicant unctionem unam cum generali forma correspondente, per se solam sufficere" (ed. 1930, p. 253, in nota). Verum quidem est plures auctores hanc Billot opinionem ut singularem et peregrinam indigitare; attamen non desunt adhuc apud paucos alios similes expressiones. Ita apud *Pcsch,* etiam in editione a. 1920 (n. 530), nonnisi haec ambigua affirmatio legitur: "Multo probabilior videtur sententia, quae negat hanc necessitatem [unctionis quinque sensuum]. . . Disputatio nunc finita est decreto s. officii 25 april. 1906." Similiter *Diekamp* (§58) ambigue scribit: "Qua nova lege [Codicis] opinio theologica affirmans unam unctionem sufficere efficaciter confirmatur. Theologi antiquiores generaliter putabant omnes unctiones vel saltem quinque priores (quinque sensuum) ad essentiam sacramenti pertinere. Quia multi theologi magnae auctoritatis hanc doctrinam proposuerunt atque quoad signum externum cujusvis sacramenti via tutior est observanda, excepto casu necessitatis omnes quinque vel sex unctiones perfici debent."

Libere autem inter theologos disputatur *dc validitate unius unctionis tum extra casum necessitatis, tum ut copulatae cum jorma particulari* exprimente tantum unum sensum, *tum peractae in alia corporis parte,* seu non in aliquo proprie dicto sensu aut in fronte (cf. infra, p. 425–427).

Documenta Ecclesiae.

*Innocentius III, Professio fidei Waldensibus praescripta* a. 1208: "Unctionem infirmorum cum oleo consecrato veneramur" *(JDenz.* 424).

*Cone. Florentinum, Decr. pro Armenis,* assignato oleo benedicto pro materia sacramenti et supposito usu olei seu unctione pro materia proxima, septem supradictas unctiones faciendas exhibet, sub verborum forma septies repetita. "In his locis [infirmus] ungendus est: in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est haec: 'Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum' etc. Et similiter in aliis membris" *(JDenz.* 700).

*Cone. Tridentinum,* sess. 14, cap. 1: "Intellexit enim Ecclesia [ex verbis Iacobi], materiam esse oleum ab episcopo benedictum; nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat; formam deinde esse illa verba: 'Per istam unctionem' etc." *(Denz.* 908.)

Concilium explicite loquitur de unctione. Per abbreviatam citationem formae, implicite se refert ad septem unctiones super quas illa forma iteratur, juxta ritualia. Propterea in priori schemate explicite dicebatur: "Formam deinde apostolus ostendit in oratione sacerdotis deprecatoria quod huic sacramento peculiare est ac proprium positam esse. Haec autem ut nobis patres velut per manus tradiderunt talis est: Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per visum deliquisti. Ad eundem modum sex aliae unctiones fiunt ad alias corporis partes accommodatae in quibus diversae orationes pro ipsarum partium varietate adhibentur."

*Catechismus Cone. Trid.* easdem septem assignat unctiones, simul reddens rationem quare in determinatis illis corporis partibus fiant et quare ob unctionum pluralitatem nequaquam scindatur unitas sacramenti:

"Constanter itaque docendum est a Pastoribus, verum Sacramentum esse, nec plura, sed unum, quamvis per plures Unctiones administretur, quarum singulis propriae preces, ac peculiaris forma adhibenda est. Unum vero est non partium continuatione, quae dividi non possint, sed perfectione: cuiusmodi sunt cetera omnia, quae ex pluribus rebus constant. Nam quemadmodum domus, quae ex multis et diversis rebus composita est, una tantum forma perficitur: ita hoc Sacramentum, etsi

ex pluribus rebus et verbis constituitur, unum tamen signum est, et unius rei, quam significat, efficientiam habet. . .

"Non sunt autem omnes corporis partes ungendae, sed eae tantum, quas veluti sensuum instrumenta homini natura attribuit; oculi propter visionem, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum vel sermonem, manus propter tactum, qui tametsi toto corpore aequaliter fusus est, in ea tamen parte maxime viget. Hunc autem ungendi ritum universalis Ecclesia retinet, atque etiam huius Sacramenti naturae optime convenit; medicamenti enim est instar. Ac quoniam in corporis morbis, quamvis universum corpus male affectum sit, tamen illi tantum parti curatio adhibetur, a qua tanquam a fonte et origine, morbus manat; idcirco non totum corpus, sed ea membra, in quibus potissimum sentiendi vis eminet, renes etiam, veluti libidinis et voluptatis sedes, unguntur, tum pedes, qui nobis ingressus, et ad locum movendi principium sunt" (pars 2, c. 6, q. 4 et 10).

*Rituale Romanum* in editionibus praecedentibus Codicem J. C. easdem septem unctiones referebat, adnotans tamen in rubrica septimam unctionem renum omittendam esse semper quoad mulieres, honestatis causa, et quandoque etiam quoad viros, necessitatis causa seu quando infirmus commode moveri non posset.[11] Post Codicem vero, haec unctio simpliciter omittitur, et de unctione pedum dicitur ex qualibet rationabili causa omitti posse. Praescribitur unctiones ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fieri debere. In casu necessitatis dicitur unica unctio in uno sensu, rectius in fronte, sufficere, et quidem cum breviori forma verborum, manente tamen obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo.

Tit. 5, c. 1, n. 12, 16, 20, 21: "Si quis autem laboret in extremis, et periculum immineat, ne decedat antequam liniantur Unctiones, cito ungatur, incipiendo ab eo loco: 'Per istam sanctam Unctionem etc.', ut infra; deinde, si adhuc supervivat, dicantur Orationes praetermissae, suo loco positae. . . Quinque vero corporis partes praecipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, nares, os et manus: attamen pedes etiam ungendi sunt; sed pedum unctio ex qualibet rationabili causa omitti potest. Unctiones autem extra casum gravis necessitatis, ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant. . . Hujus sacramenti forma, qua sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait: 'Per istam sanctam Unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid

[11] "Pedes etiam et renes ungendi sunt; sed renum unctio in mulieribus, honestatis gratia, semper omittitur, atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest."

per visum', sive 'per auditum, etc., deliquisti. Arnen.' In casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu, seu rectius in fronte, cum hac forma breviori: 'Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen.' Salva tamen manet obligatio singulas unctiones supplendi, ut supra (n. 12), cessante periculo."

*Codex J. C.* docet hoc sacramentum conferendum esse per unctionem olei; jubet omnes praedictas unctiones ordine et modo in ritualibus libris praescripto adhiberi; commemorat unctionem renum quam dicit semper omittendam; refert cetera quae habentur in Rituali Romano de rationabili omissione unctionis pedum, de unica unctione in casu necessitatis, de obligatione supplendi omissas unctiones et de facienda unctione ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento.

*Can. 937:* "Extremae unctionis sacramentum conferri debet per sacras unctiones, adhibito oleo olivarum rite benedicto, et per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis praescripta."

*Can. 947:* "§ 1. Unctiones verbis, ordine et modo in libris ritualibus praescripto, accurate peragantur; in casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu seu rectius in fronte cum praescripta forma breviori, salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo. § 2. Unctio renum semper omittatur. § 3. Unctio pedum ex qualibet rationabili causa omitti potest. § 4. Extra casum gravis necessitatis, unctiones ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant."

Praeterea huc faciunt quaedam *decreta Sacrarum Romanarum Congregationum* tum circa unicam unctionem adhibendam in casu necessitatis, tum circa unctionem renum, tum circa unctionem faciendam ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento.

S. *Officium* 28 aug. 1889 declaravit: "Unctio renum (in Extrema Unctione) nunquam praetermitti potest, nisi, in casibus particularibus, adhibitis cautelis, decentiae satis consuli aliter nequeat."[42]

S. *Officium* 25 april. 1906 decrevit: "In casu verae necessitatis sufficere formam: 'Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen' " *(Denz.* 1996; *Acta Sanctae Sedis* XXXIX 273).[43]

Haec fuit prima declaratio S. Sedis circa administrationem hujus sacramenti in casu necessitatis et indirecte circa ipsam quaestionem de validitate unicae unctionis.[41] Haec declaratio nihil explicite dicit de[45]

[45] *Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide* (Roma: Ex Typographia Polyglotta 1907) II 242, n. 1718.

"Haec forma subinde inserta est in Rituali Romano anno 1913.

[44] Jam anno 1754 S. *Officium* interrogatum fuit de validitate unicae unctionis, sed

ipsa sufficientia unicae unctionis, sed tantum respicit validitatem illius brevis ac generalis formae quae apprime convenit etiam quinque unctionibus, factis sub semel prolata illa formula; inde quidam doctores, ut *Slater*[45] et redactor *Acta Sanctae Sedis*,[46] dixerunt sufficientiam unicae unctionis nullo modo tangi aut confirmari ab illo decreto,[47] adeoque talem unctionem, administratam in casu necessitatis, dubiam esse atque subinde integrum ritum repetendum esse sub conditione; alii vero ac frequentiores doctores non inepte in eo decreto legerunt implicitam declarationem sufficientiae unius unctionis, et inde deduxerunt integrum ritum non esse subinde iterandum. Hinc cum aliquo calore disputatum est inter theologos tum de necessitate vel secus supplendi alias unctiones, tum de modo eas supplendi, seu utrum absolute an conditionate. Hanc totam controversiam de medio tollit subsequens decretum a. 1917.

5. *Officium 9 martii 1917:* "An administrato Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis unica Unctione in fronte adhibita, per verba 'Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen,' cessante periculo, unctiones, ad tenorem Decreti 31 Jan. 1907, supplendae, sub conditione, adhibendae sint vel non? R., Negative ad lam partem; affirmative ad 2am."

Cum decretum a. 1907, quod hic refertur, non fuerit officialiter promulgatum nec esset notum theologis, hi disputare coeperunt de sensu ipsius decreti 1917, utrum nempe prohiberet ipsam iterationem ritus an iterationem conditionatam ita ut imponeret iterationem et quidem absolutam (uter enim sensus habetur prout negatio ponitur super verbum "adhibendae" vel super vocem "sub conditione"). *Ephemerides liturgicae* (anno 31, n. 8, p. 437) in responsione ad sequens quaesitum: "Quid de novo decreto S. Officii (die 9 martii 1917) de Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis? Multi periti apud nos non possunt interpretari responsionem S. Officii, et nemo scit aliquid de decreto citato diei 31 Januarii 1907," private publicavit illud decretum, quod sic sonat: "Feria V die 31 januarii, 1907, Suprema S. Congregatio S. Officii a S. M. Pio PP. X. hujus resolutionis appro-

quaestionem declinavit. Ci. S. C. S. Officii, Algcriae, 11 julii 1754, apud *Collectanea,* n. 596, in nota.

[45] *Thcol. Moral,* (cd. 1908) II 235; cf. in *The Irish Ecclesiastical Record* 6 (1915) 567-574.

[46] XXXIX 275 sq.

[47] Adhuc *Merkclbach* ita hoc decretum interpretatur, scribens: "Plures quoque invocant responsum S. Off., 25 apr. 1906: 'in casu necessitatis sufficere formam: *Per istam sanctam unctionem undulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen'.* At responsum directe est de forma: sufficit praedicta, nec addere oportet: *per sensus,* vel *per visum* . . . enumerando singulos; — non est de materia. Casu scii, necessitatis quo tantum sit tempus faciendi unam unctionem, forma enuntiata proclamatur adhibenda. At nondum dicebatur una unctio certo sufficiens ad validitatem" (n. 603, in nota).

bationem retulit: 'SSmus D. N., ne in posterum dubium oriatur, ita reformari jussit decretum de die 25 aprilis, 1906: "Sufficere formam *Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen.* Si vero infirmus supervixerit, suppleantur singulae unctiones et orationes." ' " Ceterum, omnem dubitationem paulo post sustulit *Codex J. C.,* declarans unicam unctionem sufficere in casu necessitatis et ceteras unctiones esse postmodum supplendas, quod quidem intelligitur non sub conditione sed absolute, ad nonnam decreti a. 1917.

*S.C. de Prop. Fide* sequens dubium propositum est a Vicario Apostolico Sutchuen.: "Saepius in fidelium conventu, suscepto Viatico et Missa finita, hic ungi solent huiusmodi senes et infirmi, nec non alii quidam periculosius aegrotantes. Quando autem pro renum unctione peragenda in viris laxantur et elevantur vestes, statim multi, maxime mulieres, rubore suffunduntur, et velociter aufugiunt propter gentis mores. Si igitur S. Congregationi probatum fuerit, dignetur, obsecro, a SS. I). N. obtinere ut renum unctio omittatur non solum quando infirmus commode moveri non potest, sicut vult Rituale Rom., sed etiam quando Extrema Unctio administratur in coetu fidelium."[1] Respondit autem, die 21 sept. 1843: "Affirmative, facto verbo cum SSfho. SSmus adprobavit."[48]

*Congregatio SS. Rituum,* proposita sibi ab episcopo Ultraiectensi (Utrecht) approbatione Ritualis illius dioecesis, in quo, juxta loci consuetudinem, simpliciter omittebatur unctio renum, die 14 aug. 1858 jussit integrari ipsum textum liturgicum juxta Rituale Romanum, simul tamen declarans praedictum contrarium usum tolerari posse donec paulatim adducerentur fideles ad congruentem aestimationem et usum illius unctionis: "Quod vero attinet ad renum unctionem, quam in administrando Sacramento extremae Unctionis nunquam in ista Dioecesi Amplitudo Tua adhibitam fuisse testatur, et quam idcirco postulat, ut in Rituali Romano omitti permittatur, visum est Sacrae Congregationi nullam prorsus, sive in hac sive in alia quacumque re, suppressionem vel immutationem in Rituali induci oportere, sed illud voluit integre et fideliter imprimi, prout a Paulo V editum et a Benedicto XIV recognitum et castigatum fuit. Quod si unctio renum inusitata istic hactenus fuit, declaravit S. Congregatio patienter se laturam quidem, si singularia istius Dioecesis adiuncta impediant quominus illico et universim ad praxim unctio isthaec deducatur: insimul tamen ardentissimum votum suum expressit, ut, curante Amplitudine Tua

[1] *Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide.* (Roma: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1907) I 533 sq., n. 968.

et docentibus Parochis, paulatim et sensim sine sensu disponantur fideles ad istam quoque specialem unctionem in extremo agone recipiendam, iuxta Ritualis Romani praescriptiones."[40]

Eadem *Congregatio SS. Rituum* pluries institit in necessitate faciendi unctiones ipsa ministri manu, nullo adhibito instrumento i puta virgula seu penicillo): *Portus Aloisii,* 9 maii 1857 (ad 2); *Toletana,* 31 aug. 1872 (ad 1, 3 et 4); *Colimen.,* 12 jul. 1901 (ad 8)."[50]

S. *Officium tamen* die 11 jul. 1754 benignum responsum dedit quoad casum necessitatis, seu infirmi laborantis morbo contagioso. Sequentia dubia proposita fuerant: "2. Utrum infirmis peste detentis administrari possit Extrema Unctio aliqua virga, in cuius extremitate adsit modicum bombicis. 3. Utrum hoc Sacramentum, peste grassante, licite et absque scrupulo omitti valeat. 4. Utrum, in hypothesi quod non possit omitti, administrari valeat per unicam unctionem: an vero de necessitate perficiendae sint singulae illae unctiones quae in Rituali Romano praescribuntur." Quibus respondit: "Sua Santità si degnô ordinare che in risposta si raccomandasse alia vigilanza e zelo dei Vie. Ap. il procurare cun tutto lo studio l'amministrazione della SS. Eucaristia, e della Estrema Unzione, anche in tempo di peste, perché quei miseri appestati nelle estreme loro angustie non restino privi di si grande aiuto e conforto per la salute delle loro anime, e che circa il modo di amministrarli potranno i missionari regolarsi nelle manière ed usi altre volte praticatisi nelle occasioni di peste, in quei paesi tanto frequente, purchè si faccia con la dovuta decenza, e si cerchi scansare ogni inconveniente che potesse in qualsivoglia modo esporre alla irreverenza un'azione si sacrosanta."[51]

*SENTENTIAE THEOLOGORUM.*

*QUOAD PRIMAM QUAESTIONEM, seu non ipsum oleum sed olei usum esse proximam materiam sacramenti,* nonnisi quidam theologi medii aevi, quos reticito nomine referunt S. Thomas et Bonaventura, dissentierunt, assimilantes hoc sacramentum Eucharistiae, ac si ipsum consisteret in oleo, tanquam materia, et benedictione episcopi, tanquam forma, atque unctio olei esset mera sacramenti applicatio, sicut est communio in Eucharistia.

Ad rem S. *Thomas, Suppi.,* q. 29, a. 5: "Quidam dicunt quod oleum simplex est materia huius sacramenti; et in ipsa sanctificatione olei, quae est per episcopum, perficitur sacramentum. Sed hoc patet esse

"*Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum* II (Roma: Ex Typographia Polvglotta S. C. de Propaganda Fide 1898) 414, n. 3075.

"*Ibid.* II 401, n. 3051; III (1900) 24, n. 3276; VI (1912) 13, n. 4077.

" *Collectanea S. Congregationis dc Propaganda Fide* (Roma: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1907) I 370, in nota ad n. 596.

falsum ex his quae de Eucharistia dicta sunt, ubi ostensum est quod solum illud sacramentum consistit in consecratione materiae."

*Bonaventura:* "Est notandum quod aliqui dicere voluerunt quod materia in hoc sacramento est oleum, sed consecratio episcopalis superveniens facit esse sacramentum: sed inunctio consequens est sacramenti usus sive dispensatio. Sed quoniam istud repugnat nominationi sacramenti et etiam communi opinioni, ideo melius dicatur quod sicut aqua in Baptismo est elementum, sic in Confirmatione chrisma et in Unctione oleum consecratum ab episcopo."[52]

Non satis constat quinam sint illi doctores. Forte S. Thomas in hunc sensum, per quandam logicam extensionem, interpretatur sententiam *Hugonis a* S. *Victore, Anonymi Summae Sententiarum* et *Praepositinif* qui ipsam aquam potiusquam ablutionem, dixerunt esse sacramentum Baptismi (cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 46 sq.), eo vel magis quod Hugo a S. Victore de ipso sacramento in genere videatur docere quod consistat in elemento sensibili potiusquam in ejus usu (cf. definitionem traditam in tractatu *De sacr. in genere* 45). Unde S. Thomas, 3 p., q. 66, a. 1, corp, et ad 2, ait: "Quidam . . . existimaverunt quod ipsa aqua sit sacramentum. Quod quidem sonare videntur verba Hugonis de Sancto Victore. Nam ipse in communi definitione sacramenti dicit quod est 'materiale elementum', et in definitione baptismi dicit quod est 'aqua'. . . . Opinionem Hugonis de Sancto Victore in hac parte sequi non oportet." Tamen in ipsa quaestione de Extrema Unctione, Hugo nihil dicit ex quo deduci possit eum habere pro materia ipsum oleum potiusquam unctionem, imo hoc sacramentum pluries appellat "sacramentum unctionis" (cf. supra, p. 164"'), ejusque coaevus Anonymus *Summae Sententiarum* (cit. ibidem), qui sacramentum Baptismi dicit esse "ipsam aquam sanctificatam,"[S5] nihilominus sacramentum Extremae Unctionis dicit esse "ipsam unctionem."

Ceterum, diffiteri nequit magnum momentum, quod benedictioni olei

"In 4 *Sent.,* dist. *23,* a. 1, q. 3, *Opera theologica selecta* IV (editio minor, Ad Claras Aquas 1949) S83. S. Doctor benignius contra eam sententiam agit ("Melius dicatur") quam S. Thomas ("Sed hoc patet esse falsum"; item in a. 2, ob. 2: "Ridiculum enim est dicere quod oleum sit sacramentum"). Confer dicta in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 47 de remissiori adhuc ratione qua Bonaventura respicit similem sententiam Hugonis a S. Victore de sacramento Baptismi consistente in ipsa aqua potiusquam in ablutione.

"Confer dicenda in art. 6 (p 480sq.) de ulteriori interpretatione sententiae istorum doctorum.

M Ait etiam: "Quaerunt quidam an unctio infirmorum iterari possit, cum baptismus, confirmatio ct alia quaedam sacramenta, semel suscepta, denuo non iterentur. Sed mihi interim ratio nulla occurrit quare convenienter iterari non possit hoc sacramentum" (De *sacramentis,* 1. 2, pars 15, c. 3, *ML* 176. 578).

""Nunc videndum est quid sit sacramentum ct quid res sacramenti in sacramento baptismi. In omni enim sacramento ista duo consideranda sunt. Hic potest appellari sacramentum ipsa aqua sanctificata" (tr. 5, c. 4, *ML* 176. 1289).

(ad validam materiam requisitae) inde ab antiquo ab omnibus tribuebatur (cf. supra, p. 355 sq.), potuisse aliquos doctores inducere ad reponendam in ipso oleo benedicto totam essentiam sacramenti, ad id quoque trahentes verba Augustini: "Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum" quae praecise invocantur ab Hugone et Auctore *Summae Sententiarum* ad confirmandam suam opinionem de Baptismo consistente in ipsa aqua (cf. *ML* 176. 129, 443).

In hoc moderato sensu admitti potest sequens animadversio, quam *Chavasse,* nimis ample ac generaliter, profert de mente prioris Traditionis latinae (saec. 3-8) circa essentiam hujus sacramenti: "Si on tient à ce que l'huile soit ainsi bénie, c'est qu'on regarde cette bénédiction comme nécessaire à l'efficacité de Fonction. Ce n'est même pas assez dire. Les effets qu'on attend de l'application de l'huile sont rattachés à cette bénédiction comme à leur source. L'huile bénite les procure en tant que bénite. . . Cette façon d'expliquer l'efficacité de l'huile d'onction et cette importance attachée à la bénédiction de l'huile ne sont pas alors, notons-le, quelque chose de singulier. La même conception se fait jour à propos du baptême et de la confirmation. L'eau baptismale et le chrême sont efficaces, estime-t-on. parce que la bénédiction qu'ils ont reçue leur a communiqué la vertu de l'Esprit saint. Ce rapprochement — qui ne veut être qu'un simple rapprochement et non une assimilation, laquelle serait prématurée et hors de notre propos — montre que nous sommes en présence d'une façon commune à l'antiquité chrétienne d'expliquer l'efficacité de ces rites chrétiens."[50]

*QUOAD SECUNDAM QUAESTIONEM,* quod nempe materia sacramenti sit non quilibet olei usus, puta gustatio aut simplex applicatio, sed *proprie dicta unctio,* nullum est doctorum dissidium aut dubium cum id manifeste ostendat ipsa antiqua et universalis praxis Ecclesiae. Inepte autem in contrarium invocarentur antiquiora quaedam documenta in quibus agitur de gustu vel tactu, nam gustus refertur ad privatum usum olei benedicti, de quo dictum est in art. 1 (p. 184-187), tactus vero (tangere, contingere) et similiter infusio (infundere, perfundere, effundere, superinfundere), accipitur in sensu unctionis (i.e. producti seu successivi contactus) ac refertur, juxta casus, ad utrumque usum sive sacramentalem sive privatum.

*QUOAD TERTIAM QUAESTIONEM, de sufficientia nempe unius unctionis* in qualibet corporis parte ad valorem sacramenti et non necessitate quinque unctionum externorum sensuum, habetur verus dissensus antiquiorum praecipue doctorum usque ad saec. 18, nondum ceteroquin totaliter sopitus.

[50] *Elude sur l'Onction des Infirmes dans ГEglise latine du iiї au xi* siècle.* I: *Du* n? *siècle à la réforme carolingienne* (Lyon 1942) 166-16S.

Majores doctores saec. 13, noniinatim *Albertus M.,* S. *Thomas* et *Bonaventura,* quibus adjungendus est *Scotus* etsi paulo posterior, ut manifestum supponunt quinque unctiones sensuum externorum" pertinere ad essentiam sacramenti, et S. Thomas etiam explicite, etsi veluti incidenter, ait eas esse "quasi de necessitate sacramenti."

5. *Thomas, Suppi.,* q. 32, a. 5: "Hoc sacramentum per modum curationis exhibetur. Curatio autem corporalis non oportet quod fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus ubi est radix morbi. Et ideo etiam unctio sacramentalis debet fieri in illis partibus tantum in quibus est radix spiritualis infirmitatis."

*Ibid.,* a. 6: "Principia peccandi in nobis sunt eadem quae et principia agendi, quia peccatum consistit in actu. Principia autem agendi in nobis sunt tria: primum est dirigens, scilicet vis cognoscitiva; secundum est imperans, scilicet vis appetitiva; tertium est exequens, scilicet vis motiva. Omnis autem nostra cognitio a sensu ortum habet. Et quia ubi est in nobis prima origo peccati, ibi debet unctio adhiberi, ideo inunguntur loca quinque sensuum: scilicet oculi, propter visum; aures, proter auditum; nares, propter odoratum; os, proter gustum; manus, propter tactum, qui in pulpis digitorum praecipue viget. Sed propter appetitivam unguntur a quibusdam renes. Propter motivam unguntur pedes, qui sunt principalius eius instrumentum. Et quia primum principium est cognoscitiva, ideo illa unctio ab omnibus observatur quae fit ad quinque sensus, quasi de necessitate sacramenti. Sed quidam non servant alias, quidam vero servant illam quae ad pedes et non quae ad renes; quia appetitiva et motiva sunt secundaria principia."

*Ibid.,* q. 29, a. 2: "Unum numero, per se loquendo, dicitur tripliciter. Uno modo, sicut indivisibile, quod nec actu nec potentia est plura, ut punctus et unitas. Alio modo, sicut continuum, quod quidem actu est unum, sed plura potentia, ut linea. Tertio modo, sicut perfectum aliquod quod ex pluribus partibus constituitur; ut domus, quae est multa quodammodo in actu, sed illa multa conveniunt in aliquo uno. Et hoc modo quodlibet sacramentum dicitur unum, inquantum multa quae sunt in uno sacramento, adunantur ad unum significandum vel causandum. Quia sacramentum significando causât. Et ideo, quando una actio sufficit ad perfectam significationem, unitas sacramenti consistit in illa actione tantum: sicut patet in confirmatione. Quando autem significa-

'5. *Thomas* ct *Albertus Ai.* explicite excludunt alias duas unctiones rituales, scilicet pedum et renum, a ratione seu necessitate sacramenti; *Bonaventura* vero ct *Scotus* nullum faciunt discrimen inter septem unctiones. Ceterum haec diversitas est minoris momenti. Ipse etiam S. Thomas expressam mentionem illius discriminis fere omittit in C. *Gcnt.* 4. 73 et in *Opusculo 5 De articulis fidei et sacramentis Ecclesiae,* a Decreto Florentino relato (in quo discrimen illud simpliciter tacetur).

tio sacramenti potest esse et in una et in multis actionibus, tunc sacramentum perfici potest et una actione et pluribus; sicut baptismus una immersione et tribus, quia ablutio, quae significatur in baptismo, potest esse per unam immersionem et per multas. Quando autem significatio sacramenti non potest esse nisi per plures actiones, tunc plures actiones sunt de perfectione sacramenti; sicut patet in Eucharistia, quia refectio corporalis, quae significat spiritualem, non potest esse nisi per cibum et potum. Et similiter est in hoc sacramento, quia curatio interiorum vulnerum non potest perfecte significari nisi per appositionem medicinae ad diversas vulnerum radices. Et ideo plures actiones sunt de perfectione huius sacramenti."

*C. Gent.* 4. 73: "Sicut medicatio corporalis adhibenda est ad infirmitatis originem, ita haec unctio illis partibus corporis adhibetur ex quibus infirmitas peccati procedit: sicut sunt instrumenta sensuum et manus et pedes, quibus opera peccati exercentur, et, secundum quorundam consuetudinem, renes, in quibus vis libidinis viget."

*Opusc. 5 Dc articulis fidei ct Ecclesiae sacramentis,* tract. 2:58 "Quintum sacramentum est extremae Unctionis: cujus materia est oleum olivae per Episcopum benedictum. Hoc autem sacramentum non debet dari nisi infirmis, quando timetur de periculo mortis; qui debent inungi in locis quinque sensuum, videlicet in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum. Quidam autem inungunt in renibus, propter delectationem quae in renibus viget. Forma autem hujus sacramenti est ista: Ter istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum'; et similiter in aliis."

*Albertus M.:* "Diversarum Ecclesiarum et ordinum diversus est usus: quia in quibusdam Ecclesiis unguntur loca plura, et in quibusdam pauciora. Puto tamen, quod sufficit ungere loca quinque sensuum. Hujus autem hanc assigno rationem: quia omnis nostra voluntas vel appetitus informatur de ratione et specie, veluti ex phantasia vel ratione: omne autem quod est in phantasia vel ratione, oritur ex sensu vehit sensibile proprium vel commune: vel elicitur de illo per collationem componendo et dividendo factam: et ideo primus fons appetituum nostrorum sunt sensus quantum ad ipsa objecta: et ibi sufficit ponere unctiones: quaedam enim organa et loca peccati turpe esset inungere, et non sine injuria sacramenti quaedam loca sacratis rebus tangerentur. . .

"Nota aliquod discrimen inter hunc textum et *Decretum pro Armcnis* Conc. Flor, (supra cit., p. 402) quoad unctionem renum.

"In ordinibus magis approbatis et quibusdam Ecclesiis unguntur tantum extremitates, ut os, et nares, et oculi, et aures: quia in illis sunt organa quinque sensuum: tamen alii praeter haec ungunt scapulas, et pectus, et renes in quibus est delectatio venereorum, licet non oporteat.

"Ad hoc quod objicitur de unctione solius capitis, dicendum quod licet a capite quantum ad virtutem sensitivam et motivam oriatur sensus totus et motus: non tamen inde hauriunt sibi sensus objecta quae sunt causae desideriorum et operationum, sed potius in manibus et pedibus, secundum quod per pedes itur ad desideratum, et perficitur per ipsos motus progressivus, qui est ad completionem desiderii. Unctio autem est contra illud quod nascitur ex sensibilibus haustis ab extra, et non contra ipsam sensitivam et motivam: et ideo inunguntur loca praedicta, et non solum caput. . .

"Plures unctiones non constituunt nisi unum sacramentum: quia sunt omnes unctiones ad unum tantum effectum. . . Materia una est, licet divisa per partes: et ex omnibus orationibus simul intelligitur una purgatio reliquiarum deprecata ab Ecclesia. . . Plures sunt ibi unctiones, quae omnes uniuntur in uno effectu quem complent: et ideo omnes sunt unum sacramentum. Et quod dicitur, quod quaelibet est sacramentum, dicendum, quod omnes sunt unum sacramentum: quia quaelibet est signum et causa purgationis reliquiarum non secundum partem, sed secundum totum omnes simul: sicut enim supra saepe disputatum est, gratiae sacramentales non simul habentur. Unde quando quaelibet dicitur sacramentum, hoc est ab incompleta significatione et causalitate effectus: et quando omnes simul unum sacramentum, hoc habet complementum significantis et causantis. . .

"Si autem quaeritur, quae unctio sit complens totam et perfectam sacramenti essentiam? Dicendum quod ultima in comparatione ad omnes alias praecedentes: sicut quando dicimus, quod ex actibus causatur habitus virtutis, ultimus actus in comparatione ad reliquum relictum ex omnibus praecedentibus causât habitum. Et simile judicium est hic in sacramenti perfectione."[59]

*Bonaventura:* "Finis imponit necessitatem in his quae sunt ad finem. Quoniam igitur istud sacramentum principaliter ordinatur ad venialium deletionem, secundum quod ex textu beati Iacobi innuitur, et venialia perpetrantur ab anima secundum conjunctionem ipsius ad carnem corruptam, et hoc est per potentias, per quas unitur corpori ut organico: ideo recte in deletione talium peccatorum debet medicamentum exterius adhiberi, secundum id quod habet sensibile, circa organa ipsarum

[59] "In 4 *Sent.*, dist. 23, a. 16 sq., *Opera omnia* XXX (cd. S. C. A. Borgnet, Parisiis: Vives 1894) 23-25.

potentiarum. Est autem triplex potentia animae, secundum quam regit corpus et eruditur et secundum quam ad exterius comparatur, scilicet sensitiva, generativa et progressiva: et ideo organa istarum potentiarum debent inungi. Et quoniam quinque sunt organa deservientia quinque sensibus, scilicet os, oculi, nares, aures et manus, et lumbi deserviunt generativae et pedes virtuti progressivae, ideo istae septem partes inunguntur. Et sic patet quod nec totum corpus debet inungi nec una pars determinata. . .

"Ad illud quod obicitur. quod ergo plura sunt sacramenta, dicendum quod illae partes non inunguntur nisi prout concurrunt in unum cui deserviunt et secundum cuius nutum moventur: et ideo, quia unctio est in his secundum unam naturam et per comparationem ad unum, ideo unum est sacramentum."[00]

*Scotus:* "Istae partes [in quibus fiunt unctiones] sunt organa potentiarum. per quarum actus peccatur frequenter venialiter, utpote organa quinque sensuum, et potentiae motivae. . . Propter autem organum potentiae generativae fit unctio ad lumbos. . . Sunt ergo undecim unctiones, scilicet partiales; sed aliquae sunt geminatae quasi una, ita quod sunt septem principales, quinque in organis quinque sensuum; sexta in organo principali potentiae motivae progressivae; septima in organo principali generativae. . .

"[Extrema Unctio] est unum Sacramentum unitate integritatis, sed non unitate indivisibilitatis, sicut effectus ejus non est unus indivisibiliter, quia non remissio unius venialis, sed unus unitate plenariae remissionis omnium venialium, ut omnibus remissis nihil remaneat retardans a perceptione beatitudinis."[01]

"[Unctio] debet fieri in determinatis partibus corporis, id est. partibus organicis, quae derserviunt parti sensitivae, et ideo organa quinque sensuum unguntur, ut oculi, aures, os et manus, et quando organa duplicantur, duplicantur et unctiones. Partes etiam deservientes non solum parti sensitivae, sed etiam generativae et motivae debent inungi, ut lumbi, sive renes et pedes, qui deserviunt parti progressivae et motivae. . .

"Ex quo patet et quae sit materia remota, et quae propinqua hujus sacramenti. Remota est oleum olivae sanctificatum ab Episcopo; proxima vero ipsa unctio facta cum oleo. Patet etiam quae sit forma partialis, et quae totalis. Partialis est unctio determinatae partis corporis, cum oratione optativa et deprecativa gratiae et remissionis

[00] In 4 *Seni.* dist. 23, a. 2, q. 3, *Opera theologica selecta* IV (ed. minor, Ad Claras Aquas 1949) 590 sq.

[01] In 4 *Sent.* [Opus Oxonicnsc], dist. 23, q. unica. *Opera omnia* XIX (Parisiis; Vives 1894) 5 ct 17.

culpae unius partis. Totalis est septenaria unctio in partibus corporis cum certis verbis optative significatis, et hoc est signum unum unius effectus totalis, scilicet curationis plenariae omnium peccatorum venialium. . .

"[Extrema Unctio] est sacramentum unum, quia habet tam unam materiam quam unam formam totalem, quae sunt unum signum totale unius effectus totalis, scilicet plenariae innocentiae restitutae per remissionem totalem omnium peccatorum venialium; licet enim plures sint formae partiales, et multae tales materiae, ut septem partes corporis, et multi partiales effectus, ut remissiones peccatorum venialium commissorum in parte tali vel tali, ut ore vel manu, tamen una est totalis materia, et totalis forma, quae sunt signum totale totalis remissionis, et plenariae justificationis ab omni peccato veniali."[62]

*Horum doctorum mentis duplex a posterioribus, praesertim inde a saec. 16, allata est interpretatio.*

*Plures* dicunt illos docuisse praedictas quinque unctiones esse de essentia sacramenti et *de necessitate ad ejus valorem,* ita ut sacramentum invalide in unica unctione administretur. Hanc interpretationem, afferunt tum ii qui hanc ipsam sententiam admittunt, ut Soto, Bellarminus, Suarez, Gonet, Billuart, S. Alphonsus, tum ii qui ei adversantur, ut Antoine, Pesch, Kilker, Prümmer, Diekamp, Regatillo, Verhamme, aliique plures.

*Alii* vero pauciores, inter eos qui illi sententiae adversantur, dicunt illos doctores asserere quidem eas unctiones esse *necessarias juxta Ecclesiae consuetudinem,* sed abstrahere a quaestione utrum sint necessariae necessitate solius praecepti an etiam necessitate sacramenti; nam, inquiunt, Albertus M., Bonaventura et Scotus, tantum generaliter dicunt eas unctiones esse necessarias, S. Thomas vero, etsi loquatur de "necessitate sacramenti," tamen id non absolute asserit, sed caute et dubitanter ("quasi de necessitate sacramenti"). Ita *Benedictus XIV:* "Antiquiores scholastici existimarunt omnes [unctiones] pertinere ad substantiam et integritatem Sacramenti, quod ex singulis, tanquam ex suis partibus essentialibus, constitui atque integrari sunt opinati. Ita in 4, dist. 25, docuerunt S. Bonaventura, Richardus, Paludanus. . . Citatur etiam pro hac sententia S. Thomas; sed auctor Supplem., 3 parte, q. 32, art. 6, exponens Angelici praeceptoris mentem, dubitanter loquitur."[63] *Kent:* "Neque ullam rationem ad hoc probandum [i.e. quinque unctiones esse de necessitate sacramenti] S. Doctor profert, sed caute dicit: 'Illa unctio ab omnibus [utique quos novit] observatur,

[62] "In 4 *Sent.* [Opus Parisiensc], dist. 23, q. unica, *Opera omnia* XXIV (Parisiis: Vives 1894) 346 sq.

[63] *Op. cit.* (supra in p. 398) 1091.

quae fit ad quinque sensus, quasi de necessitate sacramenti'. . . Magni . . . doctores Scholae affirmant quidem, debere inungi quinque sensus iuxta consuetudinem, quam norant; sed utrum hoc requiratur necessitate sacramenti an praecepti tantum, plerique ne inquirunt quidem. Ita Albertus, Bonaventura, Scotus, Richardus a Media Villa."[64] *Cappello:* "Falsum est Doctores scholasticos communiter docuisse materiam proximam huius sacramenti essentialiter consistere in unctione quinque sensuum. Multi, ut S. Bonaventura, S. Albertus Magnus, Scotus, affirmant quinque sensus esse inungendos iuxta consuetudinem vigentem, at nullatenus inquirunt utrum haec unctio requiratur ad valorem sacramenti an potius ex praecepto tantum. S. Thomas, qui passim exhibetur ab auctoribus tamquam patronus sententiae oppositae, videtur quidem talis, sed clare omnino de eius mente non constat. Ait enim: 'Ideo illa unctio ab omnibus observatur, quae fit ad quinque sensus quasi de necessitate sacramenti.' S. Doctor non dicit absolute et simpliciter esse de necessitate sacramenti, sed 'quasi,' quae vox profecto aliquid significat eaque mature consideranda est."[65]

*Attamen, neutra interpretatio convincit,* imo utraque videtur aliena a mente illorum doctorum. Attento enim tum textu tum praecipue contextu locorum supra relatorum, admittenda videtur tertia interpretatio, juxta quam ipsi ex una parte docent eas unctiones esse de necessitate sacramenti et ex alia parte non negant in una vel altera unctione salvari posse valorem sacramenti, nam eas unctiones habent tantummodo ut *partes integrantes sacramenti,* sine quibus nempe deest perfectio sacramenti (eo fere modo quo duae species sunt partes unius sacramenti Eucharistiae, quod tamen salvatur etiam in unica specie), non vero ut partes constituentes essentiam sacramenti, sine quibus nempe simpliciter deest ipsa essentia, et proinde valor, sacramenti.

Id signanter patet in ipso S. Thoma (cui ceteri, praesertim Albertus M., essentialiter concordare videntur, ut apparet ex comparatione textuum), qui solus explicite profert ipsam assertionem "Unctionem ... quae fit ad quinque sensus [esse] quasi de necessitate sacramenti."

Et *primo* quidem, S. Doctor nullum praebet indicium se agere de sola necessitate praecepti, sed omnes quas adhibet affirmationes et rationes ducunt ad probandam necessitatem sacramenti. In *Suppi.,* q. 32, a. 5, Sed Contra, invocat "universalem Ecclesiae ritum" ad probandam necessitatem quinque unctionum; supervacanee autem eam praxim invocaret ad probandam solam praecepti necessitatem, quis enim posset dubitare quod universalis Ecclesiae ritus implicet prae-

[64] *Op. cit.* (supra in p. 398) 140.
[65] *Op. cit.* (supra in p. 398) 46 sq.

cepti obligationem? Ibici., ob. 3, et ad 3, comparat materiam Baptismi cum materia Extremae Unctionis et dicit illam, utpote ablutionem, respicere totum corpus et faciendam esse generaliter in totum corpus, hanc vero, utpote unctionem, respicere determinatas partes quae curatione indigent; unde, sicut quoad materiam Baptismi agit de necessitate sacramenti, ita etiam quoad materiam Extremae Unctionis.

*Secundo,* S. Doctor ibid., a. 6 (supra cit., p. 410), explicite ait quinque unctiones esse "quasi de necessitate sacramenti"; ubi particula "quasi" non indicat cautionem dubitantis (=ac si essent de necessitate sacramenti) sed appositionem explicantis (= quia sunt de necessitate sacramenti), quo sensu in prologo quarti evangelii dicitur de Christo: "Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre." Id constat tum ex aliis locis S. Thomae in quibus eadem vox in hoc sensu adhibetur, tum ex ipso contextu, nam, distinguens inter quinque unctiones exteriorum sensuum et ceteras duas unctiones pedum ac renum, ait has in quibusdam ecclesiis omitti, illas vero ab omnibus observari, et ad reddendam rationem hujus generalis observantiae addit ea verba: "Quasi de necessitate sacramenti," quae ideo sonant: "Quia sunt de necessitate sacramenti." Ceterum improbabile non est S. Doctorem adnectere illi particulae etiam sensum aliquem diminuentem, non quidem ad implicandam dubitationem vel incertitudinem suae affirmationis, sed tantum ad affirmandum eas unctiones non esse de necessitate sacramenti ut partes ejus essentiales sed solum ut partes integrantes sine quibus potest essentia et valor sacramenti consistere. Similes ceteroquin particulae diminutivae non raro occurrunt apud Angelicum, ut cum actus poenitentis, quos docet esse veram materiam Poenitentiae, dicit se habere "loco materiae" vel "pro materia" vel ut "quaedam materia" vel "per modum materiae" (quas expressiones ipsum Cone. Trid. resumit voce "quasi materia"[50]). Supracitatam autem excusationem Benedicti XIV in favorem S. Thomae non est ad rem, nam omnes norunt auctorem Supplementi non exponere tantum mentem S. Thomae sed fideliter referre ipsius verba, desumpta ex Commentario super Sententias.

Eadem est mens aliorum doctorum. *Bonaventura* loquitur de "necessitate" unctionum imposita ab ipso fine sacramenti, adeoque de necessitate sacramenti. *Albertus M.* ait quod, etsi habeatur varietas unctionem in variis ecclesiis, tamen "sufficit ungere loca quinque sensuum"; unde agit de sufficientia requisita a sacramento, seu de necessitate sacramenti, nam etiam ceterae unctiones adhibitae in variis ecclesiis cadunt sub sufficientia et necessitate praecepti.

" Cf. tractatum *De Poenitentia* I 1S1-184

*Tertio,* S. Thomas in praecedenti q. 29, a. 2 (ad quem locum nullatenus attendisse videntur supradicti theologi in suis interpretationibus) signanter docet multiplicitatem unctionum non officere unitati sacramenti, eo quod "multa quae sunt in uno sacramento, adunantur ad unum significandum vel causandum"; unde manifeste habet omnes illas unctiones ut partes sacramenti. Quod autem eas habeat tantum ut partes intégrales, requisitas ad perfectionem sacramenti, non vero ut partes essentiales, requisitas ad ipsum ejus valorem, patet tum ex eo quod nunquam loquitur de ipso valore sacramenti sed continuo de perfectione sacramenti, tum signanter ex explicita assimilatione Extremae Unctionis et Eucharistiae, seu plurium unctionum et plurium specierum eucharisticarum concurrentium in unum sacramentum, ad hoc ut per plures actiones possit compleri perfecta significatio sacramenti, constat enim quod, etsi utraque species eucharistica sit de integritate sacramenti, tamen in qualibet earum salvatur valor et essentia sacramenti, utut imperfecte nec integre (cf. 3 p., q. 73, a. 2; q. 78, a. 6, ad 2).

Idem etiam docent, etsi minus perspicue. *Scotus, Bonavcntura* et praecipue *Albertus M.,* in locis supracitatis.

*Posteriores etiam theologi* usque fere ad Cone. Trid., ut *Richardus a Mediavilla* (t circa 1300), *Durandus* (f 1334), *Paludanus* (f 1342), *Capreolus* (t 1444) et *Bicl* (f 1495), videntur in eandem sententiam colliniare, etsi, ob auctoritatem praesertim Decreti Florentini proponentis septem unctiones ut materiam sacramenti, quidam potuerint tales expressiones proferre quae praeparaverint saec. 16 ortum determinatae sententiae de necessitate distinctarum unctionum ad ipsum valorem sacramenti.

*HAEC SENTENTIA, PECCANS PER EXCESSUM* seu illegitime transiens a necessitate plurium unctionem pro integritate sacramenti (quam asserebant veteres) ad necessitatem earundem pro ipso valore sacramenti, jam definite docetur, imo et communis judicatur, a praecipuis doctoribus saec. 16-17, signanter *D. Soto* (f 1560), *Gregorio de Valentia* (t 1603), *II. Henriquez* (t 1608), *Suarez* (t 1617). *Bellarmino* (t 1620), *Bonacina* (t 1631), *Tanner* (f 1632), *Conink* (t 1633), *Castro Palao* (t 1633), *Laymann* (f 1635), *Busembaum* (t 1668), *Gonet* (t 1681). Saec. 18 vero eam tenent *Holzmann* (t 1748), *Elbel* (f 1756), *Salmanticenscs morales, Billuart* (f 1757), S. *Alphonsus* (t 1787). Eam communem dicunt initio saec. 17 Suarez et Bellarminus, in altera medietate ejusdem saeculi Busembaum ("Alii doctores communiter repugnant") et adhuc in altera medietate saec. 18 S. Alphonsus ("Sententia communior et tutior"). Subinde vero haec

sententia paulatim declinavit, donec fere totaliter conciderit; eam tamen adhuc ut probabiliorem habent ante Codicem pauci doctores, ut *Gury, Acrtnys* et *Sabetti-Barrett,* et post Codicem fere unicus *Billot.*

*SOTO,* nulla relata doctorum disputatione, scribit: "De essentia sacramenti extremae unctionis est, quod ungantur quique sensuum organa. . . Potissimum hujus conclusionis fundamentum est ritus ecclesiae, more et usu ubique servatus. Sed praeterea accedit congruens ratio S. Thomae. . . Est . . . notanda sancti Thomae distinctio, quod usus universalis ecclesiae est inungere quinque sensus, quasi illud sit de essentia sacramenti, sed particulares habent diversos mores ungendi pedes, et renes, quasi illud non sit de essentia, alioqui universalis ecclesia illum morem servaret."67

*SUAREZ,* referens jam dissensum paucorum, scribit: "Unus vel alius modernus dicere ausi sunt non esse de necessitate hujus sacramenti, ut per plures unctiones fiat, neque in determinata parte corporis, sed unicam unctionem sufficere, quantum spectat ad valorem sacramenti. Antiqui vero Scholastici, in 4, dist. 23, sentiunt plures unctiones esse de essentia et valore hujus sacramenti, saltem quinque illas, quibus quinque sensus inunguntur. . . Juxta quam doctrinam omnino certum existimo has quinque unctiones quinque sensuum esse de necessitate praecepti. . . An vero haec necessitas sit tanta, ut sit etiam substantialis, vel essentialis, *non caret aliqua difficultate,* pendet tamen ex his, quae de forma et effectu, ac subjecto hujus sacramenti dicturi sumus."68

Subinde, eam sententiam reiciens, rigorem tamen communis sententiae aliquatenus emollit, dicens se non improbare sententiam et usum Extremae Unctionis in casu necessitatis administratae per breviorem ritum seu per unicam unctionem, breviter tamen attingentem omnes sensus, et unicam formam, similiter omnes sensus exprimentem :69

"Hoc [i.c. collatio unius tantum vel duarum unctionum ratione periculi] ... non video esse in Ecclesiae usu, nec auctoritate fundari, ideoque illud affirmare non audeo. Nam inde etiam fieret ut materia hujus sacramenti magna ex parte esset posita in arbitrio ministri, quod censeo magnum incommodum, quod in confessione nullum est, quia revera pendet ex conscientia et bona intentione confitentis.

"Solum occurrit dubitandum, an in hujusmodi casu necessitatis et periculi . . . liceat ministro hujus sacramenti *unico brevissimo motu attingere quinque organa sensuum,* liniendo unum oculum, et unam aurem, unamque manum (hoc enim jam diximus posse fieri), nares, et os ungendo, non expectato signo crucis, quod etiam diximus non esse necessarium, et super hanc totam unctionem, unicam brevissimam formam proferendo, quae omnes quinque quoad sensum comprehendat, videlicet: Per hanc sacram unctionem, vel, per has sacras unctiones remittat tibi Deus quid-

" *Op. cit.* (supra in p. 329) 1076.

" *Op. cit.* (supra in p. 398), disp. 40, s. 2, n. 8, p. 819.

® Ab hac Suarcsii mitigatione, necnon a quibusdam ejus verbis quibus ipse non suam sed aliorum sententiam exponit, quidam ita decepti sunt ut putaverint cum contrariae sententiae favere. Ita *Benedictus XIV,* scribens: "Dubitanter quoque loquitur Suarez, cit. disp. 40, sect. 3, num. 16, quamvis sequenti disp. 41, sect. 2, in fin., videatur in sententiam propendere, tunc temporis fere communiter a scholasticis receptam" *(De synodo dioecesana,* 1. 8. c. 3). Ineptius *Godefroy:* "Suarez, De sacramentis, part, ii, disp. lx, sect, ii, n. 6, 7, Venise, 1748, t. xix. p. 431, se base sur l'usage de l'Espagne où les onctions sur les pieds et les reins 'plerumque omittuntur, praesertim in feminis, propter honestatem'; elles ne sont donc pas essentielles; et, comme les autres onctions ne sont pas requises par les conciles et les rituels avec plus de rigueur que les deux premières, il en conclut qu'aucune en particulier n'est 'de necessitate sacramenti.' C'est aussi l'opinion de Sylvius . . . d'Estius ... de Juénin" ("Extrême Onction," *Dictionnaire de théologie catholique* 5. 2 [1913] 2009).

quid per visum, auditum, odoratum, gustum, vel tactum peccasti. Nam hoc modo ministrando sacramentum, videtur tam brevi tempore perfici posse, ut cuilibet necessitati moraliter occurrenti sufficienter subveniatur. Aliundeque videntur servari omnia essentialia, *quia revera illae sunt unctiones quinque sensuum,* quia (ut dixi) non habent definitam quantitatem, sed brevissimo tactu olei perfici possunt, quod ibi servatur; forma vero illa est aequivalens in sensu, et in expressa significatione, aliis quinque partialibus, quia dum expresse nominantur quinque sensus, reliqua omnia verba super singulos satis aperte cadunt; quod autem caetera verba quinquies quasi materialiter repetantur, videtur parum, vel nihil referre ad substantiam sacramenti; erit ergo hic ritus essentialiter sufficiens. Nec contra illum procedunt, quae contra alios dicendi modos objecta sunt, quia hic dicendi modus non fundatur in sola pietate, sed in ratione efficaci, et principiis certis, vel hujus sacramenti, vel omnium, nimirum, formam in sensu aequivalentem sufficere, et magis esse sensum attendendum, quam multitudinem materialium verborum, materiam autem non postulare certam figuram, vel quantitatem in singulis unctionibus.

"Quod si modus ille sufficiens est ad substantiam sacramenti, videri etiam potest esse licitus in casu necessitatis, quia necessitas caret lege; unde ob necessitatem licet omnem ritum accidentalem omittere; totum autem id, quod substantiale non est, ad accidentalem ritum pertinere videtur. Quod ergo hic modus ministrandi hoc sacramentum non sit in ritu Ecclesiae, solum probat non licere uti illo sine necessitate urgente, quia consuetudo solum habet vim cujusdam legis, et ideo propter necessitatem licere potest ab illa discedere. . . Et huic sententiae subscribunt Archiepiscopus Mechliniensis, Decanus Universitatis, et professores Theologi Lovanienses, anno 1588, mense Septembri, et ferunt in more esse introductum in regione Belgica. Esset autem haec sententia verisimilior, si quemadmodum in forma expresse numerantur omnes sensus, ita per unctionem omnes in propriis organis attingerentur, quod in solo capite brevissime fieri potest modo a nobis declarato; nam quod de gressu additur in forma, necessarium non est, licet non impediat; reliqua vero in forma videntur substantialia, et ideo necessarium videtur, ut in materia proxima aliquid cum proportione respondeat, tum quia materia debet esse proportionata formae; tum etiam quia ex usu Ecclesiae non minus habemus esse necessariam unctionem quinque sensuum, quam expressionem eorum in forma.

"Hanc ergo sententiam hoc modo explicatam, *improbare non possum; sed nec simpliciter approbo, sed aliis judicium committo.* Neque etiam simpliciter consulo usum ejus absolute loquendo, quia securius est consuetum modum servare Si tamen omittendum est hoc sacramentum, quia, scilicet, nullus vult illud ministrare modo ordinario propter periculum contagii, vel quia morale periculum est. ut infirmus antea moriatur, consulerem omnino ita inungere sub concepta conditione, potius quam omittere, quia tunc nec fit irreverentia sacramento, et proximo valde utile esse potest; nam fortasse ita salvabitur, et alias condemnabitur, si fortasse est tantum attritus, et confiteri non potuit, vel per ignorantiam non rite confessus est; cum ergo sic confessio [lege: unctio] possit prodesse, et non obesse, quia supponimus non posse aliter dari, omittendum omnino non est, sicut in similibus casibus saepe alias diximus."[70]

*BELLARMINUS:* "Duae sunt caeremoniae in hoc sacramento usitatae. Prima, ut recitentur litaniae, et aliae quaedam preces ante Unctionem. Secunda, ut ungantur septem corporis partes, nimirum oculi, aures, nares, os et manus, propter quinque sensus: deinde renes, ubi est sedes concupiscentiae; et tandem pedes, ob vim progressivam et e.xequutioncm. Ita praescribit concilium florentinum. Sed ex his Unctionibus aliqui putant, nullam esse de essentia, sed sufficere, ut quovis loco ungatur aegrotus, quoad sacramenti essentiam: reliqua ad ritum et solemnitatem pertinere. *Haec tamen opinio singularis est, et ideo minus tuta.* Quidam vero

[70] *Op. cit.* (supra in p. 398), disp. 41, s. 3, n. 6-8, p. 844 sq.

existimant omnes illas Unctiones esse de essentia. Sed *communior opinio,* quam etiam sequitur s. Thomas, est, ut ad essentiam solum pertineat Unctio quinque sensuum. Ibi enim est origo omnium peccatorum: vis enim appetitiva pendet a cognoscitiva, vis autem progressiva sive executive ab utraque. Et sane ratio honestatis, in foeminis id postulare videtur, ut renes non ungantur. Itaque concilium non praescribit, ut partes illae omnes ungantur, sed solum enumerat omnes partes, quae inungi solent juxta varium Ecclesiarum ritum."[71]

*GONET:* "Dubitatur . . . , an plures unctiones necessariae sint essentialiter, vel una tantum sufficiat? Respondeo quinque sensuum unctiones esse necessarias essentialiter, ut docet S. Thomas. . . Ratio etiam id suadet, cum enim hoc Sacramentum institutum sit ad tollendas reliquias peccatorum, iis corporis partibus applicandum est, in quibus est radix peccatorum: sed radix peccatorum est in quinque corporis sensibus, nam ex his omnis notitia quae est radix peccatorum originatur, cum nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu: ergo Sacramentum Extremae Unctionis quinque corporis sensibus, seu organis in quibus illi vigent, necessario applicandum est. . .

"Dices . . . : In quibusdam Ecclesiis, peste grassante, si timeatur ne omnia organa sensuum inungendo, contagio contrahatur. Sacerdos unum tantum inungit organum magis obvium et expositum, sub hac forma exprimente omnes sensus, 'Per hanc sanctam unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum, et tactum deliquisti.' Unde in Pastorali Ecclesiae Mechliniensis, quod una cum Archiepiscopo tota Universitas Lovaniensis approbavit anno 15S8. can. 9. de Extrema Unctione expresse dicitur, in morbis contagiosis sufficere ungere organum sensus magis obvium, praedicta verba proferendo: ergo quintuplex sensuum unctio non est de essentia hujus Sacramenti.

"Respondeo: Quidquid sit de Ecclesiis particularibus, semper in rebus vel ad fidem vel ad mores universales, vel ad ritus Sacramentorum pertinentibus, sequendam esse Ecclesiam Romanam, quae est magistra omnium: in ea vero nunquam, etiam peste grassante, Sacramentum Extremae Unctionis administratur, nisi quinque sensus inungantur. Unde Pastorale Ecclesiae Mechliniensis in Concilio synodali anno 1608. correctum fuit, et supradictus canon sublatus, ut refert Martinonus hic disp. 65. sect. 3. Si vero adhuc in aliquibus Ecclesiis, peste grassante, supradicto modo Sacramentum Extremae Unctionis administretur, et Ecclesia Romana id toleret, hoc ita fit, quia praestat hoc Sacramentum conferre sub probabili saltem materia, quam nullum omnino conferre; cum enim Sacramenta ob salutem hominum a Christo instituta sint, magis expedit, urgente necessitate, Sacramentum aliquod sub materia vel forma dubia et dumtaxat probabili administrare, quam hominem periculo aeternae damnationis exponere. Nec ulla tunc fit injuria Sacramento, quando propter periculum salutis hominum, tutior sententia in praxi servari nequit."[72]

*BILLUART:* "Probabile est quintuplicem unctionem sensuum esse de essentia sacramenti. Est D. Thomae, D. Bonaventurae et plurium aliorum praesertim Thomistarum. . . Nec deest sententiae contrariae sua probabilitas. . .

"Id erui [potest] ex traditione, quam indicat et probat universalis Ecclesiae usus, et ex ipsa natura sacramenti. . . Quantum ad probationes in contrarium, quidquid sit de ecclesiis particularibus, non ab ipsis sed ab ecclesia Romana repetenda est traditio Ecclesiae. Quantum ad Graecos eosque, ut suppono, catholicos, si verum sit quod opponitur, dicendum est Christum non determinasse hujus sacramenti materiam in specie, sed in genere tantum, assignando unctionem, quam

[71] *De sacramento Extremae Unctionis,* c. 10, *Opera omnia, Disputationes de controversiis Christianae fidei* III (Mediolani 1859) 761.

[72] *De sacramento Extremae Unctionis,* disp. 1, a. 2, §2, n. 30-33, *Clypcus theologiae thomisticac* VI (Parisiis: Vives 1876) 700 sq.

determinandam in specie Ecclesiae reliquit; Ecclesia autem ex hac potestate sibi a Christo concessa approbat ritum Graecorum, et forte approbavit varios ritus ecclesiarum particularium, sed tandem omnes ad unum revocavit pro ecclesia Latina, sicut dixi de forma confirmationis,"[73]

5. *ALPIIONSUS:* 'Quaeritur: an unctio quinque sensuum sit de necessitate sacramenti? Prima sententia negat, et dicit sufficere ad valorem unicam tantum unctionem. . . Et merito (speculative loquendo) probabilem putant Holzmann, Roncaglia. Elbel. . . Secunda vero sententia, communior et tutior, affirmat. Eamque tenent Laymann, Palaus, Elbel . . ex D. Thoma. . . Ratio, quia, licet ex verbis D. Jacobi et Tridentini non fiat mentio plurium unctionum, tamen sic colligitur ex usu Ecclesiae et communi doctorum sensu."[71]

*BILLOT* citavimus supra, p. 401.

*JAM CIRCA FINEM SAEC. XVI PROPAGARI INCIPIT CONTRARIA SENTENTIA,* juxta quam pluralitas unctionum non est de necessitate sacramenti, quaeque, quatenus a quibusdam videtur simpliciter asseri, seu excludendo etiam necessitatem partium quomodolibet integrantium, peccat per defectum, quatenus vero excludit tantum necessitatem partium essentialium requisitarum ad valorem sacramenti, est ipsa antiquorum sententia, magis explicite ac determinate sese affirmans atque contra excessum praecedentis opinionis mature reagens. Ceterum, pauci sunt doctores qui hanc distinctionem inter necessarium ad valorem et necessarium ad integritatem attendunt, sed omnes totis viribus potius contendunt defendere valorem sacramenti administrati in unica unctione, saltem in casu necessitatis.

Jam *Maldonatus'** (**t** 1583; *Disp. ct controv. circa septeni Ecclesiae sacramenta, De Extrema Unctione,* q. 5) hanc sententiam proponit. Mature ei adstipulantur pauci sed insignes theologi, quibus fortasse alludunt Suarez et Bellarminus supra citati, scilicet *Nicolaus Serarius* (**t** 1609; *De Extrema Unctione,* c. 7) et *Estius* (**t** 1613; In 4 *Sent.,* dist. 23, $ 15); subinde saec. 17 alii secuti sunt, praecipue *Becanus* (**t** 1624; *De sacramentis in specie,* c. 27, q. 7), *Hyquacus* (**t** 1641; Comm, in Scotum, In 4 *Sent.,* dist. 23, q. un.), *Silvius* (**t** 1649; In *Summam Thcol., Suppi.,* q. 32, a. 6, q. 2), *Diana* (**f** 1663; *Dc Extrema Unctione,* resol. 11, n. 2) et *De Sainte-Beuve* (**f** 1677: *De Extrema Unctione,* disp. 3, a. 2). Ceterum, hi nonnisi ut probabiliorem et in praxi tutam hanc sententiam proponunt, et aliunde etiam inter patronos contrariae opinionis plures eam non absolute reiciunt, sed tantum ut singularem vel minus probabilem et minus tutam (Suarez. Bellarminus, et Tanner qui ait eam sententiam in Belgio in usum in-

[71] *Tractatus de Extrema-Unctione,* diss. unica, a. 2, §2, *Cursus theologiae* (Parisiis 1904) X 1Osq.

[72] *Op. cit.* (supra in p. 398) 722. Cf. cetera verba infra cit., p. 424.

Vel quicumque sit auctor operis de septeni Ecclesiae sacramentis, quod a quibusdam Maldonato adjudicatur, ab aliis vero abjudicatur.

ductam esse nec proinde posse absolute reici), alii eam dicunt speculative saltem probabilem et in casu necessitatis practicabilem (Coninck, Laymann, Holzmann, Elbel, S. Alphonsus, qui propterea a quibusdam citantur pro hac sententia).

Saec. IS haec sententia frequentiores ac decisiorcs sibi adsciscit patronos ita ut Drouin (f 1742) potuerit, utut cum quadam exaggeratione, asserere "ita censere nostrae aetatis eruditos pene omnes."[70] Eam magis vel minus asseveranter sustinent *Frassen* (f 1711), *Natalis Alexander* (f 1724), *Juénin* (f 1727), *Tournely* (f 1729), *Drouin* (t 1742), *Antoine* (t 1743), *Benedictus XIV* (f 1758; satis inclinat), *Wirceburgenses* (Munier, t 1759).

Impulsum huic sententiae dederunt tum evolutio scientiae positivae, seu magis accuratum studium et amplior notitia liturgicarum differentiarum sive inter graeca et latina ritualia sive inter ipsos antiquiores latinos Ordines (editos a Martène et Mabillon), ex quibus mira ostendebatur varietas in numero et partibus unctionum infirmorum (cf. infra, p. 441-449), tum ipsa particularis praxis quarundam ecclesiarum administrantium sacramentum in unica unctione in casibus necessitatis, nam in hac, sicut in non paucis similibus quaestionibus, praxis videtur antecessisse theoriam eamque subinde valide confirmasse.

Ita *Pastorale Bartholomaei ab Aula,* a facultate theologica lovaniensi approbatum a. 1573, habet: "Si videat extremum periculum, ita ut difficulter consuetas posset inungere partes; in pectore vel in fronte eum inungat, dicens: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti accipe sanitatem. Amen. Per istam sanctam unctionem et suam piissimani misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per quinque sensus tuos et cogitationes, per Christum Dominum nostrum. Et nota, quod hic modus communiter etiam observatur apud pestiferos propter periculum."

*Pastorale seu rituale Mcchliniense,* ab eadem facultate approbatum a. 1588, habebat (can. 9 de Extrema Unctione): "In morbis contagiosis, et peste grassante, ut periculum vitetur, sufficit inungi sensus organum magis ad unctionem expositum, aut detectum, dicendo: Per istam sanctam unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum et gressum. Et tunc preces, quae praemittendae et subjungendae forent, poterunt in Ecclesia coram venerabili sacramento devote legi." Martinonus (t 1662; *De Extrema Unctione,* disp. 65, sect.

E converso *Antoine* (-f- 1743) eodem tempore de hac sententia tantum dicit: "Non pauci contendunt", dum de contraria: "Multi cum S. Thoma affirmant" *(De extrema unctione,* q. 2) ct S *Alphonsus* (φ 1787) posterius hanc antiquorum sententiam adhuc "sententiam communiorem" appellat.

3) refert illud Pastorale in concilio synodali a. 1607 correctum fuisse et praedictum canonem a nova editione a. 1608 expunctum esse. Cum tamen idem concilium decrevisset "infectos morbo contagioso instar aliorum aegrotorum inungendos esse saltem in altero organo singulorum sensuum," correctores S. Sedis, cui decreta concilii pro approbatione missa fuere, ea verba suppresserunt. Quidquid sit, certe ille canon magnum influxum habuisse videtur; refertur enim et magni habetur ab omnibus fere antiquioribus theologis, sive a patronis contrariae sententiae (ut Suaresio, qui inde videtur descendisse in suprarelatam suam mitigationem, Tanner qui ait eam sententiam in Belgio in usum inductam esse ac ideo non posse absolute reici, et Gonet qui conatur illum canonem in suum sensum trahere) sive ac praecipue a patronis hujus sententiae (ut Silvio, Tournely, Antoine, Benedicto XIV et Hyquaeo qui suam sententiam praecipue fundat in "decreto et praxi Ecclesiae Belgicae" inquiens: "Auctoritas sacrae facultatis et Praelatorum illius Provinciae probationis loco mihi est").

Ut refert Benedictus XIV *(De synodo dioec.,* l. 8, c. 3) post Silvium (In 3 p., *Suppi.,* q. 32, a. 6, quaer. 2), *Octavius Frangipani,* in Germania et Belgio nuntius apostolicus, praescriptionem Mechliniensem extendit ad dioecesim Coloniensem. Xam in "Directorio ecclesiasticae disciplinae" legitur: "Etsi ordinarie inungenda sint singula singulorum sensuum loca, nec unquam, nisi gravissima necessitas cogat, aliter faciendum sit; constabit tamen sacrae Unctionis Sacramentum, et in ungendo contagioso morbo aut peste laborantem ad evitandum contagionis periculum suffecerit, si inungatur sensus organum ad unctionem magis expositum et detectum dicendo: Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, et tactum."

*Rituale Parisicnse* ejusdem aetatis, a Benedicto XIV et Tournely relatum, habet: "Si non possit super infirmum fieri nisi unica unctio, ungatur oculus, vel aliud sensuum organum, et, ceteris precibus praetermissis, dicatur: Per istam sacri olei unctionem, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per sensus."

Eandem praxim approbant ritualia quarundam aliarum ecclesiarum, ut *Camcracensis* et *Atrcbatensis* (Cambrai et Arras), relata a Xatali Alexandro."

Hac praxi suffulti, mitiores praesertim theologi eam vicissim suo patrocinio foverunt, ita ut unicam unctionem in casibus urgentioribus ultro consulerent. Quod iam *Diana* (f 1663) cum aliis tuto in praxim deduci posse dicebat, *Benedictus XIV* (f 1758) in pastoralem regulam sic episcopis tradit: "Sed, quoniam neque de hac quaestione, quae

" *Thcol. dogm. ct moralis,* t. 5, l. 2, c. 5.

sane gravissima est, ulla hactenus ab Apostolica Sede prodiit sententia, non debet episcopus in sua synodo aliquid de illa decernere; sed dumtaxat parochos monebit ut, cum prudenter timent aegrotum decessurum, priusquam omnes absolvantur quinque sensuum unctiones, unicum sensum inungant, formam universalem pronuntiando, quam ab allegatis ritualibus audivimus: quinimmo in praedicto eventu consultius esse ut caput, e quo omnium sensuum nervi descendunt, sub eadem forma universali inungatur, non immerito advertit Coninck, de Sacram., disp. 19, dub. 3, n. 2. Ne vero parochi hac libertate abutantur, expedit ut episcopus simul serio eosdem admoneat a gravis culpae reatu non excusari qui extra casum verae necessitatis vel unam ex quinque sensuum unctionibus praetermittit."[78]

S. *Alphonsus* (f 1787) sensum aliorum doctorum sic colligit: "Quapropter recte dicunt auctores praefati, quod tantum tempore pestis vel alia urgente necessitate poterit adhiberi sub conditione una unctio in aliquo sensu (et consultius in capite, ut ajunt Benedictus XIV, Busenbaum . . .). Tunc autem dicit Tournely sufficere quod dicatur: 'Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per sensus'; ut habetur in Rituali Parisiensi. Sed alii, ut Busenbaum . . . , Holzmann et Elbel; item Salmant. cum Angles, Nunez et Leandro, requirunt ut exprimantur quinque sensus, nempe: 'quidquid per visum, auditum, gustum, odoratum et tactum deliquisti.' Sed melius erit sic dicere: 'Per istam s. unctionem, etc., indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per sensus, visum, auditum, gustum, odoratum et tactum'. Praemittendo verbum 'deliquisti,' ut bene notant Salmant. cum Aversa; quia si 'deliquisti' proferatur in fine et interim aeger moriatur, nullum est sacramentum. Si autem aeger supervivat, merito ait Croix repetendas esse unctiones in singulis sensibus, addendo orationes omissas."[77]

Posteriores theologi usque ad decretum S. Officii a. 1906 (supra cit., p. 404) ad hanc sententiam sensim sine sensu fere omnes accessere, eamque amplexi sunt saltem ut determinate probabilem; nullus tamen videtur magis quam probabilioritatem illi concessisse. Quidam, ut *Bucceroni,* dixerunt utramque sententiam esse probabilem, cui consensit *Ballcrini-Palmicri,* addens: "Lis adhuc est sub indicé"; alii, ut *Gury, Acrtnys,* et *Sabetti-Barrctt,* dixerunt hanc sententiam esse quidem probabilem, contrariam tamen probabiliorem et communiorem; alii, ut *Lchmkuhl, De Augustinis, Paquet, Gcnicot* e converso hanc sententiam proposuerunt ut probabiliorem. Ceterum, omnes quoad praxim repetunt quod S. Alphonsus dicebat, scilicet in casu necessitatis dandum esse sacramentum in unica unctione sed sub conditione.

[77] *Op. cit.* (supra in p. 398) 1092.
[78] *Op. cit.* (supra in p. 398) 722 sq.

Post praedictum decretum quidam, ut *Kern* et *Noldin,* hanc sententiam pro certa habuerunt, et Xoldin addidit in casu necessitatis sacramentum in unica unctione dandum esse non sub conditione sed absolute;[80] alii eam dixerunt probabiliorem; unus vel alter, ut *Bucceroni,* adhuc eam ut aeque ac alteram probabilem retinuerunt (cf. ed. 5, a. 1908, n. 864 coli, cum n. 869); *Billot* vero (supra cit., p. 401) adhuc contrariam sententiam probabiliorem dicit, et hanc nonnisi speculative non improbabilem reputat. Generatim doctores dixerunt nonnisi sub conditione dandam esse unicam unctionem in casu necessitatis; praeterea, disputatum est an omissae unctiones essent subinde supplendae, et utrum absolute an conditionate; utramque autem dubitationem sustulerunt subsequens decretum S. Officii a. 1917 et Codex J. C. (supra cit., p. 404, 405 sq.).

Post Codicem theologi moraliter omnes, ut ostensum est supra (p. 400sq.), sufficientiam unius unctionis cum forma breviori ac generali ("Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen") in uno sensu, seu rectius in fronte, ut moraliter certam habuerunt, et juxta hanc sententiam emendarunt priores editiones suorum operum. Excipe tamen quorundam ambiguos loquendi modos et praecipue peregrinam opinionem *Billot,* de quibus supra (p. 401).

### *ATTAMEN DE TRIBUS ADHUC DISPUTATUR:*

*Primo, an sufficiat unica unctio etiam extra casum necessitatis.*

Generatim auctores affirmative respondent, eo quod casus necessitatis est per se impertinens ad rationem validitatis. Quidam tamen id asserunt tantum veluti dubitative et probabiliter, dicentes quod videtur unicam unctionem esse sufficientem etiam extra casum necessitatis; ita *Vcrmcersch* (n. 604), *Vcrmecrsch-Crcuscn* (n. 231), *Hervé* (n. 366). Alii simpliciter affirmant absque distinctione; ita *Einig* et *Kern* (jam ante Codicem), *Noldin-Schmitt, Aertnys-Damcn, Cappello, Merkelbach, Arregui, Verhamme.* Alii decisive et explicite id statuunt; ita *Kilkcr, Conte a Coronata, Gougnard, Genicot-Salsmans* scribens: "Id . . . [i.e. valor unius unctionis] concludendum est ex C. 947 ubi dicitur in necessitate unicam unctionem sufficere; proin etiam extra necessitatem, cum semper eadem ad valorem sacramentorum pertineant" (n. 417) et *Piscetta-Gennaro* scribens: "Colligitur ex declaratione S. Officii 25 april. 1906, confirmata canone 947, § 1 ... in casu necessitatis sufficere unicam unctionem. Quod ergo, necessitate urgente,

[80] Editio decima, a. 1912, n. 449: "Argumenta quidem satis solida demonstrant unicam [unctionem] in fronte sufficere, et post recentem declarationem s. sedis de hac affirmatione dubitari nequit. . . In casu necessitatis sacramentum administrari potest et debet cum unica unctione in aliquo sensu vel melius in capite . . . , et quidem absolute, quia de valore iam constat."

sufficit ad valorem Sacramenti, sufficere quoque debet extra necessitatem: idem enim prorsus est quibusvis in adiunctis quod ad Sacramenti valorem requiritur" (n. 1015).

Attamen posset quis, si vellet, in contrarium adducere sententiam de generica institutione sacramentorum, quam plures ex his doctoribus in aliis materiis invocant, et dicere Christum dedisse Ecclesiae potestatem ut ab ejus nutu pendeat valor unicae unctionis, ita ut Codex id concedat pro solo casu necessitatis, et forte ante Codicem vel saltem ante Decretum S. Officii a. 1906 id pro nullo casu concessum fuerit, ac ita vera sit sententia Billot necnon antiquiorum, saltem pro tempore ante illa Ecclesiae constituta. Exinde videtur explicari posse supradicta dubitatio Vermeersch et Hervé.

*Secundo, disputatur an sufficiat ad valorem unica unctio jacta sub forma breviori, sed non generali,* seu exprimente tantummodo unum vel alterum determinatum sensum (ut "Indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti"). Generatim moderni theologi, qui hanc quaestionem explicite ponunt, dubitanter affirmant vel negant; inter alios *Regatillo* dicit de re dubitari, *Piscetta-Gennaro* inclinat in affirmativam quatenus dicit Codicem id aperte non decernere, *Noldin-Schmitt* vero videtur decisive negare, dicens unicam unctionem valere "si forma significat unctionem totius" (n. 438). Ceterum, omnes illi qui dicunt effectum Extremae Unctionis, in ipsa ordinaria administratione, conferri immediate post primam unctionem (cf. infra, art. 19, tom. 2) debent, ut videtur, hic affirmative respondere. Veterum vero sententia (cf. supra, p. 424, in textu S. Alphonsi) qui in extraordinaria administratione unicae unctionis exigebat ut nihilominus in ipsa forma exprimerentur quinque sensus, aut in particulari aut saltem in communi, obsoleta est atque explosa ex Decreto S. Officii a. 1906, Codice J. C. et Rituali Romano.

*Tertio, disputatur an sufficiat unctio cujuslibct partis corporis.*

Quidam auctores contenti sunt dicere cum Codice quod sufficit "unctio in uno sensu seu rectius in fronte" (can. 947), quod jam ipsis verbis consulebat S. Alphonsus post Benedictum XIV et Busembaum (cf. supra, p. 424), et addunt quod Codex in inciso "rectius in fronte" nonnisi consilium exprimit et convenientiorem partem indicat. Alii vero sequentibus largioribus expressionibus utuntur, quae aliquod opinionum discrimen sonare videntur: In aliquo sensu vel melius in capite (Génicot-Salsmans, Noldin-Schmitt, Hervé); in quolibet sensu, etiam in pectore aut scapulis (Kilker, Conte a Coronata); in uno sensu vel in principali corporis parte (Vermeersch); in capite vel alia parte principali (Merkelbach); in quacumque corporis parte (Aertnys-

Damen, Piscetta-Gennaro, Cappello, Verhamme, Gougnard et Regatillo qui rationem reddit quia ubique invenitur sensus tactus).

*Cappello* sic rem precisius determinat: "Ex dictis triplex conclusio eruenda: 1. sententia, quae tenet unicam unctionem in fronte ad valorem sacramenti sufficere, certa est; 2. sententia, quae affirmat unicam unctionem in quavis parte capitis factam satis esse ad sacramenti validitatem, vel certa vel saltem probabilissima est; 3. sententia, quae dicit sufficere ad valorem unicam unctionem in quovis sensu seu in qualibet corporis parte, solide probabilis imo valde probabilis est."[8]

## CONCLUSIO

Conclusio 1. Materia proxima sacramenti est usus olei, adeoque sacramentum Extremae Unctionis non consistit in ipso oleo benedicto, sicut Eucharistia consistit in pane consecrato, nec usus olei est mera sacramenti applicatio sed ipsa ejus confectio, sicut usus aquae in Baptismo.

Probatur 1. *EX SCRIPTURA.*

lacobus 5, 14 sq. hoc sacramentum exhibet non ut rem aliquam permanentem, seu ut consecratum oleum (imo incertum est an in verbis apostoli contineatur ipsa allusio ad consecrationem olei, ut dictum est supra, p. 452 sq.), sed ut ritum aliquem, consistentem in unctione olei et oratione, et his quidem copulatis actionibus tribuit sacramentales effectus sanationis et alleviationis spiritualis.

Praeterea, sicut ex verbis Christi. *Mat.* 28. 19: "Baptizantes eos" concludimus sacramentum Baptismi consistere non in ipsa aqua sed in ejus usu seu ablutione, ita ex verbis lacobi "Ungentes eum oleo" legitime concludimus sacramentum Extremae Unctionis consistere non in ipso oleo sed in ejus usu seu unctione. Nec obstat quod in textu lacobi fit mentio olei; nam in verbo "baptizantes" seu "abluentes" continetur implicita mentio aquae et ceteroquin in *Io.* 3. 5 ("Nisi quis renatus fuerit ex aqua") fit etiam explicita mentio aquae, quin inde sequatur Baptismum consistere in ipsa aqua potiusquam in ejus usu; unde binae voces "baptizantes" et "ungentes" sunt sacramentaliter aequivalentes. Item non obstat quod probabiliter lacobus loquitur de oleo consecrato (facta scilicet mentione consecrationis in verbis "In nomine Domini," ut dictum est supra, p. 352 sq.); nam discrimen inter oleum consecratum et aquam non consecratam impertinenter se habet ad sensum vocum "baptizantes" et "ungentes" quae sonant meram actionem seu usum elementi aquae et olei.

[8] O/>. *cit.* (supra in p. 398) 46.

Probatur 2. *EX SENSU TRADITIONIS.*

Traditionis documenta, allata in art. 1, ipsi unctioni tribuunt sacramentales effectus. Ipsae antiquae formulae benedictionis olei nullum indicium praebent quod ipsum oleum consideraretur ut sacramentum, seu ut aliquid in se veluti statice sacrum aut gratia repletum, sicut panis consecratus in Eucharistia, sed omnes invocant a Deo spirituales et corporales effectus conferendos in ipso olei usu seu applicatione {*Traditio Apostolica,* cit. in p. 108: "Ut oleum sanctificans des, Deus, santitatem utentibus et percipientibus"; cf. *Didascalia Apostolorum,* in p. 111; *Sacramentarium Serapionis,* in p. 112 sq.; *Librum Ordinum,* in p. 136; *Sacramentarium Gelasianum,* in p. 137; *Sacramentarium Gregorianum,* in p. 139, etc.). Ipsae solemnes appellationes: Unctio, Sacra Unctio, Extrema Unctio, Sacramentum Unctionis, Sacramentum Extremae Unctionis (cf. supra, p. 3, 176 sq.), directam sacramentalitatem ipsius usus olei innuunt. Ipse spontaneus et communis consensus quo mediaevales doctores rationem sacramenti in ipso olei usu reposuerunt, est signans indicium mentis traditionis.

Nec particularis ac incertus dissensus paucorum, quorum nomina vix determinari possunt (cf. supra, p. 407 sq.), theologorum chori unitatem et firmitatem infringere dici potest. Similiter nequit in contrarium arguere ex pariter solemnibus appellationibus ipsius olei: Oleum sanctum, Oleum sacratum, Oleum sanctificatum, Oleum sanctificationis (cf. in p. 3, 353 sq.), neque ex emphatico modo quo vis et efficacitas hujus olei exaltatur in antiquis documentis (cf. supra, p. 355 sq.); nam id apte explicatur tum ex ipsa olei praevia consecratione qua redditur apta materia sacramenti quaque caret aqua Baptismi (cf. in p. 357), tum etiam ex ipsa mera ejus ordinatione ad sacramentum, ratione cujus etiam aqua Baptismi apud Patres exaltatur (cf. tractatum *Dc Baptismo et Confirmatione* 42 sq.).

Probatur 3. *EX DOCUMENTIS ECCLESIAE.*

In catalogo sacramentorum, proposito ab Innocentio III, Cone. Lugd. II, Constantiensi, Flor, et Trid. (citatis supra, p. 47 sq.), non oleum sed unctio ut sacramentum exhibetur.

*Cone. Tridentinuni* in sess. 14 non tractat de sacramento olei sed Extremae Unctionis; praeterea, exhibens directe materiam hujus sacramenti (cap. I, cit. in p. 402), dicit quidem hanc esse "oleum ab episcopo benedictum," sed ut ostendat oleum non esse nisi materiam remotam, immediate subdit modum quo oleum ingreditur sacramentum, scilicet per ejus usum, addens: "Nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam . . . repraesentat," idque clarius adhuc significat, continuo

addens formam sacramenti esse ipsa verba quae comitantur et exprimunt unctionem, adeoque non verba benedictionis olei ("Formam deinde esse illa verba: 'Per istam unctionem' etc.").

Praeterea, in sess. 13, cap. 3, agens de Eucharistia, Concilium aptissime significat hoc tantum sacramentum consistere in re permanenti, cetera vero consistere ac consummari in ipso usu: "Commune hoc quidem est sanctissimae Eucharistiae cum ceteris sacramentis, 'symbolum esse rei sacrae et invisibilis gratiae formam visibilem'; verum illud in ea excellens et singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur: at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est" *(Denz.* 876).

Praeterea, juxta Cone. Trid. (necnon Cone. Flor, et Codicem J. C.) proprius minister consecrationis olei est episcopus, minister vero sacramenti Extremae Unctionis est omnis sacerdos; ergo sacramentum non consistit in consecratione olei sed in applicatione olei consecrati.

### Probatur 4. *EX RATIONE SACRAMENTALE*

Omne sacramentum est essentialiter signum practicum gratiae, seu signum actualis ac praesentis sanctificationis. Unde ad hoc ut aliquid sit proxime et actualiter materia sacramenti oportet ut actu contineat sanctificationem, quod quidem potest dupliciter contingere: vel nempe vialiter, quatenus influxus gratiae actualiter pertranseat per illud, vel permanenter, quatenus gratia vel sanctificatio resideat in ipso. Jamvero, oleum non est materia sacramenti hoc secundo modo, nam id importaret vel permanentiam formae gratiae in ipso tanquam in subjecto, quod est impossibile cum gratia nonnisi in spirituali anima residere possit, vel transubstantiationem olei in Corpus Christi, eo modo quo panis Eucharisticus est sacramentum. Ergo oleum non est materia sacramenti nisi secundum quod fit actu instrumentum gratiae, quod quidem implicat olei usum seu applicationem ad subjectum, quod est de essentia instrumenti. Ergo oleum est proxima materia sacramenti non secundum se sed secundum usum ipsius, seu, quod ad idem redit, non ipsum oleum, quamvis consecratum, est materia proxima sacramenti, sed usus olei, et solum sacramentum Eucharistiae consistit in consecratione materiae (cf. *Suppi.,* q. 29, a. 5; 3 p., q. 78, a. 1).

### Probatur 5. *AB INCONVENIENTIBUS ET ABSURDIS.*

Si ipsum oleum consecratum esset sacramentum, haec sequerentur:

1. Proprius minister confectionis Extremae Unctionis non esset omnis sacerdos sed solus episcopus.

2. Etiam laicus posset valide administrare hoc sacramentum, et in casu extremae necessitatis probabiliter etiam licite.

3. Etiam sacramentum Confirmationis consisteret in oleo consecrato.

4. Xon solum sacramentum Eucharistiae consisteret in re permanenti, sed etiam Extrema Unctio et Confirmatio.

5. Oleum consecratum haberet in se habitum gratiae, permanenter residentem, aut haberet influxum divinum veluti continuo in se currentem ad attingentiam gratiae et esset instrumentum Dei actu operans in nullo subjecto, quousque applicetur. Quae quidem absurda sunt, imo ridicula, ut ait S. Thomas, scribens: "Ipsa unctio est sacramentum; ridiculum enim est dicere quod oleum sit sacramentum" (*Suppi.*, q. 29, a. 2, ob. 2).

Conclusio 2. Materia proxima sacramenti non est quilibet olei usus, puta potus vel simplex tactus seu applicatio, sed unctio, quemadmodum materia Baptismi non est quilibet usus aquae sed ablutio.

Probatur.

Id important tum explicita verba Iacobi: "Ungentes eum oleo," tum constans et universalis praxis Ecclesiae, tum explicita documenta Conciliorum.

In Didache (cit. in p. 108) oleum vocatur unguentum, ab ungendo. Didascalia Apostolorum (cit. in p. 111) loquuntur de "recipientibus hanc unctionem"; Sacramentarium Serapionis (cit. in p. 112) loquitur de "eis qui unguntur." De unguento, de ungendo et de unctione loquuntur omnia antiquiora documenta (cit. in p. 94 sqq.), ut Eusebius Caes., Aphraates, Innocentius I ("Sancto oleo perungi," "tangere chrismate," "infundi [hoc sacramentum]"), Caesarius Arei., Cassiodorus. Ab ipsa unctione hoc sacramentum solemnes appellationes suscipit: Oleum unctionis, Olei unctio, Unctio, Sacra Unctio, Sacra unctio Dei, Sacramentum unctionis, Extrema Unctio, Sacramentum Extremae Unctionis (cf. supra, p. 3). Ipsae olei benedictiones referuntur ad infirmorum unctiones (Didascalia Apostolorum, Sacramentarium Serapionis, Sacramentaria Gelasianum et Gregorianum). Ritus sacramenti nonnisi per unctiones describitur (Sacramentaria Gelasianum et Gregorianum; alii ritus referendi in Conci. 3).

In catalogo sacramentorum, apud Innocentium III, Conc. Lugd. II, Constantiense, Flor, et Trid. (cit. in p. 47 sq.). nonnisi unctio sacramentum dicitur; similiter Concilia Flor, et Trid. solam unctionem exhibent dum materiam et formam hujus sacramenti proponunt.

Quod autem in contrarium obici potest tum ex antiquis formulis benedictionis olei (Traditione Apostolica, Didascalia Apostolorum,

Sacramentario Serapionis, Sacramentariis Gelasiano et Gregoriano), tum ex antiquis observantiis, narratis praecipue in vitis sanctorum, in quibus agitur non solum de olei unctione, sed etiam de potu et generaliter de tactu, juxta formulam gelasianam (cit. in p. 138) 'Omni ungenti, gustanti, tangenti" non probat nisi privatum aut extrasacramentalem usum olei benedicti, ut dictum est in art. 1 (p. 109, 111, 114, 193-197).

NOTA 1. DE RATIONE UNCTIONIS.

Juxta sensum communem, cui attemperatur sacramentalis materia a Christo instituta, unctio intelligitur contactus successivus olei, ductus super corporis superficiem, sicut ablutio, quae est materia Baptismi, intelligitur non quilibet aquae contactus, sed contactus successivus super corpus (cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 50). Hinc proprie unctio non est potatio olei, aut immissio olei in sanguinem vel aliam corporis partem per syringam aut fistulam; nec mera superpositio olei, puta per distillationem, nec merus contactus olei, puta per staticam applicationem digiti oleo superfusi; nam in his omnibus deest ductio olei per corporis superficiem.

An vero unctio facta intus in ore, aut super linguam, aut in ipso gutture, aut in interiori prorsus pariete nasi vel auris, vocari possit unctio superficiei corporis, sufficiens ad validitatem sacramenti, difficile dixeris, ac proinde habenda est saltem ut materia dubia.

NOTA 2. DE QUANTITATE OLEI AD UNCTIONEM REQUISITA.

Disputatur an ad validitatem unctionis sufficiat unica gutta olei.

*Quidam* antiquiores, ut *Suarez, Filliuccius, Reginaldus, Trullenchi, Granado* (relati a S. Alphonso), dicunt unicam guttam non sufficere, sed requiri talem quantitatem, utut minimam, quae per partem corporis ducatur seu diffundatur, ut haec pars dici possit ungi seu liniri. Ad rem *Suarez:* "De singulis vero unctionibus inquiri potest quantum esse oporteat unamquamque, seu cujus magnitudinis, in hoc vero immorari non est necesse; quaelibet enim sufficit, etiam si minima sit, dummodo veram rationem unctionis attingat, juxta communem loquendi morem. Non enim erit satis unicam guttam olei stillare, quia id vel non est ungere, vel certe est res aliquo modo dubia, sed oportet partem corporis oleo linire, aliquid per illam diffundendo; hoc enim est proprie et in rigore ungere."[82]

*Alii,* ut *Diana, Tanner, Hurtado, Escobar, Lacroix* (relati a S. Alphonso), S. *Alphonsus* et post ipsum frequenter moderni qui de

[n] *Op. cit.* (supra in p. 398), disp. 40, s. 2, n. 4, p. 818.

hac re loquuntur, ut *Gury, Fcrrcres, Kilkcr, Aertnys-Damen, Cappello, Regatillo,* dicunt unicam guttam, saltem probabilius, sufficere, et assignant rationem cum S. Alphonso (n. 709) "quia qui ungit una stilla olei, vere ungit, cum oleum plus quam alii liquores diffundatur"; ad praxim tamen quod attinet, subscribunt moderni eidem S. Alphonso dicenti: "Haec secunda sententia mihi est probabilior; at quia prima non est improbabilis saltem extrinsece, in praxi sequenda est," quatenus nempe ad singulas ex quinque unctionibus, quae adhibentur in ordinaria administratione, extremum digiti oleo intingatur, quod quidem est tum tutius tum certe sufficiens.

Ceterum, inter utramque opinionem verum ac reale discrimen vix deprehenditur, cum utraque dicat sufficere minimam quantitatem olei, dummodo vere dici possit duci seu diffundi per partem corporis. Quaestio igitur esse potest tantummodo de sensu "unius guttae," nam etiam una gutta potest esse satis magna vel satis parva. Potius ergo dicatur eam olei quantitatem sufficere quae, si effundatur in corpus, dici possit, juxta communem aestimationem, ungere illud; potest enim contingere ut quantitas olei sit tam parva (v.g. stilla vix sensibilis) quod, etsi habeat physicam et chemicam olei naturam, tamen in communi aestimatione oleum non reputatur, et tunc probabiliter exsulat ab ipsa ratione sacramentali nec est apta materia sacramenti, ut etiam dicitur de particulis panis pulverizatis relate ad sacramentum Eucharistiae (cf. tractatum *Dc Eucharistia* I 96 et 374).

## NOTA 3. DE UNCTIONE PER INSTRUMENTUM.

De ipsa ratione unctionis non est ut fiat per physicum et immediatum contactum manus, nec aliunde manus impositio requiritur in materia hujus sacramenti quae est sola unctio, secus ac in sacramento Confirmationis (cf. tractatum *Dc Baptismo ct Confirmatione* 298-301). Unde unctio per instrumentum (i.e. sive per penicillum, sive per virgam cujus extremitas sit bombice involuta, sive immediate per ipsum bombiccm oleo sacro tinctum) est valida materia sacramenti. Id ceteroquin confirmatur ex praxi quarundam ecclesiarum,Si nunc ab ipso Codice J. C. quoad casum necessitatis generaliter permissa.

Nihilominus huic praxi. extra casus gravis necessitatis, S. Sedes semper obstitit, ut constat ex decretis C. SS. Rituum supra relatis (p. 407) et ex ipso Codice J. C. Quod autem S. Officium jam a.

Hujus praxis non unum testimonium habetur pro ecclesia Belgii. Antiquum *Rituale ecclesiae leodiensis* (apud Martènc, *De antiquis eccl. rit.,* 1. 1, c. 7, a. 4, Ordo 27) habet: "Pollicem vel virgulam intingit in oleum''; *Lacroix* (-f 1714), celebris ejusdem regionis theologus, testatur plures cum instrumento ministrasse; similiter modernus Pon *der Stappen (Sacra Liturgia,* t. 4, q 218) testatur hanc fuisse praxim ecclesiae Mechlinicnsis usque ad a. 1873.

1754 benigne permittebat, ut nempe infirmis peste detentis administraretur unctio per instrumentum, *Codex J. C.,* can. 947, § 4, modo generali licitum declarat pro casibus gravis necessitatis: "Extra casum gravis necessitatis, unctiones ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant" (idem refert *Rituale Romanum,* tit. 5, c. 1, n. 16).

Casus gravis necessitatis practice omnes reducuntur ad periculum contagionis vel infectionis ex quibusdam infirmitatibus, sive generalibus sive individualibus (ut peste, lepra, syphilide, etc.), inficientibus sive infirmum sive ipsum ministrum. Obligatio autem non utendi proprie dicto instrumento (tam penicillo quam virga cum bombice) extra casum necessitatis, gravis est;[81] de gravitate vero obligationis non utendi alio medio (puta solo bombice), seu generaliter administrandi per immediatum manus contactum, non constat, imo quidam eam levem putant, ut *Cappello* scribens: "Hoc secluso [i.e. usu instrumenti], obligatio gravis non videtur ministrandi tactu physico sive immediato. Unde verius sub levi tantum tenetur minister physice tangere partes corporis inungendas"[85]

Ceterum, pro praxi non simpliciter consulendus est usus ipsius instrumenti, cum ex una parte saepe praesto sint alia media vitandi periculum contagionis (et ceteroquin in casu sufficiat unica unctio in fronte) et ex alia parte praestet vitare etiam circumstantium admirationem.[80] Non uno tamen modo de hac re loquuntur theologi practici.

Ita *Conte a Coronata* scribit: "Notandum etiam est nec in casu necessitatis usum instrumenti praecipi sed solum permitti. Et quia arte hygienica periculum contagii, praesertim in hospitalibus modernis, facile removeri potest adhibitis mediis disinfectionis. consulendum est ut sacerdos in Extrema Unctione ministranda nullo utatur instrumento, sed potius utatur mediis sibi ab arte medica et hygiene indicatis ad morbos praeveniendos. Id plerumque necessarium erit ad scandalum fidelium vitandum. Circumstantes enim, nec sine ratione, valde mirabuntur et offendentur eo quod pastor animarum valde pavidus et timidus est, dum in eodem periculo sine ullo timore infirmum a medico manibus tangi et apprehendi iterum iterumque vident."[87]

[81] Ita saltem, ac probabilius, juxta plures moralistas, ut *Cappello, Conte a Coronata, Piscetta-Gcnnaro et Vcr/ianmie.* Alii tamen, ut *Noldin-Schmitt, Priimmcr, Mcrkelbach et Aertnys-Damen,* nihil explicite dicunt de gravitate vel levitate obligationis, etsi fortasse gravitatem supponant. Tamen *Génicot-Salsmans* (n. 417) id judicat leve: "Haec . . . ct alia quaedam minoris momenti, quae in Rit. Rom. servanda praescribuntur, non videntur urgere sub gravi." *Rcgatillo* (n. 821) scribit: "Extra necessitatem usus instrumenti prohibetur, iuxta Cappello, n. 61, sub gravi; iuxta Gcnicot. n. 417, sub levi. Minus stricta videtur prohibitio utendi bombico vel gossypio intinctis oleo et ipsa manu directe applicatis."

[80] *Op. cit.* (supra in p. 398) 51.

[85] Cf. *Kilker, op. cit.* (supra in p. 398) 404-407.

[87] *Institutiones iuris canonici, Dc sacramentis* I (Taurini 1943) 623 sq.

*Regatillo* vero scribit: "Cautio haec [adhibendi stylum aut penicillum], ait *Cappellmann* est inutilis, nam periculum contagii levissimum est; et etiam in morbis quae per contactum transmittuntur, oleum est antisepticum. Sed hoc non cohaeret cum iis quae ipse subdit: Posset utique accidere ut oleum pluries tactum digito inficiatur. Hoc vitaretur ungendo infirmum globulo serico, quod ad singulas unctiones mutaretur.[88] *Ferreres,* auditis medicis, suadet usum penicilli, novi pro singulis unctionibus, ne oleum inficiatur; aut, si idem est, ponatur in eius summitate gossypium (algodôn), quod post singulas unctiones, mutetur.[89]"[90]

## NOTA 4. DE MANUUM IMPOSITIONE.[91]

In Extrema Unctione, secus ac in Confirmatione, manuum impositio non pertinet ad validam materiam sacramenti (imo nec ipse immediatus contactus manus ad eam pertinet, ut dictum est in Nota praecedenti), nisi quis velit impropriissime manuum impositionem vocare ipsum usum manus in facienda unctione, quo sensu idem dicendum esset de ablutione baptismali. Nec etiam ad liceitatem requiritur proprie dicta manuum impositio, etsi in *Rituali Romano,* in rubricali extensione manus super caput infirmi et in simultanea oratione praecedente unctiones, aliquod supersit vestigium antiquae impositionis manus, jam diu obsoletae (cf. infra, p. 439 sq.).

Ceterum, haec caeremonia mature ac connaturaliter introducta esse videtur in antiquum ritum administrationis hujus, sicut et aliorum sacramentorum et sacramentalium Ecclesiae, cum sit valde expressiva collationis spiritualium effectuum (cf. tractatum *De Baptismo ct Confirmatione* 301; praecipue tractatum *De Poenitentia* III 680-690).

*Christus* ipse hoc signum assumpsit in miraculosis sanationibus infirmorum, quae considerari possunt ut figurae hujus sacramenti

[88] *Medicina pastoralis,* p. 265.
[89] *Derecho sacramental,* η. 340.
[90] *Ius sacramcntarium* (ed. 2, Santander 1949), 443.
[91] Borella, P., "1,'orazionc e l'imposizione delle mani ncll'Estrema Unzione," *Ambrosius* 20 (1944) 49-57.
Cabrol, F., "Imposition des mains," *Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie* 7.1 (1926) 406.
Chavasse, A., *Etude sur l'Onction des infirmes dans l'Eglise latine du iii au xi siècle,* I: *Du iii siècle à la réforme Carolingienne* (Lyon 1942) 186 sq.
Coppens, J., *L'imposition des mains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans l'Eglise ancienne,* Wcttcrcn 1925.
De Bruyne, L., *L'imposition des mains dans l'art chrétien ancien* (Roma 1943) 17-62.
Galtier, P., "Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* 7.2 (1927) 1313 sq., 1329-1331.
Greghi, E.,"L'imposizione delle mani nella Estrema Unzione," *Palestra del Clero* a. 14 (1935), v. 1, p. 391-393.
Malvy, A., "Extrême-Onction et imposition des mains," *Recherches de science religieuse* 7 (1917) 519-523; "L'Onction des malades dans les Canons d'Hippolyte et les documents apparentés," *ibid.* 9 (1919) 222-229; "Extrême-Onction ct imposition des mains," *ibid.* 22 (1932) 320-324.

(cf. supra, p. 13 sq.): *Luc.* 4. 40: "Singulis manus imponens curabat eos" (cf. *Mat.* 9. 18; *Marc.* 5. 23; 6. 5; 7. 32; 8. 23, 25; *Luc.* 13. 13).[02]

*Apostoli* eodem signo utebantur in iisdem curationibus *(Act.* 9. 12. 17; 28. 8), juxta ipsius Christi verba, *Mare.* 16. 18: "Super aegros manus imponent et bene habebunt."

Probabiliter manuum impositio inde a tempore S. Iacobi associata est orationi seu formulae Extremae Unctionis in administration? hujus sacramenti. Id suadet ipsa apostolica consuetudo associandi utrumque ritum in variis circumstantiis collationis gratiarum, praesertim sacramentalium; ita *Act.* 6. 6, de ordinatione diaconorum: "Et orantes imposuerunt eis manus"; 13. 3, de ordinatione, aut saltem missione, Pauli et Barnabae: "leiunantes et orantes imponentesque eis manus dimiserunt illos"; 14. 13, de ordinatione, aut saltem constitutione presbyterorum in ecclesiis: "Et cum constituissent [χ£φοτοι^σαντ€<; = constituissent per impositionem aut extensionem manuum] illis per singulas ecclesias presbyteros et orassent cum ieiunationibus, commendaverunt eos Domino"; 28. 8, de sanatione patris principis Publii: "Ad quem Paulus intravit, et cum orasset et imposuisset ei manus, salvavit eum." Idipsum suaderi potest ex textu Origenis (cit. supra, in p. 98) substituentis verba "Imponant ei manus" verbis "Orent super eum" in sua citatione textus Iacobi; quae substitutio aequivalentiam duorum incisorum sonat, non quidem ratione identitatis duorum rituum orationis et impositionis manuum sed ratione associationis ipsorum, quae ideo légitimât mutuam nominum commutationem. Diximus supra (p. 100) aliam nec improbabilem rationem huic substitutioni assignari posse, juxta quam impositio manuum ibi referatur ad sacramentum Poenitentiae ejusque mentionem Origenes intentionaliter substituerit mentioni orationis ut ita verba Iacobi ad utrumque copulatum sacramentum Extremae Unctionis et Poenitentiae referret; in qua pariter interpretatione salva manet vis hujusmodi substitutionis quod attinet ad supradictam aequivalentiam orationis et impositionis manuum.

*Irenaeus* inter charismata christianis concessa, hoc refert: "Alii autem laborantes aliqua infirmitate per manuum impositionem curant, et sanos restituunt" *(Adv. hacr.* 2. 32. 4, *MG* 7. 829). Haec Irenaei verba ab *Eusebio Cacs.* relata *(Hist. cccl.* 4. 7) sic paulo aliter ex graeco vertuntur in editione Migniana operum hujus scriptoris: "Alii infirmos per impositionem manuum curant, ac pristinae sanitati restituunt" *(MG* 7. 447). Nihil quidem in ipso textu aut contextu ostendit Irenaeum cogitare etiam de ipso sacramento Extremae Unctionis,

[1] De figuratione horum miraculorum in antiqua arte Christiana, vide I. Di. Br v y n i. *op. cit.* (supra in p. 434) 17-62.

potiusquam de sola impletione verborum Christi, *Mare*. 16. 18: "Super aegros manus imponent, et bene habebunt"; attamen, contextus aliorum Patrum, inde ab Origene, manuum impositionem associantium ritui hujus sacramenti, eam allusionem in textu Irenaei vehementer suggerere videtur (cf. A. Malvy, mox citandum), eo vel magis quod, ut vidimus supra (p. 94), Irenaeus in alio textu *(Ady. haer.* 1. 21. 5) ostendit se non ignorare hoc sacramentum, indirecte alludens ad ipsam infirmorum unctionem.

Prima directa mentio impositionis manuum in ritu Extremae Unctionis invenitur in supradicto textu *Origenis,* de cujus sacramentalitate dictum est in art. 1 (p. 97-102), ubi etiam addidimus aliam probabilem explicationem juxta quam Origenes manuum impositionem referat ad sacramentum Poenitentiae intra ipsum discursum de sacramento Extremae Unctionis.

Allusio ad manuum impositionem non improbabiliter videri potest in canone 200 *Hippolyti* (allato in p. 110), seu in oratione episcopi super infirmos, praecipue si ponatur in relatione cum mox referendo textu Possidii de pastorali cura Augustini orantis et imponentis manus super infirmos.

*Athanasius* in sua epistola encyclica (relata in p. 103) loquitur de his qui "malunt ita aegrotare ac periclitari, quam ut Arianorum manus capiti suo imponantur," ubi probabiliter agitur non de Poenitentia sed de Extrema Unctione. In quo sensu hic textus vim accipit etiam ex supradictis verbis Origenis, doctoris ejusdem ecclesiae alexandrinae.

*Ambrosius* in libro *De Poenitentia* ait: "Cur ergo manus imponitis, et benedictionis opus creditis, si quis forte revaluerit aegrotus?" Posterior usus ecclesiae mediolanensis adhibentis impositionem manuum in ritu Extremae Unctionis (cf. infra, p. 438 sq.) confirmat sacramentalem sensum hujus textus, explanatum in art. 1 (p. 104).

*Innocentius I, Epist.* 25 (cit. in p. 116), in verbis: "Si episcopus . . . dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere et tangere chrismate . . ." probabiliter proponit utrumque connexum ritum impositionis manuum et unctionis, nam benedictio in ritibus Ecclesiae dabatur per manuum impositionem et benedicere pro manus imponere accipiebatur in ecclesiastica terminologia (cf. tractatum *De Poenitentia* III 681).

*Possidius* in sua Vita S. Augustini (cit. in p. 123) ait quod S. Doctor juxta "modum ab apostolo [Iacobo] definitum" sine mora ad aegrotos eum vocantes pergebat "ut pro eis in praesenti Dominum rogaret, eisque manus imponeret."

.1. .W.-l/J I' sic extollit momentum textuum de manuum impositione super infirmos, ad illustrandam fidem antiquae traditionis in existentiam hujus sacramenti:

"Le texte de saint Jacques est sans doute trop clair pour qu on ait pu se méprendre sur le rôle essentiel de l'onction. L'huile des malades jouit, de ce chef, sur le chrême de la Confirmation, d'une antériorité d'attestation qui, joint au caractère inspiré de l'epître catholique, devait tuer en germe toute controverse possible. La médaille n'est pas sans revers. Et c'est sans doute à cette attention exclusive accordée au rite de l'onction que nous devons la pauvreté du dossier patristique que se transmettent pieusement les théologiens de l'Extrême-Onction. Ce n'est que depuis peu que l'on s'accorde à annexer à ce dossier les textes qui parlent, après saint Irénée *(Iren. ap. Eus.,* v, 7; *P.G.,* 20, 447 b), d'imposition des mains sur les malades."03

"[Une enquête sur les textes relatifs à l'imposition des mains sur les malades] permettrait de suppléer en partie à la fâcheuse pénurie de textes anciens relatifs au sacrement des malades. La première attestation absolument certaine qui rejoigne l'epître de saint Jacques est celle du pape saint Innocent, au début du cinquième siècle. C'est un peu tardif. Par contre, on compterait sans doute par centaines les textes relatifs à l'imposition des mains sur les malades. Assurément, il sera souvent difficile d'y reconnaître un sacrement, mais cette difficulté n'est pas spéciale à l'Extrême-Onction. S'il était établi qu'à une époque, qui reste à déterminer, ce sacrement comprenait, même à titre accessoire, une imposition des mains, on s'expliquerait beaucoup mieux qu'à une époque plus ancienne, on ait pu, en signalant l'un des rites, omettre la mention de l'autre. 11 en ait tout à fait de même de la Confirmation qui, dans les témoignages de l'antiquité, se dissimule tantôt sous la mention de Ponction, tantôt sous celle de l'imposition des mains. Quand on songe d'ailleurs que l'imposition des mains était employée, pour ainsi dire, à toutes fins, pour les catéchumènes, pour les confirmands. pour les possédés, pour les pénitents, pour les hérétiques à réconcilier, pour les ordinations et qu'on ne voyait en elle qu'une manière très générale de prier sur un homme, on aurait lieu de s'étonner que le rituel des malades fût à peu près le seul à ne pas comprendre ce rite dont la signification, par elle-même si vague, empruntait au contexte les compléments nécessaires."01

/1. *CHAVASSE* recentius huic opinioni A. Malvy de manuum impositione jugiter copulata sacramento Extremae Unctionis, acquiescere renuit, scribens: "D'après une hypothèse du P. Malvy . . . l'imposition des mains aurait été autrefois si étroitement associée à l'onction des infirmes que l'expression 'imposer les mains aux malades' aurait alors désigné le rite total du traitement des malades. Ayant pris connaissance des articles du P. Malvy dès le début de nos recherches, nous avons fait porter notre enquête sur ce point et nous avons examiné si vraiment l'on pouvait, en ce qui concerne l'Eglise latine avant le viii*' siècle, démontrer que dans le traitement des malades 'onction' et 'imposition des mains' avaient été associées. Cela ne sortait pas d'ailleurs de notre objectif, car. dans l'hypothèse où cette démonstration eût été chose établie, nous aurions dû signaler, outre les textes qui mentionnent expressément le rite de l'onction, ceux qui y auraient fait allusion sous le couvert de l'expression 'imposer les mains aux malades.' Après enquête, nous avons dû conclure que. sauf le cas de Césaire. on n'observait rien de tel en ce qui concerne l'Eglise latine avant le viiie siècle. Le lecteur peut d'ailleurs en juger en connaissance de cause, puisque nous lui avons mis sous les yeux tous les textes latins, se rapportant à cette question, que nous ayons pu repérer. — Nous réservons formellement notre opinion en ce qui concerne l'Eglise orientale, où les trois ou quatre textes cités par le P. Malvy (à ces textes nous pourrions en ajouter deux) montrent qu'il en a peut-être été ainsi."95

"Extrême-Onction et imposition des mains," *Recherches de science religieuse 22* (1932) 323.

*"/bid. 7* (1917) 519-521.

*KOp. cit.* (supra in p. 409) 187, in nota.

Cl. auctor supradictam interpretationem textus *Innocentii I* in dubium revocare videtur, quin tamen quidquam in contrarium positive afferat: "Innocent I écrit de l'evéque visitant un malade: 'et benedicere et tangere chrismati . . . potest.' Quelques auteurs ont pensé que le mot *benedicere* désignait le rite de l'imposition des mains. Ont-ils raison? Ont-ils tort? Ils affirment que le rite de la bénédiction consistait en une imposition des mains. Une étude sur le sens du mot *benedicere* chez Innocent eut mieux valu. Une telle étude ne nous a pas permis d'éclairer le sens de ce mot."[00] Similiter in dubium revocat valorem ceterorum testimoniorum latinorum (Ambrosii et Possidii), nihil positive in contrarium adducens.[07] In verbis nuper citatis addit nonnisi in tribus textibus *Vitae S. Caesarii* (l. 1, c. 43; l. 2. c. 19 et 21os) usque ad saec. 9 agi de copulatis ritibus unctionis et impositionis manuum, ita ut fortasse haec fuerit quaedam peculiaris observantia ipsius Caesarii Arelatensis, quae posteriori tempore satis communis evaserit. Attamen, tres invocati textus Vitae Caesarii non agunt de sacramento Extremae Unctionis sed de privato usu olei benedicti ad miraculose sanandos energumenos et epilepticos.

In posterioribus *documentis liturgicis* (inde a saec. 8) manuum impositio frequenter invenitur unctioni infirmorum copulata.

Valde notabilis est *Ritus Ambrosianus,* in quo administratio ipsius sacramenti Extremae Unctionis vocatur "Manus impositio." Ad rem *Kern:* "Dr. Marcus *Magistretti,* qui suis lucubrationibus rem liturgicam egregie illustravit, anno 1905 edidit duobus tomis *'Manuale Ambrosianum* ex Codice saeculi XI. olim in usum Canonicae Vallis Travalliae'. In tomo I. inter varia documenta ad liturgiam stricte dictam, ad sacramentorum administrationem aliasque functiones sacras spectantia habetur p. 79 ss. ex codice saeculi XI. ('liber monachorum s. Ambrosii') Ordo, qui inscribitur: 'Incipit *impositio manuum super infirmum';* p. 94 ss. invenimus ex codice saeculi XIII. Ordinem inscriptum: 'Incipit *Ordo Officii, qualiter fieri debet manus impositio super infirmos';* p. 147 ss. de 'rituali sacramentorum saeculi XIII. olim eccl. s. Laurentioli Mediolani' profertur Ordo cum inscriptione: 'Hic incipit *manus impositio'* In omnibus tribus monumentis liturgicis officium impositionis manus super infirmum excipit 'Commendatio animae', ad quam sequuntur officia circa defunctos. At numquid ecclesia mediolanensis usque ad saeculum XI. immo XIII. et ultra moribundis nihil praestitit praeter nudam impositionem manuum sacerdotalium cum quadam deprecatione? Vix est dubium, quin theologi protestantes hoc nobis obtruderent, si per infortunium solum tituli dictorum Ordinum nobis essent conservati. *De facto vero tres illi Ordines impositionis manuum continent Officium administrandi Extremam Unctionem* cum Viatico secundum morem ecclesiae mediolanensis. Novimus, antiquitus sacramentum aegrotantium non esse fixo quodam termino omnibus ecclesiis particularibus communi designatum;

[00] *Ibid.* 186. in nota.
[07] *Ibid,* in textu et in nota.
[08] *Monumenta Germaniae Historica, Scriptores rerum merovitigicarum, Passiones vitaque sanctorum aevi merovingici* III 473 sq., 491, 492.

documenta indicata pandunt, in ecclesia s. Ambrosii ritum illud conferendi esse vocatum *'impositionem manuum'."*"

Etiam in hodierno Rituali Ambrosiano legitur: 'Oratio, quam super aegrotum parochus stans, manumque dexteram illi imponens, dicit; quod idem faciunt reliqui sacerdotes qui adsunt" (cf. Ordinem 29 a Martène edito ex rituali Ambrosiano a. 1645).

In *Liturgia Gallicana et Romana, Codex Rhemensis* (cit. in p. 167 sq.) in oratione quae sequitur sacramentales unctiones habet: "Per hanc sacrati olei unctionem, et per manuum impositionem, cuncta facinora Spiritus sancti gratia relaxentur." *Codex Titianus* (cit. in p. 169 sq.) ad orationem ante unctiones hanc habet rubricam: "Imponant manus super infirmos omnes sacerdotes, jubente, vel tantum permittente episcopo, quia canonicus sic docet ordo." Eandem manuum impositionem ferunt variarum ecclesiarum *Ordines* a Martène editi (cf. Ordines 3, 4, 11, 12, 16, 20, 28). In *Sacramentario Gregoriano* (cit. in p. 139-141 ) non fit sermo de manuum impositione; attamen fortasse ejus allusio continetur in una ex orationibus praecedentibus unctionem ("Dominus locutus est discipulis suis: 'In nomine meo daemonia ejicite: et super infirmos manus vestras imponite, et bene habebunt,'" *ML* 78. 234), necnon in ipsa formula unctionis ("Inungo te de oleo sancto . . . quatenus per hanc sacrati olei unctionem, atque nostram deprecationem. . ."), ubi forte verba "Per nostram deprecationem" correspondent verbis hodierni Ritualis Romani "Per impositionem manuum nostrarum." In *Ordine Romano* saec. 11-12, fonte hodierni Ritualis, impositio manuum continebatur implicite in ipsa unctione capitis, ut satis significatur per concomitantem orationem, mox referendam.

In *Rituali Romano* adhuc manet sequens vestigium antiquae caeremoniae impositionis manuum, in rubrica et oratione immediate ante unctionem: "Mox, extensa manu dextera super caput infirmi, dicit: 'In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, et per invocationem . . . omnium simul Sanctorum. Arnen.' Deinde, inticto pollice in Oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum . . . "(tit. 5, c. 2. "Ordo ministrandi sacramentum Extremae Unctionis," n. 7 sq.).

Illa rubrica "Mox, extensa manu dextera super caput infirmi, dicit" nonnisi recenter addita est, in nova nempe editione Ritualis a. 1925 sub Pio XI. in substitutionem brevioris rubricae "Mox dicat" quae legebatur in priori editione Ritualis tum Pauli V (a. 1614) tum Benedicti XIV (a. 1752). In praefato Ordine Romano, ex quo Rituale Romanum hodiernum descendit, illa eadem oratio ("In nomine P. et F. et Sp. S. extinguatur in te. . .") dicebatur in eodem loco quo nunc extat seu ante unctiones quinque sensuum sed simul coniungebatur unctioni capitis

*Λ Op. cit.* (supra in p. 398) 41 sq.

(cf. in art. 1, p. 171), quae proinde aequivalentem continebat impositionem manuum super caput; cum autem unctio capitis subinde omissa fuerit, ea oratio, in qua mentio fit impositionis manuum, non amplius consonabat ritui, ac inde necessitas restituendi, saltem partialiter seu essentialiter, ipsam caeremoniam impositionis manuum; quod factum est per praefatam additionem in rubrica.

De hac additione scribit /1. *MALVY:* "En 1917, je publiai ici même [i.e. in *Recherches de science religieuse]* . . . une courte note où j'attirais l'attention sur une lacune étonnante de la rubrique du Rituel Romain qui précède immédiatement les onctions du sacrement des malades. Cette rubrique ne prescrivait aucune imposition des mains, alors que la prière préparatoire aux onctions l'indique expressément. . . Le R. P. Galtier ["Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique,* t. 7], en me citant (col. 1329-1330), rapprochât la prière du Rituel Romain de la Rubrique, très explicite celle-là. du Rituel ambrosien actuel: 'Oratio, quam super aegrotum parochus stans, manumque dexteram illi imponens, dicit'. . . A son tour, le Révérendissime Dom Cabrol reprenait en 1925 la question de l'imposition des mains dans le *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* (torn, vii, col. 391-413). . . A propos du Rituel Romain . . . le vénérable auteur concluait ainsi: 'Ce dont il faudrait plutôt s'étonner, c'est que ce rite ait ajourd'hui disparu. . .'

"Cette même année 1925, la lacune, ainsi trois fois constatée, du Rituel Romain était enfin comblée par l'autorité compétente [dans la nouvelle refonte du Rituel par Pie XI]. . . Le vieux geste de l'imposition des mains reprendra désonnais dans le sacrement des malades la place qui lui appartenait de droit dès la plus haute antiquité. . . Il est permis d'espérer que la nouvelle édition du Rituel Romain encouragera des chercheurs dans cette voie, que je croie pleine de promesses. . . Il me serat peut-être permis . . . de risquer une conjecture sur les causes immédiates de cette petite réforme. L'amour-propre d'auteur ne va pas jusqu'il me persuader que d'obscurs travaux d'érudition, même entérinés et développés par des théologiens et des historiens de marque, aient pu y contribuer en quoi que ce soit. J'y verrais plutôt la conséquence d'une longue pratique du rite milanais par celui que Dieu a appelé en nos temps difficiles à régir son Eglise [Pie XI]."1

Etiam in *ritu Graecorum* fit quaedam manuum impositio, sed in fine post administratum sacramentum, seu absolutis orationibus et unctionibus. In *Euchologio* enim haec legitur rubrica: "Tum vero in medium Sacerdotum ingreditur, qui extremam unctionem suscipit, et acceptum sanctum Evangelium ponit super caput eius Sacerdotum praecipuus, et manus illi Sacerdotes alii imponunt."2 Ceterum, saec. 15 solemnis et distincta manuum impositio observabatur in ritu graeco, nam teste *Symeone Thessalonicensi* (cf. infra, p. 517), sacerdos ante unctionem imponebat manum super infirmum proferens ipsam formam sacramentalem ("Pater sancte") ac postmodum in ipsa unctione nonnisi caeremonialia verba "Adjutorium nostrum in nomine Domini" pronuntiabat.

Similis rubrica extat tum in ritu *Coptorum:* "Stent sacerdotes tres ad dexteram et tres ad sinistram ejus. Sacerdos magnus imponat Evangelium super caput infirmi, sex imponant manus suas super eum,"

1 "Extrême-Onction et imposition des mains," *Recherches de science religieuse 22* (1932) 320-324.

2 Goar, Εὐχολό-χἰοι- *sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum 1647) 427.

tum in ritu *Armenorum:* "Septem sacerdotes una simul librum Evangeliorum capiti infirmi imponunt et postea etiam manus."[3]

Conclusio 3. Materia proxima sacramenti est quaelibet unctio, abstrahendo a numero unctionum et a qualitate partium inunctarum, et signanter a quinque unctionibus quinque sensuum, ita ut unica unctio in qualibet corporis parte sufficiat ad valorem sacramenti, etiam extra casum necessitatis.

Probatur. *EX VARIETATE PRAXIS UTRIUSQUE ECCLESIAE,* seu ex eo quod in ecclesia orientali nunquam habitus fuerit determinatus numerus unctionum et in ecclesia latina determinatus numerus quinque unctionum, quae ab adversariis essentiales dicuntur, nonnisi paulatim universalis et firmus evaserit, et ceteroquin hodie ab ipso Codice J. C. non habetur ut necessarius ad valorem sacramenti, saltem in casu necessitatis.

*QUOAD ECCLESIAM LATINAM.*

*Usque ad saec. 13* non parva varietas observatur.

*Liber Ordinum,* antiquae liturgiae Mozarabicae, in usu in Hispania a saec. 5 ad saec. 11 (supra relatus in p. 136) sub titulo "Ordo ad visitandum vel perunguendum infirmum" non refert nisi unicam unctionem in capite: "Ingrediens sacerdos ad infirmum, facit ei signum crucis in capite de oleo benedicto, dicens: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti regnantis in secula seculorum. Arnen." Ceterum fatendum est inde non necessario sequi nonnisi unicam unctionem adhibitam esse, sicut non sequitur formam fuisse meram invocationem Trinitatis; ea enim verba considerari possunt ut abbreviata commemoratio ritus, aliunde omnibus noti.

Haec simplicior et antiquior, ut videtur, ritus forma, invenitur etiam in *quodam Sacramcntario S. Gregorio adseripto,* edito Romae sub Sixto V: "Faciat ei signum crucis in capite de oleo benedicto dicens: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti sit tibi haec perunctio olei sanctificati ad purificationem mentis et corporis."

*Sacramentarium Gregorianum,* a Mcnardo editum, in ritu Extremae Unctionis ("Orationes ad visitandum infirmum") qui probabiliter nonnisi saec. 9-10 additus est originali libro, exhibet quatuor determinatas unctiones "in collo et gutture, et inter scapulas, et in pectore" et unam indeterminatam "seu in loco ubi plus dolor imminet." Addit praeterea multos sacerdotes facere quinque unctiones "in quinque sensibus cor-

[3] Denzincer, *Ritus Orientalium, Copto^um^ Syrorum et Armenorum* (Wirceburgi 1862-1864) II 497, 522.

poris," i.e. in oculis, naribus, auribus,[4] ore, manibus (cf. textus supra, in p. 140 sq.). Haec secunda enumeratio, quae correspondet numero unctionum moderni Ritualis, certe non parvum influxum exercere debuit in posteriorem mediaevalem praxim, ex qua hodierna disciplina descendit.

Ea forma unctionis in collo, gutture, scapulis et pectore, videtur antiquior quam unctio in quinque sensibus; constanter enim invenitur subinde in *Ordinibus* variarum ecclesiarum editis a Martène, etsi saepius conjungatur unctioni quinque sensuum vel aliarum corporis partium. *Ordo 4* (Turonensis) nonnisi illas unctiones exhibet: "Perungat infirmum de oleo sanctificato cruces faciendo in collo, in gutture et inter scapulas; et in pectore seu loco, ubi dolor imminet, amplius perungatur."

Paucissimi sunt Codices qui ferunt tantum unctiones quinque sensuum; generatim praescribunt unctiones quinque sensuum (quandoque omittitur unus vel alter sensus: ita Codex Rhemensis omittit unctionem manuum) et simul aliarum partium corporis, praecipue praedictarum, scilicet capitis, colli, gutturis, scapularum et pectoris; paulatim additur unctio pedum quae subinde sat communis evasit (Codex Rhemensis, Codex Ratoldi, Ordo 8, Ordo 24, Ordo Romanus antiquus, Theodulphus Aurei., Ordo Romanus 10); unctio renum raro, saltem explicite, exhibetur (praecipue et explicite fertur in utroque dicto Ordine Romano; ad eam probabiliter refertur unctio in umbilico, de qua in Ordinibus 1, 2, 14, 20). Ceterum, negari nequit unctionem quinque sensuum cito tanquam praecipuam consideratam esse et tam communem evasisse ut mox, in ritu saltem romano descripto in Ordine Romano saec. 11 a Mabillon edito, ceteras unctiones supplantaverit.

*Codex Rhemensis* (Remigio-Rhemensis, cit. in p. 167 sq.) fert saltem novem unctiones, quinque super sensus, i.e. oculos, aures, nares, os, manus, quatuor vero super alias partes, i.e. tempora, mentum et guttur, scapulas, pedes. Negat unctionem esse faciendam in fronte, vertice, pectore et inter scapulas ("super scapulas, non inter scapulas").

*Codex Ratoldi* (relatus in p. 169) enumerat octo unctiones, i.e. quinque sensuum (oculorum, aurium, narium, oris, manuum) et pectoris, scapularum, pedum *(ML* 78. 525).

*Codex Titianus* (cit. in p. 169 sq.) fert novem unctiones, ut in Sacramentario Gregoriano, scilicet "in collo, et gutture, et pectore, et inter scapulas, seu in loco ubi dolor plus imminet, et in quinque sensibus corporis" (Prosequitur enumerando oculos, nares, aures, os, manus).

[4] Editio Migniana ex manifesto errore ponit iterum: naribus.

*Ordo 1* (Anglicanus; circa a. 800) habet decem unctiones, ad oculos, aures, nares, labia, collum, scapulas, pectus, manus, pedes et umbilicum.

*Ordo 2* (Pontificale Prudentii Trecensis; ante a. 850) fert similiter decem unctiones, sed loco pectoris nominat guttur.

*Ordo 3* (Turonensis; ante a. 900) enumerat saltem tredecim unctiones, novem unctionibus Codicis Tiliani addens quatuor "in genibus quoque, et in cruribus, suris, pedibus ac plantis," imo "et pene in omnibus membris."

*Ordo 4* (Turonensis; ante a. 900) nominat tantum collum, guttur, scapulas et pectus; probabiliter subintelligit quinque sensus.

*Ordines 5,6 et 7* non nominant partes inungendas; ferunt enim tantummodo ritum abbreviatum.

*Ordo S* (Rhemensis; circa a. 900) fert sex unctiones ad caput, oculos, aures, nares, labia, pedes; omittit mentionem manuum, quod mirum videtur.

*Ordo 9* (Moisacensis; circa a. 900) fert novem unctiones, ad collum, pectus, aures, oculos, nares, labia, scapulas, manus et pedes.

*Ordo 10* (Noviomensis; circa a. 900) refert undecim unctiones, ad supercilia, oculos, aures, nares, labia, collum, guttur, scapulas, pectus, manus et pedes.

*Ordo 11* (circa a. 1100) fert sex unctiones, ad oculos, aures, nares, labia, manus et pedes (sicut in hodierno Rituali Romano).

*Ordo 12* (Salisburgensis; a. 1100) refert tredecim unctiones, ad caput, oculos, aures, nares, labia, guttur, pectus, cor, scapulas, manus, pedes, partem ubi dolor plus imminet, omnes compages membrorum.

*Ordo 13* (Suessionensis; ante a. 1100) habet novem unctiones, ad frontem, aures, oculos, nares, labia, pectus, scapulas, manus et pedes.

*Ordo 14* (Romaricensis; ante a. 1100) refert easdem novem unctiones.

*Ordo 15* (Senonensis; a. 1200) refert etiam novem, sed loco frontis seu capitis, nominat guttur.

*Ordo 16* (Cameracensis; circa a. 1200) habet decem unctiones, ad oculos, aures, nares, labia, guttur et collum, scapulas, pectus, manus, pedes et umbilicum.

*Ordo 17* (Bellovacensis) refert similiter decem partes, sed separat guttur a collo, et supprimit umbilicum.

*Ordo 18* (circa a. 1200) praeter quinque sensus refert caput, pectus et scapulas, omittens pedes.

*Ordo 19* (Codex Victorious; circa a. 1200) refert duodecim unctiones, ad quinque sensus, caput, pectus, guttur, collum, scapulas, partem ubi maximus dolor urget, pedes.

*Ordo 20* (Apamiensis) refert sex unctiones ut in hodierno Rituali et addit septimani ad umbilicum. Notat etiam quosdam ungere pectus.

*Ordo 21* (Floriacensis; circa a. 1200) refert duodecim unctiones, ad supercilia, oculos, cerebrum, aures, nares, labia, collum, guttur, scapulas, pectus, manus et pedes.

*Ordo 22* (Monasterii B. Mariae de Pontelevio; circa a. 1200) refert tantum quinque unctiones ad quinque sensus.

*Ordo 23* (ante a. 1300) tredecim fert unctiones, ad quinque sensus, supercilia, cerebrum, collum, guttur, scapulas, pectus, et partem ubi dolor plus est.

*Ordo 24* (Ambianensis) habet novem unctiones, ad quinque sensus, scapulas, guttur, pectus, pedes.

Ceteri Ordines (25-30), a Martène editi, pertinent ad posteriorem aetatem, si excipiatur ultimus (30) qui est ipsum Euchologium Graecum, de quo infra (p. 447).

*Theodulphus Aurelianensis* (**f** S21) in celebri parvo rituali, quod exhibet in suis *Capitulis ad presbyteros parochiae suae* (cit. in p. 147), ordinat undecim unctiones (cum quindecim signis crucis, duplicando unctionem in oculis, auribus, manibus et pedibus), i.e. in quique sensibus, et in scapulis, collo, capite, gutture, pectore, pedibus. Has autem undecim corporis partes considerat ut varias expressiones *quinque sensuum,* scribens: "Hoc autem numero quindenario facimus cruces . . . propter Trinitatis mysterium et quinque sensuum significationem. Terni enim quinquies quindecim perficiunt." Refert etiam aliarum ecclesiarum variationes, quorum praecipua est additio unctionis ad tempora seu frontem. Item refert "Apostolos ungentes oleo infirmos non amplius quam tres cruces cum oleo super eos fecisse," cui apostolicae consuetudini dicit conformari ritum Graecorum sui temporis, infra citandum (p. 446).

*Ordo Romanus* (Ordo 10, inter 15 romanos ordines a Mabillon editos, certe antiquior saec. 13, probabiliter saeculi 11 ; supra cit., p. 171), a quo descendit ritus hodierni Ritualis Romani, dicit unctiones faciendas esse *"in septem, vel in aliquantis locis"* ac subinde refert quinque formulas ad quinque sensus (oculos, aures, nares, os et manus), sed in formula ad manus mentionem facit sive pedum sive lumborum ("Parcat tibi Dominus quidquid tactu, vel incessu, aut lumborum seu carnis vitio deliquisti"), implicite significans hanc ultimam posse, saltem ad libitum, triplicari in triplicem formulam super triplicem unctionem manuum, pedum et lumborum; quod quidem sat communiter factum esse invenimus saec. 13.

*A saec. 13 ad saec. 16* unctio quinque sensuum manifeste praevalet

in variis ritualibus, ob generalem influxum quem ritus romanus exercuit in ritus aliarum ecclesiarum et subinde ob auctoritatem Decreti pro Armenis Conc. Florentini, in quo septem notae unctiones referuntur ut materia sacramenti. Nihilominus adhuc non parva varietas observatur.

Theologi saec. 13, ut dictum supra (p. 409 sqq.), quinque sensuum unctiones pro communibus et necessariis habent, sic testantes praxim et sensum variarum ecclesiarum quas ipsi norunt. Tamen S. *Thomas* testatur quasdam ecclesias non observare reliquas duas unctiones pedum et renum, vel unam aut alteram ex his (cf. *Suppi.*, q. 32, a. 6, cit. in p. 410); imo *Albertus M.* majorem varietatem refert scribens: "Diversarum Ecclesiarum et ordinum diversus est usus: quia in quibusdam Ecclesiis unguntur loca plura, et in quibusdam pauciora. Puto tamen, quod sufficit ungere loca quinque sensuum. . . In ordinibus magis approbatis et quibusdam Ecclesiis unguntur tantum extremitates, ut os, et nares, et oculi, et aures: quia in illis sunt organa quinque sensuum: tamen alii praeter haec ungunt scapulas, et pectus, et renes in quibus est delectatio venereorum, licet non oporteat" *(loc. cit.* in p. 411 sq.).

Haec additio unctionum quarundam principalium corporis partium (ut capitis, scapularum, pectoris, gutturis, colli, imo generice omnis partis in qua magis imminet morbus vel dolor) praeter unctiones quinque sensuum, invenitur in non paucis libris liturgicis, ut in reliquis *Ordinibus* a *Martène* editis (cf. Ordinem 25, circa a. 1400; Ordinem 26, ante a. 1400, in quo quinque sensibus adduntur pedes et umbilicum; Ordinem 27, a. 1500; Ordinem 2S Leodiensem, editum a. 1553. in quo pro umbilico ponitur pectus) et in pluribus ritualibus relatis a *Launoy* * in usu adhuc saec. 16, ut in ritualibus ecclesiarum *Viennensis* a. 1500, *Catdlaunensis* a. 1529, *Ambianensis* a. 1541, *Virdunensis* a. 1554 (in cujus ritu mire omittitur unctio narium), *Tullcnsis* a. 1559 et *Noviomensis* a. 1560 (in cujus rubrica notatur ungendos esse "renes viri vel umbilicum mulieris"; cf. infra, p. 453).

Nonnisi a saec. 17 ritus unctionis quinque sensuum dici potest universalis et constans in ecclesia latina; ceterum, circa idem tempus propagari coepit in quibusdam ritualibus rubrica permittens unicam unctionem in casu necessitatis, uti in ritualibus Mechliniensi, Parisiens!, Cameracensi ct Atrebatensi supra relatis (p. 422 sq.), et simul pedetemptim increvit numerus theologorum qui docuerunt unctionem quinque sensuum non esse necessariam ad ipsum valorem sacramenti fcf. supra, p. 431 sqq.).

'0/>. *cit.* (supra in p. 398) 576-579.

### *QUOAD ECCLESIAM ORIENTALEM.*[6]

Nunquam uniformitas fuit, nec est, sive apud orientales catholicos sive ac praecipue apud schismaticos. Ipsi libri rituales, tum editi tum manuscript!, de determinandis partibus corporis ungendis non multum curant, sed quidam id prorsus omittunt, alii contenti sunt generalibus expressionibus, alii discrepantes prorsus partes assignant. Generatim dici potest in prioribus temporibus totum corpus, per unam ac generalem unctionem, perfusum fuisse, ad modum unctionis catechumenorum; subinde potius ad quasdam determinatas ac notabiliores partes unctionem restrictam fuisse (non secus ac ipsam unctionem catechumenorum), et quidem communius ad frontem, organa sensitiva capitis, pectus et manus (unctio autem pedum est recentioris originis).

Primum fortasse documentum praxis Graecorum exhibetur in ipso Occidente a *Theodulpho Aurelianensi* (f 821) scribente: "Apostoli autem ungentes oleo infirmos non amplius quam tres cruces cum oleo super eos faciebant. Unde Graeci, qui ipsam traditionem apostolorum imitantur, similiter tres tantum cruces cum oleo faciunt, fundentes cum ampulla oleum infirmorum in crucis modum super caput et vestimenta et totum corpus infirmi, incipientes crucem a capite usque ad pedes, in transverso a manu dextera usque ad brachia, et pectus usque ad sinistram manum, simul dicentes ad ipsas tres cruces: 'Ungo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut oratio fidei salvet te, et alleviet te Dominus, et si in peccatis sis, remittantur tibi.' Illa autem vestimenta oleo superfusa quibus infirmandus [sic] non sepeliuntur, et si convaluerit, abluuntur in loco mundo, et iterum utitur eis" *{ML* 105. 222).

Hic potiusquam de determinatis partibus (nominantur quidem caput, pectus, manus, brachia et pedes) agitur de triplici unctione seu cruce cum oleo, amplectente totum corpus. Hoc Theodulphi testimonium concordat cum ritu descripto in *Codice Sinaitico 960* (saec. 13), in quo dicitur septem sacerdotes ungere aegrotum a pedibus usque ad caput, nec forsitan essentialiter discordat ab antiquissimo ritu *Codicis Barbcrini* ejusdem aetatis (saec. 8-9), a Goar edito, in quo tantum generaliter dicitur: "Ex positis superius orationibus quisque [ex septem sacerdotum] suam recitat: et ungit frontem, et aures, et manus infirmi."[7] Quidam tamen doctores vident discordantiam inter utrumque

• Confer sequentes auctores, quorum opera supra citavimus in Introductione tractatus (p. 17-23, 26 sq.) *Katanskij,* p. 92-131; *Golubcev,* p. 113 sqq.; *Afaltzew,* p. 549 sqq.; *Jacqueniier,* p. 193 sqq.; *Petrovskij,* p. 44 sqq.; *Alentov,* passim; *Rouët de Jottrncl,* p. 40-72, *Janin,* p. 101, 389, 454, 493, 550, 583, 592, 606; *Jugie,* t. 3, p. 479-483; *Cappello,* p. 240-242. 259 sq.; *De Meester,* p. 201-203; *Spâtil,* p. 68 sq.

'Goar. Ενχολό-μον *sive Rituale Graecorum* (Parisiis 1647) 430; cf. praefationem Goarii citatam supra, p. 45.

textum, quatenus hic legunt tres distinctas unctiones frontis, aurium et manuum; in quo casu dicendum est duo testimonia ad diversarum ecclesiarum usum se referre.

*Posteriores codices* saec. 11-14 varias referunt partes inungendas. *Codex 213* Parisiensis (a. 1027): frontem, aures, pectus, manus; *Codex 973* Sinaiticus (a. 1153): frontem, nares, mentum, collum, aures, manus; *Codex 994* Sinaiticus (saec. 14) : frontem, caput, pectus, manus, genua, et, pro opportunitate, totum corpus.

*Simeon Thessalonicensis* (f 1429), sine dubio praxim saec. 14-15 referens, proponit tres unctiones frontis, vultus et manuum. Scribit: "In fine orationis, oleo ungit, in formam crucis, frontem ejus propter internas cogitationes, sensus liniens in facie, et denique ungit manus, a cogitatis operibusque perversis eum emundans et corroborans oleo sancto signoque crucis."[8]

*Arcadius,* referens praxim Graecorum sui temporis (saec. 16-17), scribit: "Graecorum sacerdotes ungunt aegri frontem, mentum, ambas genas, ita ut fieri videatur unctio in capite ad modum crucis; deinde pectus, tum manus idque ex utraque parte, postremo pedes."[9] Hic quatuor unctiones exhibentur, i.e. in capite (ad modum unius crucis a fronte ad mentum et a gena ad genam), in pectore, in manibus, in pedibus (quae pedum unctio vix ante hoc tempus deprehenditur).

*Metrophanes Critopulus* (f 1639), coaetaneus ipsius Arcudii, qui in sua *Conjessione fidei* (cap. 13) fere solus inter auctores librorum symbolicorum fuse agit de materia proxima hujus sacramenti, quatuor refert unctiones: "Uno ellychnio tincto in oleo aegrotum ungit in fronte, in pectore, in manibus et pedibus, ubique figura crucis."

*Trebnik seu Euchologium Petri Moghilae*™ (a. 1646), quod in uno vel altero ritu conatum est imitare Rituale Romanum editum a Paulo V,n refert unctiones quinque sensuum et praeterea duas unctiones capitis et pectoris.

In ipso magno *Euchologio Graecorum* nihil prorsus dicitur de numero unctionum et partibus ungendis. Hinc ipsi theologi schismatici in suis operibus vel de hac re prorsus tacent (Andrutsus, Philaretus, Malinovskij) vel vario modo partes ungendas assignant. Quidam enim proponunt frontem, manus, pectus et pedes (Macarius, necnon Mesoloras in sua ^νμ.βολν<η qui tamen in suo Catechismo addit genas et os siletque de pedibus); alii frontem, manus, genas et mentum (Knitis,

*Op. cit.* (supra in p. 350), c. 290, *MG* 155, 527.

*De concordia ecclesiae occidentalis et orientalis in septeni sacramentorum administratione,* l. 5, c. 7 (Parisiis 1679) 464.

*Trebnik,* Kijcw, 1646, p. «'M»'.

"Cf. T. Mitrovits, *Nomokanon der slavischen morgenlandischen kirche oder die kormtschaja kniga* (Leipzig 1898) 9.

Georgopulus); alii frontem, manus, os, aures et cor (Laurentius Zizanius in suo Catechismo); alii frontem, manus, os, nares, genas et pectus (Jastrebov, Mazanov, Bjeljaev, Dyovuniotis qui ait antiquitus unam solam unctionem in usu fuisse); alii frontem, manus, nares, aures, os, oculos et pedes (Rallis qui ita fere solus post Petrum Moghilam proponit quinque sensuum unctiones et concordat cum ritu latino). Discrimen igitur inter moderniorem praxim latinam et diversas praxes propositas a doctoribus schismaticis est in eo quod Latini concorditer inungunt quinque sensus necnon pedes et renes (unctio tamen renum nunc semper omittitur), Schismatici vero inungunt plures sensus non concorditer nec constanter (Moghila et Rallis proponunt quinque sensus), inungunt quandoque etiam pedes, nunquam utuntur unctione renum (pro qua forte stat unctio pectoris vel cordis), addunt unctiones frontis, genarum, menti, pectoris et cordis.

Omnes doctores schismatici (imo et antiqui supradicti codices ac· scriptores) proponunt unctiones frontis et manuum, quas proinde habere videntur ut principales. Ceterum sufficientiam unicae unctionis in casu necessitatis videntur communiter concedere.

Etiam apud *catholicos orientales* aliqua varietas observatur, etsi plures jam conformentur praxi latinae unctionis quinque sensuum, sequentes non tam ipsos rituales libros, qui de numero unctionum silere solent, quam decreta recentiorum provincialium conciliorum. *Rutheni* praeter quinque sensuum unctiones adhibent duas unctiones pedum et pectoris, similisque videtur esse communis praxis *Rumenorum, Bulgarorum, Melchitarum* et *Graecorum purorum*. Copti alexandrini magis conformantur latinis, omittentes unctionem pectoris. *Armeni* vero et *Maronitae* simpliciter assumpserunt latinam praxim etiam circa renum unctionem. In *Euchologio graeco* edito a S. Congr. de Prop. Fide a. 1873 proponuntur septem unctiones, i.e. ad frontem, nares, tempora, os, pectus, inter scapulas, manus.

*Synodus Zamostcna Ruthenorum* a. 1720 (tit. 3, § 6): "Unctio vero applicetur oculis, auribus, naribus, ori et manibus, quinque scilicet sensibus humani corporis, necnon pectori, unde exeunt pravae cogitationes, ac pedibus denique, qui in via peccatorum steterunt, prout hactenus observatum fuit."[12]

*Synodus Leopolitana {Synodus provincialis Ruthenorum Galiciae)* a. 1891 (tit. 2, c. 5, n. 2): "Rituale Rom. Pauli V sub Tit. de Extrema unctione docet: Unctionem renum (idem dicatur de pectore) in feminis honestatis gratia omittendam esse, sicut etiam in viris, quando isti ob

[12] *Acta et decreta sacrorum conciliorum recentiorum. Collectio Laccnsis* II (Friburgi Brisgoviae 1876) 37.

infirmitatem commode moveri non possunt, et tunc sive in feminis sive in viris nulla alia pars corporis debet ungi pro ipsis renibus."[13]

*Synodiis Alexandrina Coptorum* a. 1898 (sect. 2, pars 2, a. 6): "Dum hanc formulam recitat sacerdos, ungat infirmi oculos, aures, nares, os, manus et pedes, iuxta usum apud nos vigentem."[11]

*Concilium nationale Armenorum* a. 1911 (tit. 3, c. 8, n. 497): "Ad Instructionis ab Eugenio IV Armenis datae praescriptum perungendi sunt oculi, propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, manus propter tactum, pedes propter incessum, denique renes. Sacerdotibus exterior manus pars obliniatur. In foeminis, decoris et honestatis causa, item in viris, si commode moveri nequeant, unctio renum omittatur, nec alia corporis pars pro iisdem ungatur. Quas partes sacerdos inunxerit, exquisite, habita honestatis ratione, gossypii globulis tergat, eosque, expleta sacra functione, secum deferat comburendos et reponat cineres in sacrario."[15]

*Synodus Libanensis Maronitarum* a. 1736 (pars 2, c. 8, n. 6): "Quinque vero corporis partes praecipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, nares, os et manus. Attamen pedes etiam et renes ungendi sunt; sed renum unctio in mulieribus honestatis gratia semper omittitur, atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest. Sed, sive in mulieribus sive in viris, alia corporis pars pro renibus ungi non debet. Manus vero, quae reliquis infirmis interius ungi debent, presbyteris exterius ungantur. Dum autem oculos, aures et alia corporis membra, quae paria sunt, sacerdos ungit, caveat ne altero ipsorum inungendo, sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit. Si quis vero sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma."[16]

*Ex hac generali et constanti varietate praxis utriusque ecclesiae, haec sequuntur quibus etiam resolvuntur ulteriores quaestiones a theologis agitatae* (cf. supra, p. 425-427):

1. *Unctio quinque sensuum* non est necessaria ad valorem sacramenti, secus Ecclesia defecisset per plura saltem saecula in necessariis requisitis ad administrationem sacramenti a Christo instituti.

"*Codificazione canonica orientale, Fonti* XI: *Ius particulare Ruthenorum* (Tipografia Poliglotta Vaticana 1933) 977.

"*Synodus Alexandrina Coptorum habita Cairi in Aegypto a. 1S9S* (Romae: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1899) 128.

"*Acta et decreta Concilii Nationalis Armenorum Romae habiti a. 1911* (Romae: Typis Polyglottis Vaticanis 1913) 248 sq.

"*Acta et decreta sacrorum conciliorum recentiorum. Collectio Lacensis* II (Friburgi Brisgoviac 1876) 151.

Nec valet hic recurrere cum quibusdam ad tritum commodunique effugium genericae institutionis materiae sacramenti quae fuerit ab Ecclesia determinata juxta loca et tempora, nam praeterquam quod ea sententia generaliter inspecta labili videatur niti fundamento (ut ostensum est in tractatu *De sacramentis in genere* 408-419), in praesenti quaestione minus adhuc efficaciter applicari posset. Nullum enim habetur indicium alicujus interventus supremae auctoritatis ecclesiasticae in determinandum numerum unctionum et qualitatem partium ungendarum, nec id videri potest in decreto Florentino in quo mere refertur et consecratur communis praxis latina et in quo ceteroquin non quinque sed septem pariformiter referuntur unctiones quarum duae postremae (in pedibus et renibus) ab omnibus non necessariae dicuntur. Praeterea, illi sententiae videntur hic peculiariter opponi verba Tridentini: "Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater et magistra, aliud in hac administranda unctione, quantum ad ea, quae huius sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod beatus Jacobus praescripsit" (cap. 3, *Denz.* 910); substantia autem sacramenti, quam lacobus praescripsit, est, ut ait Concilium, "materia, forma, proprius minister et effectus huius salutaris sacramenti" (cap. 1, *Denz. 908),* adeoque Ecclesia Romana non utitur nisi materia indicata a lacobo, qui tamen non quinque indicavit unctiones sed simpliciter ac generaliter corporis unctionem. Inde non mirum est eam sententiam de generica institutione ipsos ejus patronos hic vix invocare[17] et alios, ut *Kern* et *Verhammc,* insistere in illius inapplicabilitate in praesenti quaestione, etiam abstrahendo ab ejus veritate vel falsitate secundum se aut in aliis quaestionibus.

2. Ipsa pluralitas unctionum, generice spectata, non est necessaria ad valorem sacramenti, ita ut *sufficiat unica tinctio.* Id sequitur saltem ex moderniori praxi Ecclesiae administrandi unicam unctionem in casu necessitatis, confirmata in canone 947 Codicis J. C., cujus doctrinalem sensum et vim explicavimus supra (p. 400). Ceterum, ipsa variatio numeri unctionum in antiqua Ecclesiae praxi idipsum suadet, cum inepte iterum fieret recursus ad collatam Ecclesiae potestatem determinandi numerum unctionum et qualitatem partium ungendarum.

3. *Etiam extra casum necessitatis* unica unctio sufficit ad valorem

"Eam explicite invocat *Billuart,* supra cit. in p. 421, cui videntur consentire *Billot* ct alii pauci, ut dictum est supra (p. 426). In eodem sensu sonant haec verba quae nimis confidenter profert *Spatii:* "Ecclesiae auctoritas *omnibus fatentibus* aliquo saltem modo ipsam materiam ct formam sacramentorum attingit. Et de materia proxima seu de modo, quo materia applicatur, *nullum est dubium,* ut patet c.gr. cx diverso modo baptizandi aut per immersionem aut per infusionem secundum diversitatem locorum ct temporum vel cx variis consuetudinibus mox hacc mox alia membra ungendi in sacramento exeuntium, secundum usum variarum ecclesiarum vel etiam secundum usum eiusdem ecclesiae decursu temporis mutatum" *(op. cit.* [supra in p. 333] 147 sq.).

sacramenti. Nam casus necessitatis impertinens est ad ea quae respiciunt valorem sacramenti, etsi influere possit in ea quae respiciunt ejus integritatem, ut dicetur in art. seq.

4. Ut unica unctio sufficiat debet fieri cum *jorma verborum generali,* seu vel abstractiva, quae nempe ad nullum determinatum sensum dirigatur ("Indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti"), vel complexiva, quae nempe ad omnes sensus aut corporis partes dirigatur sive communiter ("Indulgeat tibi Dominus quidquid per sensus, vel corpris membra, deliquisti") sive determinate ("Indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, auditum etc. deliquisti"). Ratio est quia forma particularis ("Indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti") vitiatur substantiali defectu in ipsa sua sacramentali significatione. Nam minister, eam adhibens, intenderet sacramentum administrare tantummodo partialiter, quod impossibile est, seu intenderet ungere non totum subjectum, sed tantum partem qua talem (puta oculos) et conferre non totum effectum, seu gratiam abstergentem reliquias omnium peccatorum, sed tantum partem effectus, scilicet abstersionem reliquiarum peccatorum per unum sensum commissorum, quod quidem repugnat indivisibilitati gratiae remissivae et alleviativae. Si tamen per praedictum modum administrandi, minister intenderet ungere totum subjectum et conferre totum effectum ita ut mentio unius partis (puta oculorum) formaliter excluderetur ab intentione ministri et consequenter a sacramentali formae significatione, tunc sacramentum validum esset, quia forma, utut inepta, haberet quidquid requiritur ad ejus validitatem.

Ad rem apte *Frassen:* "Congruum fuit, ut Sacramentum Extremae Unctionis ita institueretur, ut in casu necessitatis una dumtaxat unctio sufficeret. . . Observandum est autem quod in eo casu debeat fieri mentio quinque sensuum in verbis formae, nam si fieret mentio tantum de uno sensu, v.gr. visu, forma non significaret sufficienter effectum, ad quem conferendum hoc Sacramentum est institutum, qui est gratia, qua remittuntur peccata quinque sensuum, vel illis mediantibus patrata. Si tamen in forma nullus exprimeretur sensus expresse, ut fiebat in forma Ambrosiana, et Veneta . . . , satis probabile est, quod adhuc sufficeret, quia adhuc per verba in eis contenta totus Sacramenti effectus sufficienter significatur, scilicet, remissio peccatorum per sensus commissorum."[18]

5. Unctio *in qualibet corporis parte* valde probabiliter sufficit ad valorem sacramenti. Id suadet tum indeterminata ratio verborum lacobi

[18] *De sacramento Extremae Unctionis,* q. 2, conci. *2, Scotus Academicus* X (Romae 1902) 610 sq.

("Ungentes eum") ; tum verba Codicis, can. 947 : "Sufficit unica unctio in uno sensu seu rectius in fronte," nam in qualibet corporis parte saltem sensus tactus invenitur, nec incisum "Rectius in fronte" sonat plus quam majorem rei convenientiam et explicitum consilium; tum ipsa magna varietas antiquae praxis utriusque ecclesiae in seligendis partibus ungendis, etsi ipsa rei convenientia et proprius sacramentalis symbolismus connaturaliter pastores impulerit ad eas principaliores partes seligendas in quibus sensus et operationes vitae resident vel explicantur. Certum est ceteroquin sufficere unctionem in fronte aut in qualibet parte capitis. Quod autem in Baptismo debeat ablui principalis pars corporis, praecipue caput, et in Confirmatione debeat fieri unctio in ipsa fronte, sequitur ex documentis et praxi Ecclesiae, et quoad Confirmationem tactus capitis exigitur etiam ab ipsa ratione requisitae impositionis manuum.

6. *Unctio quinque sensuum valde conveniens est,* imo convenientissima inter omnes unctiones.

Id ostendit tum antiquissima et communior *praxis Ecclesiae Romanae,* omnium exemplaris ac magistrae, cui ceteroquin magis ac magis accesserunt ipsae ecclesiae orientales, non solum catholicae sed etiam schismaticae (nam inter partes ab his inunctas facile deprehenduntur principales sensus, uti oculi, aures et os, et ceteroquin unctio frontis seu capitis, quae est universalis ac fundamentalis apud Orientales, est veluti synthesis quinque unctionum sensuum externorum), tum ipsa *theologica ratio* sacramentalis symbolismi, desumpti ex effectu hujus sacramenti, prout est praecipue spiritualis curatio et alleviatio ab infirmitatibus et languoribus animi atque abstersio reliquiarum peccati.

Ut enim observat S. *Thomas {Suppi.,* q. 32, a. 6, cit. in p. 410), sensus sunt principia peccandi, cum sint principia operandi, utpote sedes vis cognoscitivae ex qua omnis externa operatio procedit. "Et quia ubi est in nobis prima origo peccati, ibi debet unctio adhiberi, ideo inunguntur loca quinque sensuum: scilicet oculi, propter visum; aures, propter auditum; nares, propter odoratum; os, propter gustum; manus, propter tactum, qui in pulpis digitorum praecipue viget" (cf. verba *Cone. Florentini* ex Opusculo 5 S. Thomae, supra relata, p. 402, et *Catechismum Cone. Trid.,* cit. in p. 402 sq.).

Praeterea, conveniens etiam est duplex *unctio pedum et renum*. Nam "principia . . . agendi in nobis [quae ideo fiunt etiam principia peccandi] sunt tria: primum est dirigens, scilicet vis cognoscitiva; secundum est imperans, scilicet vis appetitiva; tertium est exequens, scilicet vis motiva," et ideo sicut propter cognoscitivam unguntur sensus, ita "propter appetitivam unguntur . . . renes, propter motivam unguntur pedes, qui sunt principalius ejus instrumentum." Attamen, ratione dif-

ficultatis vel honestatis, hae duae unctiones omittuntur, utpote aliunde secundariae quia "primum principium [operandi et peccandi] est cognoscitiva . . . [dum] appetitiva et motiva sunt secundaria principia." Ceterum, ipsa renum unctio, quam simplicitas antiquorum eousque applicare non cunctabatur ut in quibusdam locis fieret discrimen inter unctionem renum pro viribus et unctionem umbilici pro mulieribus" (ob discrimen sedis libidinis quae alterutri sexui assignabatur20) sub diversa et discretiori forma in quibusdam ecclesiis adhibebatur et adhuc adhibetur, scilicet sub unctione scapularum, vel pectoris, vel cordis quod est symbolum omnis concupiscentiae et appetitus (cf. ibid., ad 1).

*Nec valet obicerc,* contra peculiarem convenientiam unctionis pedum, quod etiam per alia corporis membra homo peccat. *Nam* respondet S. *Thomas:* 'Organa corporis quibus actus peccati exercentur, sunt pedes, manus et lingua, quibus etiam exhibetur unctio [etsi manus et os ungantur etiam sub ratione organorum sensuum tactus et gustus] ; et membra genitalia, quibus propter immunditiam illarum partium et honestatem sacramenti, non debet unctio adhiberi" (ad 4).

Quam de genitalibus rationem sic determinat *Bonaventura:* "Si tu quaeras, cum per membra genitalia maxime culpa in hominibus contrahatur, sive perpetretur venialis et mortalis, ut quid non inunguntur? dicendum quod hoc est propter foeditatem membri, propter quam natura rationalis erubescit non solum tangere, sed videre, sed quod plus est, nominare, et amplius erubescit cogitare; et ideo absit quod oleum sanctum debeat ibi apponi, sed loco illorum membrorum inunguntur lumbi. Credo etiam quod parcitur verecundiae infirmorum, quia nemo est ratione utens qui non erubescat membra illa aliis demonstrare, immo ipsemet erubescit videre."21

## NOTA. DE LICITA MATERIA PROXIMA.

*Codex J. C.,* can. 947, jubet ut "unctiones *verbis, ordine et modo* in libris ritualibus praescripto, accurate peragantur." Sequentes igitur praescriptiones *Ritualis Romani,* haec cum moralibus theologis notabimus.

### *1. VERBA.*

" Cf. *Rituale Noviomense* (supra cit., p. 445). Sacc. 16 illud discrimen fit *in pluribus ritualibus Galliae,* ut Abriccnsi, Constantiensi, Sagiensi, Cenomanensi, 1'arisiensi, Noviomensi, Claromontensi, Burdigalensi, Pictaviensi, Ucetiensi et 1.emovicensi in quo tamen notatur: "Sciendum est quod pro libidine inungitur masculus in lumbis; femina vero in umbilico, si fieri potest; alias autem in pectore" (cf. Lavnoy, *op. cit.* [supra in p. 3981 576-579). In Ordinibus tamen a Martcnc editis in quibus occurrit unctio ad umbilicum, i.e. Ordinibus 1, 2, 16, 20, 26, ea curiosa distinctio non fit; pariter non invenitur in Manualibus Viennensi a. 1500 et Vcnetcnsi a. 1596 ejusdem regionis et aetatis.

20 Cf. 5. *Thontam, Suppi.,* q. 32, a. 6, ob. 3; *Bonaventuram* mox citandum.

z'*Op. cit.* (supra in p. 413) 591.

Verba sacramentalia, seu sextuplex formula quae comitatur sex unctiones cuique in casu necessitatis substituitur unica formula generalis cum unica unctione, sunt ipsa forma sacramenti, de qua sermo erit in art. 8 (p. 580-583).

### 2. *ORDO UNCTIONUM.*

Ut dictum est supra (p. 403), in editionibus Ritualis ante Codicem praescribebantur septem unctiones, post Codicem vero suppressa est *unctio renum* quae ceteroquin etiam ante Codicem in mulieribus semper, in viris autem ex rationabili causa, omittebatur (cf. supra, p. 406 sq., relata decreta S.C. de Prop. Fide et C.SS. Rituum). Ut fert rubrica Ritualis (n. 16) post ipsum Codicem, "*pedum unctio ex* qualibet rationabili causa omitti potest," puta ex temporis angustia, ex honestate in casu mulierum, ex incommodo infirmi, ex admiratione adstantium. Quae causa, cum communiter adsit et moraliter semper adesse censeatur, practice semper excusat omissionem illius unctionis ab omni peccato; speculative etiam loquendo, ubi nulla revera sit causa excusans, ea omissio non excedit leve peccatum, imo *Cappello* ait quod "peccatum esset leve tantum et forte nullum" (n. 79).

*Sex unctiones* disponuntur juxta ordinem sensuum, fundato in eorum psychologica principalitate seu dignitate (inde unctio ad oculos, ad aures, ad nares, ad os, ad manus, ad pedes). Invertere hunc ordinem quibusdam antiquioribus visum est grave peccatum "quia esset contra usum Ecclesiae in re notabili"; S. *Alphonsus* videtur huic sententiae adhaerere quatenus dicit eam esse communem (tamen, ut observat ipse Gaude in notis ad hunc textum S. Alphonsi, tres ex quinque auctoribus a S. Doctore citatis hanc sententiam reapse non proferunt, sed *Suarez* loquitur tantum de aliquo peccato, *Bonacina* vero et *Sa,* nec loquuntur de peccato); moderni autem moralistae communiter *(Noldin-Schmitt, Génicot-Salsmans, Piscetta-Gennaro, Cappello, Vermcersch, Conte a Coronata, Regatillo')* tenent id esse veniale, maxime cum inversio fit inter duas tantum unctiones (puta aurium et narium), imo Cappello ait probabilius nullum peccatum adesse, secluso contemptu et irreverentia, si inversio sit minoris momenti, ut si prius ungantur nares et postea aures. Mirabile tamen est quod, forte inadvertenter, scribit *Prümmcr:* "Non est quidem de necessitate sacramenti servare ordinem inter unctiones partium, sed communiter docent theologi inversionem ordinis esse graviter illicitam, si fiat sine gravi causa [In nota autem refert solum S. Alphonsum]" (ed. 1923, n. 574).

Ipsa autem *omissio* unius vel alterius ex quinque sensuum unctionibus communiter judicatur gravis; quidam tamen videntur sentire

omissionem unius tantum unctionis non esse peccatum grave, quod quidem si agatur de sola omissione unctionis manuum non est improbabile, cum sensus tactus, qui ungitur in manibus, sit ubique in omnibus sensibus. *Cappello* sic rem resolvit: "Doctores plerique tenent, ob certum Ecclesiae praeceptum, graviter peccare, qui, extra casum necessitatis, unum e quinque sensibus ungere omittit. Profecto si fieret una tantum unctio, v.g. in oculis vel auribus et ceterae omnes omitterentur, peccatum foret grave. Item verius si duae solae fierent, ex. gr. si ungerentur oculi et aures vel nares dumtaxat, culpa esset lethalis. Si, contra, ungerentur oculi, aures, nares, os, et omitteretur unctio manuum, peccatum, iuxta nonnullos, esset leve; ideoque causa quaelibet rationabilis a tali unctione excusare dicitur, v.g. incommodum ex parte infirmi, penuria temporis, etc. Hanc sententiam improbabilem dicere non audemus."[22] Ceterum, omissio unctionis cujuslibet organi, ex quacumque ratione contigerit, postmodum est supplenda, ad normam mox dicendorum de supplendis unctionibus in casu administratae unicae unctionis ob rationem necessitatis.

Omissio vero unctionis in uno vel altero *ex binis organis* (ut si tantum unus oculus ungatur) an sit grave peccatum (nisi, ut patet, excuset necessitas seu rationabilis causa), disputatur. Plures, ut *Lehmkuhl, Priimmer, Noldin-Schmitt, Vermeersch, Piscetta-Gennaro, Conte a Coronata, Kilker,* respondent affirmative. Alii, ut *Génicot-Salsmans, Cappello, Regatillo,* respondent negative; imo Cappello vivaciter reagit contra priorem sententiam, scribens: "Unde eruatur istud praeceptum et quidem grave, nescimus prorsus. Certum nobis videtur, agi de obligatione levi, a qua proinde excusat quaelibet causa rationabilis; v.g. si nequeat infirmus verti in alterum latus aut nonnisi cum aliqua difficultate, licebit omittere unius oculi vel auris unctionem, etc. Imo nares non sunt ambae necessario ungendae; sufficit ut ungatur nasus in summitate, ut expresse tradunt nonnulli libri liturgici veteres. Item, ad os quod attinet, inungi potest sive utrumque labium superius et inferius distincta unctione sive os ipsum labiis compressis sive, ubi hoc difficile sit, alterutrum labium."[23]

Haec secunda sententia eo vel magis rationabilis videtur quod facile conceditur ab auctoribus,[24] nonnisi paucis refragantibus, nares posse inungi unica unctione, facta scilicet in summitate nasi: ratio enim liceitatis hujusmodi unctionis videtur esse unitas sensus, potius quam unitas organi, quae quidem ratio pariter valet quoad unctionem reliquorum sensuum, et maxime manuum quae minus adhuc distingu-

" *Op. cit.* (supra in p. 398) 53 sq.
"*Ibid.* 52.
" *Vernieersch, Vcrnteersch-Crcusen, De Hcrdt, Dc Amicis, Cappello, Regatillo, Verhamme.*

untur in ratione organi quam duo oculi et duae aures. Ceterum, omissio unius unctionis in gemino organo supplenda non est, secus ac totalis omissio unctionis in utroque organo.

*In casu necessitatis* licita est unica unctio in aliquo sensu, seu rectius in fronte, cum forma breviori ac generali, salva tamen obligatione supplendi singulas unctiones, cessante periculo. Ita in verbis ipsum Rituale post Codicem, supra cit. (p. 404 sq.).

Casus ipse necessitatis ex multis causis exurgere potest, tam ex parte infirmi quam ministri vel aliorum. Praecipui casus sunt: imminentia mortis (haec est suprema ratio necessitatis); multitudo ungendorum cum periculo ne aliqui sine sacramento moriantur, ut in circumstantia pestis, belli, terraemotus, alluvionis, incendii, naufragii; impossibilitas attingendi organa de more ungenda, ut si facies sit fere tota fascis involuta; periculum contagionis vel infectionis sive ex parte infirmi sive ministri; grave incommodum exurgens ex protracta ordinaria administratione, ut si urgeat gravis operatio chirurgica; periculum irreverentiae sacramenti ex parte acatholicorum adstantium vel consanguineorum; ratio modestiae, ut si immineat partus; convenientia administrandi sacramentum secrete, puta ad eludendam inimicitiam adstantium vel ad vitandum populi scandalum ubi quis ungat sub conditione moribundum acatholicum.

In dubio autem de existentia casus verae necessitatis, si nulla est ratio positiva suadens casum necessitatis, non licet, et quidem sub gravi, administrare unicam unctionem; si vero talis ratio adest, ita ut agatur de dubio positivo, distinguendum videtur: si talis ratio levis est, non licet sub levi, si vero existimatur gravis, licet.

*De obligatione autem supplendi omissas unctiones* plura disceptantur ab auctoribus.

Ipsa obligatio certa est. Sed quidam, ut *Noldin-Schmitt, Vermeersch, Sabetti-Barrctt, Tanqucrey, Quinn, Kilker, Merkelbach,* explicite vel implicite affirmant eam esse gravem, quorum plures arguunt ex sententia (cf. in art. seq.) juxta quam omnes unctiones pertinent ad integritatem sacramenti habentque suum peculiarem effectum, qua integritate et effectu nequit sacramentum et subjectum privari, quidam autem arguunt potius modo generico ex ipsa gravitate materiae et ex paritate obligationis supplendi omissas caeremonias Baptismi, quae urget sub gravi. Alii vero, ut *Cappello* qui simpliciter reicit praedictam sententiam, judicant potius obligationem esse levem, ac proinde ob levem rationem supplentiam omitti posse. Prior opinio probabilior dicenda est, saltem ob probabilitatem illius sententiae de unctionibus integrantibus sacramentum, quam defendemus in art. sequenti.

Unctiones suppleri debent *non sub conditione sed absolute.* De hoc concordant auctores post decretum S. Officii a. 1917, etsi antea disputarent, ut ostensum est supra (p. 405 sq.).

Unctiones suppleri debent *"cessante periculo,"* cujus incisi sensus non est "cessante ipso periculo mortis," nam sacramentum nonnisi in periculo mortis administrari potest, nec necessario "cessante articulo mortis" dum nempe manet periculum mortis, sed "cessante impedimento" quod tale periculum generavit ratione cujus debuit sacramentum administrari in unica unctione. Concordant etiam auctores unctiones esse quam citius supplendas, item eas posse suppleri quandiu durat periculum mortis; sed quidam, ut *Génicot-Salsmans, Cappello, Kilkcr, Verhamme,* dicunt hanc obligationem cessare post aliquod tempus notabile (puta post unam horam, Cappello vero ait: post dimidiam circiter horam), quia, aiunt, post notabile tempus jam dissolvitur unio moralis cum ipso sacramento; alii vero, praesertim qui tenent supradictam sententiam de unctionibus integrantibus sacramentum, signanter *Vermeersch,* dicunt probabilius hanc obligationem tandiu durare quandiu ipsum mortis periculum. Quae opinio probabilior est. stante probabilitate praefatae sententiae (cf. infra, p. 477 sq.).

5. *MODUS UNCTIONIS.*

*Ex parte sacerdotis ungentis* tria a Rituali requiruntur: ut nempe unctio fiat non instrumento sed *propria manu* (tit. 5. c. 1. n. 16), ut fiat "intincto *pollice* in Oleo sancto" (c. 2, n. 8) et ut fiat *"in modum crucis"* (ibid.). Prima praescriptio, de qua sufficienter dictum est supra (p. 432-434), obligat sub gravi, quatenus excludit usum proprie dicti instrumenti. Secundam praescriptionem quidam, ut *Priimmer,* dicunt obligare sub gravi; alii, ut *Génicot-Salsmans* et *Conte a Coronata,* sub levi; alii, ut *Cappello* et *Regatillo,* satis probabiliter sub nullo peccato. Tertia non habetur ut gravis; sed plures, ut *Génicot-Salsmans, Kilkcr, Priimmer* et *Conte a Coronata,* dicunt eam obligare sub levi, alii vero, ut *Cappello* et *Regatillo,* probabile putant ne sub levi quidem obligare.

*Ex parte partium unctarum* haec prescribit Rituale: "Manus vero, quae reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius ungantur" (c. 1, n. 17). Cujus rationem quidam assignant in eo quod manus sacerdotum sunt jam interius consecratae in ipsa ordinatione, dum alii alias tentant minus probabiles explicationes quas referre non vacat. Quoad unctionem oris, Rituale in ipsa rubrica notat eam esse faciendam "ad os, compressis labiis" (c. 2, n. 9) adeoque per unicam unctionem; si tamen infirmus nequeat comprimere labia, sufficit inungere unum vel alterum labium, consultius inferius. Quoad modum un-

gendi alia organa Rituale nihil dicit; unde pedes ungi possunt sive in superiori sive in inferiori superficie, sive etiam in latere.25 Oculi ungendi sunt in palpebris vel superciliis; aures ungendae sunt in inferiori extremitate seu lobulis, non vero intus in alveolis; nares ungi possunt vel duplici unctione in alis lateralibus vel unica unctione in extrema summitate.

"*Si quis autem sit aliquo membro mutilatus,* pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma" *{ibid.,* n. 19). Id explicite notabant doctores mediaevales, ut 5. *Thomas* qui ad quaestionem "Utrum mutilati sint ungendi" sic respondet, assignans rationem hujus praescriptionis Ritualis: "Mutilati inungi debent quam propinquius esse potest ad partes illas in quibus unctio fieri debuerat. Quia, quamvis non habeant membra, habent tamen potentias animae quae illis membris debentur, saltem in radice; et interius peccare possunt per ea quae ad partes illas pertinent, quamvis non exterius" *{Suppi.,* q. 32, a. 7).

Ad rem addit *Kilker:* "When a member is obtruncated or lacking in any way, the nearest part to it is to be anointed. De Herdt thinks that this is also to be done when the member is bandaged or covered so that it cannot be touched. This would be of especial value in hospitals, and in accidents where a man's hands or feet may be pinned under fallen walls, etc. A quite different predicament would occur if the man were found to have redundant members, as for example, three hands or three feet. In this case Baruffaldo decides that those organs are to be anointed which are collocated in the natural *situs* of the body, so that, 'dempto membro superfluo,' the body can be said to be complete and well organized. O'Kane and De Herdt allow the suggestion of Baruffaldo, and also assert as an alternative the lawfulness of anointing the members most in use in such people."20

"Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quae paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit" *{ibid.,* n. 18). De hac rubrica confer infra, p. 581, ubi sermo est de forma sacramenti.

*Ex parte infirmi* haec praescribit Rituale *{ibid.,* n. 12-14): "Si quis autem laboret in extremis, et periculum immineat, ne decedat antequam finiantur Unctiones, cito ungatur, incipiendo ab eo loco:

"Olim de hoc controvcrtebatur; quidam, ut *Billuart,* dicebant ungendam esse partem superiorem, alii vero, ut 5. *Alphonsus,* partem inferiorem congruentius cum verbis formae: "Quidquid per gressum deliquisti." C. SS. Rituum, interrogata de hac re, 27 aug. 1836 respondit nihil innovandum esse (Rhedonen., ad 1; *Decreta authentica,* n. 2743); ex quo sequitur communem usum regionis seu ecclesiae sequendum esse.

* *Op. cit.* (supra in p. 398) 372 sq.

'Per istam sanctam Unctionem, etc.', ut infra; deinde, si adhuc supervivat, dicantur Orationes praetermissae, suo loco positae. Si vero dum inungitur infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat, et praedictas Orationes omittat. Quod si dubitet an vivat adhuc, Unctionem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam: 'Si vivis, per istam sanctam Unctionem, etc.', ut infra."

Ad haec notat *Cappello:* "Haec verba sat clara non videntur eaque omnem dubitandi rationem nullatenus excludunt." Prosequitur clarus auctor explicans et solvens difficultatem horum verborum. Brevius *Regatillo* sic eas explicationes resumit: "Circa haec, quae clara non sunt, haec animadvertenda videntur: 1. Si dum sacerdos recitat preces ante unctiones, vel antequam eas recitare incipiat, periculum est ne infirmus moriatur sine unctione, omittantur preces, et fiant statim unctiones, vel urgente necessitate, unica unctio in fronte. 2. Si urgentia mortis superveniat post aliquam vel aliquas unctiones, ungatur in fronte formula breviori, et dein fiant reliquae actiones. 3. Si mors superveniat post aliquas unctiones vel dum recitantur preces praecedentes, statim fiat unica unctio in fronte cum formula breviori, saltem sub conditione; nam probabilius adhuc vivit per pauca momenta. Imo et possunt suppleri reliquae, sub conditione. 4. In dubio an adhuc vivat, idem fiat. 5. Si periculum mortis omnino cessavit post factam unctionem in fronte, iuxta aliquos, reliquae omitti debent, sub gravi vel sub levi; iuxta alios fieri possunt, quia agitur de ritu perficiendo. Id placet. 6. Unctio supplenda est quoque, si ex oblivione, etc., aliqua omissa fuit in ordinaria administratione. Et si timeatur ne ob temporis spatium unio debita desit, sacramentum, per se, sub conditione iteretur."[27]

## ART. 5. Utrum Unctio Quinque Sensuum Sit De Necessitate Sacramenti Tanquam Pars Integralis *{Suppi.,* q. 29, a. 2; q. 32, a. 6).

### STATUS QUAESTIONIS

Ex dictis in art. praec. de sufficientia unius unctionis sequitur unctionem quinque sensuum non esse de necessitate sacramenti tanquam partem essentialem, absolute requisitam ad essentiam et valorem sacramenti. /Xdhuc tamen manet distincta ac disputabilis quaestio, an nihilominus quintuplex haec unctio sit de necessitate sacramenti tanquam pars integralis, sine qua nempe, etsi salvetur essentia et valor sacramenti, non habetur tamen accidentalis integritas et perfectio ejusdem, requisita ex ipsa Christi institutione, sicut sine materiali

[27] *Op. cit.* (supra in p. 434) 445. Cf. Kii.ker, *op. cit.* (supra in p. 398) 394 sq.

integritate non habetur perfectio confessionis, sine sacramentali satisfactione non habetur tota perfectio Poenitentiae et sine duplici consecratione seu specie non habetur perfectio sacramenti Eucharistiae.

*Quae quidem quaestio duas implicat partes:*

1. An quinque sensuum unctiones, quando de facto ponuntur, i.e. in ordinaria administratione ritus saltem latini a saeculis in usu, sint revera partes integrantes sacramenti.

2. An illae unctiones, sub hac ipsa ratione partium integrantium accidentalium, sint de necessitate sacramenti, seu sint per se necessario ponendae ex institutione Christi et ex exigentia ipsius sacramenti connaturaliter requirentis suam, utut accidentalem, perfectionem et complementum, etsi per accidens ratio necessitatis excuset ab earum immediata positione, sicut excusat a materiali integritate confessionis et ab implenda sacramentali satisfactione.

Theologi hanc quaestionem in terminis, et praecipue sub praedicta distinctione, ponere non solent, sed rem tangunt, confuso quidem ac fluctuanti modo, ubi agunt de unitate hujus sacramenti, vel de tempore quo ejus effectus confertur (an nempe in prima unctione aut in termino unctionum), vel peculiariter dum conantur explicare rationem quare unctiones quinque sensuum, omissae in casu necessitatis, sint subinde supplendae juxta praescriptionem Codicis. Hinc difficultas interpretandi mentem plurium auctorum eosque in definitis sententiis classificandi. Quod nihilominus attentare conabimur, abstrahendo, saltem directe, a praedictis quaestionibus, quae, utut connexae, non sunt cum praesenti confundendae.

## PARS NEGATIVA et PARS AFFIRMATIVA

*QUOAD PRIMAM QUAESTIONEM* videntur consentire theologi; nam, posita quaestione: an hoc sacramentum sit unum vel multiplex, gencratim respondent ipsum esse unum, unitate sacramentali proveniente ex fine et effectu, etsi constet pluribus unctionibus, quae quidem quaestio et responsio nullum sensum haberet in hypothesi quod plures illae unctiones non pertinerent ad substantiam sacramenti sed essent merae caeremoniae additae ab Ecclesia ad essentiam sacramenti consistentem in unica unctione, puta in prima quae fit.

Huic communi sententiae non necessario opponuntur illi qui sustinent in prima unctione conferri totum effectum sacramenti, nam possunt adhuc, etsi incongruenter, sustinere ceteras unctiones esse sacramentales, seu partes complentes saltem significationem sacramenti; nec illi qui dicunt ceteras unctiones esse mere caeremoniales quando supplentur post collatum sacramentum per unicam unctionem in casu

necessitatis, nam ipsi adhuc sustinere possunt eas unctiones esse partes sacramenti quando de facto ponuntur in prima et ordinaria administratione sacramenti; sed opponuntur illi qui dicerent in prima ex variis quae fiunt unctionibus, in hac ordinaria administratione sacramenti, non solum conferri totum sacramenti effectum sed etiam ipsum sacramentum simpliciter perfici ac compleri, ita ut subséquentes unctiones sint mere caeremoniales, ad modum quo dicitur sacramentum Ordinis compleri per primam manuum impositionem ita ut ultima manuum impositio ad finem missae ordinationis sub verbis "Accipe Spiritum S., quorum remiseris . . ." sit mera caeremonia extrasacramentalis, addita ab Ecclesia ad ampliorem explicationem ipsius ritus sacramentalis.

Jamvero contingit unum vel alterum doctorem ita praecise loqui, vel ita intelligi posse sub confusis quidem aut mutantibus expressionibus. Ita *Regatillo* qui scribit: "Tota et unica gratia producitur eo momento quo sacramentum completur. . . Sed quandonam perficitur hoc sacramentum? Si administratur modo ordinario, cum primum quinque unctiones cum quinque formulis perficiuntur, ait Suarez. . . Putarem potius per unicam unctionem in uno sensu cum propria forma perfici sacramentum quoad substantiam. Quid, si omittatur aliqua unctio et aegrotus moriatur ante omnes expletas? Varia responsa dantur. Suarez sect. 3 opinatur non fieri sacramentum neque gratiam conferri. Id nimis durum videtur. Conformius forte benignitati Christi et hodierno sensui Ecclesiae esset quod iam in prima unctione cum sua forma propria detur tota essentia sacramenti, et proinde per eam iam totus effectus producatur."[28] Haec satis clara sunt; sed non videtur quomodo congruant his quae cl. auctor ait paulo ante cum ponit ac resolvit quaestionem de unitate sacramenti, scribens: "Extrema unctio est numerice unum sacramentum, quamvis per plures unctiones conferatur. Nam omnes ordinantur ad unicum effectum."[29]

*QUOAD SECUNDAM QUAESTIONEM* de necessitate complendi substantiam sacramenti per praedictas unctiones, tanquam per partes integrantes ejus accidentalem perfectionem, clarius ac magis determinate dissentiunt theologi, suumque dissensum moderniores produnt signanter dum agitant quaestionem de ratione quare omissae unctiones sint supplendae juxta praescriptionem Codicis et quandiu duret ista supplendi obligatio.

*Negant* eam necessitatem plures moderni, quatenus dicunt rationem quare omissae unctiones sint supplendae esse merum Ecclesiae praeceptum, ita ut suppletae unctiones se habeant ut merae caeremoniae

*lus sacramcntarium* (cd. 2, Santander 1949) 446 sq.
* *Ibid.,* 445.

volitae ab Ecclesia ad complendum ritum ecclesiasticum, sicut in Baptismo. Hoc enim implicat eas unctiones nullo modo, nec integrative, esse de necessitate sacramenti, secus ratio ipsas supplendi assignaretur ex hac ipsa necessitate quae peteret sacramentum integrari cum primo potest. Ea negatio videtur contineri in generalibus affirmationibus quorundam qui, ut *Kern,* simpliciter negant eas unctiones esse de necessitate sacramenti et connecti cum ipsius Christi institutione, et directe proponitur a *Ferreres, Cappello, Conte a Coronata, Rcgatillo*™ dum praecipue impugnant infra referendam interpretationem Vermeersch de praescriptione Codicis circa supplendas unctiones omissas.

*KERN:* "Certum est, unctionem organorum quinque sensuum non esse a Christo Domino institutam. Unde sequitur, ritum ungendi, qui nunc in ecclesia latina observatur, non esse necessarium necessitate sacramenti."[31] Quamvis hic auctor directe loquatur de necessitate ad essentiam et valorem sacramenti, nec sibi proponat distinctionem inter necessitatem ad essentiam et necessitatem ad integritatem, tamen ejus verba tam assertive et generaliter sonant ut videantur utramque necessitatem excludere.

*FERRERES* explicite asserit mere caeremonialem indolem supplentiae unctionum "ad pleniorem sacramenti significationem exprimendam,"[32] eas assimilando caeremoniae impositionis manus ad finem missae ordinationis: "En la ordinaciôn sacerdotal, cuando el Obispo, concluida la Misa, dice a los ordenandos: 'Accipite,' . . . etc., no les cofiere la potestad de absolver, sino que esta la recibieron cuando los hizo sacerdotes, que fué antes dc la Misa que acaban ellos de celebrar, consagrando juntamente con el Obispo. Aquellas palabras sirven para explicar mejor la potestad ya recibida en virtud del sacramento."[33]

*CAPPELLO:* "Omissae unctiones quam citius supplendae sunt, ita ut cum prima velut partes intégrales uniri queant. Post dimidiam circiter horam, obligatio supplendi probabilius deest, quia, notabili tempore iam praeterlapso, unctiones moraliter uniri non posse videntur. Quidam tamen, v.g. Vermeersch . . . tenent unctiones supplendas esse quamdiu duret idem morbus periculosus, ut sacramentum plenius recipiatur. Nam, aiunt, extrema unctio sub aliquo respectu comparari potest cum Eucharistia, quae sub una specie plene quidem recipitur, sed magis integre sub utraque specie, ita ut receptio alterius speciei gratiam augeat si melius dispositum inveniat subiectum. . . Ista opinio pia quidem dicenda, at solido fundamento theologico niti non videtur."[34]

*CONTE* A *CORONATA:* "Quaestio . . . orta est utrum unctiones supplendae essent considerandae ut repetitio sacramenti, an potius ut caeremoniae naturam sacramentalium habentes. Variae solutiones propositae sunt, inter quas ea praeferenda videtur cui iam supra innuimus ubi de unitate sacramenti Extremae Unctionis, nempe: sacramentum essentialiter completum est unica unctione;

"Videntur etiam consentire, plus minusvc assertive, alii doctores, ut *Génicot-Salsmans* (n. 417), *O'Kanc (Notes on the Rubrics of the Roman Ritual* [Dublin 1922], n. 899), *L'Atni du Clergé* 38 (1921) 560 et *Gougnard.*

" *De sacrantento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 133.

" *Compendium theologiae moralis* (ed. 3 post Codicem, Barcinone 1919) II 501.

" In *Razon y Fé* 48 (1917) 85 et 236.

M *Tractatus cononico-moralis de sacramentis,* III: *De Extrema Unctione* (ed. 2, Taurini 1942) 58.

reliquae unctiones supplendae sunt non ad necessitatem sacramenti, sed ex praecepto Ecclesiae, et naturam induunt sacramentalium."[35]

*REGATILLO,* post verba supra citata (p. 461), immediate addit: "Supplentia unctionum. — Si administratur formula breviori, in unico sensu, seu potius in fronte, totum sacramentum conficitur, omnium peccatorum remissivum. Quare ergo reliquae unctiones supplendae sunt? Ut effectus plenior obtineatur, aiunt. In quo hic consistit? *Lchmktihl:* quia melius disponitur subiectum per repetitam unctionem. Non id videtur, nam si per primam unctionem completum est sacramentum, eius operatio cessavit. Et quomodo stimuletur sensibus destitutus? *Noldin:* ipsum sacramentum sic plenius recipitur, sicut Eucharistia sub utraque specie, ita ut receptio secundae gratiam augeat, si subiectum melius dispositum inveniat. Admitti etiam potest specialis efficacia ad sananda peccata uniuscuiusque sensus. Non placet explicatio; nam cum sacramentum sit unum, et totum recipiatur in prima unctione sub formula generali, nullus effectus sacramentalis relinquitur cacteris. Quae de praecepto divino non sunt, sicut sumptio utriusque speciei in missa.

"Supplendae sunt, ut nobis videtur, tamquam mere caeremoniae ad ritum ecclesiasticum complendum, sicut in baptismo. Vel ad maiorem expressionem effectus per unicam unctionem sub formula generali producti. Sic essentia sacramenti ordinis presbyteralis consistit tantum in prima manuum impositione cum formula. Per eam fit sacerdos cum potestate consecrandi et absolvendi; et tamen in fine ordinationis Episcopus ei denuo manus imponit dicens: 'Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris. . .' Haec est caeremonia accidentalis, non sacramentalis; gratiam non confert nec potestatem dat absolvendi; sed praescribitur ad magis exprimendam potestatem in prima impositione implicite concessam."

*Affirmant* vero praedictam necessitatem, tum antiqui theologi, ut S. *Thomas, Albertus M., Bonaventura* et *Scotus* (juxta interpretationem quam supra dedimus et explicavimus, in p. 415–417), etsi inter duas praedictas necessitates explicite non distinguant ob nondum exortum casum administrationis unicae unctionis,[37] tum quidam ex posterioribus defensoribus validitatis unicae unctionis, ut *Hyquaeus* et *Frassen* (cf. supra, p. 421), quatenus dicunt unicam unctionem sufficere ad valorem sacramenti in solo casu necessitatis et comparant necessitatem quinque unctionum necessitati materialis integritatis in confessione (quae, ut patet, pertinet ad necessitatem sacramenti et supplenda est tempore opportuno post susceptum sacramentum cum sola formali integritate); tum quidam moderni, ut *Hugon* et *Merkelbach,* quatenus, explicite distinguentes inter essentiam et integritatem sacramenti, dicunt quinque unctiones pertinere ad integritatem, etsi non ad essentiam sacramenti, ac propterea sup-

[35] *Institutiones iuris canonici, De sacramentis* I (Taurini 1943) 622. Cf. 587 sq.

[36] *Op. cit.* (supra in p. 461) 447.

[37] Illi doctorcs, signanter *S. Thomas,* dicunt plurcs unctiones se habere in hoc sacramento sicut duae species se habent in Eucharistia; quae comparatio, si premitur, faceret illas unctiones partes intégrales substantiales (etsi non essentiales) et non tantum accidentales hujus sacramenti, sicut sunt binae species in Eucharistia (cf. dicta de divisione partium in tractatu *De Poenitentia* I 199sq.). Potest tamen ea comparatio apud S. Thomam intelligi in sensu diminuto, juxta infra dicenda in p. 473 sq., in responsione ad tertiam difficultatem.

plendas esse; tum praesertim illi moderni qui, ut *Lehmkuhl, Noldin-Schmitt, Sabetti-Barrett, Tanquerey-Quevastre,*™ *Quinn*™ et signanter *Vcrmcersch* (quem fere sequuntur alii ac praecipue impugnant adversarii), ad explicandam rationem quare oporteat eas unctiones supplere post administratum sacramentum per unicam unctionem in casu necessitatis, addunt eas habere peculiarem ac proprium effectum sacramentalem qui debet suppleri.

*HYQUAEUS:* "Sicut ad poenitentiam sufficit . . . confessio non integra in re, ad effectum remissionis omnium mortalium, ita etiam unctio non integra omnium organorum sufficit in casu necessitatis, ut forma deprecativa, in qua principalis efficacia Sacramenti consistit, det effectum completum Sacramenti, nisi quis diceret sufficere simpliciter unctionem unius organi, etiam extra casum necessitatis ad effectum Sacramenti, licet sic ministrans peccaret. Tamen melius videtur dici ob communem auctoritatem Doctorum et praxim, solum in casu sufficere, neque decretum illud [Mechliniense] aliud importat, quia decernit tantum in casu necessitatis, de reliquo supponens ordinarium modum ministrandi Sacramentum."[40]

*FRASSEN:* "Materia proxima Sacramenti Extremae Unctionis, citra casum indecentiae, et necessitatis, debet esse septuplex unctio; ubi vero casus necessitatis urget, unica potest sufficere. . . Confirmatur [haec ultima assertio], ex proportione Sacramenti Extremae-Unctionis cum Sacramento Poenitentiae, ad quod licet Confessionis integritas per se necessaria videatur, tamen quando timendum occurrit imminens mortis periculum, vel ubi accidit impotentia loquendi, conferri potest Sacramcntalis Absolutio absque hujusmodi praevia integra Confessione ... ; ergo pariter congruum fuit, ut Sacramentum Extremae Unctionis ita institueretur, ut in casu necessitatis una dumtaxat unctio sufficeret ad gratiam Sacramentalem conferendam; quamvis forte citra hunc necessitatis casum non esset sufficiens."[41]

*HUGON:* "S. Doctor [S. Thomas], insistendo in notione hujus sacramenti, quod per modum curationis exhibetur, rectissime statuit non totum corpus esse inungendum, sed illas partes tantum in quibus est radix spiritualis infirmitatis, quae radix est in quinque sensibus, atque idcirco unctionem quae fit in quinque sensibus esse quasi de necessitate sacramenti. Id autem importat quinque unctiones *pertinere saltem ad integritatem sacramenti.* Utrum vero ad essentiam pertineant, communiter negant hodierni theologi. . . Si . . . sufficit una forma [juxta Decretum S. Officii a. 1906], sufficit quoque una unctio. . . Remanet quidem obligatio repetendi [alias unctiones, ubi unica unctio adhibita fuerit], cum pertineant ad integritatem; at, si unica sufficit, constat essentiam in unica unctione salvari."[42]

*MERKELBACH:* "Sufficit ad essentiam sacramenti et validitatem una unctio. . . Aliae tamen unctiones quae in diversis ritualibus pro diversis Ecclesiis praescribuntur, pertinent ad integritatem sacramenti et ad pleniorem significationem signi sacramcntalis. . . [unde] si possibile sit, aliae unctiones sunt addendae sub gravi, quia pertinent ad integritatem sacramenti."[43]

*"Brevior synopsis theologiae moralis et pastoralis* (Romae-Tornaci-Parisiis 1920), n. 1260.

*" Some Aspects of the Dogma of Extreme Unction* (Dublin 1920) 80-82.

[40] *Commentarius in Scotuni,* In 4 *Sent.,* dist. 23, q. unica, *Scoti opera omnia* XIX (Parisiis: Vivès 1894) 14.

[41] *De sacramento Extremae Unctionis,* q. 2, conci. 2, *Scotiis Academicus* X (Romae 1902) 608 et 610.

[43] *Tractatus dogmatici* III (cd. 14. Parisiis 1948) 664 sq.

*"Summa theologiae moralis* (cd. 3, Brugis 1939) III 673.

*LEHMKUHL:* "Probabile est, quinque sensuum unctionem ... ad essentiam sacramenti pertinere. . . Probabile tamen omnino est, singulas unctiones sufficere ad valorem, ita ut in prima unctione gratia conferatur, in sequentibus vero eatenus tantum augeatur, quatenus interim melior fiat dispositio suscipientis sacramentum."[41] In ultimis verbis non agitur de solo augmento ex opere operantis, quippe quod inepte ac frustrance hic invocaretur, sed de augmento ex opere operato, etsi conditionato ab augmento dispositionis; unde inepte quandoque citatur Lehmkuhl inter patronos contrariae sententiae.

*NOLDIN-SCHMITT:* "Communius theologi docuerant, hoc sacramentum enectum suum in ultima demum unctione producere. Putabant enim singulas unctiones per se solas non habere rationem sacramenti, sed omnes sensuum unctiones partiales cum suis formis ad perfectam rationem sacramenti necessarias esse. Post recentem vero declarationem ecclesiae dicendum videtur: Certe si unica tantum unctio fit in parte principali cum formula generali (in qua non restringitur significatio ad partialem tantum effectum), sacramentum quoad essentiam perfectum est; sequentes deinde unctiones gratiam sacramenti augent atque perficiunt, praesertim si infirmus interim maiorem et perfectiorem dispositionem sibi comparaverit, ad eum fere modum, quo (iuxta nonnullos theologos) in ss. altaris sacramento sumptio unius speciei ad percipiendum essentialem sacramenti effectum iam sufficit. In casu quo singuli sensus cum formula particulari tantum ungantur, merito dubitari potest, utrum cum una unctione particulari totus homo unctus dicatur; sed post quem numerum unctionum particularium difficile dirimetur."[42]

*VERMEERSCH: "Gcnicot-Salsmans,* II, 417, existimant obligationem supplendi [omissas unctiones] post horam cessare. Diversa tamen sententia, quae, verbis Codicis inhaerens, tenet supplendas esse unctiones quamdiu duret idem morbus periculosus, hac altera ratione defenditur: *Cur supplendae sunt unctiones omissae?* Ut plenior effectus ex integra sacramenti perceptione obtineatur. Plenior iste effectus non videtur, contra atque autumat *Lehmkuhl,* II, 718, 3, tribuendus meliori dispositioni subiecti stimulati repetita unctionum caerimonia: recepto enim sacramento, desinit eius operatio. Nec stimulatur qui sensibus sit destitutus. Verum, ut explicat *Noldin-Schmitt,* III, 432, ipsum sacramentum plenius recipitur. I.e. Extrema Unctio, sub hoc respectu, comparanda est cum Eucharistia, quae sub una quidem specie plene, magis integre tamen sub utraque recipitur, ita ut receptio alterius speciei gratiam augeat si subiectum melius dispositum reperiat. Sic 'quaelibet unctio cum sua forma complete et perfecte sacramenti effectum significat, proindeque illum etiam producit' *(Noldin-Schmitt* l. c.). Novis tamen unctionibus significatio iteratur, et novus titulus gratiae ponitur, sive gratiae eiusdem, si dispositio manserit eadem, sive amplioris, si subiectum sit perfectius dispositum.

[41] *Theologia moralis* (ed. 10, Friburgi Brisgoviac 1902) II 403.

[42] *Summa theologiae moralis* (cd. 26 Ocniponte 1940) III 448 sq. In editione vero ipsius Noldin ante Codicem, loco hujus pericopes, haec satis diversa verba legebantur: "Non singulae unctiones earumque formae effectum sacramentalem producunt, sed gratia infunditur in ultima unctione, qua sacramentum essentialiter completur. Theologorum nonnulli censent, in singulis unctionibus gratiam conferri, quia quaelibet unctio cum sua forma complete et perfecte suum effectum significet ct proinde illum etiam producat. Hi putant singulas unctiones esse totidem sacramenta partialia, quorum singula causant singulos gradus gratiae, qui omnes constituunt integrum effectum sacramenti. Patroni huius sententiae concedunt, extremam unctionem unum tantum sacramentum esse, ideoque partiales unctiones cum suis formis ad unum sacramentum integrandum concurrere. Communius tamen alii cum 5. *Thoma* docent, gratiam in ultima unctione conferri: ex institutione enim Christi, quam per traditionem ecclesiae discimus singulae unctiones non habent rationem sacramenti, sed omnes sensuum unctiones partiales cum suis formis ad perfectam rationem sacramenti necessariae sunt. His omnibus completis demum infirmus complete est unctus" (cd. 10, a. 1912, p. 525).

Quod si res ita se habent, durante eodem morbo, suppletio omissae unctionis semper utilis esse potest, ac proin facienda videtur. Admitti quoque potest specialis efficacia ad sananda peccata quae per singulos sensus nominatim sunt commissa."[4]

## CONCLUSIO

Conclusio 1. Quinque sensuum unctiones, quando de facto in ordinaria administrationc sacramenti extra casum necessitatis, sunt, juxta intentionem Ecclesiae cui conformatur intentio ministri, partes integrantes materiam et formam sacramenti, ita ut sacramentum non perficiatur, adeoque non existât nec operetur, nisi peracta ultima unctione. Idemque, proportione servata, valet cum sacramentum confertur per sex unctiones (addita nempe unctione pedum, sicut olim addebatur etiam unctio renum) apud Latinos, vel per diversum numerum unctionum apud Orientales.

Probatur 1. *Ex communi doctrina theologorum de unitate sacramenti Extremae Unctionis non obstante unctionum multiplicitate.*

Omnes enim theologi inde a medio aevo, dum agunt de proprietatibus hujus sacramenti, referunt ejus unitatem, seu asserunt ipsum esse unum non obstante multiplicitate unctionum, et rationem assignant in eo quod omnes unctiones referuntur ad eandem significationem eundemque effectum; idemque apte confirmat et explicat Catechismus Cone. Trid. (cit. in p. 402). Ergo omnes theologi supponunt varias unctiones, quae de facto adhibentur in administratione sacramenti, pertinere ad ipsum sacramentum illudque integrare nec esse tantum ecclesiasticas caeremonias, secus inepta esset eorum assertio de unitate sacramenti et frustraneum eorum conamen explicandi quomodo sacramentum sit unum. Catechismus Cone. Trid. aptissime ait omnes unctiones simul sumptas habere unam eandemque significationem et efficaciam: "Hoc sacramentum, etsi ex pluribus rebus et verbis constituitur, unum tamen signum est, et unius rei, quam significat, efficaciam habet."

Probatur 2. *Ex communi ratione sacramentorum.*

Designatio materiae sacramenti pendet ab intentione Ecclesiae et ministri, assumentis materiam eamque copulantis formae et sic elevantis ad rationem sacramentalem. Unde, quamvis parvissima materia, tam remota quam proxima, sufficiat ad essentiam et valorem sacramenti, tamen, si amplior materia a ministro assumatur in sacra-

[4] *Theologia moralis* III (cd. 4 a Creuscn recognita, Roma 1948) 390. Eadem prorsus verba referuntur a Vermeersch-Crevsen, *Epitome iuris canonici* (ed. 6, Mechliniae 1940) II 156.

mentum, haec tota et in solidum constituit sacramentum, ita ut sacramentum non adsit donec tota materia ponatur.

Jamvero, in ordinaria sacramenti administratione plures unctiones ab Ecclesia assumuntur (quinque vel sex in ritu latino) et a ministro consequenter intenduntur, in ratione materiae sacramenti. Ergo, quamvis unica unctio, puta prima quae fit in oculis (si tamen fieret cum forma generali), eaque brevissima, sufficiat ad valorem sacramenti si ipsa sola intenderetur a ministro, tamen quia omnes unctiones quae fiunt, juxta diversos ecclesiarum ritus, intenduntur de facto ut materia sacramenti, omnes concurrunt ad essentiam et valorem sacramenti.

Idque confirmatur a paritate cum aliis sacramentis. Ita, quamvis quaecumque particula panis sufficiat ut materia consecrationis Eucharistiae, tamen verba consecrationis cadunt in solidum super totam materiam et omnes hostias quas minister consecrare intendit; et pariter, magisque ad rem, quamvis unica immersio in aqua, imo brevior aquae infusio vel aspersio, imo primus ac brevissimus qui cogitari possit aquae fluxus super corpus, sufficiat ad validitatem Baptismi, si id minister intendat, tamen de facto totus ac protractus aquae fluxus, prout in diversis ritibus vel circumstantiis adhibetur, sive sit aspersio, sive brevior aut longior infusio, sive una aut triplex immersio, pertinet ad essentiam sacramenti (cf. *Suppi.*, q. 29, a. 2) quod non perficitur nisi posita tota illa materia quae intenditur, etiam si ipsa forma verborum prius absolveretur.

Probatur 3. *Ex propria ratione Extremae Unctionis* prout in ritu latino confertur per distinctas unctiones et per distinctas formulas relatas ad singulas unctiones singulorum sensuum.

Unaquaeque enim unctio cum propria formula particulari non refert nisi partialiter proprium effectum hujus sacramenti, qui est totalis alleviatio ab omni spirituali infirmitate et totalis sanatio omnium reliquiarum peccatorum, provenientium ab omnibus radicibus peccati. Unde una unctio non est de facto sufficiens materia et forma sacramenti nisi copuletur cum omnibus aliis unctionibus, quibus, ad modum unius, praedicta totalis alleviatio et sanatio significatur. Nec valet dicere quod sit sufficiens ad partiale quoddam sacramentum et ad partialem sacramenti effectum; nam in essentialibus, ubi deest pars, deest et totum, sicut corpus sine anima non est partialiter homo, sed nullatenus homo; ceterum, etiam si daretur assertum, inde nostra Conclusio non infirmaretur, quia adhuc staret quod omnes unctiones sint de totali essentia ipsius sacramenti.

Si tamen aliter fierent unctiones in latino ritu, scilicet per formam generalem (“Indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti, vel, quid-

quid per sensus deliquisti''), tunc penderet ab intentione ministri quaenam et quot unctiones pertinerent ad essentiam sacramenti, juxta dicta in praecedenti probatione (cf. etiam art. 19, in torn. 2).

Posset quidem quis obicere casum, quo *subjectum moreretur post primam unctionem* (vel nondum absolutis omnibus unctionibus) ac ita privaretur sacramento ejusque fructu, quod videtur valde inconveniens.

Attamen, imprimis similis casus angustiae potest contingere etiam in aliis sacramentis, ut si poenitens moriatur antequam sacerdos dicat ultimum verbum essentiale in absolutione ("Ego te") vel catechumenus deficiat antequam fiat invocatio Trinitatis ("Ego te baptizo"). Praeterea, non improbabiliter dici potest in Extrema Unctione (et similiter in ablutione seu immersione baptismali) intentionem Ecclesiae, ac ideo sacerdotis se illi conformantis, esse ut in tali casu prima vel priores tantum unctiones assumantur in materiam sacramenti et solum communia verba ("Quidquid deliquisti") referantur ad unctionem, relicta inciso "Per oculos," vel "Per aures," significatione mere caeremoniali vel etiam sacramentali abstractiva (prout oculi vel aures possunt assumi et nominari pro omnibus sensibus, significatione quadam exemplata); nec ceteroquin repugnat talis disjunctiva intentio Ecclesiae, quae ab ipsa circumstantia secuturae mortis, ipsi Deo certe jam nota, determinaretur. Quod quidem sit dictum ad abundantiam et ad sedandos theologicos scrupulos.

Conclusio 2. Etiam abstrahendo ab ordinaria sacramenti administrationc vel ab intentione ministri, unctio quinque sensuum, saltem secundum quod est unctio principalium organorum peccati, est simpliciter ct secundum se de necessitate sacramenti, non quidem tanquam pars essentialis requisita ad valorem sacramenti sed tanquam pars integrals ct accidentalis, requisita ex ipsa Christi institutione ad accidentalem perfectionem et complementum sacramenti.

Probatur 1. *Ex praxi et sensu Ecclesiae.*

1. Ut patet ex dictis in art. praec. (p. 441 sqq.), quamvis varia fuerit utriusque ecclesiae praxis quoad numerum unctionum et qualitatem partium inunctarum, tamen constanter et universaliter Ecclesia adhibuit *aliquam unctionum pluralitatem et quidem in illis corporis partibus quae ut principales habentur,* tanquam organa humanarum operationum, et consequenter peccatorum, ut sunt caput, frons, facies, pectus, manus, pedes, et organa quinque sensuum exteriorum, imo mature vulgari ac firmari coepit, inde a tempore Sacramentarii Gregoriani, ipsa unctio quinque sensuum, quae subinde fere uni-

versalis evasit in ecclesia latina. Jamvero, quamvis id absolute explicari posset ex sola ratione connaturalis convenientiae rei, tamen antiquitas, constantia et universalitas illius praxis solidum indicium esse videtur nativae necessitatis ejusdem, provenientis ex ipsa institutoris intentione, implicite contenta in ipsa natura sacramenti prout est institutum ad medendum spirituali hominis infirmitati, exurgenti ex multiplici radice diversarum corporis partium et diversorum organorum sensibilium operationum.

Nec obstat quod in quibusdam ex antiquioribus documentis, ut in Libro Ordinum antiquae liturgiae mozarabicae et in quodam Sacramentario S. Gregorio adscripto (cf. supra, p. 441), nonnisi unica unctio in capite referatur. Nam imprimis talia documenta sunt rarissima, et vix aliud praeter praedicta adduci potest; secundo, probabile est ea referre tantummodo abbreviatam quandam commemorationem ritus, aliunde omnibus noti, qui consisteret in pluribus unctionibus factis in sensibus residentibus in capite; tertio, ipsa unica unctio capitis potuit ex intentione Ecclesiae esse virtualiter multiplex, prout nempe, uncto capite (puta in summitate vel in fronte), intelligeretur inungi sedes omnium organorum sensuum et principium motivum ceterarum partium corporis, et ita omnia organa et partes in sua radice et principio ad modum unius ungerentur.

Nec ceteroquin amplius requirit nostra Conclusio quam necessitatem alicujus pluralis unctionis qua distincte vel complexive, formaliter vel virtualiter, ungantur principalia organa humanarum operationum et peccatorum. Accidentale autem est, ac pro tanto mere caeremoniale et ecclesiasticum, quod ungantur haec vel illa determinata organa (puta quinque distincta organa sensuum), et in hoc vel illo determinato numero, et cum majori vel minori partium distinctione ac designatione. Unde ipsa materialiter unica unctio capitis (vel frontis, vel, fortasse, etiam pectoris seu cordis), accepta formaliter ut unctio sedis omnium organorum et cum intentione attingendi omnia organa in sua sede et principio, continet sufficienter pluralitatem unctionum requisitam ad integralem perfectionem sacramenti, quam e converso non continet unctio alterius partis corporis, uti manus vel pedis, aut etiam oculorum, aurium, narium et oris, si haec organa ungantur non ex generali intentione ungendi ipsum caput sed tantum particulare organum hujus vel illius sensus.

Ut autem constat ex praxi variarum ecclesiarum (supra relata in p. 441 sqq.), praedicta pluralitas unctionum constanter invenitur, praecipue secundum unctionem capitis, pectoris, frontis et quinque sensuum externorum.

2. Ipse unanimis consensus mediaevalium doctorum in asserenda pluralitate unctionum, tanquam de necessitate sacramenti, et ipsa exaggeratio plurium posteriorum in asserenda earum necessitate etiam ad valorem sacramenti, non leve quoque indicium est sensus traditionalis de necessitate alicujus pluralitatis unctionum, saltem in sensu nuper explicato.

3. Ipsum etiam factum quod Ecclesia nonnisi recentissime, nec nisi pro casu necessitatis, administrationem unius cujuslibet unctionis permiserit, assumi potest ut signum sacramentalis necessitatis multiplicis unctionis ad complementarem perfectionem sacramenti.

4. Ultimum, nec infimum signum, agnosci debet in ipsa Codicis J. C. praescriptione supplendi, et quidem non conditionate sed absolute, omissas unctiones in administratione sacramenti per unicam unctionem in casu necessitatis. Nulla quippe hujus supplentiae conveniens ratio assignari potest praeter necessitatem multiplicis unctionis ad integritatem sacramenti.

Ex una enim parte dici nequit in hac supplentia haberi novam collationem totius sacramenti, ut quidam inepte sustinere tentarunt;[1] nam si aegrotus manet adhuc in eodem mortis periculo sacramentum iterari non potest (juxta ipsum Codicem, can. 940, § 2), si vero a mortis periculo egressus fuerit, sacramentum ei conferri non potest, cum praedictum periculum sit conditio administrationis (juxta eundem can. 940, § 1). Ex alia vero parte inconvenienter dicitur ab adversariis suppletas unctiones esse meras caeremonias, sicut ritus Baptismi solemnis qui supplentur post Baptismum necessitatis; nam in casu Baptismi supplentur ritus qui etiam in ordinaria administratione sunt mere caeremoniales, dum in casu Extremae Unctionis supplentur etiam ipsae unctiones, cum propria materia et forma, quae in ordinaria administratione constituunt ipsam essentiam sacramenti, nec ceteroquin unquam Ecclesia significavit has unctiones supplendas esse a ministro cum intentione mere caeremoniali ita ut duplicetur eorum indoles prout adhibentur in ordinaria administratione et prout adhibentur in supplentia.

Probatur 2. *Ex ratione convenientiae.*

Ipsa indoles hujus sacramenti, prout ordinatur ad spiritualem alleviationem ab animi languoribus et abstersionem reliquiarum peccatorum, ostendit convenientiam necessitatis plurium unctionum, ad accidentalem ejus integritatem et complementum.

[1] Cf. apud Kilker, *Extreme Unction* (St. Louis 1927) 388-390.

Quamvis enim totus homo sit unum remotum subjectum languorum et una remota causa peccatorum, tamen languores vel peccata proxime et peculiariter resident vel procedunt a pluribus organis vel facultatibus, et signanter ab organis sensitivis; effectus autem hujus sacramenti est gratia medicativa istorum omnium languorum, quae oportet significari in ipso ritu sacramentali qui consistit in unctione; et ideo, quamvis in unica unctione, adhibita in qualibet corporis parte, sufficienter salvetur sacramentalis significatio hujus sacramenti, ejusque essentia ac valor, perfecta tamen ejus significatio non salvatur nisi in pluribus unctionibus adhibitis in principalibus corporis partibus, ut ita varietati et multiplicitati effectus sacramentalis perfecte correspondeat varietas et multiplicitas ritus per quem significatur et confertur.

*Nec aliunde ullum inconveniens aut difficultas contra hanc Conclusionem invocari potest* sive ex indole hujus sacramenti sive ex paritate seu analogia cum aliis sacramentis, quinimmo ex utroque fonte ipsa Conclusio confortatur et omnis difficultas dispellitur.

*Prima difficultas* vel potius aequivocatio in mente quorundam provenire posset ex eo quod dicatur pluralitas unctionum esse de necessitate sacramenti.

*Attamen,* ut jam dictum est, necessitas asseritur non ad valorem sed ad solam integritatem sacramenti. Ceterum, haec distinctio inter ea quae ad valorem et ea quae ad accidentalem integritatem sunt necessaria, occurrit etiam in aliis sacramentis. Sic in Eucharistia utraque species panis et vini requiritur ad solam integritatem et non quomodolibet ad ipsam essentiam sacramenti quae in utra specie sufficienter salvatur (cf. tractatum *De Eucharistia* I 624), et ultima verba consecrationis calicis pertinent probabiliter ad solam integritatem formae consecrativae; pariter in Poenitentia materialis integritas confessionis in casu necessitatis non pertinet ad valorem sacramenti sed subinde debet suppleri ad complementum sacramentalis confessionis, et satisfactio sacramentalis est mera pars integrans sacramentum et ab eo separata.

*Secunda difficultas* provenire posset ex ipsa separatione suppletarum unctionum ab ipso sacramento. Si enim essent pars integralis sacramenti, videtur quod non possent, licite saltem, separari ab eo, sicut nequit ipsa Ecclesia permittere unicam consecrationem eucharisticam ex qua conficeretur mutilum sacramentum (cf. tractatum *De Eucharistia* I 639-647).

*Attamen,* ipsa separatio partis integralis ab essentia non necessario ac per se offendit vel mutilat sacramentum, ut patet ex satisfactione

sacramentali, quae est pars integralis extrinseca; separatio quidem alicujus partis integralis intrinsecae, qualis est altera species in Eucharistia, mutilat sacramentum, at potest contingere ut ejus ligamen cum essentia sacramenti non sit tam intimum ac necessarium ut sine ipsa sacramentum sit simpliciter mutilum, ac ideo possit, ratione solius necessitatis et permittente ipsa peculiari indole sacramenti, licite et sine ulla offensione a sacramento separari. Hoc autem praecise contingit in Extrema Unctione, quae ideo medio modo se habet in hac re inter Poenitentiam et Eucharistiam.

Sacramentalis enim satisfactio est mera pars integralis extrinseca ipsius sacramenti, quod, utpote judicium, absolvitur et conpletur per sententiam judicis, ita ut executio poenae seu satisfactio se habeat tanquam aliquid pertinens ad successivam potestatem coactivam, radicaliter contentam in potestate judiciali, quae per eam, tanquam per extrinsecum complementum perficitur et extenditur; unde ipsa natura satisfactionis secum trahit ipsius separabilitatem ab absolutione et ab ipso sacramento. E converso in Eucharistia una species relate ad alteram est pars ab intrinseco integrans sacramentum, imo ipsam essentiam sacramenti consistentem in copulato signo unius convivii, quod sine utroque elemento salvari non potest; unde ipsa natura hujus sacramenti reddit intrinsece illicitam unicam consecrationem (cf. tractatum *De Eucharistia* I 641 sq.).

In Extrema autem Unctione pluralitas unctionum, etsi sit pars integralis intrinseca sacramento, quatenus requiritur ad explicitandam totam ejus efficacem significationem, et sic quodammodo conveniat cum Eucharistia, non ita tamen est necessaria sacramento ut sine ipsa hoc simpliciter, utut accidentaliter, mutiletur sed tantum secundum quid, quatenus in unica unctione sufficienter et virtualiter salvatur tota praedicta significatio sacramentalis, sicut in uno corpore, quod semel ac generaliter inungitur, radicantur et virtualiter continentur omnia organa quae per varias et distinctas unctiones attingi possunt. Unde inconveniens non est ut, ratione urgentis necessitatis, pluralitas unctionum separetur ab essentia sacramenti, id postulante ipso generali fine sacramenti qui est subvenire homini in extrema necessitate constituto, dummodo subsistat necessitas sacramentalem integritatem complendi per supplentiam pluralis unctionis. Et ex hac parte Extrema Unctio convenit cum sacramentali satisfactione quasi medio modo se habens inter Eucharistiam et Poenitentiam. Simpliciter autem et attenta utraque ratione, necessitas pluralis unctionis potius videtur comparanda cum necessitate materialis integritatis in confessione sacramentali: haec enim integritas ex una parte est necessaria ut intrinsecum complementum materiae sacramentalis et ex alia parte, ratione

necessitatis, potest separari ab ea, salva obligatione posterioris supplentiae.

*Tertia difficultas* peti potest ex apparenti contradictione inter praesentem Conclusionem et ea quae affirmavimus in Conclusione praecedenti, seu ex diversa indole quam variae unctiones assumunt in ordinaria sacramenti administratione, in qua ipsae se habent ut ipsa essentia sacramenti, et in earum supplentia post extraordinariam administrationem per unicam unctionem, in qua ipsae se habent ut merum accidentale complementum.

*Attamen,* si quis recte et formaliter rem consideret, evanescet ipsa contradictionis apparentia. Etenim, quamvis in ordinaria administratione materia sacramenti de facto inveniatur in omnibus unctionibus et ex eis quodammodo coalescat ita ut "numerus unctionum dici possit veluti discreta quantitas hujus materiae,"[48] tamen non sic ex eis illa materia coalescit sicut materia sacramenti Poenitentiae coalescit ex actibus poenitentis, qui sunt per se et formaliter partes integrantes ipsius materiae ita ut sine eis illa nequaquam subsistere queat (quo sensu soli Poenitentiae inter sacramenta competit habere partes, ut explicatum est in tractatu *De Poenitentia* I 198-205), sed potius sicut materia et forma Eucharistiae coalescit ex duplici specie consecrata, quatenus, sicut significatio convivii integratur cibo et potu, ita significatio curationis spiritualis nequit perfecte exprimi nisi per applicationem medicinae seu unctionis ad diversas vulnerum radices, etsi in utroque casu essentia sacramenti salvetur in unica parte, seu in unica specie vel in unica unctione; imo nec stricte eodem modo materia Extremae Unctionis ex variis unctionibus coalescit sicut materia Eucharistiae ex duabus speciebus, nam hae in unum concurrunt per duas partiales ac distinctas significationes cibi et potus, complentes unam totalem significationem convivii, dum variae unctiones concurrunt in unam materiam non formaliter per distinctas significationes sacramentales, sed quasi materialiter et homogenee uniuntur ad significanda varia organa et radices peccatorum, quae sunt unum totale subjectum unius sacramentalis curationis.[49]

Unde materia hujus sacramenti resultat quidem ex variis unctionibus, at omnino materialiter et inpertinenter, imo et separabiliter; materialiter quidem, quia id quod in illis omnibus unctionibus est formaliter materia sacramenti, non est ipsa pluralitas unctionum vel, si placet, ipsae distinctae unctiones simul unitae, sed tantum ipsa communis ratio unctionis corporis quae invenitur ac veluti currit per omnes unc-

[48] *Suarez,* Disp. 40, sect. 2, n. 4.
[49] Cf. tractatum *De Eucharistia* I 628.

tiones, ita ut ipsa pluralitas vel distincta ratio variarum unctionum se habeat ut merum accidentale complementum etiam in ipsa ordinaria sacramenti administratione; separabiliter vero, quia tota essentia sacramenti potest consistere in unica communi corporis unctione, expoliata omni unctionum pluralitate ut contingit in extraordinaria administratione in casu necessitatis, imo ut posset etiam contingere in ordinaria administratione, si quis nempe prius adhiberet unam communem unctionem, puta frontis vel pectoris, cum generali formula ("Quidquid deliquisti") et cum intentione ponendi essentiam sacramenti et subinde illico adderet quinque sensuum unctiones cum distinctis formulis particularibus et cum intentione addendi complementum sacramenti; quae quidem distincta essentiae et integritatis sacramenti administratio ideo non fit quia est superflua, cum per plures ac particulares illas unctiones utrumque fieri ac intendi possit.

*Quarta difficultas* peti potest ex defectu effectus sacramentalis. Nam non videtur quinam effectus assignari possit pluralitati unctionum, qua tali, maxime in ipsa earum separatione ab essentia jam administrati sacramenti, seu in earum posteriori supplentia; nihil enim est sacramentale nisi sit simul signum et causa spiritualis effectus; unde pluralitas unctionum, qua talis, sive in ordinaria administratione sacramenti, sive ac praecipue in unctionum supplentia, est mere caeremonialis.

*Attamen,* haec etiam difficultas, probe exagitata, vim suam amittit. Nam imprimis, etiam si nullus peculiaris effectus pluralitati unctionum assignari posset, adhuc ipsae non amitterent suam naturam sacramentalem, quia, concurrendo integrative ad sacramenti significationem, quae per eas perficitur et explicatur, concurrunt eo ipso, remote ac mediate, ad ipsam causalitatem quae exercetur immediate per ipsam essentiam sacramenti, eo fere modo quo ultima verba consecrationis calicis ("Qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum"), si sunt mera pars integralis formae sacramenti, sunt vere sacramentalia, etsi nullum habeant peculiarem effectum consecrativum, qui totus immediate producitur per verba essentialia ("Hic est calix sanguinis mei").[80]

Nec opponi potest id non convenire saltem unctionibus quae supplentur post transactum sacramentum, utpote quae non possint amplius per suam significationem indirecte influere in praeteritam sacramenti efficaciam. Nam responderi potest eas unctiones jam habuisse suum influxum, tanquam in voto, in ipsa praeterita administratione sacramenti, quatenus essentia sacramenti antea influxit tanquam expoliata suo complemento et cum exigentia ac voto illius, seu ut virtualiter

[80] Cf. tractatum *De Eucharistia* I 150-161.

continens et radicaliter exigens distinctas ac complementarias unctiones. Aliquid plus minusve simile contingit in Eucharistia cum quis suscipit plures hostias ita ut una ante aliam in stomachum traiciatur; sola enim prima hostia confert gratiam, subséquentes vero, etsi sacramentaliter sicut prima suscipiantur, non dicuntur proprie ac simpliciter conferre effectum gratiae, et tamen ad hunc referuntur tanquam ad effectum collatum per praecedens ac consors sacramentum in eadem cibatione (cf. tractatum *De Eucharistia* I 631).

Ceterum, aliquis *peculiaris ac distinctus effectus* non inepte excogitari et assignari potest particularibus unctionibus, etiam in earum supplentia post administratum sacramentum, idque congruenter cum dictis in materia aliorum sacramentorum.

In tractatu enim *De Eucharistia* (I 661 sq.) dictum est quod, quamvis per communionem sub utraque specie non duplex nec major gratia causetur quam per communionem in unica specie, tamen, formaliter loquendo, effectus est major ac distinctus, non quidem ex parte rei causatae sed *ex parte modi causandi,* quatenus nempe eadem totalis restauratio virium corporalium duplici modo causatur, scilicet per cibationem et potationem. Similiter ergo dici potest quod in Extrema Unctione eadem totalis sanatio vulnerum spiritualium per varias unctiones multiplici modo causatur, modo quidem generali ac complexivo per ipsam essentiam sacramenti, modo vero particulari ac distinctivo per pluralitatem unctionum. Haec tamen explicatio, quae bene valet in casu ordinariae administrationis, difficile applicaretur ad casum supplentiae unctionum; et tunc dicendum esset in eo casu particulares unctiones non posse per accidens exerere praedictum influxum, ob defectum conditionis requisitae, seu quia sunt avulsae ab essentia sacramenti nec possunt nisi simul cum ipsa essentia suum influxum exerere.

Praeterea, etiam *ex parte ipsius rei causatae* non improbabiliter assignari potest aliquis proprius effectus particularium unctionum, distinctus seu potius completivus ac determinativus communis effectus essentiae sacramenti, eo fere modo quo satisfactio sacramentalis complet effectum sacramenti Poenitentiae quoad extinctionem poenae temporalis. Sicut enim particulares unctiones sunt quaedam extensio ac determinatio communis corporis unctionis, in qua essentia sacramenti consistit, sic etiam earum effectus concipi potest ut quaedam extensio ac determinatio principalis effectus collati per essentiam sacramenti, quatenus nempe generalis alleviatio et sanatio quae confertur per sacramentum quaeque respicit modo complexivo omnes radices spiritualium languorum ac morborum, determinatur per particularium

unctionum effectus, respicientes singulas radices modo distincto ac divisivo, tanquam per quasdam accidentales et completivas modalitates ejusdem gratiae sacramentalis.

Qui quidem secundarius ac modalis effectus, in ordinaria sacramenti administratione non separatur a principali sed ad modum unius cum illo confertur, quasi supra illum reflectens et cum eo in unum coalescens, quemadmodum et ipsae unctiones in unum ritum coalescunt; in casu vero supplentiae omissarum unctionum, ille effectus separatim confertur, sicut et ipsae unctiones, ac supervenit principali sacramenti effectui jam prius collato, tanquam illum de novo modificans ac determinans, sicut si medicus, post administratam generalem medicinam et curationem infirmo, iterum super illum reflectens, eandem medicinam applicat peculiariter ac distincte in quibusdam principalioribus vel infirmioribus corporis partibus, ad perficiendum ac complendum generalem effectum. Simili quodam modo alibi explicavimus effectum sacramenti Poenitentiae quoad peccata jam remissa (cf. tractatum *De Poenitentia* I 222 sq.), etsi comparatio non in omnibus valeat, quia ibi semper confertur nova gratia sacramentalis quae priorem perficit ac complet, dum hic per suppletas unctiones non confertur iterum gratia sacramentalis, cum non iteretur sacramentum, sed tantum prior gratia veluti tangitur ac modificatur, ut ipsam virtutem quam habet, congruentius explicet ac diffundat, sicut flos, ad lucis contactum, calicem aperit, colores ostendit et odorem diffundit.

*Ex dictis sequitur:*

1. Administrare sacramentum per unicam unctionem extra casum necessitatis, est graviter illicitum non solum ex Ecclesiae praecepto sed ex ipsa natura rei seu necessitate sacramenti, quia redditur sacramentum mutilum ac privatum suo necessario complemento.

2. In casu necessitatis, id licitum est non solum ex concessione Ecclesiae sed ex ipsa natura rei, hoc permittente copulata ratione finis sacramenti, qui est subvenire infirmo in extrema necessitate constituto, et indolis integralis complementi quod affertur sacramento per particulares unctiones, quodque non tantae est necessitatis ut sine ipso sacramentum maneat simpliciter mutilum.

3. Necessitas supplendi unctiones provenit non solum ex praecepto Ecclesiae sed ex ipsa natura rei, seu ex exigentia sacramenti quod petit suum connaturale complementum et integritatem. Ceterum, haec necessitas, quantum est ex vi solius sacramenti, respicit non determinate has vel illas unctiones quae adhibentur in variis ecclesiis, sed tantum aliquam pluralitatem unctionum in principalioribus corporis partibus vel sensibus.

4. Haec necessitas et obligatio supplendi unctiones durat quousque durat ipsum mortis periculum, nec minus nec magis, nam illud periculum est conditio requisita ad suscipiendum sacramentum, et consequenter etiam ejus complementum; unde quousque durat illud periculum, sacramentum pergit exigere suum complementum, eo vero cessante, cessat ipsa possibilitas suscipiendi complementum sacramenti sicut aufertur possibilitas suscipiendi ipsum sacramentum. Nec valet opponere cum quibusdam auctoribus (cf. supra, p. 457) quod post notabile tempus deest sufficiens unio moralis inter suppletas unctiones et sacramentum; nam hic non agitur de ponenda vel supplenda parte essentiali, sed integrali ac separabili, et unio moralis requisita inter essentiam et integritatem sacramenti mensuratur ab ipsa indole sacramenti, seu, in casu, a conditione gravis infirmitatis subjecti quae sibi vinculat positionem tum sacramenti tum ejus complementi, sicut e contrario in casu satisfactionis sacramentalis mensuratur a sola ratione spiritualis indigentiae seu conditione peccatoris quae definitum tempus non habet.

## CAPUT III

## DE FORMA

Agitur de altera causa intrinseca, a qua derivatur propria sacramenti species et efficacitas.

Specialis indoles hujus sacramenti, prout est ritualis quaedam oratio, seu commendatio aegroti divinae indulgentiae, atque consistit in applicatione olei jam per formam aliquam consecrati, necnon magna varietas formularum et orationum quae, praecipue in antiquioribus ritualibus, hanc unctionem comitantur, theologos inde a medio aevo induxerunt ad *1res quaestiones* agitandas circa formam hujus sacramenti, quarum prima est de ipsa existentia, altera de modo, tertia de essentia, scilicet:

1. An etiam hoc sacramentum habeat aliquam formam, sicut caetera sacramenta.

2. An ejus forma debeat esse deprecativa, secus ac in ceteris sacramentis.

3. Quidnam in hac forma essentialiter ac necessario exprimi debeat.

Tres istas quaestiones per tres distinctos articulos (art. 6-8) more ipsius S. Thomae *{Suppi.,* q. 29, a. 7-9), agitare juvabit, eo vel magis quod altera et tertia majorem longe evolutionem et discussionem obtinuerint apud posteriores theologos, inde a saeculo praesertim XVII. ob ampliorem cognitionem antiquiorum fontium liturgicorum utriusque ecclesiae. Ad complementum autem quaestionis de essentia sacramenti, quae agitatur in hoc et praecedenti capite, addemus art. 9 de potestate Ecclesiae in materiam et formam hujus sacramenti.

### ART. 6. Utrum Hoc Sacramentum Habeat Aliquam Formam *{Suppi.,* q. 29, a. 7).

#### STATUS QUAESTIONIS

Haec prima quaestio, etsi facilis solutu et aliunde jam diu obsoleta et ab ipsis Ecclesiae documentis explosa, suo modo concurrit ad intelligentiam sacramentalis indolis Extremae Unctionis ac intime connectitur cum dictis in capite praecedenti de materia tum proxima tum remota.

## PARS AFFIRMATIVA et PARS NEGATIVA

Nota theologica et Documenta Ecclesiae.

Hoc sacramentum habere proprie dictam formam verborum sibi essentialem eamque esse ipsa verba quae unctionem comitantur, est *theologice certum* ex sequentibus Ecclesiae documentis.

*Conc. Flor,* et *Trid. (Denz.* 695 et 895), quibus concinunt *Catechismus Conc. Trid.* et *Leo XIII* in ep. "Apostolicae curae" (allata in tractatu *De sacr. in genere 92* sq.), explicite docent sacramenta N.L. componi ex materia et forma.

*Conc. Flor,* et *Trid.,* cum agunt de Extrema Unctione, iterum loquntur de ejus materia et forma, et assignant verba formulae latinae ut formam sacramenti. Flor.: "Forma huius sacramenti est haec: Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum, etc." *(Denz.* 700). Trid.: "Intellexit enim Ecclesia [ex verbis Iacobi] . . . formam . . . esse illa verba: Per istam sanctam unctionem etc." *(Denz.* 908; cf. infra, p. 509, verba prioris schematis).

*Catechismus Conc. Trid.:* "Forma vero Sacramenti est verbum et solemnis illa precatio, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum inquit: 'Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Deus, quidquid oculorum, sive narium, sive tactus vitio deliquisti.' Quod autem haec vera sit et propria huius Sacramenti forma, sanctus Jacobus Apostolus significat, cum ait: 'Et orent super eum, et oratio fidei salvabit infirmum' " (pars 2, c. 5, q. 6).

*Rituale Romanum:* "Hujus Sacramenti forma, qua sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait: 'Per istam sanctam unctionem . . .' " (tit. 5, c. 1, n. 20).

*Codex J. C.,* can. 947, § 1, loquitur de forma huius sacramenti cum ait in casu necessitatis ipsum posse conferri in unica unctione 'cum praescripta forma breviore.'

*AFFIRMATIVA SENTENTIA THEOLOGORUM* firmissima est inde a medio aevo.

Refertur tamen ab Alberto M., S. Thoma et Bonaventura, *opposita sententia quorundam obscuriorum theologorum* illius temporis qui ab hoc sacramento abiciebant proprie dictam et essentialem formam.

Eorum assertio ad hoc reducebatur: Extrema Unctio nulla indiget forma (S. Thomas: "Quidam dixerunt quod nulla forma est de necessitate hujus sacramenti"[1]), sed sola unctio sufficit ita ut in unctione

[1] *Suppi.,* q. 29, a. 7.

habeatur tota forma seu essentia sacramenti (Albertus M.: "Dixerunt quidam, quod [hoc sacramentum] non habet formam extra seipsum: quia ipsa unctio tali oleo facta, est sibi forma"[2]; formulae autem quae in variis ecclesiis unctioni adjunguntur, pertinent non ad ipsum esse sed tantum ad bene esse sacramenti, seu ad convenientiorem ejus administrationem (Bonaventura: "Aliqui voluerunt dicere quod istud sacramentum non habebat formam verbi essentialem, sed quae solum erat de bene esse; et ideo non fuit expressa [in Scriptura] nec in Ecclesia invenitur unica, sed diversa"[3]).

*Rationes* eorum sunt: 1. Nulla forma tradita est sive a Christo, sive ab Apostolis, ut constat ex ipso textu Iacobi in quo fit tantum generica mentio cujuslibet orationis, sive externae sive mentalis. 2. Variae formulae adhibentur in ecclesiis; ergo nulla est de necessitate sacramenti, quia quae sunt de necessitate sacramenti sunt eadem apud omnes. 3. Hoc sacramentum habet jam oleum sanctificatum per praeviam benedictionis formam; ergo non indiget alia forma. 4. Effectus hujus sacramenti a Iacobo non tribuitur unctioni sed orationi et fidei ("Oratio fidei salvabit infirmum"); unde non est ratio quare unctioni adjungenda sit aliqua proprie dicta forma ex qua unctio suam efficaciam consequatur. 5. Effectus hujus sacramenti est sanitas corporalis; ergo ad illum sufficit corporalis unctio, utut sacramentalis, nec ideo requiritur aliqua forma spiritualis, seu forma verborum. 6. In Vitis Sanctorum narratur ipsos sanasse per oleum benedictum a se missum ad infirmos absentes, adeoque absque forma prolata in unctione; unde nec in Extrema Unctione forma requiritur.

Quinam fuerint praedicti doctores, Albertus, Thomas, et Bonaventura non dicunt. Ex hoc silentio et ex modo inpreciso quo isti de illis loquuntur ("Quidam dixerunt," "Aliqui voluerunt dicere"; Albertus M.: "Hae rationes sunt vel possunt esse quorundam hominum") necnon ex invocata ratione olei jam per unam formam consecrati ante unctionem quae ideo alia forma non indigeat, videtur concludi posse Albertum, Thomam et Bonaventuram, habere prae oculis eosdem indeterminatos doctores (probabiliter *Hugonem a S. Victore, Anonymum Summae Sententiarum* et *Praepositinum),* quorum sententiam paulo antea ita interpretati erant ut illi dicerent essentiam sacramenti consistere in ipso oleo consecrato ita ut unctio sit mera sacramenti applicatio ac ideo nova forma sacramentali non indigeat (cf. dicta in art. 4, p. 407-409); de facto Hugo a S. Victore et Anonymus Sententiarum, agentes de Extrema Unctione, tacent omnino de forma unctionis. Nec refert quod sive Albertus M. sive Bonaventura ad proban-

[1] In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 4.
[2] In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 4.

dam necessitatem formae in unctione appellent ipsam assertionem Hugonis a S. Victore "Sacramenta N.L. sanctificare per verbum" (Bonaventura)/ nam non illogice ipsi potuerunt invocare rectam Hugonis assertionem et simul reicere ineptam ejus applicationem qua, iuxta S. Thomam, ipse reponebat totam essentiam sacramenti in sola materia consecrata per verbum benedictionis et non in ipso usu materiae. Unde Albertus M., Bonaventura et S. Thomas, sequenti disiunctivo modo videntur interpretari sententiam Hugonis et aliorum: Sacramentum Extremae Unctionis consistit non in usu seu unctione sed in ipso oleo per formam benedictionis consecrato, vel, si quomodolibet dicatur ipsum consistere in ipsa unctione, certe nova forma non indigebit, cum jam formam habuerit in ipsa consecratione materiae, ac inde explicatur quare nec Iacobus formam unctionis indicaverit nec ipsa Ecclesia ea utatur seu potius multiplicem ac tantum accidentalem formam adhibeat ad bene esse potiusquam ad ipsum esse sacramenti.

Ceterum, magnum momentum quod antiquitus praeviae benedictioni olei tribuebatur, ut notatum est in art. praec. (p. 408 sq.), facile potuit quosdam doctores impellere ad minus existimandum sacramentalem indolem et necessitatem ipsius formulae unctionis.

## CONCLUSIO

Extrema Unctio habet aliquam formam verborum, distinctam a praevia olei benedictione atque comitantem ipsum olei usum seu unctionem cum qua constituit essentiam sacramenti.

Probatur 1. *Ex Scriptura.*

*In textu Iacobi* 5.14 sq.: "Et orent super eum ungentes eum in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum" bis sermo est de oratione; imo quidam doctores vident orationem significatam etiam in verbis "In nomine Domini," ut dictum est in art. 1 (p. 75). Jamvero, haec oratio: primo, intelligitur vocalis, ut constat tum ex communiori sensu ipsius vocis, tum ex toto contextu qui agit de oratione copulata cum exteriori unctione, facta super infirmum et consistente in quodam signo fidei ("Oratio fidei"; cf. supra, p. 76); secundo intelligitur intime copulata cum ipsa unctione veluti in unicum ritum et unicam actionem, quod quidem peculiariter exprimitur in ipsa forma participii aoristi ἀλείψαντι (ungentes; orent ungentes; cf. *Luc.* 2.16; *Act.* 10.33); tertio intelligitur habere efficaciam supernaturalis effectus, imo ipsi soli, quasi principali elemento, efficacitas solemniter tribuitur ("Et oratio fidei

'Hugo a S. Victore, *De sacramentis,* l. 1, pars 9, c. 2: "Sacramentum . . . habet . . . sanctificationem ex apposita verbi, vel signi benedictione" *(ML* 176. 318).

salvabit infirmum"), etsi ipse ritus unctionis non excludatur, imo indirecte includatur in ipsa expressione "Oratio fidei" quae sonat orationem ritualem in ipsa tota actione unctionis et precationis expressam. Unde nihil obest quominus oratio a Iacobo imperata, dicatur vera forma sacramentalis, seu elementum quo afficitur unctio ad constituendum, una cum ipsa, essentiam sacramenti.

Probatur 2. *Ex Traditione.*

Tota Traditio, a primis saeculis ad medium aevum, idipsum aequivalenter proponit, explicans ceteroquin ac determinans sensum textus Iacobi. Ex multis documentis antiquitatis, quorum plura dedimus in art. 1 (p. 94sqq.), haec tria constant, ex quibus deducitur existentia sacramentalis formae verborum:

*Primo,* quaedam forma orationis *constanter invenitur* associata ritui unctionis.

Plures Patres hanc associationem proponunt mere citantes textum Iacobi, nec aliud distincte addentes de ipsa oratione; ita Origenes, Chrysostomus, Augustinus, Cassianus, Hesychius, Cyrillus Alex., Procopius Gazaeus, Caesarius Arelatensis.

Distincta quaedam allusio ad orationem habetur in mentione impositionis manuum super infirmum, de qua Origenes, Hippolytus (can. 200), Athanasius, Ambrosius, Innocentius I, Possidius, liturgia Ambrosiana, Gallicana et Romana, relatos in art. 4 (p. 436-440); nam. ut dictum est ibidem, inde a tempore apostolico impositio manuum probabiliter associata est orationi unctionis in administratione hujus sacramenti, ut suadetur tum ex ipso more apostolorum consociandi utrumque ritum in variis circumstantiis collationis gratiarum tum ex interpretatione Origenis substituentis verba "Imponent ei manus" verbis "Orent super eum" in sua citatione textus Iacobi (p. 98).

Usque fere ad saec. 8, seu usque ad tempus quo incipiunt magis determinari ac multiplicari Sacramentaria, Ordines et Ritualia, plures doctores loquuntur etiam distincte de aliqua oratione, quin tamen particulares aliquas formulas proferant. Iam *Irenaeus* (saec. 2), alludens ad ritum sacrae unctionis infirmorum, a Gnosticis corruptum, ait eos "mittere capitibus oleum ... [et fundere] invocationes" (p. 94). De oratione sacrae Unctionis loquuntur saec. 5 infra citandi Cassiodorus, Victor Antiochenus et Mandakuni. In *Vita S. Mesrop* (saec. 5) Extrema Unctio vocatur "ministerium olei fragrantis cum oratione" (p. 135), et in *Vita S. Launomari* (saec. 6) fit allusio ad orationem in hac notabili expressione qua sacramentum ipsum vocatur: "Chrismatis benedictione liniri" (p. 133); similiter *Iosephus patriarcha Nestoriamis*

(saec. 6) hoc sacramentum vocat 'Oleum orationis" (p. 178). *Beda* (saec. 8) loquitur explicite de "oratione comitante" unctionem. Saec. 6 in *Vita S. Eutychii* habetur etiam allusio vel initium alicujus determinatae orationis seu formulae: "Unxit oleo sancto . . . dicens: 'In nomine Domini nostri lesu Christi'; sic enim solebat facere cunctis aegrotantibus, quemadmodum et divus lacobus praecepit" (p. 135); idem saec. 7 habetur, etsi minus explicite, in verbis *Eligit Noviomensis* episcopi: "Corpus suum in nomine Christi ungat" (p. 132), quod ceteroquin est applicatio ipsius commendationis lacobi: "Ungentes in nomine Domini."

Ceterum diffitendum non est in documentis liturgicis priorum saeculorum (Traditione Apostolica, Didascalia Apostolorum, Sacramentario Serapionis, Constitutionibus Apostolorum, Testamento D.N.I.C., et originali nucleo Sacramentariorum Gelasiani, Gregoriani et Gallicani) non inveniri formulam unctionis, sed solam formulam benedictionis olei, quae maxime videtur attraxisse attentionem Ecclesiae in disciplinanda liturgia hujus sacramenti. Exinde tamen non sequitur formulam unctionis adhibitam non fuisse aut hoc sacramento in ipso oleo benedicto constitisse (cf. dicta in art. 3 et 4, p. 353, 357 sq., 408 sq.).

A saec. 8 ad saec. 12 in supradictis libris liturgicis connaturaliter apparent ac in die multiplicantur ipsae determinatae orationes et formulae, quas referemus in art. seq. (p. 510 sqq.).

*Secundo,* formula orationis *habetur ut necessaria,* imo non minus necessaria quam ipse ritus unctionis. Id patet tum ex ipsa constantia qua oratio associatur unctioni, tum ex quibusdam explicitis expressionibus, veluti occasionaliter prolatis. Ita *Mandakuni* (saec. 5) loquitur de "gratia Dei, oratione et oleo unctionis, quae praecepta pro infirmis praescribunt. . . Quid nobis mandant praecepta Dei? . . . Nonne nobis mandant orationem pro infirmis et unctionem olei . . .?" (p. 127). *Hincmarus Rhcmensis* episc. (saec. 9) praecipit ut presbyter "ordinem . . . ungendi infirmos, orationes quoque eidem necessitati competentes memoriter discat" (p. 155). *lonas Aurelianensis* episc. (saec. 9) scribit: "Nam quod ait [Innocentius I], oleo in nomine Domini consecrato, vel certe quia etiam cum ungunt infirmum, nomen Domini super eum invocare pariter debent" (p. 151).

*Tertio,* formulae orationis *tribuitur sacramentalis ipsa efficacia* quae competit unctioni, imo quidam (Victor Antiochenus et Amalarius Metensis) tam signanter insistunt in talem orationis efficaciam ut videantur quasi exclusive orationi tribuere effectum sacramenti, ac si unctio sit merum signum efficacitatis orationis. Iam *Irenaeus* supra relatus ait Gnosticos "mittere capitibus oleum ... [et fundere] invocationes" ad praeternaturalem effectum obtinendum, i.e. "ut incomprehensibiles

et invisibiles principibus et potestatibus [seu daemoniis] fiant" (p.94). *Cassiodorus* (saec. 5): "Oratione fideli et olei sancti perunctione concessa, [presbyter] salvet eum qui afflictus est" (p. 131). *Beda* (saec. 8) : "Infirmi oleo consecrato ungantur a presbyteris, et oratione comitante sanentur" (p. 142). *Victor Antiochenus* (saec. 5): "Significat igitur unctio olei et misericordiam Dei et morbi remedium et cordis illuminationem. Quod enim oratio omnia operatur, cuique manifestum est: oleum vero, ut opinor, symbolum est istorum" (p. 126). *Amatorius Metensis* (saec. 9): "Quid infirmum salvet, hic [lacobus 5. 14 sq.] manifestat, scilicet oratio fidei, cujus signum est olei unctio" (p. 150).

*Quarto,* formulae orationis quae inveniuntur in libris liturgicis inde a saec. 8 (cf. art. seq., p. 510 sqq.) assumunt quendam *characterem determinatum ac ritualem,* de genere formularum ceterorum sacramentorum, imo quaedam assumunt indolem optativam, vel indicativam, vel etiam imperativam ("Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," "Ungo te de oleo sanctificato ut salveris in nomine Patris et Filii et Spiritus S.," "In nomine Patris et Filii et Spiritus S. accipe sanitatem corporis et remissionem omnium peccatorum tuorum"), quae signantius eorum sacramentalitatem ostendit.

Hinc mirum non est, theologos mediaevales, cum synthesini sacramentariam perfecerunt, connaturaliter extendisse etiam ad Extremam Unctionem doctrinam de hylemorphistica compositione sacramenti, et in ipsa oratione, unctionem concomitante, agnovisse veram formam sacramentalem. Et in hoc quidem tam secure sensum Traditionis se interpretari reputarunt ut supradictam opinionem vel dubitationem quorundam doctorum, ut temerariam novitatem reiecerint. *Albertus M.* scribit: "Ut puto, prima opinio inducta novitas praesumpta est contra observationem Ecclesiae, et sententiam omnium antiquorum: et ideo puto illam esse incautam, et sine periculo erroris non posse sustineri";[5] *Bonavcntura:* "Illud non est securum dicere nec secundum textum Scripturae, cum in istius sacramenti institutione maximam vim videatur lacobus in oratione constituere et sibi totam efficaciam attribuere, cum dicit: Oratio fidei salvabit'; non dicit: unctio";[0] S. *Thomas:* "lacobus totam vim sacramenti huius videtur constituere in oratione, quae est forma huius sacramenti. . . Et ideo praedicta opinio praesumptuosa videtur, et erronea" *{Suppi.,* q. 29, a. 7).

De posteriori traditione nulla est ambiguitas, nec ullum umquam dubium motum est, quinimmo res per ipsa Ecclesiae documenta firmata

[5] In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 4, solutio, *Opera omnia* XXX (cd. S.C.A. Borgnet, Parisiis: Vivès 1894) 10.

[*] In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 4, *Opera theologica selecta* IV (editio minor, Ad Claras Aquas 1949) 585.

est, ut dictum est supra. Vox Εὐχελαων (το «λαιον = oleum orationis), quae apud Graecos est proprium nomen hujus sacramenti aptissime exprimit sacramentalitatem formulae orationis, ac concinne tradit totum conceptum textus Iacobi de duobus sacramentalibus elementis ritus infirmorum. Ceterum ea vox, quamvis recentioris originis quoad suum classicum usum, cognotas habet expressiones in antiquitate; ita *Herardus Turonensis* (saec. 9); "Benedictione sacrati olei non careat" (p. 155). *Vita S. Launomari* (saec. 6): "Chrismatis benedictione liniri" (p. 133); *Iosephus patr. Nestorianus* (saec. 6): 'Oleum orationis" (p. 178); imo ipsi *Canones Hippolyti,* can. 219: "Oleum orationis" (p. 110). Cf. supra, p. 3 sq., 5 sq.

Probatur 3. *Ex sacramentali ratione hujus ritus.*

Ipsa imprimis analogia ceterorum sacramentorum suadet hoc etiam sacramentum habere, sicut cetera, aliquam formam verborum, nec intelligeretur quare Christus voluerit illud instituere in solo ritu unctionis, seu in solis rebus sine verbis. Nec valet opponere deprecativam ejus indolem, nam haec non excludit verba sacramentalia, cum non repugnet ut forma sacramentalis, seu efficax ex opere operato, habeat indolem deprecativam, ut explicabitur in art. seq. Item non valet opponere absentiam formulae verborum in Matrimonio, cujus forma exprimitur per quodlibet signum consensus. Nam in Matrimonio hoc precise signum habet rationem verbi sacramentaliter,[1] ut sequitur ex ipsa peculiari indole hujus sacramenti quod est essentialiter contractus; in Extrema vero Unctione nullum aliud signum, praeter ipsum materiale verbum, habere potest rationem verbi sacramentalis, seu elementi specificativi ac determinativi materiae, sicut etiam contingit in ceteris sacramentis praeter Matrimonium.

Ipsa subinde sacramentalis indoles ritus unctionis appellat necessario formam verborum, per quam unctio ad propriam sacramentalem significationem determinetur. Secundum se enim unctio ad plura significanda ordinari potest, scilicet alleviationem, curationem, confortationem, roborationem, elevationem, exhilarationem, decorationem. nutritionem, illuminationem, propter quod in pluribus sacramentis adhibita est, uti pars essentialis (in Confirmatione) vel accidentalis (in Baptismo, Poenitentia et Ordine), ut dictum est in art. 3 (p. 339-344). Ad hoc igitur ut determinetur ad significandam tantum alleviativam et perfectivam curationem, quae est proprius effectus hujus sacramenti, necesse est ut afficiatur forma verborum illum effectum exprimente, quemadmodum usus aquae, qui secundum se potest significare sive

[1] Cf. tractatum *De sacr. in genere* 88, 89, 106, 108 sq.

ablutionem seu lavacrum, sive ardoris extinctionem seu refrigerium, in Baptismo determinatur per formam verborum ("Ego te baptizo," seu "abluo") ad significandam solam ablutionem.

Ad rem S. *Thomas:* "Omne sacramentum efficit significando. Significatio autem materiae non determinatur ad effectum determinatum, cum ad multa se possit habere, nisi per formam verborum. Et ideo in omnibus sacramentis novae legis, quae efficiunt quod figurant, oportet esse et res et verba. . . Et propter hoc dicendum, sicut communiter dicitur, quod [Extrema Unctio] habet formam determinatam, sicut et alia sacramenta" *(Suppi.,* q. 29, a. 7).

*Ad objectiones* autem seu rationes supradictorum antiquorum doctorum (cf. in p. 480) *respondetur* cum S. Thoma, Alberto M. et Bonaventura:

1. Non omnium sacramentorum formae sunt clare et determinate relatae in ipsa Scriptura, cum sufficiat eas habere ex Traditione, sed sola forma Baptismi et Eucharistiae, quae sunt fundamentaliora ac magis necessaria sacramenta. Ad rem 5. *Thomas:* "Sacra Scriptura omnibus communiter proponitur. Et ideo forma baptismi, qui ab omnibus dari potest, debet in sacra Scriptura exprimi. Et similiter forma Eucharistiae, quae exprimit sacramenti illius fidem, quae est de necessitate salutis. Sed formae aliorum sacramentorum non inveniuntur in Scriptura traditae, sed Ecclesia ex traditione Apostolorum habet, qui a Domino acceperunt" *(ibid.,* ad 1). Ceterum, ut supra ostensum est, in ipso textu lacobi forma Extremae Unctionis sufficienter, etsi tantum generali modo, exhibetur tum quoad suam necessitatem tum quoad suam indolem.

2. Varietas formularum in ecclesiis non officit quia non est formalis sed materialis tantum, ut ostendetur in duobus articulis sequentibus, et ceteroquin similis varietas observatur etiam in formis aliorum sacramentorum, signanter Poenitentiae. Ut sese exprimunt Albertus M. et S. Thomas, ea elementa quae pertinent ad esse, seu ad essentiam formae sacramentalis, sunt eadem in omnibus ecclesiis, ea vero quae pertinent ad ejus bene esse, seu ad accidentalem ejus perfectionem, diversificantur juxta loca et tempora *(ibid.,* ad 2).

3. Formula benedictionis olei perficit materiam aptam sacramenti non vero ipsum sacramentum, sicut in Eucharistia consecratio panis, nam sacramentum Extremae Unctionis non consistit in ipso oleo sed in ejus usu; unde illa formula non excludit, imo requirit aliam formulam quae copuletur ipsi unctioni et sit forma ipsius sacramenti *(ibid.,* ad 3), ut fusius explicatum est in art. 3 (p. 358-360).

4. lacobus adseribit effectum sacramenti non cuilibet orationi vel actui fidei subjectivae, sed "orationi fidei" seu rituali cuidam orationi,

quae, ut prolata super unctionem et ad modum unius cum unctione, est signum fidei objectivae vel, si placet, "fidei [subjectivae, non tamen] ipsius inungentis, sed ipsius Ecclesiae, in cujus fide administrantur sacramenta. Sicut ergo in aliis sacramentis non sufficit corde credere, nisi fiat professio in verbo exteriori, sic intelligendum est hic, quod non sufficit oratio mentalis sine vocali."[8]

5. Principalis effectus hujus sacramenti est spiritualis gratia allevians, quae nequaquam significatur per unctionem nisi haec determinetur per formam verborum, ut supra dictum est. Ipse etiam secundarius effectus corporalis sanitatis non sufficienter, imo minus adhuc quam spiritualis gratia alleviationis, significatur per ipsam solam unctionem, nam, ut dictum est supra (p. 485 sq.), unctio ad plura significanda ordinari potest, nec in naturali ordine ipsa est proprie curativa, seu ipsius morbi remotiva, sed tantum dolorum lenitiva seu mitigativa.

6. In objectis narrationibus ex Vitis Sanctorum non agitur de sacramento Extremae Unctionis, sed de privato ac miraculoso usu olei benedicti (etsi fortasse ipsius materiae sacramenti), ut dictum est in art. 1 (p. 184-187, 193-197). Id jam animadvertebat *Albertus M.,* respondens praecise huic objectioni: "[Unctiones illae narratae in Vitis Sanctorum] non certitudinaliter consequuntur suum effectum, nec sunt ad purgandas reliquias peccatorum: et ideo falsum est, quod substantialis actus hujus sacramenti idem sit cum actu unctionis, quae causatur ex devotione et sanctitate benedicentis: et ideo aliam formam requirit hoc sacramentum quam materiae benedictionem."[9]

## ART. 7. Utrum Forma Hujus Sacramenti Sit Essentialiter Deprecativa *{Suppi.,* q. 29, *a.* 8; *C. Gent.,* 4. 73; *Opusculum Dc forma absolutionis,* c. I).[10]

[8] Bonaventura, *op. cit.* (supra in p. 413), a. 1, q. 4, p. 585.

[9] *Op. cit.* (supra in p. 412) a. 4, p. 10 sq.

[10] Benedictus XIV, *Dc synodo dioccesana,* l. 8, c. 2, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXV (Parisiis 1841) 1089-1091.

Borella, P., "Materia e forma dell'Estrema Unzionc ncll'antico rito ambrosiano," *Ambrosius* 20 (1944) 13-18.

Cappello, F. M., *Dc Sacramentis,* III: *Dc Extrema Unctione* (ed. 2, Taurini 1942) 61-91.

De Augustinis, *Dc re sacramentaria,* l. 3 (Romae 1889) 374-382.

Kern, J., *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 142-166.

Kilker. A. J., *Extreme. Unction* (St. Louis 1927) 26-28, 73-76.

Launoy, J., *Dc Sacramento Unctionis Infirmorum Liber, Explicata Ecclesiae traditio circa formam Unctionis Infirmorum,* c. 6, *Opera Omnia* I. 1 (Coloniae Allobrogum 1731) 535-548.

Lépicier, A. H. M., *De sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis* (Romae 1928) 43-45.

Martène, E., *Dc antiquis Ecclesiae ritibus,* l. 1, p. 2, c. 7, a. 3 ct 4 (Rotomagi 1700) 112-240.

Menardus, H., *Notae et observationes in S. Gregorii M. librum Sacramentorum, ML* 78. 521 sq., 524-536.

## STATUS QUAESTIONIS

Agitur de indole formae Extremae Unctionis et quaeritur utrum debeat esse *dcprecativa,* ita ut non sufficiat forma indicativa, loquendo de essentiali et formali sensu verborum quibus forma componitur. In sequenti vero articulo res ulterius determinabitur, quaerendo quibus-nam verbis aut elementis haec deprecativa forma constare debeat.

Difficultas hujus quaestionis, quae est propria hujus sacramenti quaeque agitari coepit inde a medio aevo nec est adhuc simpliciter sopita, duplex est: altera speculativa, proveniens ex propria indole sacramenti in genere prout est efficax ex opere operato, praecipue ratione suae formae, cui efficacitati videtur repugnare propria vis formulae deprecativae, connexa cum opere operantis; altera positiva, proveniens ex varietate formularum antiquiorum praesertim ritualium, qui, praeter formas deprecativas de genere earum quae sunt hodie in usu in utraque ecclesia, referunt etiam formas indicativas, cui cetero-quin difficultati non facile quis occurret confugiendo ad commodam sententiam de generica institutione Christi seu dicendo Christum instituisse aliquam formam indeterminatam, quam Ecclesia, ex con-cessa a Christo potestate, determinat, pro diversis circumstantiis temporis et loci, ad indolem deprecativam vel indicativam.

Similem quaestionem ac difficultatem agitavimus in tractatu *Dc Poenitentia* III 549 sq., 551 sq., 611-679 circa formam absolutionis, sed ibi quaestio erat inversa: an nempe forma absolutionis debeat esse formaliter indicativa; difficultas vero contra affirmativam con-clusionem erat tantummodo positiva, seu proveniebat ex solo usu formularum deprecativarum in variis ritualibus, nam praedicta effec-tiva indoles sacramenti in genere illi conclusioni potius favebat; attamen in utraque quaestione ipsa disparitas conclusionis logice deducitur ex disparitate propriae indolis utriusque sacramenti, ut infra patebit.

Antiqui theologi in utraque quaestione distinguebant tantum inter formam deprecativam et formam indicativam; moderni vero intro-duxerunt, in utraque quaestione, distinctionem inter formam mate-rialiter deprecativam aut indicativam et formam formaliter depre-

Pesch, Ch., *Praelectiones dogmaticae* VII (ed. 4 et 5, Friburgi Brisgoviae 1920) 268-271.

Quera. M., "La forma del sacramento de la Extrcmauncion," *Estudios Ecclesiasticos 3* (1924) 264-281.

Suarez. In 3 p., q. 84 sqq., disp. 40. s. 3, n. 4-12, *Opera omnia* XXII (ed. C. Berton, Parisiis: Vivès 1866) 820-823.

Trombelli, J. Ch., *Tractatus de sacramentis, Dc Extrema Unctione,* diss. 8, s 1 (Bononiae 1776-1778) II 361-375.

Verhamme, A., "Dc forma Extremae Unctionis," *Collationes Brugenses* 45 (1949) 364-371.

cativam aut indicativam (ut notavimus in tractatu *De Poenitentia* III 613), et, in praesenti quaestione, distinctionem inter formam deprecativam (Deus, miserere huic famulo, vel, sana hunc famulum), formam optativam (Indulgeat tibi Dominus, vel, Sit tibi haec unctio in salutem), formam indicativam (Ungo te ut salveris), et formam imperativam (Accipe sanitatem, vel, Operare, creatura olei) (quidam addunt etiam formam mixtam, seu simul deprecativam et indicativam, optativam et imperativam, etc.), quam distinctionem quidam aptius reducunt ad duo membra generica: formam nempe deprecativam, distinctam in pure deprecativam et optativam, et formam indicativam, distinctam in pure indicativam et imperativam.

In tractatu *De Poenitentia* III 613-615 formaliorem attentavimus divisionem, quae etiam hic, inversa tamen dispositione pro disparitate quaestionis, sequenti modo aptari potest:[11]

*Forma deprccativa*

Pure *deprccativa* (directa oratio: Pater sancte, sana hunc famulum)
*Optativa* (indirecta oratio: Indulgeat tibi Dominus, vel, Sit tibi haec unctio in sanitatem et indulgentiam)

*Forma indicativa*

*Imperativa* (Accipe sanitatem, vel, Operare creatura olei)
Pure *indicativa*
*Formaliter* indicativa (Ungo te et confero tibi sanitatem)
Materialiter tantum indicativa, *aeqnivalenter vero seu formaliter deprccativa* (seu quae sub forma grammaticali indicativa exprimit conceptum deprecativum; et haec duplicem modum assumere potest:)
Aequivalenter deprccativa secundum se et *ab intrinseco* (seu ob declaratam intentionem deprecatoriam, in ipsa forma: Ungo te, obsecrans Deum ut salveris; Ungo te, invocato Deo. ut salveris; Ungo te ut per hanc unctionem et meam deprecationem salveris)
Aequivalenter dcprecativa *ab extrinseco* (seu ob declaratam saltem implicite deprecativam intentionem in aliqua expressione extrinseca i >si formae; quae potest esse:)
Vel consueta conclusio orationum Ecclesiae "Per Dominum N.I.C." (Ungo te ut salveris. Per D.N.I.C., etc.)
Vel quaedam particularis deprecatio, immediate sequens ipsam formam (Ungo oculos tuos ut indulgeat tibi. Oratio: Domine Deus. . .)
Vel generalis contextus orantis Ecclesiae, seu totus signans apparatus orationum quae praecedunt et sequuntur formam vel formas inter ungendum prolatas.

[11] Cf. infra, p. 538 sq., 541 sq. Ceterum propria distinctio inter formam formaliter indicativam et formam indicativam formaliter deprecativam inanis est in praesenti quaestione, nam ut explicabitur infra (p. 538 et 541), prior, in qua oporteret indicative exprimere ipsam collationem effectus sacramentalis (Confero tibi sanitatem) nunquam de facto invenitur in ritualibus.

## PARS NEGATIVA et PARS AFFIRMATIVA

Nota theologica.

In hoc sacramento *requiri aliquam orationem* seu invocationem nominis Domini super infirmum dum ungitur, est *de fide* ex verbis Iacobi sub interpretatione totius Traditionis et ordinarii Ecclesiae magisterii.

Ad valorem sacramenti *sufficere veram orationem* (sive directa, ut in forma Graeca: "Pater sancte", sive indirecta, ut in forma latina: "Indulgeat tibi Dominus"), nec requiri proprie indicativam aliquam intimationem, qualiter invenitur in aliis sacramentis, est *de fide* ex iisdem fontibus.

Talem orationem esse *proprie formam* sacramenti, est *theologice certum,* ut ostensum est in art. praec. (p. 479).

*Sufficere formam deprccativam,* est *theologice certum,* collatis duabus praecedentibus assertionibus.

*Requiri formam deprccativam,* est quaestio adhuc *disputabilis* nec ulla nota theologica digna.

*SENTENTIAE THEOLOGORUM.*

*ANTIQUI THEOLOGI, A MEDIO AEVO USQUE AD CONC. TRID.,* rejecta supradicta (p. 479 sq.) sententia paucorum asserentium nullam dari proprie dictam formam in hoc sacramento, ulterius disputarunt an necessaria esset forma deprecativa ita ut non sufficeret indicativa, atque in duplicem sententiam divisi sunt.

*AFFIRMATIVAM SENTENTIAM* unanimiter docuerunt majores doctores saec. 13, scilicet *Albertus M., S. Thomas, Bonaventura* et *Scotus* (f 1308), quos secuti sunt longe major pars posteriorum doctorum, tam thomistarum quam scotistarum, usque ad *Dominicum Soto* (f 1560) qui hanc periodum claudit circa tempus Cone. Trid. Immerito pro contraria sententia solet a Suaresio, Gonet, Tournely. Benedicto XIV, S. Alphonso, et aliis post ipsos, citari *Albertus M.* ex eo quod asserat "multas ecclesias habere pro forma orationem indicativam, sicut totam ecclesiam Alemanniae"; nam hanc assertionem ipse ponit ad modum objectionis, cui subinde respondet, eodem prorsus modo ac S. Thomas et Bonaventura, solam deprecativam orationem esse de essentia seu "de esse" sacramenti, indicativam vero apponi, non necessario nec universaliter, tantum ad "bene esse" sacramenti seu ad convenienter et explicite exprimendam intentionem ministri faciendi quod facit Ecclesia.

Hi doctores apprime norunt, ac sibi obiciunt, consuetudinem ali-

quarum ecclesiarum utentium etiam forma indicativa; Albertus M. citat formam Sacramcntarii Gregoriani ("Ungo hos oculos oleo sanctificato in nomine Patris et Filii et Spiritus S.") quam dicit esse in usu in multis ecclesiis, ut in tota ecclesia Alemanniae; S. Thomas eandem formam excribit, dicens eam esse in usu in quibusdam ecclesiis; Bonaventura vero refert nominatim *jormam Ambrosianam,* dicens hanc esse in usu in ea ecclesia ("Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris et Filii et Spiritus S., ut more militis uncti praeparatus ad certamen, aëreas possis superare potestates") dum in ecclesia Gregoriana est in usu hodierna forma ("Per istam sanctam unctionem. . ."). Scotus vero in utroque suo Commentario Oxoniensi et Parisiensi hanc objectionem sibi non opponit sed prorsus tacet de formarum varietate, quod quidem mirum videtur, cum ejus coaetaneus, et probabiliter connationalis, Richardus de Mediavilla, ex ea varietate deduxerit contrariam suam sententiam de sufficientia formae indicativae; formam autem deprecativam, quam necessariam dicit, Scotus vocat etiam optativam ("Oratione optativa et deprecativa," "verbis optative significatis"). Dominicus Soto eandem Gregorianam formam indicativam ex Alberto M. vel S. Thoma excribit.

Praefatae autem objectioni Albertus, Thomas et Bonaventura respondent quod illae ecclesiae quae utuntur forma indicativa, simul etiam utuntur forma deprecativa, et *Albertus* exemplificat, addens quod post praedictam formam in usu in Alemannia: "Ungo oculos etc.," immediate additur forma deprecativa: "Per istam unctionem indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti"; praeterea S. *Thomas* observat formas indicativas praemitti deprecativae, ut "quandam dispositionem ad formam, inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba"; *Bonaventura* observat quod forma indicativa, quae in quibusdam ecclesiis additur ratione non necessitatis sed congruitatis, potest esse occasio erroris putandi eam esse necessariam et ideo "non [adhibetur] in Romana, quae maxime vitat ea quae possunt esse occasio deviandi." *Soto* tandem ingeniosam suggerit explicationem, a Suaresio subinde resumptam et a modernioribus magis determinatam, vi cujus conatur ipsam formam indicativam vertere in deprecativam, vel, si placet, utramque formam in unam componere quae incipiat indicative ac evolvatur deprecative: "Itaque dicere illae ecclesiae debent, Ungo hos oculos oleo consecrato, ut indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti."

*ALBERTUS M.:* "Quaeritur hic, Quid sit illa forma. . . Videtur autem, quod debeat esse orationis indicativae: quia . . . intentio agendi quod agit Ecclesia, non exprimitur nisi per indicativum: non enim sequitur, quod si dicam. Det tibi Deus gratiam, quod intendam dare sicut Ecclesia dat: vel si dicam. Utinam daret tibi Deus gratiam, vel alio modo: sed si dico, Baptizo te, vel Inungo te, sequitur quod

ego facio actum, et extra ostendo me agere quod agit Ecclesia: et hoc sufficit in sacramentis: ergo videtur, quod etiam in isto exigitur indicativus modus. . .

"Multae Ecclesiae habent pro forma orationem indicativam, sicut tota Ecclesia Alemanniae: et dicitur esse Gregorianum illud: ergo videtur, quod ita debeat esse. Praeterea, Constat mihi, quod antiquissimi libri in illis terris habent indicativam orationem pro forma, et postea subjungitur oratio. Et haec sunt verba scripta in libris antiquissimis, quos prae antiquitate vix legere valebam: 'Ungo hos oculos oleo sanctificato in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti'. Et postea sequitur: 'Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum'. Et similiter scriptum erat ad manus, et ad pedes, et ad os et caetera loca unctionis. Ergo videtur, quod ita debeat fieri. In contrarium autem hujus objicitur: Usus aliarum Ecclesiarum quae habent tantum deprecationem illam: 'Per istam unctionem, etc.' vel, 'Per istam suavissimam unctionem, etc.' . . .

"Dicendum quod formalia in actu ministerii hujus sacramenti sunt duo, sed unum refertur ad aliud. Cujus ratio potest esse: quia istud sacramentum est exeuntium viribus propriis destitutorum, et in quantum quidem sacramentum, de *bene esse* habet indicativam orationem: in quantum autem exeuntium qui soli gratiae divinae committuntur, de *esse* habet orationem deprecativam.

"Ad id quod . . . objicitur contra . . . dicendum, quod intentio Ecclesiae satis exprimitur per modum exercitii: quia aliae unctiones non ad hunc modum exercentur, sicut unctiones medicinae vel devotiones Sanctorum: sed si in baptismo et in aliis quibusdam aliter fit, hoc non est ad exprimendum intentionem, sed propter talem institutionem sacramenti. Instituens autem formam, considerationem habuit ad modum causandi effectum, ut dictum est. Et cum hic effectus committatur divinae dispositioni, patet quod competentissime exprimitur per deprecativum.

"Ad aliud dicendum, quod antiqui in Ecclesiis illis volebant apponere quidquid est de esse et de bene esse sacramenti: et bene puto, quod melius est ita facere, quam tantum alterum apponere. Sed si non apponatur, grave esset dicere, quod non celebretur sacramentum: quia multae Ecclesiae non apponunt, et quidam etiam magnae auctoritatis ordines."[12]

5. *THOMAS, Suppi.,* q. 29, a. 8: "Videtur quod forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicativam, et non deprecativam. [Nam] . . . in formis sacramentorum debet exprimi intentio ministri, quae requiritur ad sacramentum. Sed intentio conferendi sacramentum non exprimitur nisi per orationem indicativam. Ergo, etc. Praeterea. In quibusdam ecclesiis dicuntur huiusmodi verba in collatione huius sacramenti: 'Ungo hos oculos oleo sanctificato in nomine Patris', etc.; et hoc est conforme aliis formis sacramentorum. Ergo videtur quod in hoc consistat forma huius sacramenti. . .

"Respondeo. Dicendum quod oratio deprecativa est forma huius sacramenti, ut patet per verba Iacobi; et ex usu Romanae Ecclesiae, quae solum verbis deprecativis utitur in collatione huius sacramenti. Cuius ratio multiplex assignatur. . . [Ad objecta:] Dicendum quod per ipsum actum, qui ponitur in forma, scilicet, 'per istam sanctam unctionem', satis exprimitur intentio. . . [Praeterea] verba illa indicativi modi quae secundum morem quorundam praemittuntur orationi, non sunt forma huius sacramenti; sed sunt quaedam dispositio ad formam, inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba."

*Ibid.,* a. 7, ad 2: "Illa verba quae sunt de essentia formae, scilicet oratio deprecativa, ab omnibus dicuntur; sed alia, quae sunt de bene esse, non observantur ab omnibus."

*BONAVENTURA:* "[Obicitur] Ornnia sacramenta, quae habent formam, eamdem debent habere per totam Ecclesiam catholicam, quia variatio formae est variatio

[11] In 4 *Seni.,* dist. 23, a. 4, *Opera omnia* XXX (ed. S. C. A. Borgnet, Parisiis: Vivès 1894) 9-11.

sacramenti, et sacramentum non potest esse nisi uniforme, sicut fides et Ecclesia; sed hoc sacramentum non habet eamdem formam. Nam in Ecclesia Gregoriana est haec forma: 'Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid oculorum vitio deliquisti'; in Ambrosiana est haec: 'Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut more militis uncti praeparatus ad certamen, aereas possis superare potestates', vel similis huic. Ergo non videtur quod aliqua forma sit substantialis. . .

"Respondeo: . . . Forma verbi est de integritate sacramenti, forma, inquam, verbi secundum quod est expressiva orationis fidei; et hoc propter talem institutionem istius sacramenti. Unde nota quod est forma verbi quae exprimit actum et intentionem; et talis est per modum indicativum et non est de sacramenti necessitate, sed congruitate; et haec in aliquibus habetur Ecclesiis, sed non in Romana, quae maxime vitat ea quae possunt esse occasio deviandi. Et est forma quae exprimit orationem: et quoniam oratio est per modum deprecativum, talis forma est deprecativa; et haec est de necessitate sacramenti huius et habetur in omnibus Ecclesiis, quoniam haec tangitur in institutione huius sacramenti. Et quoniam non exprimitur verbum determinatum, sed solum oratio fidei, ideo non oportet quod sit uniformitas in verbo orationis, sed solum quod sit in sensu."[13]

*SCOTUS, Opus Parisiense,* supra cit. in art. 4, p. 413 sq.

*SOTO:* "[Ad exprimendam intentionem ministri] aliae ecclesiae utuntur illa forma indicativi, Ungo hos oculos oleo sanctificato, in nomine patris, et filii etc. Et ideo Ricardus dist. praesenti, art. 1. quaest. 4. ait, quod si talis usus apud aliquas ecclesias viget, dicendum est quod modus exprimendi per formam indicativi, aut optativi non est de essentia. At vero D. Tho. et D. Bonaven. et alii graves autores aliter sentiunt: videlicet, quod illa forma indicativi, si alicubi sit in usu, non debet existimari forma sacramenti, sed praeambulum. Ecclesia enim Romana non utitur illis verbis, ut patet in conci. Florentino sed forma deprecativa, quod etiam antiquus autor zMtisiodorensis lib. 4. c. de extrema unctione, affirmat. Itaque dicere illae ecclesiae debent, Ungo hos oculos oleo consecrato, ut indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum etc. alioqui non esset factum."*[4]

*NEGATIVA SENTENTIA,* docens sufficientiam formae indicativae, apparet, explicite saltem, circa finem saec. 13 apud *Richardum dc Mediavilla* (f circa 1300), eamque sequuntur pauci sed magni nominis doctores saec. 14, scilicet *Aureolus* (f 1322), *Durandus* (t 1334) et *Paludanus* (t 1342); non magnum tamen favorem obtinuit usque ad saec. 17. Ceterum hi ipsi doctores non valde determinate loquuntur, sed tantum plus aequo deterrentur a consuetudine aliquarum ecclesiarum, praesertim ambrosianae, quam ceteroquin pro certa non habent; Richardus et Paludanus loquuntur problematice, Aureolus ambigue, Durandus dubitanter, cujus tamen doctoris positio aliquatenus pejor est ceterorum, cum videatur dubitare etiam de ipsa sufficientia formae deprecativae.

*RICHARDUS:* "Si sint aliquae ecclesiae, utentes forma indicativa, pie credendum est, quod modus exprimendi per modum imperativum determinate vel indicativum non est de necessitate sacramenti" (In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1. q. 4, ad 2).

uIn 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 4, *Opera theologica selecta* IV (editio minor, Ad Claras Aquas 1949) 585 sq.

"Dist. 23, q. 1, a. 3, *In quartum (quem vocant) Sententiarum* (Vcnetiis: Apud I. M. Lenum 1575) I 1071.

*AUREOLUS:* "De forma est dubium quare sit optativa. Respondeo: In quibusdam Ecclesiis forma ista est indicativa, puta: Per istam sanctam unctionem parcit tibi Dominus. In aliis est imperativa. Sed verba Iacobi videntur habere formam optativam, dicit enim: 'Et oratio fidei alleviabit infirmum', quasi forma sit per modum orationis optativae. Ideo dicendum est quod forma verborum indifferenter potest esse indicativa et optativa sicut de forma verborum baptismi, quae est apud Latinos indicativa, sed apud Graecos optativa; et ideo consuetudo in talibus est servanda et peccaret graviter, qui consuetudinem immutaret" (In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1).

*DURANDUS* problematic ac dubitative loquitur; post assertam enim formam deprecativam, subjungit: "Et si quis vellet tenere quod forma indicativa qua dicitur usus fuisse B. Ambrosius qui fuit de primitivis doctoribus, posset responderi ad rationes alterius partis: beatus enim Iacobus loquens de oratione forte non intendit de forma sacramenti, sed de supplicatione quae fit per orationem praecedentem, aut sequentem, per quam apud Deum sublevatur infirmus, et ei recommendatur."[15] Ut observat *Suarez,* "Durandus . . . videtur revocare in dubium an forma deprecativa sit sufficiens; quia forma indicativa et deprecativa non sunt aequivalentes quoad sensum, ut constat ex propria significatione verborum, et ex aliis formis, baptismi, confirmationis et poenitentiae, in quibus deprecativa non sufficit, quia indicativa est necessaria, cui non aequivalet deprecativa; ergo etiam in praesenti non possunt illae duae formae esse sufficientes, sed alterutra tantum. Non possumus autem negare, ut Durandus significat, quin forma indicativa sufficiat, cum Ambrosius, qui fuit unus ex primariis Doctoribus, illa usus fuerit, suaeque Ecclesiae reddiderit; ergo illa sola est legitima forma."[10]

*PALUDANUS:* "Si aliquae Ecclesiae habeant solum formam indicativi modi, sicut Ambrosianam tempore Ambrosii, ut dicitur, non est dicendum, quod nihil sit actum, quia in sacramento, suppositis his, quae sunt de essentia, sequitur semper aliquis effectus, et licet convenientior forma sit deprecativa, non propter hoc sacramentum est irritum, sicut in baptismo Graeci utuntur deprecativa: Baptizetur servus Christi, etc. ita et hic e converso. . . Et quia nulla est forma ab Ecclesia Romana reprobata, ideo quaelibet Ecclesia debet tenere ritum suum, et sicut in immersione, una vel trina abstergendo, vel immergendo debet fieri secundum consuetudinem, ita et hic de forma" (In 4 *Sent.,* dist. 23, q. 1).

*POST CONC. TRIDENTINUM controversia resumitur cum majori aestu et ampliori apparatu critico,* ob evolutam cognitionem antiquiorum librorum liturgicorum. Jam in secunda medietate saec. 16, praeter formam Ambrosianam quam invocabant antiquiores, in medium proditur sic dicta forma Veneta, pariter indicativa; saec. 17-18 Menardus, Morinus, Launoy, Mabillon et Martène plures antiquos libros liturgicos ediderunt in quibus non paucae habentur indicativae formae.

*AFFIRMATIVA SENTENTIA* antiquiorum in suo cursu constanter procedit; etiam in altera medietate saec. 18 communis sententia a S. Alphonse vocatur; hodie pariter communis dici potest, maxime sub forma mitigata qua explicari solet.

[u] *In Petri Lombardi Sententias theologicas commentariorum libri* IUI, l. 3, dist. 23, q. 3, n. 7 (Venetiis 1586) 359 recto.

[v] In 3 p, q. 84 sqq., disp. 40, s. 3, n. 5, *Opera omnia* XXII (cd. C. Berton, Parisiis. Vives 1866) 821.

Eam sustinent inter alios *Valentia* (f 1603; In 3 p., disp. 8, q. 1, punct. 3), *Suarez* (t 1617; Disp. 41, sect. 3), *Bellarminus* (f 1625; De Extrema Unctione, c. 7), *Bonacina* (f 1631; Disp. 7, punct. 3), *Laymann* (t 1635; L. 5, tr. 8, c. 3), *Mastrius* (t 1673), *Herincx* (t 1677), *De Sainte Bcuve* (t 1677; Disp. 4, a. 2), *Gonet* (f 1681; Disp. 1, § 3), *Sporer* (t 1714), *Cardinalis Sanctorius, Salmanticenses Morales, Billuart* (t 1757; Diss. un., a. 3), *Benedictus XIV* (t 1758; moderate tamen ac veluti dubitanter, ita ut facile invocetur a patronis contrariae sententiae), 5. *Alphonsus* (t 1787; n. 711: "Sententia communis et verior"), *Wirccburgenscs, Simonnet, Frassen,* moderni turmatim: *De Augustinis, Pohlc, Sasse, Sanda, Sola, Paquet, Billot, Kern, Van Noort, Dickamp, Hugon, Otten, Hervé, Lcrcher, Gougnard, Boyer, Zubizarreta, Daflora, Piolanti, Abarzuza, Verhamme,* item communiter moralistae, ut *Lehmkuhl, Bucceroni, Priimmer, Cappello, Merkelbach, Piscetta-Gennaro, Conte a Coronata, Regatillo.*

Objectioni adductae ex usu formae indicativae in pluribus ritualibus, hi doctores, resumpta generali antiquorum responsione quod nempe simul cum indicativa adhibebatur etiam forma deprecativa. quae sola erat essentialis, eam amplificant juxta explicationem quam suggessit ipse D. Soto ac subinde proposuit Suarez, dicentes ipsam formam indicativam, etiam ubi nulli aliae formae vel expressioni verbaliter deprecativae coniungatur, ex contextu determinari ad sensum deprecativum; quam quidem determinationem alii post Suarez colligunt ex ipsis verbis (v.g. Ungo te, orans Deum ut saneris; Ungo te, ut Deus tibi remittat quidquid deliquisti; Ungo te ut saneris, vel ut tibi remittatur quidquid deliquisti; cf. infra Suarez et S. Alphonsum), alii vero recentiores colligunt vel ex ipsis eisdem verbis vel largius ex solis circumstantiis, eamque formam vocant materialiter indicativam et formaliter (quidam dicunt aequivalenter vel virtualiter) deprecativam.

Unus vel alter ex his doctoribus hic introducit notam *sententiam de generica institutione sacramentorum* a Christo et dicit non esse improbabile quod Christus contulerit Ecclesiae potestatem determinandi formam sacramenti modo indicativo vel deprecative. Ex quo quidam videntur inferre ideo formam hujus sacramenti esse necessario deprecativam quia de facto Ecclesia sic eam semper et ubique determinavit, nec adhuc eam mutavit; alii vero inde inferunt non esse improbabile hanc mutationem factam esse, etsi sit minus probabile, adeoque hanc communem sententiam proferunt tantum ut probabiliorem. Ita *Gonet* scribens: "Valde probabile est, Christum aliquorum Sacramentorum [i.e. Confirmationis et Ordinis] formas vel materias determinasse solum in genere, et potestatem eas determinandi in specie Ecclesiae

reliquisse, unde orta est diversitas illa formarum diversique ritus administrandi Sacramenta aliqua in Latina et Graeca Ecclesia, substantialiter et specie diversi. Cur ergo idem non posset dici de Sacramento Extremae Unctionis, illud nimirum valide conferri posse per formam deprecativam et indicativam, quamvis illae specie differant, ideoque in Ecclesia Mediolanensi et Veneta, sub forma indicativa olim valide fuisse collatum; quamvis in aliis Ecclesiis sub forma tantum deprecativa ministrari soleat. Non ergo omnino certum et evidens est, ut ait Nufio, Sacramentum Extremae Unctionis sub forma indicativa prolatum, esse invalidum, sed dumtaxat probabilius, et verbis D. Iacobi, et hujus Sacramenti naturae et institutioni conformius."[17]

*SUAREZ:* "Probabilius videtur, ita esse necessariam hanc formam, ut solum indicativum verbum *sine jormali deprecatione* non sufficiat. Ita sentit D. Thom. . . . et Bonav. . . . Capreol., Soto, et alii; et favent multum Concilium Florentinum et Tridentinum. Et patet retorquendo rationem factam in proximo puncto; nam duae formae non possunt esse per se, et sigillatim sufficientes ad constitutionem hujus sacramenti, nisi sint aequivalentes in sensu; si ergo forma deprecativa sufficiens est, indicativa sola non sufficit, quia non habet aequivalentem sensum, ut recte ostensum est, et patebit amplius ex solutionibus argumentorum. [Ad objectas formas Ambrosianam et Venetam] respondetur . . . majorem esse auctoritatem Ecclesiae Romanae et universalis, quam cujuscunque particularis; et ideo veritas, seu necessitas substantialis formae potius ex usu Ecclesiae Romanae, quam cujuscunque alterius sumenda est; neque Ecclesia Romana est caeteris accommodanda, sed e converso. Unde dicitur secundo ex D. Thom. supra, ad 3, 'verba illa indicativi modi, quae sunt in usu aliquarum Ecclesiarum, non esse formam hujus sacramenti, sed esse caeremoniam quamdam, seu dispositionem ad formam'. Unde significat D. Thomas nullam Ecclesiam uti solis illis verbis indicativi modi, sed praemittere illa ad explicandam actionem et intentionem ministri, postea vero subjungere deprecationem. Quod etiam significavit Albertus; et Durandus etiam hoc modo interpretari conatur usum Ecclesiarum, quamvis rem sub dubio relinquat.

"Hinc vero obiter colligo, si quis utatur hac forma: 'Ungo te oleo sancto, ut Deus tibi remittat quidquid peccasti', etc., formam esse sufficientem; quia *verbo indicativi modi adjungitur sufficiens deprecatio,* quamvis non careret culpa gravi illam mutationem efficere absque usu Ecclesiae Romanae."[18]

*DE SAINTE-BEUVE:* "Forma *pure absoluta* seu indicativa non videtur esse legitima. . . Probatur . . . Nullibi usurpata est unquam forma pure absoluta seu indicativa in administratione nostri hujus Sacramenti. Quod enim dicitur haec esse forma Ambrosiana: 'Ungo hos oculos oleo sanctificato, etc. In nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti'; quae est pure indicativa seu absoluta, parum movet: quandoquidem, ut habet S. Thomas, 'non est forma, sed dispositio ad formam, in quantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba'. Quod (scilicet esse dispositionem ad formam) intelligitur de ritu earum Ecclesiarum in quibus ista verba *praemittuntur orationi.* Nam in caeteris Ecclesiis in quibus eadem verba pronuntiantur *post orationem,* verba sunt ad majorem expressionem actus ministri instituta, et non dispositiones.

"Hoc illustratur ex variis libris Sacramentorum. In lib. Sacram. S. Gregorii duo

[17] *De sacramento Extremae Unctionis,* disp. 1, §3, n. 40, *Clypeus theologiae thomisticae* VI (Parisiis: Vives 1876) 703.

[18] *Op. cit.* (supra in p. 494), n. 7 sq., p. 821.

haec distinguuntur, 'oratio ad inungendum infirmum , quae incipit; 'Inungo te de oleo sancto,' etc., et 'verba quae multi sacerdotes inungentes proferebant', et tota consistebant in invocatione SS. Trinitatis: 'In nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti'. Quae pura putaquc SS. Trinitatis invocatio certo certius non est forma Sacramenti Unctionis infirmorum. Inde dico: Ut in lib. Sacram. S. Gregorii ad unctiones 5 sensuum distinctas, et ad unctiones caeterorum membrorum haec verba proferebantur: 'In nomine Patris', etc., ita post orationem istam: 'Ungo te de oleo sancto', etc., in veteri Pontificali /Xnglicano ad inunctiones singulorum sensuum et membrorum hac voces usurpabantur: 'Ungo oculos tuos', etc. 'Ungo aures tuas', etc. Ut ergo illic alia forma est ab invocatione Trinitatis, ita et hic alia forma est ab istis verbis: 'Ungo oculos tuos', etc., eaque utrobique deprecatoria. Idem dicas de codice Arremarensi, seu reponere sit animus formam in oratione . . . quam sacerdos accepta ampulla cum oleo dicit. . . Sive magis placeat agnoscere formam esse orationem aliam quae subsequitur unctionem. . . Idem esto judicium de codice Ratoldi. Idem de Tilliano. Idem denique de Remigio Remensi.

"Adde quod, post haec verba: 'Ungo oculos tuos', etc., in quibus Ambrosiana forma dicitur consistere, sequuntur verba ista deprecatoria: 'Ut more militis uncti praeparatus ad certamen, possis aereas potestates superare'. Similiter in forma quae Veneta dicitur, adjungitur: 'Ut quidquid illicito visu deliquisti, hujus olei unctione expietur. Per Christum Dominum nostrum'. Quare *etiamsi formae istae incipiant indicative seu absoluto modo, quia tamen terminantur modo deprecatorio,* censentur eaedem esse cum nostris."[10]

*CARD. SANCTORIUS.* Cf. apud Benedictum XIV.

*BENEDICTUS XIV:* "Quaestio est an [forma] necessario debeat esse deprecativa, ita ut indicativo modo pronuntiata irritum reddat Sacramentum. Deprecationem pertinere ad Sacramenti essentiam, docent S. Thomas . . . S. Bonaventura . . . Valentia . . . Henriquez . . . aliique plurimi, praesertim ex antiquioribus . . . Nihilominus Albertus Magnus . . . atque ibidem Richardus. Durandus, Paludanus, quibus ex recentioribus adhaerent Tannerus . . . Estius . . . Menardus . . . Juénin . . . Tournely . . . Martène . . . nihil Sacramenti substantiae detrahi arbitrantur per formam modo absoluto, non deprecativo, prolatam, dummodo per eam significetur Unctionem fieri in nomine Domini. Ad hanc autem sententiam comprobandam innumeras exhibent formas absolutas, et non deprecativas in variis Ecclesiis Latinis olim usurpatas, quin majores nostri eas tanquam insufficientes respuerint.

"Non ignoramus quid ad hoc, *efficax certe argumentum, reposuerit cardinalis Sanctorius,* in suo Rituali, pag. 324, ubi ad illud refellendum, haec scripsit:

" 'Sciat autem (sacerdos) formam hujus Sacramenti esse verba illa deprecatoria quae in unctionibus proferuntur, veluti, secundum usum Romanae Ecclesiae: "Per istam sanctam Unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti." Tum etiam noverit formam non servari et nihil agi per verba indicativa tantum, puta: "Ungo oculos tuos, vel manus tuas", et similia, sine verbis deprecativis, cujusmodi hactenus ego non reperi. Et quamvis ea occasione aliqui theologi referant quod multae Ecclesiae habent pro forma verba indicativa, ut: "Ungo oculos tuos", etc.; et ideo quaesierint an valeat, et de ea re plura extra rem dixerint; cum nusquam reperiatur talis forma per verba indicativa tantum, seu per orationem indicativam tantum, sine verbis deprecativis, hoc Sacramentum conferri; sed et libri, et ritus Ecclesiarum, qui pro ea parte citantur, quod habent verba indicativa, paulo post habent etiam verba deprecativa, etc. Quare quaestio inanis et frustranea est. Quoniam autem hujusmodi forma variis verbis traditur in diversis Ecclesiis, etiam praemittendo verba indicativa, et

" *Tractatus de sacramento Unctionis Infirmorum Extremae,* disp. 4, a. 2, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 95-97.

subjungendo deprecativa, unaquaeque Ecclesia suam potest retinere formam, modo semper adhibeantur verba deprecativa, etc. Caeterum apud sanctam Romanam Ecclesiam, unam tantum in hoc Sacramento deprecandi formulam traditam, et passim in Italia, et toto orbe receptam esse, compertissimum et exploratissimum est.'

"Verum, etsi Sanctorio concedamus aliquam deprecationem posse deprehendi, cum in antiquissima illa forma Ambrosiana, quam refert S. Bonavcntura, cit. loc., q. 4: 'Ungo te oleo sanctificato, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut more militis uncti praeparatus ad certamen, aereas possis superare potestates'; tum in alia desumpta ex libro Sacramentali Venetorum, a Leone X, ut fertur, approbato . . . ; tum demum in ea quae ex vetustissimo libro Sacramentorum Ecclesiae Catalaunensis profertur a Martène, cit. loc.: 'In nomine Patris', etc., 'sit tibi haec porrectio olei sanctificati, ad purificationem mentis et corporis'; etenim verba illa 'ut', et 'sit', optativa cum sint, non incongrue referre possunt proferentis votum, orationem et preces; *at nescimus quo pacto possit deprecatio inveniri in aliis formis, ex plurimis antiquis Ritualibus a Menardo et Martène productis,* in quibus solum adhibetur verbum 'ungo', absque alio additamento e quo deprecatio colligi aut fingi queat; nec facile erit ad deprccativum sensum hanc detorquere, quae extat in antiquo *Pontificali Narbonensi:* 'In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti regnantis in secula seculorum, accipe sanitatem corporis, et remissionem peccatorum tuorum'. Sed, utcumque haec res se habeat, cum nihil de ea ab Ecclesia definitum habemus, non decet in synodo, seu synodali instructione, ejusmodi quaestionem commemorare; sed duntaxat injungendum est parochis ut formam adhibeant in Rituali praescriptam, quae certe sine gravi flagitio non potest privata auctoritate immutari."[20]

*BILLUART:* "[Objciuntur formae indicativae Ambrosiana, Veneta, et aliae apud Menardum, Launoy et Martène]. Respondet S. Th. quod verba illa indicativi modi, quae secundum morem quorumdam praemittuntur orationi, non sunt forma hujus sacramenti, sed sunt dispositio ad formam, in quantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba. . . *Dato* tamen in his verbis quae retulimus contineri formam essentialem. *R. 2°* has formas non esse solum indicatives, sed etiam deprecativas; haec enim verba, 'ut possis, ut valeas, in nomine Patris', etc. dicuntur optative, quod est deprecari Deum ut tanquam causa principalis hunc effectum producat. Similis est illa qua utuntur Atrebatenses circa eos qui non sunt morti proximi: 'Ungo hos oculos oleo sanctificato, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut quidquid illicito visu deliquisti, hujus olei unctione expietur, per Christum Dominum nostrum'. Idem dicendum de aliis similibus antiquis formulis. Quod si quaedam proferantur nullo modo deprecativae, censemus fuisse insufficientes nec unquam ab Ecclesia probatas."[21]

5. *ALPHONSUS:* "Dubitatur. . . *An valeat forma indicativo? Prima* sententia affirmat: quam tenent Toumely et Juénin; item Paludanus, Albertus Magnus, Becanus, Richardus, Aureolus et Tanner, apud Escobar; et probabilem putat Concina. — Eam probant ex variis priscis Ritualibus, et signanter ex Ambrosiano. . . *Secunda* tamen sententia, communis et verior, docet non valere. Ita S. Thomas, Merbesius, Natalis Alexander, Suarez. . . Nec obstant Ritualia opposita; nam respondet D. Thomas, quod verba illa non erant forma hujus sacramenti, sed potius dispositio ad formam. Sed forte melius respondent Papa Benedictus XIV; et Sporer cum Mastrio et Herincx, quod verba illa, 'ut possis', cum sint optativa,

[20] *De synodo dioecesana,* l. 8, c. 2, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXV (Parisiis 1841) 1090 sq.

[21] *Tractatus de Extrema Unctione,* diss. unica, a. 3, *Cursus theologiae* (Parisiis 1904) X 13.

referri possunt ad proferentis votum et orationem, nempe ac si diceret: 'Ungo te, orans Deum ut possis', etc."[22]

*KERN* fusius et aptius quam alii moderni hanc thesim defendens eam quatuor sequentibus numeris statuit: "1. Secundum quemlibet Ordinum antiquorum, qui per documenta historica sunt conservati, rite administrabatur Extrema Unctio. . . 2. Essentia sacramenti exigit, ut eius materia proxima determinetur per orationem a presbytero ad Deum pro infirmo directam. . . 3. Deprecatio sufficiens continetur in omnibus formis indicativis, quas exhibent antiqui Ordines nobis conservati; imperativae autem tantum ad explicandam efficaciam orationis deprecativae adiungebantur vel praemittebantur. . . 4. Forma sufficiens ad valorem Extremae Unctionis est quaevis deprecatio pro infirmo, sive formalis sive virtualis."[23]

*OTTEN:* "Dicimus formam extremae unctionis esse *orationem, quae significet efiectum sacramenti;* orationem autem hic intelligimus *stricto sensu,* nempe petitionem qua imploratur effectus sacramenti a Deo producendus. Quare forma extremae unctionis debet esse *deprecativa,* non vero indicativa ut in sacramento poenitentiae. Attamen non requiritur ad valorem sacramenti ut forma sit deprecativa quoad sonum seu constructionem grammaticam, sed sufficit ut propositio formam continens fundet sensum deprecativum, et hoc quidem sive ex ipsis verbis sive etiam ex adjunctis vel ex intentione ministri."[24]

*CAPPELLO:* "Utrum verba formae sint necessario proferenda modo deprecative.

"1. Plures tenent sufficere formam indicativam. quia antiqui libri liturgici exhibent formas verbis tantum indicativis expressas. Plerique DD. censent, attentis verbis S. *lacobi,* formam indicativam non sufficere, sed omnino requiri deprecativam. Haec sententia hodie communis est eaque ut certa omnino retinenda.

"2. Sed ulterius quaeri potest, utrum verba formae debeant esse *materialiter deprecativa,* an sufficiat quod sint *formaliter,* scii, secundum sensum, quamvis materialiter forte indicativa sint. Vera sententia est, non requiri ut forma sit materialiter deprecativa, sed sufficere ut talis sit formaliter, quatenus verborum sensus sit vere deprecativus. Proinde requiritur et sufficit, ut verba formaliter, id est secundum sensum, sint deprecativa ea saltem ratione, ut sit 'oratio fidei'.

"Sane: 1° Plures formae antiquae, secundum grammaticalem constructionem, sunt indicativae, ut perspicue liquet ex allatis textibus. Valor autem huiusmodi formarum sine temeritate in dubium revocari non potest. Ergo concludendum, non requiri ut forma sit materialiter deprecativa. Si quis autem dicere velit illas formas integras non reperiri aliaque verba deprecativa addita esse, factum affirmat, quod probandum est, et quod revera probari non potest. 2° Sicut forma sacramenti poenitentiae potest esse materialiter deprecativa. et solum secundum sensum seu formaliter indicativa, ita forma sacramenti extremae unctionis potest esse materialiter indicativa et formaliter deprecativa. 3° Omnes formae etiam antiquissimae vel in se ipsis vel in coniunctione cum precibus sive antecedentibus sive subsequentibus, licet verbis indicativis expressae, tamen saltem quoad sensum sunt deprecativae. quatenus aliquam deprecationem sacerdotis continent ad effectum sacramenti impetrandum."[25]

*NEGATIVA SENTENTIA* non parvum robur accepit apud doctores postridentinos, praesertim saec. 18, opera Menardi. Launoy et Martène, qui in antiquis libris liturgicis a se editis exhibuerunt non

" *Theologia moralis* (cd. L. Gaude, Romae 1909) III 724 sq.
*sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 154-163.
M*Institutiones dogmaticae* VI (Chicago 1925) 238.
Zi *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* III: *De Extrema Unctione* (ed. 2, Taurini 1942) 67-69.

paucas formas indicativas in usu in antiqua ecclesia latina. Subinde tamen, labente paulatim fascinatione novitatis (ut non raro contingit in theologica regione) et allata a traditionalibus doctoribus sufficienti explicatione discriminis formularum, haec sententia ad antiquam fragilitatem reducta est, etsi nondum occasum cognoverit, semel et iterum adhuc timide vel ambigue renascens in uno vel altero moderno theologo.

Pro hac sententia a quibusdam citantur aliqui doctores initii saec. 17, ut *Estius* (**t** 1613; In 4 *Sent.*, dist. 23, § 10), *Becanus* (**t** 1624; *De sacram.*, c. 27, q. 4) et *Tanner* (**t** 1632; *De Extrema Unctione,* q. 1, dub. 1, n. 22), qui tamen videntur eam tantum ut probabilem habere. De facto Becanus refert et probat utramque oppositam sententiam sed in probanda negativa fusius immoratur; Tanner vero scribit: "Quia multi theologi docent sufficere formam indicativam, fatendum est etiam oppositam hanc sententiam esse probabilem, praesertim quia satis constat quasdam ecclesias jam olim usas fuisse forma indicativa." Quinam sint isti multi theologi, quibus alludit Tanner, non constat; forte alludit ad antiquiores theologos (Richardum, Aureolum, Durandum et Paludanum), nam et ipse Suarez (**t** 1617) paulo antea loquitur emphatice de "multis theologis" nec nominat nisi praedictos. Ceterum negandum non est hanc sententiam ut probabilem consideratam esse a non paucis, etiam inter patronos contrariae sententiae, uti jam a Suaresio (qui propriam opinionem tantum ut probabiliorem proponit: "Probabilius videtur") et subinde a Mastrio (**t** 1673), a Benedicto XIV (qui in textu supra citato tam remisse loquitur ut a quibusdam invocetur pro negativa), a S. Alphonso (qui contrariam sententiam proponit tantum ut veriorem) et inter modernos ab Hugon (qui ait: "Lis non potest absolute dirimi").

Decisive huic sententiae subscripserunt *Hugo Menardus* (**f** 1654), *Joannes de Launoy* (**t** 1678), *Juénin* (**f** 1727), *Tournely* (**f** 1729), *Chardon* (**t** 1733), *Martène* (**t** 1739), *Drouin* (**t** 1742), necnon unus vel alter inter modernos, ut *Perrone, Ballcrini-Palmieri, Einig (?), Hurter, Gihr (?), Pesch, Tanquerey, Quera, Toner, Lépicier,* qui duo postremi quaedam ambigua compromissa vel curiosas explicationes proponunt, infra referendas.

Inter hos tamen doctores quidam mediam quamdam viam arripere conantur, qua putant se componere utramque sententiam. Dicunt nempe formam deprecativam non esse necessariam ex ipsa institutione Christi, qui tantum instituit *genericam jormam* qua exprimeretur convenienter effectus hujus sacramenti, sed esse vel posse esse, in aliquo ritu aut aetate, necessariam ex voluntate Ecclesiae cui Christus con-

tulit potestatem determinandi modo specifico essentiam sacramenti. Ita *Launoy, Tournely, Drouin, Tanquerey.* Ceterum, principium ab his assumptum, i.e. ipsa sententia genericae institutionis, est commune etiam quibusdam doctoribus contrariae sententiae, ut dictum est supra (p. 495), qui tamen discrepant quoad quaestionem de facto, quatenus asserunt formam deprecativam esse de facto necessariam.

*MENARDUS* in suis *Notis et Observationibus in Sacrainentarium Gregorianum,* ad formam indicativam quae in eo invenitur (cf. infra, p. 519 sq.) haec notat: '"Inungo te de oleo sancto', etc. Ita in Codice Rodradi Olim forma hujus sacramenti fuit indicativa, ut hic apparet (quamvis hic appelletur Oratio, sed improprie, vere etenim Oratio non est) et clare constat etiam ex Codicibus mss. Ratoldi, et Tiliano, monasterii sancti Remigii, et Manuali excuso Ecclesiae Suessioncnsis, quae indicativam habent, deprecatoriam ignorant, . . et ex forma Ambrosiana, quam profert sanctus Bonaventura. . . [Citat pro eadem opinione Richardum a Mediavilla, Durandum, Paludanum et Aureolum]. Neque hanc formam [deprecativam] reprobat Facultas Parisiensis theologica, ut constat ex thesibus Ludovici de Machault baccalaurei Sorbonici, prioris sancti Petri de Abbatis Villa, agitatis 13 Febr., anno 1636, in exterioribus Sorbonae scholis pro majore ordinaria, praeside S.M.N.D. Stephano Tonnelier, doctore Navarrico, sancti Eustachii Parisiis pastore, dedicatis eminentissimo cardinali de Richelieu, duci et pari Franciae; in quarum positione septima haec legere est: 'Etiam unica olei unctione in necessitate, verbisque indicative prolatis perfici posse videtur'; et ex thesibus Dom. lacobi Helyes supra citatis, in quibus defenditur formam extremae unctionis esse indicativam, vel deprecatoriam. Sic enim ait positione octava: 'Extremae unctionis sacramentum materiam habet sacram unctionem; formam habet vel indicativam, vel deprecatoriam'. Quare non valet responsio Petri Ledesmae, cap. 3, de forma hujus sacramenti, cum ait hanc formam indicativam esse tantum quoddam praeambulum ad sacramentum extremae unctionis.

"Nam citati theologi, cum haec scripserunt, non erant adeo stupidi ut ignorarent si praeter formam indicativam aliam haberet deprecatoriam Ambrosiana Ecclesia. Praeterea ut nemo dixerit, cum quis infundens aquam profert haec verba, 'ego te baptizo' etc., hanc formam esse praeambulam ad baptismi sacramentum; ita absurdum est dicere, cum ungitur aegrotus oleo sanctificato, et proferuntur haec verba, 'ungo te', etc., ejusmodi formam esse quid praeambulum ad extremam unctionem. Quare Durandus, supra citata quaest.. cum profert ritum quarumdam Ecclesiarum quae utuntur utraque forma indicativa et deprecativa, non dixit formam indicativam esse quid praeambulum ad hoc sacramentum. Et postea cum retulit formam Ecclesiae Ambrosianae, eam non repudiavit.

"Neque haec doctrina adversatur concilio Tridentino, cum ait. sess. 14. cap. 1. 'Formam deinde esse illa verba. Per istam unctionem', etc. Nam concilium deprecatoriam non ita astruit, ut rejiciat indicativam, quam olim in usu fuisse luce meridiana clarius est. Ut nec ita astruit illa verba, 'per istam unctionem', ut destruat formam Graecorum, quae licet deprecatoria sit. ejusmodi verba non tamen agnoscit" (in *ML* 78. 521 sq.)

*LAUNOY'-6* docet usque ad annum millesimum solam formam indicativam in usu fuisse, postmodum vero sive indicativam sive ac frequentius deprecativam. pro

"Dc hoc doctore scribit *Hurler (Nomenclator literarius* IV [Oenipontc 1910] 219 sq.): "Plures quaestiones historicas ad crisin revocavit Launoyus (de Launoy) vir eruditus quidem, sed hypercriticus et quod pejus est. in pluribus a fide catholica devius, ct sedi apostolicae apertissimus juxta Benedictum XIV hostis, hinc quamplurima ejusdam opera fuere damnata." Cf *Indicem librorum prohibitorum SS.MI D.N.PH PP. XII jussu editum anno 1940* (Typis Polyglottis Vaticanis 1941) 258-261.

diversis ecclesiis; asserit utramque formam secundum se validam esse, utpote ad invicem aequivalentes necnon congruentes requisito lacobi “Orent super eum"; addit Ecclesiam habere a Christo potestatem determinandi formam sacramentalem; vehementer carpit S. Thomam aliosque theologos tum quod ignoraverint antiqua documenta tum quod inde posuerint ipsam quaestionem de necessitate formae deprecativae aut indicativae:

“Hic veteres Scholae Magistros intelligo, qui de indicativae et deprecativae formae necessitate tractarunt. Albertus, Thomas, Bonaventura, Paludanus, Ekius, et alii non credunt, Extremae Unctionis sacramentum valere, quod indicativa vel deprecativa forma careret. Hoc autem non crederent, si quem cap. 1. Extremae Unctionis ritum exhibuimus, animadversum et perspectum haberent: siquidem ibi Romana Ecclesia per Gregorium Pontificem tradit, quidquid ab Apostolorum temporibus, ad hujus Sacramenti substantiam necessarium iudicatum fuerat. At in eo ritu nulla exstat deprecativa vel indicativa forma talis, qualem in suis Scholastici commentariis attigerunt. Eorum neminem esse puto, qui sex primis Ecclesiae saeculis irritum fuisse hoc Sacramentum affirmaret. Quare si redirent in terras, et restitutum a Grimoldo Gregorii Sacramentarium legerent, quidquid de postremae Unctionis forma tradiderunt, reformandum et recoquendum sibi continuo sumerent. Verum excusandi sunt, quod hujus Sacramentorum libri penuria laboraverint, et quod aliis occupationibus distracti in priscos sacrorum rituum codices diutius non inquisiverint, vel accuratius. . .

“Qui explicatam de unctione infirmorum Traditionem sibi ante oculos constituet, et disputantes de Ambrosio, et Gregorio, dc indicativa et deprecativa forma, Scholasticos quosdam inspiciet magis ac magis, fateri cogetur, *eos nec vidisse quae videnda, nec ponderasse quae diligenter ponderanda fuerant.* Quapropter in tradendis hujus Sacramenti ritibus, qui formam attinent, nonnunquam errarunt, sed Ecclesia in eo administrando nunquam erravit. . .

“Scholastici quidam, et cum primis sanctus Thomas et Bonaventura tantum inter indicativam et deprecativam formam discriminis statuunt, ut indicativae adimant necessariae formae naturam, et nisi deprecativa usurpetur, irritum fore Sacramentum existiment. *Quod si semel admittatur, nullus supererit ex antiqua Traditione modus, quo ab aetate Apostolorum, usque ad annum millesimum probetur, integrum fuisse collatum Extremae Unctionis sacramentum.* Res haec jam confecta est. cum toto illo tempore sine ea, quam deprecativam nominant, forma Sacramentum collatum fuerit: quin etiam post ab anno millesimo usque ad praesens saeculum, pluribus in locis collatum fuisse cap. 4 declaravimus. Tanto autem tempore erratum in Ecclesia Dei, cogitare nefas esset: sed falsi sunt Doctores, qui talia disserendi sumpsere sibi principia, ut deprecativae formae necessitatem assererent, atque indicativam repudiarent.

“Sed eorum pace dixerim, *duae illae formae reipsa conveniunt:* nam indicativa simpliciter oratio cum in ritualibus libris, tum in Conciliis Episcoporum, et in libro Sacramentorum, quem cap. 2 produxi, dicitur ‘oratio’, quae indicandi modo exprimitur: post ‘orationes’, quae in eodem Sacramentorum libro contentae habentur, cap. 1 sequitur ‘alia oratio ad infirmum ungendum: Inungo te oleo sancto’, etc. . . Ex sensu igitur eorum, qui his Sacramentariis et Ritualibus usi sunt, forma quae a Scholasticis indicativa dicitur, verae sibi nomen orationis adsciscit. Quid causabuntur. Priscianive regulas, vel Quintiliani institutionis adferent: sed Ecclesia respuet, dicetque se talem habere loquendi consuetudinem, quae ab epistola Jacobi non abhorret. Non ex levi sono verborum, sed ex intentione dicentis aestimanda sunt quae dicuntur. At qui indicativam proferunt formam, orationem se dicere scribendo profitentur.

“Praeterea quod indicativa forma clarius, deprecativa minus clare designet ungentem Presbyterum, diversus inde sensus non efficitur. Sic enim sese habent: ‘Ungo hos oculos de oleo sanctificato, ut quidquid illicito visu peccasti, hujus olei unctione expietur: Per istam sanctam unctionem, quam’, supple, facio 'indulgeat

tibi Deus quidquid peccasti per visum'. Ulraque forma in orationem desinit: quod Scholasticorum nemo negare merito potest: diverso quidem modo incipit, sed qui rem eandem repraesentet. Quocirca sive principium, sive finis indicativae formae spectetur, in pium votum ac desiderium, ac proinde orationem adornatur. Deinde cum indicativa forma, et deprecativa tantum differant penes minus expressam et expressiorem unius rei significationem, formae, seu orationis species non variatur. At non mutata formae seu orationis specie idem remanet sensus, quo remanente, nisi quaedam divina lex impediat, idem utraque forma praestabit. Quare mirum est omnino fuisse magni nominis Theologos, qui quod uni dederunt formae, alteri denegarint. . .

"Denique vere et convenienter explicatae Traditioni dico, *Christum circa formam Extremae Unctionis in specie nihil definivisse, sed eam Ecclesiarum rectoribus definiendam reliquisse,* prout res ipsa suis librata ponderibus exigeret, et fidelium pietati expediret. . . . Ecclesia pro accepta a Christo facultate potuit, priori formae alia tantum atque alia addere, vel sublata priori forma subrogare aliam, qua et efficacia et effectus Sacramenti magis magisque significaretur. Si primum ex iis duobus admittitur, in antiquis solemnibus verbis nihil mutatum, sed iis adjectum duntaxat aliquid, quo planior sensus redditus est; si vero secundum, aliquid in verbis quidem mutatum, sed in sensu doctrinaque nihil mutatum. Qui his et similibus Ecclesiae institutis vacat, sic debet ad certam Traditionem accommodare Theologiae placita, ut Christianae paci juxta ac veritati semper inserviat."[27]

*TOURNELY* docet olim fuisse validam formam indicativam, nunc vero formam deprecativam, ob Ecclesiae potestatem determinandi formam nonnisi generice a Christo institutam: "Quaeres . . . quid sentiendum sit de forma absoluta et indicativa, quam diximus in usu olim fuisse; an valida et legitima fuerit. S. Th. Albertum Magnum impugnans[?], eam putat insufficientem, et invalidam. Verum, cum pace tanti Doctoris, ipsi hac in parte consentire non possumus: verisimile quippe non videtur, eam in usu et praxi toleratam fuisse Sacramenti formam, quae nulla foret, invalida et illegitima, et qua consequenter posita, Fideles vero Sacramento extremae Unctionis privati fuissent. At patet ex citatis antea testimoniis, in pluribus Ecclesiis formam absolutam et indicativam obtinuisse. . . Ex quibus consequens est, ut dicamus validam olim fuisse formam Unctionis extremae modo absoluto et indicativo expressam: adeoque Christum institutione sua hoc unum voluisse, ut forma hujus Sacramenti idonea foret ad exprimendum ejus effectum; Ecclesiae vero libertati permisisse, determinare modum, sive indicativum, sive deprecatorium, quo exprimi deberet illa forma: quam viam explicandi, ac simul conciliandi formam Sacramenti Confirmationis in utraque Ecclesia, Latina et Graeca, diversam amplexi sumus in nostro Tractatu de Sacramento Confirmationis."[28]

*CHARDON:* "Pendant que le ministre de ce sacrement fait les onctions, il prononce certaines paroles, que les scolastiques appellent la forme de l'Extrême-Onction. Ces paroles, dans certains rituels, sont énoncées d'une manière absolue; dans d'autres, elles sont en forme déprécatoire; dans d'autres enfin, elles sont partie déprécatoires, partie absolues. Ce qui donne bien de l'exercice aux docteurs de l'école qui disputent entre eux, et subtilisent sans fin sur ces matières, qu'ils connaissent peu pour l'ordinaire, et sur lesquelles ils se sont formé des principes et des axiomes fondés ordinairement sur ce qu'ils voyaient pratiquer de leur temps et dans les lieux où ils vivaient: d'où vient que souvent leurs principes se contredisent, parce que la pratique était différente dans les différents endroits. S'ils eussent

[27] *De sacramento Unctionis Infirmorum liber, Explicata Ecclesiae traditio circa formam Unctionis Infirmorum,* c. 6, observatio 18. 19 et 20, *Opera omnia* 1. 1 (Coloniae Allobrogum 1731) 543-545, 547.

[28] *De sacramento Extremae Unctionis,* q. 2, a. 2, *Praelectiones Dogmaticae* (Parisiis 1765) IX 420 sq.

consulté les monuments ecclésiastiques plus anciens qu'eux, et les eussent comparés les uns avec les autres, il leur eût été facile de se réunir, en donnant un peu plus d'étendue à leurs principes: ils auraient vu clairement qu'il importait peu en quel mode ces formules fussent exprimées, pourvu que le tout se fit au nom du Seigneur, comme le prescrit l'Apôtre. 'Ungentes eum in nomine Domini.' "[20]

*MARTENE:* "Dum peragitur unctio, nonnulla ministri pronunciant verba, quae a scholasticis doctoribus forma appellantur. Haec in quibusdam Ritualibus modo absoluto, in aliis deprecative, in nonnullis partim absoluto, partim deprecative enuntiantur: Qua de re frustra disputant scholastici, cum parvi referat quovis modo proferantur, dum modo 'In nomine Domini', quod solum requirit apostolus, proferantur: Nec omnibus argumentationum suarum cavillationibus formas absolutas convellere poterunt, quas omnis approbavit antiquitas, nec respuerunt insigniores Theologi. Certe S. Bonaventura in 4. dist. 23. q. 4. et post eum Paludanus, Richardus et Gabriel asserunt formam Ambrosianam, Mediolani suo tempore usu receptam, fuisse absolutam. Similem profert liber Sacramentalis Venetorum a Leone X. approbatus. Similem Rituale Suessionense, Cataulanense et Ambianense, quorum editio necdum ducentos attigit annos."[30]

*PESCH* singularem sententiam profert (ceteroquin post *Ballerini-Palmieri),* qua ex una parte videtur docere cum aliis modernis necessitatem formae deprecativae (etsi materialiter indicativae) et ex alia parte asserit formam Extremae Unctionis *non esse magis deprecativam quam formam ceterorum sacramentorum* (exceptis Poenitentia, Matrimonio et Eucharistia), eo quod illorum etiam formae, utut indicative prolatae, reducantur ad orationem, quippe quae proferuntur in nomine Domini. Itaque hic doctor una manu destruit quod altera construit. Unde vel offendit communem theologorum sententiam de forma indicativa ceterorum sacramentorum, vel (et hoc revera sonant ejus verba) denegat Extremam Unctionem habere proprie dictam formam deprecativam et reincidit in sententiam et in modum loquendi supracitati Launoy.

Ad rem ipse: "Utrum verba necessario proferenda sint modo deprecative, an etiam valide proferri possint modo indicativo, saepe disputatum est inter theologos. . . Auctoritate theologorum quaestio dirimi nequit. Si vero respicimus praxim variarum ecclesiarum, negari non potest occurrere formas, quae secundum constructionem grammaticam sunt mere indicativae, . . . Quodsi quis dicere velit fortasse ibi non contineri integram formam et alia quoque verba deprecativa addita esse, affirmat, quod probare nullo modo potest; et si pertinaciter insistat, merito ei obicit *Martène:* 'Nec omnibus argumentationum suarum cavillationibus formas absolutas convellere poterunt, quas omnis approbavit antiquitas' (1. 1, c. 7, a. 3, n. 9). Contra facta enim historica non est disputandum. Itaque absque haesitatione dicendum videtur formam huius sacramenti posse esse materialiter indicativam, sicut supra diximus formam sacramenti paenitentiae posse esse materialiter deprecativam. . .

"Formaliter vero, i. e. secundum sensum, verba utique debent esse deprecativa, ea saltem ratione, ut sit 'oratio fidei'; nam talem apostolus postulat. At *sub hoc respectu sacramentum unctionis ab aliis non differt, in quibus etiam verba proferuntur 'in nomine Domini' tamquam oratio ad impetrandum effectum,* et ideo forma sacramentorum a Patribus vocari solet 'oratio'. In paenitentia et matrimonio ratione prius ante sacramentum exsistit sententia iudicialis, respective contractus, quae utique exprimi non possunt per deprecationem formalem; et dein in signo posteriore haec sententia et hic contractus evehuntur ad signum

[3] *Histoire des sacrements, Du sacrement d'Extrême Onction,* chap. 1, in Migne, *Theologiae cursus completus* XX (Parisiis 1841) 751.

[30] *De antiquis Ecclesiae ritibus,* l. 1, pars 2, c. 7, a. 3, n. 9 (Rotomagi 1700) 116.

sacramentale. In eucharistiae vero confectione verba directe non producunt effectum gratiae, sed sunt assertio practica de praesentia corporis et sanguinis Christi. His igitur tribus sacramentis exceptis in omnibus aliis sacramentis forma est eodem modo secundum sensum deprecatoria atque in extrema unctione; *neque ullum solidum argumentum proferri potest, cur in extrema unctione forma debeat esse magis deprecatoria quam in aliis sacramentis;* nam neque ex verbis apostoli neque ex usu et doctrina ecclesiae plus quoad hoc sacramentum probari potest quam quoad omnia alia. Quod autem dicunt hoc sacramentum ideo per modum deprecationis confici debere, quia nullum habet effectum, qui impediri non possit, imprimis est sola ratio convenientiae ostendens fortasse, cur ita sit. si aliunde iam constat, quod ita sit; deinde vero aliquis effectus semper adest, ut scii, sacramentum sit valide susceptum, licet informe maneat. Hoc enim fieri posse neque negant theologi, qui contrariam sententiam defendunt, neque convenienter negare possunt. 'Sufficit enim, ut sacramentum hoc in eodem morbo iterari non possit, ut expediat habere suum effectum recedente fictione. . . Non enim debet tunc homo privari ope huius sacramenti; alioquin deberet iterum illud recipere' *(Suarez* disp. 41, sect. 1; η. 23)."[31]

*

*LEPICIER* docet formam deprecativam non esse necessariam ad valorem sacramenti, esse tamen *de necessitate praecepti divini et quidem tantummodo relate ad secundarium effectum sanitatis corporalis.* Ceterum ambigue, ni dicatur contradictorie, loquitur. Inepte praeterea conatur ipsum S. Thomam trahere ad suum sensum.

Ad rem ipse: *"Quaestio.* — Utrum oratio deprecativa sit de necessitate sacramenti extremae unctionis? Resp. Plures quidem sunt theologi, quibus visum est deprecativam orationem ita esse de necessitate extremae unctionis, ut illa deficiente, sacramentum invalidum remaneat: quorum potissima ratio desumpta videtur tum ex verbis S. lacobi: 'orent super' (infirmum), tum ex auctoritate S. Thomae. *At nobis satius videtur formam deprecativam ad essentiam huius sacramenti, secundum quod respicit effectum spiritualem, minime pertinere, sed tantum secundum quod respicit effectum corporalem.* — Imprimis enim plures sunt, iique antiquissimi Ordines, in quibus non alia forma exhibetur, quam indicativa: sic. verbi gratia, in sacramentario Gregoriano haec forma recurrit: 'Ungo te de oleo sancto', etc. pariter, aetate S. Bonaventurae, Ambrosiana forma ita se habebat: 'Ungo te oleo sanctificato, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut more militis uncti, praeparatus ad certamen, aereas possis superare potestates'.

*"Explicatur.* — Sane, haec est. in re sacramentaria, universalis lex. sacramenta id efficere quod significant, per formam autem indicativam potissime exprimi certum ac determinatum effectum : unde, etiam in hoc sacramento, indicativa forma esset praeferenda, nisi obstarent verba S. lacobi. et incertitudo effectus sanitatis corporalis restituendae, ad quam praecise obtinendam, ut diximus, deprecativa forma adhibetur. *At nec aliud, in verbis S. lacobi, deprehendere licet, citra praeceptum, et quidem in ordine ad sanitatis certiorem restitutionem;* adeo tamen ut illius praecepti transgressio, sive ex bona, sive etiam ex mala fide eveniat, minime censenda sit evacuare effectum ipsius sacramenti, maxime quod respicit ad roborantis gratiae collationem, qua infirmus fidem invicte servare et diaboli tentationes fortiter superare valeat. Nec enim absolute necesse est. ut oratio fundatur, ad effectum sanitatis corporalis obtinendum, cum etiam aliunde, fusa oratione, effectus ille non semper obtineatur; sed nec necesse est ut omnes effectus per formam significentur, cum nec in forma, qua Ecclesia romana utitur, mentio fiat illius roboris quod per hoc sacramentum confertur ad insidias diaboli superandas. . .

[31] *Praelectiones dogmaticae* (ed. 4 et 5, Friburgi Brisgoviae 1920) VII 1-2, p. 270sq.

"*Obiicienti in contrarium S. Thomae auctoritatem, — responderi potest,* imprimis illum non absolute asserere indicativum modum esse de essentia huius sacramenti, sed potius exponere quaenam debeat forma ex praescripto Ecclesiae adhiberi, et quaenam rationes id suadeant; nec etiam obstat quod subinfert: 'Verba illa indicativi modi, quae secundum morem quorumdam praemittuntur orationi, non sunt forma huius sacramenti, sed sunt dispositio ad formam, in quantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba': nimirum, videtur praetermittere Angelicus factum de ipsa forma indicativo modo absolute prolata, illudque conatur explicare supponendo formam quoque deprecativam adhiberi, quaestionem relinquens intactam, utrum et quo pacto detur forma simpliciter indicativa."[32]

*P. J. TONER* docet communem modernorum recursum ad formam materialiter indicativam et simul virtualiter deprecativam, esse subtilem diversionem a quaestione de necessitate vel secus formae deprecativae, nam, ut ait Benedictus XIV, non apparet quomodo quaedam formae indicativae possint ad deprecativam reduci Addit quod *si quis velit insistere in necessitate alicujus elementi deprecative, hoc quaerendum esset in ipsa benedictione qua oleum, materia sacramenti, consecratur.* Haec opinio est palliata quaedam adhaesio sententiae negativae et simul inepta quaedam confusio inter benedictionem olei et formam sacramenti, appropinquans supra rejectae (p. 407 sq., 479 sq.) sententiae quorundam antiquorum qui docebant hoc sacramentum consistere non in unctione sed in ipso oleo, vel quomodolibet benedictionem olei formam esse sacramenti.

Ad rem ipse: "Among contemporary' theologians Kern *(op. cit.,* pp. 1S4 sq.), who is followed by Pohle *(Lehrbuch der Dogmatik,* 3d. ed., Paderborn, 1908, III. 534), suggests a compromise by holding, on the one hand, that at least a virtual prayer-form is required by the text of St. James and, on the other hand, that the indicative forms that have been used are virtually deprecatory. But this seems to be only a subtle way of denying the *raison d'être* of the controversy; one might argue on the same principle that the forms of baptism, penance, and confirmation are virtually prayer-forms. Some of the so-called indicative forms may be reasonably construed in this way, but in regard to others we may say, with Benedict XIV. that 'we do not know how a prayer can be discovered in certain other forms published from very' many ancient Rituals by Ménard and Martène, in which there is used merely the words 'I anoint thee' without anything else being added from which a prayer can be deduced or fashioned' *(De Synod. Dioec.,* VIII. ii, 2). *Ij it be insisted that prayer as such must be in some way an element in the sacrament, one may say that the prayer used in blessing the oil satisfies this requirement."*[33]

Ceterum de quibusdam modernis, tam inter hos quos hic numeravimus (ut Perrone, Hurter, Einig, Gihr), quam etiam inter eos quos pro communi sententia supra (p. 495) retulimus, vix intelligi potest quid sibi velint cum aiunt necessariam esse deprecativam aliquam formam sed quamlibet indicativam sufficere si sit oratio fidei, ita ut sola verba "In nomine Domini" vel "In nomine P. et F. et Sp. S." sufficiant ad conferendam formulae indicativae indolem deprecativam. lamvero hoc est ludere verbis, aut supprimere quaestionem, aut confundere quaestiones. Propria enim quaestio solvenda haec est: *Utrum*

° *Tractatus de sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis* (Romae 1928) 43-45.

"""Extreme Unction," *The Catholic Encyclopedia* 5 (1909) 725, col. 1.

*forma Extremae Unctionis, utpote dcprecativa, diflerat a forma aliorum sacramentorum,* et utrum hoc discrimen praecise in eo consistat quod forma Extremae Unctionis includat formalem intentionem deprecandi et sufficientem expressionem talis intentionis, secus ac forma ceterorum sacramentorum. Ceterae vero determinationes sunt accidentales ac disputabiles: scilicet, quaenam formae materialiter indicativae sint aequivalenter ac sufficienter deprecativae; item, an ad hoc requiratur aliqua particularis expressio in ipsa forma (puta, ut dicatur: Ungo te, obsecrans Deum ut . . .), vel sufficiat ipse particularis apparatus orationum quae circumdant formam, aut etiam ipsa sola verba "In nomine Domini" vel "In nomine P. et F. et Sp. S." prout, ex ipsis adjunctis ritus ab Ecclesia administrati infirmo ad applicandam deprecatoriam commendationem Apostoli, determinantur ad sensum deprecativum.

Ad judicandum an aliquis auctor teneat hanc negativam sententiam, haec videntur signa certiora: si improbet antiquorum scholasticorum sententiam; si approbet Menardum, Launoy et Martène; maxime si dicat, cum Pesch et Quera, formam Extremae Unctionis non esse magis deprecativam quam formam aliorum sacramentorum, uti Baptismi et Confirmationis.

## CONCLUSIO

Forma hujus sacramenti est essentialiter deprecative, aliter ac in ceteris sacramentis; talis nempe esse debet, ut, sive ex intentione proferentis sive etiam ex modo quo profertur, attentis scilicet aut ipsis verbis aut saltem circumstantiis prolationis, im rtet proprie ac formaliter deprecationem ad Deum pro infirmo.

### Probatur 1. *EX SCRIPTURA.*

Ut dictum est in art. praec. (p. 481 sq.) "oratio," de qua bis saltem est sermo in textu Iacobi, est forma sacramenti. Atqui ea vox intelligenda est in sensu proprio verae ac formalis deprecationis. Ergo forma hujus sacramenti est vera ac formalis deprecatio, seu est essentialiter deprecativa.

*Minor* ostenditur ex ipso textu. Nam verbum *-ροσινέάσθωσαν* (orent; a *ττροσάχατθαί:* orare) et nomen *<ΰχη* (oratio) accipienda sunt in sensu proprio, sicut ceteroquin accipiuntur in immediato contextu: v. 13: "Tristatur aliquis vestrum ? oret [προσ€υχ«σ^ω]", v. 16: "Orate [o'xcaflt] pro invicem", v. 17: "Helias . . . oratione oravit [προσοχή τφοσηυέατο]". Nam, juxta regulam Hermeneuticae, verba Scripturae accipienda sunt in sensu proprio nisi obstet aliquid sive ex contextu,

sive ex ipsa subjecta materia, sive ex interpretatione Traditionis, sive ex mente Ecclesiae.

Iamvero, primo, contextus non tantum non obstat sed favet, ut dictum est; nec obstat vox "Orate" in v. 16 ("Confitemini ergo alterutrum peccata vestra et orate pro invicem") in quo agitur de sacramento Poenitentiae, nam nihil cogit hanc vocem intelligere sacramentaliter seu pro forma sacramenti Poenitentiae, potiusquam pro mera oratione, et ceteroquin etiam si sacramentaliter, ac ideo non deprecative sed indicative, acciperetur, inde non infirmatur vis deprecativa ejusdem vocis in v. 14 sq. (ubi agitur de Extrema Unctione), ut constat ex disparitate utriusque textus juxta dicta in tractatu *De Poenitentia* III 628. Secundo, ipsa rei natura, seu sacramentalis indoles hujus orationis non obstat, ut ostendetur in Prob. 4. Tertio, interpretatio Traditionis in hunc sensum proprie dictae orationis saltem collimat, imo, ut ostendetur in Prob. 3, hunc tantum sensum manifestat, cum ex ipsa sola Traditione deduci possit solidum argumentum pro necessitate formae deprecativae. Quarto, mens Ecclesiae positive favet, ut constat praecipue ex directa interpretatione Tridentini de textu Iacobi, mox referenda in Prob. 2.

Ceterum, omnes exegetae concordant in explicanda illa oratione in sensu proprio; si quae haberetur difficultas, potius esset in probando eam orationem esse proprie dictam formam sacramentalem, quod ostensum est in art. praec. (p. 481 sq.)[34]

Probatur 2. *EX DOCUMENTIS ECCLESIAE.*

*Conc. Florentinum* pro forma sacramenti assignat formulam latinam quae est forma essentialiter deprecativa.

*Conc. Tridentinum* non solum idipsum repetit, sed etiam, authentice declarat in ipso textu Iacobi id contineri juxta mentem Traditionis (sess. 14, cap. 1: "Quibus verbis, ut ex apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, [Iacobus] docet . . . formam . . . huius sacramenti. Intellexit enim Ecclesia . . . formam . . . esse illa verba: 'Per istam unctionem' etc."); iamvero, ex una parte formula latina est essentialiter deprecativa et ex alia parte forma sacramenti nequit esse diversa ab ea quae indicatur ab ipso Iacobo; ergo Con-

" Unde inepte *M Quera* negat ex verbis Iacobi quidquam deduci posse in favorem formae deprecativae potius quam indicativae "Creemos que en el Nuevo Testamento, al tratarse de un rito sacramental, la frase *orar por alguno* no siempre significa una oraciôn que sea csencialmcntc una formula *explicitamente* deprecatoria" ("La forma del sacramento de la Estremauncion." *Estudios Ecclesiasticos* 3 [1924] 277 sq.). In cujus probationem adducit Ad. *8. 12-17,* ubi agitur de Confirmatione et *Cyprianum, Ep.* 73. 9, explicans illum textum ("Oraverunt pro ipsis") dc forma Confirmationis.

cilium docet formam hujus sacramenti esse solam formam essentialiter deprecativam.

Nec valet obicere, ad mentem Menardi (cit. in p. 501) et aliorum, declarationem Concilii esse tantum affirmativam non vero exclusivam, i.e. asserere formam deprecativam latinam esse veram et validam sed ab eadem ratione non excludere omnem aliam formam, scilicet indicativam. Nam Concilium non tantum asserit formam deprecativam latinam esse validam sed directe ait formam hujus sacramenti juxta Iacobum esse illa verba formulae latinae ("Forma sunt illa verba"), quod quidem ex una parte nequit accipi in sensu materiali, quasi nempe forma sacramenti debeat exprimi iisdem prorsus verbis aut saltem debeat assumere expressionem materialiter deprecativo-optativam sicut in formula latina (secus Concilium respueret validitatem tum formae Graecorum tum a fortiori aliarum formarum quae fuerunt aliquando in usu in ipsa ecclesia latina ac ita implicite admitteret sacramentum in magna Ecclesiae parte et per notabile tempus fuisse invalide administratum), et ex alia parte debet accipi in proprio sensu formae proprie ac formaliter deprecativae, ex eo quod sensus proprie ac formaliter indicativus et sensus proprie ac formaliter deprecativus, qui habetur in forma latina, sunt duo distincti sensus, ad invicem irreducibiles.

Confirmatur ex eo quod in priori schemate capitis 1, a theologis conciliaribus redacto (cit. supra in p. 49 sq.), loco supradictorum verborum legebatur explicita declaratio: "Formam deinde apostolus ostendit *in oratione sacerdotis deprecatoria quod huic sacramento peculiare est ac proprium positam esse* [Deinde citatur integra forma latina]."

*Rituale Romanum* ait "hujus Sacramenti formam, qua sancta Romana Ecclesia utitur, solemnem illam precationem esse, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait: 'Per istam sanctam unctionem. . " (t. 5, c. 1, n. 20). Ex quo sequitur quod saltem in sententia eorum qui dicunt Ecclesiam non posse mutare formam hujus sacramenti, haec forma est necessario deprecativa.

*Catechismus Cone. Trid.,* explicans mentem Concilii, post verba citata in art. praec. (p. 479) sic prosequitur: "Ex quo [i.e. ex textu Iacobi] licet cognoscere, formam precationis modo proferendam esse, tametsi, quibus potissimum verbis concipienda sit. Apostolus non expresserit. Verum hoc ad nos fideli Patrum traditione permanavit, ita ut omnes Ecclesiae eam formae rationem retineant, qua omnium mater et magistra sancta Ecclesia Romana utitur. Nam etsi aliqui nonnulla verba immutant, cum pro, 'indulgeat tibi Deus', ponunt, 'remittat', vel 'parcat'; interdum etiam, 'sanet, quidquid commisisti':

tamen, quia nulla fit sententiae immutatio, constat, eamdem ab omnibus formam religiose servari. . .

"Nec vero quisquam miretur, cur factum sit, ut aliorum Sacramentorum forma vel absolute significet, quod efficit, ut cum dicimus, 'Ego te baptizo', aut, 'Signo te signo crucis', vel tanquam ab imperantibus pronuntietur, ut cum in Sacramento Ordinis administrando dicitur, 'Accipe potestatem': haec sola vero Extremae Unctionis forma precatione quadam absolvatur. Id enim optimo iure constitutum est: nam cum hoc Sacramentum propterea adhibeatur, ut praeter spiritualem gratiam quam tribuit, sanitatem etiam restituat aegrotis; tamen quia non semper sequitur, ut aegroti a morbis convalescant, ob eam causam precatione forma conficitur, ut a Dei benignitate id impetremus, quod Sacramenti vis constanti et perpetuo ordine efficere non solet. Adhibentur autem ritus proprii in huius quoque Sacramenti administratione: sed eorum maxima pars precationes continet, quibus Sacerdos ad aegroti salutem impetrandam utitur. Nullum enim est aliud Sacramentum, quod pluribus precibus conficiatur: ac recte quidem, quoniam eo potissimum tempore fideles piis obsecrationibus adiuvandi sunt. Quare et alii omnes, quos tum adesse contigerit, et praecipue Parochi debent orare Deum ex animo, et eius misericordiae laborantis vitam et salutem omni studio commendare" (pars 2, c. 6, q. 6 sq.).

Probatur 3. *EX TRADITIONE.*

In art. praec. (p. 482-484) argumentum Traditionis produximus usque ad saec. 8, seu ad tempus quo in libris liturigicis incipiunt multiplicari determinatae formulae adhibitae in administratione hujus sacramenti. Restat ut ex eo praecise tempore argumentum resumamus ad stabiliendam praesentem conclusionem, cum et ipsi adversarii ex usu quarundam formularum indicativarum in antiquis ritualibus in contrarium arguant.

Ceterum, quod attinet ad praecedentem traditionem, ex ibidem dictis patet orationem constanter ritui unctionis associatam esse, uti continuatam applicationem ipsius commendationis Iacobi. Inepte autem quidam adversarii, ut Launoy (cit. in p. 502), opponunt voce "oratio" apud Patres designari formam omnium sacramentorum ac ideo accipi in sensu latiori, puta in improprio sensu cujusdam objectivae orationis (juxta dicta in tractatu *De Poenitentia* III 519, 550 sq., 633); nam tum ex textu Iacobi, tum ex supradicta Ecclesiae declaratione sequitur eam vocem quoad formam hujus sacramenti accipiendam esse in sensu proprio, quod etiam confirmatur ex eo quod sola forma Extremae Unctionis constanter et emphatice in Traditione

vocatur oratio, quasi sacramentalis oratio per antonomasiam, ex qua ipsum etiam sacramentum veluti nomen proprium accipit: *Benedictio sacrati olei* (Herardus Turonensis), *Chrismatis benedictio* (Vita S. Launomari), *Oleum orationis* (Josephus patr. nestorianus, et ipsi Canones Hippolyti). Cf. supra p. 3 sq., 5 sq., 482 sq.

Ut dictum est supra (p. 483), apud quosdam scriptores, ut in Vita S. Eutychii et in verbis S. Eligii Noviomensis, legi potest quaedam allusio vel quoddam initium determinatae formulae Extremae Unctionis, ubi dicitur unctio fieri cum verbis: "In nomine Christi." Proprie dictae tamen et explicitae formulae apparent inde a saec. 8 in libris liturgicis, in quibus antea nonnisi formula benedictionis olei tradebatur, scilicet in *Sacramentariis, Ordinibus* et *Ritualibus* variarum ecclesiarum, quorum librorum notitia maxime increvit post varias editiones quas inde a saec. 16 nobis suppeditarunt eruditi, praecipue Georgius Cassander et Melchior Hittorp (saec. 16; qui initiarunt editiones Ordinum), Menardus (saec. 17; qui edidit Sacramentarium Gregorianum, notis et animadversionibus exornatum), Morinus (saec. 17; qui edidit varios libros liturgicos in duobus suis operibus de Poenitentia et de Ordinationibus), Launoy (saec. 17; qui collegit plura recentiora ritualia variarum ecclesiarum), Mabillon (saec. 17; qui edidit amplissimam collectionem Ordinum Romanorum ex saec. 9-15), Martène (saec. 18; qui iterum edidit quosdam ex ordinibus Romanis a Mabillonio publicatis et alios addidit) et Duchesne (qui recenter publicavit ignotam seriem Ordinum saec. 9, in appendice sui operis *Origines du culte chrétien'*). Formae Extremae Unctionis, quas infra dabimus, inveniuntur praecipue in Sacramentario Menardi, Ordinibus Martène et Ritualibus Launoy.

Sit verbum de praecipuis formulis, antequam ad argumentum accedamus.

IN ECCLESIA ORIENTALI forma communiter et ab antiquo adhibita, est oratio quae incipit *"Pater sancte" (Πάτφ ἁγιε)* quaeque sic refertur a Goar in suo *EUCHOLOGIO:*

"Et post Orationem accipit sacerdos sanctum oleum et extremam unctionem suscipientem ungit, sequentem Orationem dicens: 'Pater sancte, animarum et corporum medice, qui Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum omnem morbum curantem, et ex morte nos liberantem misisti: sana quoque servum tuum N. a detinente illum corporis infirmitate, et vivifica illum per Christi tui gratiam: intercessionibus super omnes sanctae Dominae nostrae Deiparae, et semper Virginis Mariae, protectionibus venerandarum supercoelestium virtutum incorporearum, virtute pretiosae ac vivificae crucis, honorandi gloriosi Prophetae Praecursoris et Baptistae Ioannis, sanctorum

gloriosorum et toto orbe celebrium Apostolorum, sanctorum, glorioosorum et victoriis clarorum Martyrum, et Deiferorum Patrum nostrorum, sanctorum medicorum mercede non conductorum Cosmae et Damiani, Cyri et loannis, Pantaleonis et Hermolai, Sampsonis et Diomedis, Photii et Aniceti, sanctorum et justorum Dei parentum loachim et Annae, et omnium sanctorum. Amen. Quia tu es fons sanitatum, Christe Deus noster, et tibi gloriam referimus: Patri, et Filio, et Sancto Spiritui: nunc et semper, et in saecula saeculorum'."

Essentialis et communis pars hujus formae sunt priora verba usque ad "per Christi tui gratiam" atque consistit in oratione postulante effectum sacramentalem pro infirmo; cetera vero verba, quae continent meram intercessionem et enumerationem sanctorum, quaeque assimilari possunt verbis "Passio Domini Nostri lesu Christi . . post latinam formam absolutionis, variant pro ecclesiis ita ut vel omnia retineantur, vel abbrevientur, vel simpliciter omittantur; praeterea omitti solent in casu necessitatis, cum nempe urget periculum vel cum plures sint ungendi (cf. infra Synodum Ruthenorum Galiciae).

*Synodus Zamostcna* (Ruthenorum) a. 1720 (tit. 3, § 6): "Porro quod ad formam attinet, ea servetur ubique, quae hactenus in usu fuit et est in Ecclesia Orientali hisce verbis expressa: 'Sancte Pater. Medice coelestis animarum et corporum, qui Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum misisti sanantem omnem infirmitatem et a morte liberantem, sana per hanc unctionem servum tuum ab omni corporis et animae infirmitate, qua detinetur, et vivifica illum per gratiam Christi tui, precibus Sanctissimae Dominae nostrae Dei Genetricis semperque Virginis Mariae et omnium Sanctorum tuorum; quia tu es fons omnium curationum, Deus noster, et tibi gloriam referimus, cum unigenito Filio tuo et consubstantiali Spiritu Sancto, nunc et semper, et in saecula sacculorum. Arnen.' Haec autem forma, ut juxta praeceptum I). Jacobi sacerdotes orent, ungentes eum in nomine Domini, jungatur unctioni singularum partium, tamquam materiae proximae huius Sacramenti, atque ita verba proferantur, ut eorum pronunciatio non ante inchoetur nec finiatur, quam ipsa unctio."[30]

*Synodus Lcopolitana* (Synodus provincialis Rutherorum Galiciae) a. 1891 (tit. 2, cap. 5, § 2-a): "Ut autem relate ad applicationem materiae et formae exacta uniformitas a sacris ministris servetur, praescribit Synodus praesens, ut unctio ad *illa verba formae omnium essentialissima* fiat, scilicet ad verba: 'sana per hanc unctionem

[30] Goar, Ευχολόγιο? *sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum; S. Piget 1647) 417.
[31] "Acta *et decreta sacrorum conciliorum recentiorum. Collectio Laccnsis* II (Friburgi Brisgoviae 1876) 37.

servum tuum . . et finiat cum recitatione verborum: 'vivifica illum per gratiam Christi lui.' "."

*Synodus Libancnsis* (Maronitarum) a. 1736 (pars 2, cap. 8, n. 5): *"Forma huius sacramenti* sunt verba illa, quae dicit sacerdos, dum infirmum oleo sancto inungit; et in antiquis quidem ritualibus, etsi non uno modo descripta sint, omnia tamen hunc sensum reddunt, iuxta Ecclesiae Graecae praxim: 'Sancte Pater, medice coelestis animarum et corporum, qui Filium tuum I). N. Jesum Christum misisti, ut sanaret omnem infirmitatem et a morte liberaret, sana per hanc unctionem servum tuum hunc ab omni animae et corporis infirmitate, per gratiam eiusdem Christi tui, cum quo tibi convenit gloria una cum Sancto Spiritu nunc et semper et in saecula. Arnen.' In recentioribus autem ritualibus ex more Sanctae Romanae Ecclesiae forma haec recitatur ac repetitur, dum singulos infirmi sensus sacerdos inungit: 'Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum sive per auditum etc. deliquisti'. Monendi sunt tamen parochi, dum priorem formam ex more Ecclesiae Orientalis dicunt, ita verba proferantur, ut eorum pronuntiatio non ante inchoetur nec ante finiatur, quam ipsa unctio."[38]

*Concilium Gracco-Melchiticum,* in Ain-Trazen habitum a. 1835 (can. 5): "Ut in eodem [sacramento sanctae Unctionis] ministrando accurate serventur omnia, quae in euchologio praescripta sunt de olei sancti consecratione coram aegroto a sacerdotibus facienda; qui quidem quasi unus minister censentur, et una pronuntiare debent consecrationis formulam, quae sic incipit: 'Domine, sanans in misericordia tua', itemque orationem illam, 'Pater sancte, medice animarum et corporum' etc., *qua continetur sacramenti forma."*[39]

*Synodus provincialis Alba Juliensis et Fogarasiensis* (Rumenorum) a. 1872 (tit. 5, cap. 6) formam "Pater sancte" proponit.

*SYRI ET ARMENl recentius adoptarunt formam optativam, similem latinac formulae.*

*Synodus Sciarfensis* (Syrorum) a. 1888 (cap. 5. a. 8. n. 3): "Forma sacramenti extremae unctionis est haec: 'Per hanc sanctam unctionem alleveris ab infirmitatibus tuis, et remittantur tibi delicta tua. dissipentur longe a te omnes malae cogitationes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ad vitam aeternam. Arnen."[40]

" *Codificazionc canonica orientale, Fonti* XI *lus particulare Ruthenorum* (Tipografia Poliglotta Vaticana 1933) 984 sq.

"/trt(j *et decreta sacrorum conciliorum rccentiorum. Collectio Laccnsis* 11 (Friburgi Brisgoviae 1876) 151.

• *Ibid.* 582.

'"*Synodus Sciarfensis Syrorum in .Monte Libano celebrata a. 1SSS* (Romae: Ex Typographia Polyglotta S. C. dc Propaganda Fide 1896) 123.

*Synodus nationalis Armenorum* a. 1911 (tit. 3, c. 8, n. 498): "Forma huius sacramenti est haec: 'Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum', et similiter in aliis membris, addita in fine tantum ultimae unctionis invocatione sanctissimae Trinitatis."[41]

*Eadem supradicta jormula adhibetur in ECCLESIIS SCHISMATICIS* atque a propriis theologis pro forma sacramentali communiter habetur. Ad *remSpdcil:* "Ex theologis aliqui formam sacramenti dicunt esse simpliciter 'orationem', alii ita loquuntur ac si ad perficiendum sacramentum totum ritum seu orationes eius omnes necessarias haberent, aut saltem sacramenti effectum tum orationi, qua s. oleum benedicitur, tum orationi in unctionibus recitatae, adseriberent. Longe autem maior pars theologorum pro forma sacramenti seu pro prece, in qua est 'vis sacramenti', qua 'sacramentum perficitur', quae est 'oratio fidei' a lacobo postulata, habet orationem 'Pater sancte' in unctionibus recitatam. Rationem bene assignat *Arcudius:* licet aliae quoque orationes effectum sacramenti postulent, tamen haec sola cum unctione olei ideoque cum sacramenti materia iungitur. Idem Arcudius subtilius inquirit, utrum omnes orationis partes vel quaenam ex iis ad validitatem sacramenti necessariae sint, et respondet non esse e. gr. necessarium proferre utrumque verbum: 'Pater sancte' et 'medice', sed aut unum aut alterum, item omitti posse postulationem sanationis corporalis etc.[42]

"Theologi separati quaestionem, quaenam verba formae sint essentialia et necessaria, speculative non solvunt neque proponunt; practice autem prima pars orationis (usque ad verba 'τού Χριστού σου') sufficiens esse existimatur. Ea enim sola recitatur, quotiescumque sacramentum unctionis multis simul administratur, et eam solam complures theologi adducunt, ubi de forma sacramenti loquuntur (Kritopulos, Andrutsos, Dyovuniotis, Mesoloras, alii). Ceterum si verum est, quod *Katansky* scribit de prece hac posteriore dumtaxat tempore introducta et de alia breviore formula quondam in unctionibus adhibita [cf. infra, p. 516], dicendum est formam sacramenti apud Orientales esse orationem effectum expostulantem et in unctionibus recitatam, quae secundum praxim nunc vigentem est oratio 'Πάτ«ρ αγι«'; et sic revera aliqui cum Dyovuniotis formam indicant."[43]

Simili forma utuntur *MONOPHYSITAE, tam Copti quam Syri:* "Deus Pater, curator et sanator corporum atque spirituum, qui misisti

[41] *Acta ct decreta Concilii Nationalis Armenorum Romae habiti a. 1911* (Romae: Typis Polyglottis Vaticanis 1913) 249.

[42] *Dc concordia ecclesiae occidentalis et orientalis in septem sacramentorum administratione* (Lutetiae Parisiorum 1672) 4S5 sqq.

[**] *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* ("Orientalia Christiana." n. 74, Romae 1931) 75 sq. Ci. Jacquemier, "L'Extrême Onction chez les Grecs," *Echos d'Orient 2* (oct. 1898-oct. 1899) 194 sq.

Filium tuum unicum Jesum Christum, ut sanaret omnes morbos et liberaret a morte, sana, Domine, servum tuum N. a morbis tam spiritus quam corporis, et dona illi vitam rectam' etc."[41]

Eadem forma refertur a *Simeone Thessalonicensi* (f 1429) in suo tractatu de sancto Euchelaeo: "Post eam [orationem] secunda secreto dicitur alia secundum figuram supra dictam, quae et ipsa fit sanitatis gratia et redemptionis a peccatis, *Patrem sanctum invocans* animarum medicum atque corporum, qui misit Filium suum unigenitum in mundum, sanantem omnem morbum et a morte redimentem, ut medeatur lapso ejus servo ab omnimodo quo conficitur morbo, per gratiam Christi ejus, illumque vivificet, intercedente Deipara et sanctis ipsius universis. Hanc igitur dicit, dextera capiti poenitentis imposita, ostendens se ad imitationem Domini sanationem facere, qui manum infirmis imponebat, tactu sanabat, necnon se vi divinae gratiae operari, cum sit manuum impositione sanctificatus, tactuque manus purificans et sanctificans. Verum in fine orationis, oleo ungit, in formam crucis, frontem ejus propter internas cogitationes sensus liniens in facie, et denique ungit manus, a cogitatis operibusque perversis eum emundans et corroborans oleo sancto signoque crucis, ac prorsus sanctificans dicens quoties signat: *'Adiutorium nostrum in nomine Domini'*, testans a nullo alio nisi a solo misericorde Deo adesse adjutorium."[45]

Eadem refertur in antiquissimo quodam *"Ordine servando cum pro aegrotis septem sacerdotes advocantibus oleum sanctum vespere jaciendum est"* (qui saltem ad saec. 9 ascendit), a Goar primo edito ex Codice Barberino. Post varias enim orationes praeparatorias, haec rubrica ponitur: "Pater sancte, medice animarum et corporum. *Scriptum est inferius, super aegrotos."*[™]

Attentis his ultimis testimoniis, necnon usu ejusdem formae apud praefatos Monophysitas, ab Ecclesia separatos inde a saec. 5, jure dici potest eam ascendere ad aetatem Patrum, eamque Orientales fideliter asservasse, a qua subinde (saltem a saec. 15; cf. Simeonem Thessal.) ipsum totum sacramentum Euchelaeum seu Orationis Oleum autonomastice appellarunt.

Notat tamen *Spdcil:* "Cuiusmodi tenoris fuerit [tempore Patrum] oratio ad oleum benedicendum, aliquo modo colligi potest ex Const. Apost. VIII, 29, 3, sed ad cognoscendam formulam seu precem in ipsa

[41] Cf. Denzinger, *Ritus Orientalium, Coptarum, Syrorum et Armenorum* (Wirceburgi 1863-1864) I 187; II 497, 505.

[45] *"Dialogus in Christo adversus omnes haereses (De sacramentis, — De sacro ritu sancti Olei seu Euchelaei),* c. 290, *MG* 155. 526 sq.

[°] Goar, Ευχολόγιου *sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum: S. Piget 1647) 430. Adnotationem, quam Goar huic Ordini praemittit, citavimus supra, p. 45.

administratione vel unctione adhibitam nulla extant testimonia sufficientia. Inde enim, quod in Euchologiis orationes quaedam sub nomine s. Basilii vel loannis Chrysostomi inveniuntur, non prave quidem concluditur Patres hos in ritu huius sacramenti ordinando partem habuisse, non tamen sequitur eas in hodierna forma iam tempore ss. Doctorum extitisse; multo minus, ut patet, eas propriam sacramenti formam constituisse. Putat quidem *Katansky* sacramentum s. unctionis primis saeculis brevi quodam ritu ex psalmis et orationibus, variis secundum varietatem ecclesiarum, lectione unius pericopae epistulae et evangelii et impositione manuum constante administratum esse et in unctione simplicem formulam adhibitam fuisse: 'ungitur servus Dei in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti'. . . Sed haec incerta sunt, et, fatente sic ipso auctore, solum indirecte et ex quibusdam analogiis concluduntur. Melius igitur dicitur in unctione infirmorum iam antiquitus orationes in usu fuisse, quibus effectus sacramenti postulabatur, tenorem autem earum a nobis ignorari."[47]

*Non defuerunt quidem aliquae varietates circa formam hujus sacramenti apud Orientales,* sed sunt particulares tantum et incertae exceptiones, imo potius considerari possunt vel ut quaedam allusiones ad formam vel ut quaedam orationes additae ipsi formae "Pater sancte" quae numquam defuerit.

Ita *Theodulphus Aurelianensis* (f 821; cit. supra in p. 148 sq.) refert: "Graeci . . . tres tantum cruces cum oleo faciunt . . . simul dicentes ad ipsas tres cruces: 'Ungo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut oratio fidei salvet te, et alleviet te Dominus, et si in peccatis sis, remittantur tibi'" *(ML* 99. 326). Non constat quae fides praestanda sit huic curioso ac unico testimonio de *forma indicativa* apud Graecos (cum quo concordat supradicta conjectura *Katanskij).* Per se quidem impossibile non est ut apud unam vel alteram particularem ecclesiam ritus orientalis, cujus praxim Theodulphus forte cognoverit, illa formula adhibita fuerit. Attamen, cum id discordet ab aliis documentis et a constanti praxi Orientalium cumque nihil ostendat occidentalem hunc doctorem peculiariter novisse praxes Graecorum, verisimiliter dicendum est Theodulphum referre tantummodo generalem sensum formae Graecae, eum accomodando ad indolem formae latinae; quod etiam confirmatur ex eo quod in altera parte, in qua effectus sacramenti exprimitur, non fit nisi mera citatio ipsius textus lacobi. Confer etiam quae supra (p. 446) diximus de hoc testimonio Theodulphi prout respicit numerum unctionum apud Graecos.[41]

[41] *Op. cit.* (supra in p. 514) 71 sq. Cf. Katanskij, "Adumbratio historica ritus benedictionis olei [russice]," *Lectio Christiana* (Petropoli 1880) II 112.

*Simeon Thessalonicensis* (t 1429) in textu nuper relato refert sacerdotem orationem "Pater sancte" proferre dum imponit manum infirmo ante unctionem, inter ungendum vero dicere verba "Adiutorium nostrum in nomine Domini.'"[8] Eandem consuetudinem eodem saec. 15 testantur Codd. Sinait. Nn. 698 et 980, necnon Codex N. 19 (20) Costamonitu in quo praeterea illa verba complentur per "Qui fecit coelum et terram." Attamen praedicta additio, etsi facta inter ungendum, manifeste apparet esse mera explicatio caeremonialis.

In *ritu Hierosolymitano,* descripto a N. Odinzov, sacerdos inter ungendum dicit, super omnes infirmos eam postulantes, sequentem formulam: "Benedictio Domini et Dei Salvatoris nostri in sanationem animae et corporis servo Dei N. semper, nunc et in aeternum" (cf. Codd. Nn. 1053 et 1054, saec. 14). Similem formam Archangelskij" profert ex rituali serbico saec. 15. Sequentem etiam formam declarativo-indicativam idem auctor profert ex quodam manuscripto bibliothecae Sophiae saec. 16: "Sanctificatur servus Dei N. oleo letitiae in sanitatem et salutem in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti." Hae etiam considerandae sunt ut merae caeremoniales appositiones propriae formae "Pater sancte" quae non raro ideo tacetur quia est aliunde bene nota, ut constat ex abbreviata ejus notatione in ipso supracitato Ordine saec. 9 a Goario edito; idque confirmatur ex eo quod usus praefatae formulae ritus Hierosolymitani videtur fuisse alligatus liberae petitioni ipsorum infirmorum.

IN ECCLESIA LATINA forma nunc in usu est sequens forma deprecativo-optativa (quae immediate sequitur optativam orationem invocantem auxilium omnium sanctorum, ad modum formae Graecae) : "Per istam sanctam Unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Arnen." Quae quidem sexies repetitur, ad quinque sensus et pedes (olim etiam ad renes), mutata sola mentione partis inunctae ante verbum "deliquisti" (Quidquid per visum, per auditum, per odoratum, per gustum et locutionem, per tactum, per gressum, deliquisti). Pro casu vero urgentiori adhibetur forma brevior et generalis, semel nempe prolata, et omissa mentione tum piissimae misericordiae tum partium inunctarum: "Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen." Haec forma, quae evasit universalis usus inde a medio saec.

"Tamen paulo inferius Simeon ait sacerdotem orationem "Pater sancte" "secreto, *dum ungit,* pronuntiare'"; quae verba explicari possunt vel in solo sensu moralis simultatis (dum ungit = immediate ante unctionem), vel dicendo quod illa oratio incipiebatur ante unctionem et terminabatur dum ipsa prima unctio incipiebat; in prima parte textus supra relati non proprie dicitur: "Post absolutam orationem oleo ungit" sed *"In tine* orationis oleo ungit . . . dicens quoties signat: 'Adiutorium nostrum in nomine Domini.'"[1]

*Inquisitio de historica evolutione ritus Benedictionis Olei* lie. Extremae Unctionis! [russice] (Pctropoli 1895) 152.

17,50 seu post publicationem *Ritualis Romani* Pauli V a. 1614, fuit propria Romanae Ecclesiae et plurium aliarum vicinarum ecclesiarum (non tamen Ambrosianae, saltem simpliciter, nec Venetae), inde saltem a saec. 13, nam de ea communiter loquuntur illius aetatis doctores (ut Albertus M., S. Thomas, Bonaventura et Scotus) et extat jam integraliter in Ordine Romano (cf. infra, p. 529) qui est certe antiquior saec. 13 et a quibusdam adscribitur saec. 11. Ceterum, formula "Per istam sanctam Unctionem etc." aut simillima, invenitur etiam in antiquioribus documentis, etsi permixta aliis formulis ad integrandum ritum hujus sacramenti; ita jam in Codice Rhemensi (saec. 9 vel 11).Sl Ordine 1 (Pontificali Anglicano; circa a. 800), Ordine 2 (Pontificali Prudentii Trecensis; ante a. 850), Ordine 10 (Noviomensi; circa a. 900) et Ordine 17 (Bellovacensi; incerti anni).

Praeterea, ut notabitur infra (p. 519, in nota), probabile est in ipsa Ecclesia Romana solam formam deprecativam vel optativam, etsi aliis verbis expressam, jugiter in usu fuisse inde saltem a tempore S. Gregorii.

Inde a saec. 13, sub influxu liturgiae Romanae, usus istius ritus extenditur. Integraliter, quoad suam essentiam, invenitur in Codice Abbatiae Avellanensis (probabiliter saec. 13), in Ordine 15 (Pontificali Senonensi; a. 1200), in Ordine 22 (Monasterii B. Mariae de Pontelevio; circa a. 1200), in Ordine 26 (Rituali ecclesiae S. Mariae Magdalenae prope Cenomanos; ante a. 1400), in Pontificali Laudunensi (Laon), in Manuali Atrebatensi (Arras; a. 1563). Praeterea, eadem formula "Per istam sanctam Unctionem, etc." in alia Ritualia introducitur partialiter ad unctionem unius vel alterius sensus; ita in Ordine 20 (in unctionibus ad pectus et umbilicum), in Ordine 24 (fere in omnibus unctionibus), in Ordine 25 (in unctione ad renes), in Ordine 28 (fere in omnibus unctionibus), in Pontificali Laudunensi (Laon; in unctione ad renes), in Manuali Ambianensi (Amiens; post unctiones), in Manuali Atrebatensi (Arras; in altero ritu, post unctiones) et in Rituali Ambrosiano (fere integraliter inde a saec. 13).

Ut notavimus supra (p. 513 sq.) quidam Orientales, ut Maronitae (partialiter), Syri. Armeni et Jacobitae Malabarici, adoptarunt ritum latinum.

Ceterum, in Ecclesia latina, secus ac in Orientali, magna usque ad saec. 17 observatur varietas formarum et rituum, ut patet ex sequenti-

40 Ipse *Launoy* (ψ 1679) fatetur: "Nunc dierum, quibus ego scribo, nullam credo esse Ecclesiam, quae indicativa forma utatur. Sic e ritualibus libris evanuit illa forma, quae nongentis abhinc annis plus minus per apertam Ecclesiae Traditionem derivata est" (op. *cit.* [supra in p. 5031 541).

"Hunc aliosque libros liturgicos dabimus infra, p. 520sqq.

bus quinquaginta et ultra ritibus, quos ordinatim colligimus praecipue ex Sacramentariis Menardi, Ordinibus Martène et Ritualibus Launoy.

Sâ*CRAMENTA RIA*.[52]

*LIBER ORDINUM,* liturgiae Mozarabicae, continet "Ordinem ad visitandum vel perunguendum infirmum." Sacerdos facit super caput infirmi signum crucis cum oleo benedicto dicens: "In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti regnantis in saecula saeculorum." Quidam dicunt haec verba esse ipsam formam sacramenti (Convenit cum rudimentali forma quae, ut diximus supra, p. 511, invenitur in Vita S. Eutychii et apud Eligium Noviomensem) eamque antiquissimam inter omnes formas occidentales, nam, juxta Férotin editorem, ille Ordo est antiquior invasionibus barbarorum. Ceterum, ea verba connectuntur cum subsequent! prolixa oratione (supra cit., p. 136), ex qua tantum indolem sacramentalem accipere videntur quaeque hac notabili ac synthetica *jormula optativa* absolvitur: "Fiatque illi haec olei sacra perunctio concita morbi praesentis expulsio et peccatorum omnium exoptata remissio."

*SACRAMENTARIUM GELASIANUM,* in ritu unctionis infirmorum (qui est posterior additio circa finem saec. 8), quatuor habet orationes (citatas in p. 138 sq.), quarum ultima refert indolem proprie dictae formae: "Domine sancte . . . super hunc famulum tuum propitiatus intende, ut omni necessitate corpora [lis] infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinae sanitatis perfecta reparetur."

*SACRAMENTARIUM GREGORIANUM,* in ritu unctionis infirmorum (qui est posterior additio, facta juxta Menardum ante saec. 8, juxta alios ac probabilius saec. 9 vel 10) *tres rejert formas:*'[3]

*Prima* est rudimentalis illa forma, consistens in invocatione Trinitatis, quam invenimus in Libro Ordinum mozarabico et de qua similiter judicandum est: "Multi . . . sacerdotum infirmos perunguent insuper

"Edita a *Menard,* exceptis Libro Ordinum (edito a *Férotin),* Ritualibus Celticis (editis a *Warren)* et Sacramentario Ambrosiano (edito a *Magistretti).*

"Sacramcntarium quod saec. 9 curavit *Grimaldus* Sangallensis abbas (vel, juxta alios, *Alcuinus),* refert tantum orationes super infirmum, sicut Sacramcntarium Gelasianum; praemittit nempe duas orationes quatuor supradictis orationibus gelasianis *(ML* 121. 839sq.; cf. Pamclii monitum et Grimaldi [vel Alcuini] praefationem, *ibid.* 795-798). Inde valde probabile videtur, quod contendit *J. Ch. Trombelli (De Extrema Unctione,* diss. 8, sect. 1, tom. 2 [Bononiae 1787] 362-369), duas formas indicativas, mox referendas, fuisse posterius introductas in Sacramcntarium Gregorianum cx libris liturgicis ecclesiae Gallicanae, ct in ipsa Ecclesia Romana numquam aliam formam, praeter deprecativam, in usu fuisse. Ex quo facile explicatur tum indoles deprecative antiqui Ordinis Romani (infra cit., p. 529), tum communis sensus theologorum mediaevalium qui formam deprecativam assumunt ut propriam Romanae ecclesiae nec ullatenus suspicari videntur aliam antea fuisse indicativam formam in hac ecclesia.

in quinque sensus corporis . . . dicentes: In nomine Pa*ptris, et Fi ‣ p lii, et Spiri ψ tus sancti. Hoc enim faciunt, ut si in quinque sensus mentis et corporis aliqua macula inhaesit, hac medicina Dei sanetur" *(ML 78.* 236).

*Secunda* est celebris *forma indicativa,* quae a rubrica vocatur oratio ("Dum ungitur infirmus, dicat unus ex sacerdotibus hanc Orationem"): "Inungo te de oleo sancto in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ut non lateat in te spiritus immundus, neque in membris, neque in medullis, neque in ulla compagine membrorum, sed in te habitet virtus Christi altissimi, et spiritus sancti, quatenus per hujus operationem mysterii, et per hanc sacrati olei unctionem, atque nostram deprecationem, virtute sanctae Trinitatis medicatus, sive fotus, pristinam et immelioratam recipere merearis sanitatem. Per eundem" *(ibid.* 235).

*Tertia* est forma *indicativo-imperativa* sub rubrica "Oratio ad infirmum ungendum": "Inungo te de oleo sancto, sicut unxit Samuel David in regem et prophetam. Operare, creatura olei, in nomine Patris omnipotentis, ut non lateat illic spiritus immundus, neque in membris illius, neque in medullis, neque in ulla compagine membrorum; sed in te habitet virtus Christi altissimi et Spiritus sancti. Per eundem" *(ibid.* 233).

*CELTICA TRIA RITUALIA* (quae solent adseribi saec. 9; cf. supra, p. 165 sq.) referunt formam *indicativam.* Rituale *Dimma:* "Ungo te de oleo sanctificato in nomine Trinitatis, ut salveris in saecula saeculorum"; rituale *MuUing:* "Unguo te de oleo sanctificationis in nomine Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut salvus eris in nomine sanctae Trinitatis"; rituale *Stoive:* "Ungo te de oleo sanctificato ut salveris in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, in saecula."

*CODEX RHEMENSIS* (probabiliter circa a. 800) hanc formam *indicativam* habet: "Ungo caput tuum oleo sanctificato, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut, more militis uncti, praeparatus ad luctamen, possis aerias superare catervas." Haec forma subinde communissima evasit; extat in Codice Ratoldi, in Codice Tiliano, in liturgia Ambrosiana, et in variis Ordinibus (infra cit.). Forma *indicativa* iteratur subinde ad unctionem uniuscujusque partis corporis, mutata mentione partis et correspondentis effectus (cf. supra, p. 167 sq.). Sequitur sub rubrica "Conclusio unctionum" formula *optativa,* quae subinde valde communis facta est: "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec unctio olei sanctificati ad purificationem mentis et corporis, et ad munimen et defensionem contra jacula immundorum spirituum. Arnen." Postea, sub rubrica "Hinc se-

quitur unctio alia," ponitur forma *optativa* similis formae latinae nunc in usu (deest tamen in quibusdam manuscriptis): "Per istam unctionem Dei, et per ministerium nostrum, et Dei benedictionem, mundentur et sanctificentur ab omni sorde et contagione peccati caput tuum et sensus tui, visus, auditus, odoratus, gustus et tactus, ut quidquid in humeris, vel in manibus aut pedibus, sive toto corpore, cogitatione, locutione et opere peccasti, misericordia salvatoris nostri expietur. Tandem, pro casu urgenti ponitur haec forma *indicativa* abbreviata (quam tamen praecedit brevis oratio): "Ungo te de oleo sanctificato, ut salveris aeternaliter in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen" (*ML* 78. 539; cf. notam Menardi, *ibid.* 540, n. 17).

*CODEX RATOLDI* (saec. 10; cf. supra, p. 169) habet formam *indicativam, undecies repetitam,* octies ad singulas partes corporis inunctas (mutata mentione partis et spiritualis effectus), ter vero cum generali referentia ad infirmum ("Ungo te"). Prima, ad oculos, sic se habet: "Ungo oculos tuos de oleo sanctificato, ut quidquid illicito visu deliquisti hujus olei unctione expietur. Per Dominum nostrum Jesum Christum." Nona forma est fere eadem ac in Codice Rhemensi, Codice Tiliano et liturgia Ambrosiana (Ungo te ut more militis . . .). Decima est eadem ac secunda forma Gregoriana. Undecima sonat ut tertia forma Gregoriana, addito tamen verbo deprecative "Invocata Creatoris majestate": Ungo te de oleo sancto, invocata magna Creatoris majestate, qui jussit Samuelem prophetam ungere David regem, operare creatura." Ceterum, post undecim formas indicativas, sequitur immediate *forma optativa* (sicut in Codice Rhemensi) quae veluti omnes praecedentes in se colligit: "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, sit tibi haec unctio olei sanctificati ad purificationem mentis et corporis, et ad munimen et defensionem contra jacula immundorum spirituum. Amen" (*ML* 78. 525).

*CODEX TILIANUS* (saec. 9 vel 11) *tredecim refert formas indicativas;* decem priores sunt particulares ad varia corporis membra (prima ad caput, est omnino eadem ac in Codice Rhemensi); undecima est generalis, ac dicitur adhibenda "ubi plus [dolor] imminet" atque fere coincidit cum secunda forma Gregoriana (eam citavimus supra, p. 170); duodecima fit ad omnes compagines membrorum estque tertia forma Gregoriana indicativo-imperativa; decimatertia est prorsus generalis (eam citavimus ibidem). Notetur quod in undecima et duodecima adduntur verba explicantia *scopum deprecativum* illarum ("Ungo te oleo sancto, obsecrans misericordiam Domini," "Ungo te de oleo sancto, invocata magni Creatoris Majestate").

*AMBROSIANUM SACRAMENTARIUM* saec. 13, recenter a.

1897 editum a Magistretti ex Codice H. 62, olim ecclesiae S. Laurentioli Mediolani (cf. in p. 166 sq.), hanc continet formam, quae *incipit indicative, procedit imperative, absolvitur optative:* "Primum ungue eum in pectore, postea manus, deinde pedes, de oleo benedicto haec verba dicendo: 'Ungeo te oleo sanctificato, ut more militis unctus et praeparatus ad luctam aerias possis superare catervas. Operare creatura olei: 4* In nomine Patris omnipotentis, 4« et Filii 4* et Spiritus Sancti: ut non lateat hic spiritus immundus, nec in membris, nec in medullis, nec in ulla compagine membrorum huius hominis (foeminae); sed operetur in eo virtus Christi Filii Altissimi, qui cum aeterno Deo Patre vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti per omnia saecula saeculorum. Arnen.' Quando tu unxisti in pectore, dic: 'Quidquid peccasti per cogitationem cordis, parcat tibi Deus'. Deinde quando unxisti in manibus, dic: "Quidquid peccasti per operationem manuum tuarum, parcat tibi Deus'. Tertio quando unxisti in pedibus, dic: 'Quidquid peccasti per ingressum pedum, parcat tibi Deus'."

Prima pars ("Ungeo te oleo ut more militis") est formula Codicis Rhemensis; secunda pars ("Operare, creatura olei") est tertia formula Gregoriana; tertia pars ("Quidquid peccasti per cogitationem etc. parcat tibi Deus") convenit cum *hodierna forma latina,* descendente ex Ordine Romano de quo infra (p. 529).

Haec forma apprime convenit cum formula relata in *Sacramentario juxta morem Mediolanensis ecclesiae* ("Ordo Extremae Unctionis"), excuso a. 1550 et Mediolani asservato in Ambrosiana Bibliotheca. Eam refert *Gaudé* in suis notis ad Theologiam Moralem S. Alphonsi [Romae 1909] **III** 724 sq. *Rituale* vero *Ambrosianum,* editum a. 1645 fert ipsam formam optativam in usu in Rituali Romano (cf. infra, Ordinem 29, in p. 529), nam inde ab editione hujus Ritualis a. 1614, omnes ecclesiae latinae formulam Romanam adoptarunt.

*ORDInes:*[54]

*Ordo 1* (Pontificale Anglicanum, circa annum 800) habet *undecim formas indicativos.* Prima est generalis ("Ungueo te oleo") ac similis secundae formae Gregorianae; novem sequentes sunt particulares ad singulas partes inunctas ac significant unctionem partis et congruentem effectum ("Unguo oculos tuos de oleo sanctificato, ut quidquid inlicito visu deliquisti hujus olei unctione expietur"); ultima est generalis ac repetit initium formae Ambrosianae: "Ungo te oleo sanctifi-

**A *Marlène* editi. Sunt 30; ultimus tamen est Euchologium Graecorum de quo diximus supra, p. 511; Ordo 18 (Constantinopolitanus) et Ordo 20 (Syriacus), etsi proveniant ex Oriente, videntur referre solam praxim latinam. Omnes hi Ordines a Martine referuntur ad annos inter 800 (Ordo 1) et 1645 (Ordo 29); formula "Pater sancte" quae invenitur in Ordine 30, seu Euchologio Graecorum, ascendit saltem ad saec. 9, et probabiliter ad ipsam Patrum aetatem, ut dictum est supra, p. 515.

cato, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut more militis uncti praeparatus ad luctam possis aereas superare catervas. Per." Post has formas sequitur 'Oratio post unctionem" in qua habentur, sicut in Gregoriana et Ambrosiana, *verba imperativa* 'Operare creatura olei." Postea, inter alias, sequitur oratio quae est satis similis *formae optativae latinae* nunc in usu: "Per istam unctionem, et per ministerium nostrum Deique benedictionem, mundentur et sanctificentur ab omni sorde et contagione peccata caput, et sensus tui, visus, auditus, odoratus, gustus et tactus. . ."

*Ordo 2* (Pontificale Prudentii Trecensis, ante annum 850), immediate ante unctionem habet *formam optativam similem Romanae:* "Per istam unctionem et Dei benedictionem mundentur ab omni sorde peccati, et sanctificentur manus, et os, cor quoque, tactus, odoratus, sensus, visus, auditus et gustus, totum corpus et anima tua, ut idoneus efficiaris ad invocandum in nomine ejusdem Dei nostri. . ." Ad ipsam unctionem, refert has generales formas, alteram *optativam* et alteram *indicativam:* "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec perunctio olei sanctificationis ad purificationem mentis et corporis." "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ungo te oleo sancto in remissionem tuorum omnium peccatorum in vitam aeternam. Anien." Sequuntur *sex formae indicativae* particulares ad unamquamque partem inunctam, de more exprimentes tum partem inunctam tum effectum consequentem (Ungo oculos, vel aures, vel nares, etc., ut consequaris talem vel talem effectum).

*Ordo 3* (Sacramentarium S. Gatiani Turonensis, ante a. 900), effert *formam indicativam* (in qua tamen explicite *indicatur voluntas deprecandi:* "Obsecrans"); est ipsa undecima forma Codicis Tiliani, et sic sonat: "Ungo te de oleo sancto: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, obsecrans misericordiam ipsius unius Dei ac Domini nostri, ut fugatis omnibus doloribus vel incommoditatibus corporis tui, recuperetur in te virtus et salus: quatenus per hujus operationem mysterii, et per hanc sacrati olei unctionem atque nostram deprecationem, virtute sanctae Trinitatis medicatus sive fotus, pristinam et immelioratam recipere merearis sanitatem. Per." Sequitur communis illa forma *optativa* sicut in Ordine praecedenti: "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec perunctio olei sanctificati ad purificationem mentis et sanitatem corporis. Arnen."

*Ordo 4* (Turonensis, ante a. 900) habet omnino eandem formam indicativam ("Ungo te . . . obsecrans misericordiam Dei ut . . .") ac praecedens Ordo, ejusdem aetatis et loci.

*Ordo 5* (Turonensis, ante a. 900) eandem refert formam.

*Ordo 6* (Liber Sacramentorum S. Gregorii Papae, qui fuit olim monasterii S. Germani a Pratis) habet formam *pure deprecativam:* "Ungues eum oleo sancto, et dices: Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi in virtute Spiritus sancti, unus in Trinitate Deus, miserere huic famulo tuo, et tribue ei remissionem omnium peccatorum, et recuperationem ab imminenti aegritudine per hanc sanctam unctionem, et nostram supplicem deprecationem. Qui vivis."

*Ordo 7* (Liber Sacramentorum, qui fuit olim monasterii S. Dionysii in Gallia), habet consuetam formam *indicativam* Ambrosianam: "Ungo te oleo sanctificato in nomine Domini, ut more militis uncti praeparatus ad luctam, possis aëreas superare catervas. Per."

*Ordo 8* (Rhemensis, circa a. 900) refert communem formam *optativam* prolatam ad omnes sensus: "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec perunctio olei sanctificationis ad purificationem mentis et corporis in vitam aeternam. Arnen."

*Ordo 9* (Liber Sacramentorum monasterii Moisacensis, circa a. 900) habet *duodecim jormas deprecativas* (una tamen sonat *optative,* ut in Ordine praecedenti), quarum tres priores sunt generales, ceterae vero respiciunt singulas partes corporis inunctas.

*Ordo 10* (Noviomensis, circa a. 900), post unam formulam *deprecativam,* refert hanc *optativam,* qualis est in hodierno usu latino: "Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti per visum. . . Per gustum, per odoratum, per tactum, per incessum, per ardorem libidinis." Sequitur forma optativa simul ("Sit tibi haec unctio") et *imperativa* ("Operare creatura olei"), in qua coniunguntur communis formula Ordinis 8 et tertia forma Gregoriana indicativo-imperativa: "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec unctio sanctificati olei ad purificationem mentis et corporis, et omnium absolutionem culparum, ad munimen et defensionem contra jacula immundorum spirituum. Operare creatura olei in nomine Dei Patris omnipotentis, ut non lateat hic spiritus immundus, neque in membris, neque in medullis, neque in ulla compage membrorum; sed habitet virtus Christi altissimi et Spiritus sancti. Per eundem." Sequuntur *undecim consuetae jormae indicativae* particulares, ad varias partes corporis inunctas (Ungo oculos, vel aures, vel nares, etc., ut . . .). Post unctionem ad oculos, interponitur etiam forma indicativa Gregoriana secunda, addita *expressione deprecativa* ("Ungo te, obsecrans misericordiam Domini").

*Ordo 11* (Ex vetere Codice bibliothecae regiae, circa a. 1000) habet *duos ordines unctionis.* In priori refert duas consuetas formas

*indicativam* et *optativam,* relatas in Ordinibus 7 et 8; deinde habet tertiam formam Gregorianam, *indicativo-imperativam;* subinde addit sex ex consuetis formis *indicativis* ad singulas partes inunctas (Ungo oculos . . . ut . . .). Alter ordo constat duplici forma; una est secunda forma Gregoriana indicativa, sed cum *deprecativa explicatione* ("Ungo te de oleo sancto . . . , obsecrans misericordiam ipsius Dei . . ."), altera est consueta forma *optativa* ("Sit tibi haec perunctio ... ad purificationem mentis . . .").

*Ordo 12* (Pontificale Salisburgense, a. 1100) praemittit formulam *deprecativam* seu puram orationem, sicut Ordo 10, dein addit quindecim formas ad singulas partes inunctas, inter quas tredecim sunt particulares et *indicativae* (Ungo oculos ut . . .), una est generalis et *optativa* (Sit tibi haec unctio) et una generalis et *indicativa* (Inungo te ut . . .). Prima formula ad unctionem capitis est consueta formula Ambrosiana, ut in Ordine 7, addita tamen mentione capitis (Ungo caput ... ut more militis . . .).

Non constat an ultima forma generalis indicativa consideranda sit ut unica forma, quae possit ad libitum adhiberi in casu necessitatis, vel ut forma quae debeat comitari aliquam unctionem quae forte superaddatur, ut in umbilico; ponitur enim sub rubrica "Item alia unctio"; sic sonat: "Inunguo te, In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, oleo sancto atque sacrato; ut virtute Spiritus sancti, tribuat tibi haec sacra unctio sanitatem animae et corporis in remissionem omnium peccatorum et vitam aeternam."

*Ordo 13* (Pontificale Suessionense ante a. 1100). Praemittitur consueta forma *optativa* (Sit tibi haec unctio) quae hic est ad caput; sequuntur novem ex consuetis formis *indicativis* particularibus ad varias partes; attamen sive priori formae optativae quae est ad caput, sive formae indicativae ad pedes, adjunguntur verba *imperativa:* Accipe sanitatem (cf. Manuale Suessionense, infra cit. in p. 530). Primus locus sic se habet: "Unguatur infirmus primo ad aurem dextram et ad frontem et ad sinistram [Agitur de unctione capitis, facta in fronte a dextra ad sinistram aurem, nam post hanc unctionem subinde sequitur separata unctio ad aures], dicens: 'In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec perunctio olei sanctificationis ad purificationem mentis et corporis in vitam aeternam. Amen. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, accipe sanitatem', ter. . . Deinde ad pedes. 'In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, *accipe sanitatem animae et corporis.* In nomine Domini nostri Jesu Christi, surge et ambula. In nomine Domini ungo hos pedes de oleo benedicto, ut quidquid superfluo incessu commiserunt, ista aboleat unctio. Per Christum."

Solet etiam in medium proferri similis forma *imperativa ex Pontificali Narbonensi* ejusdem aetatis ac regionis (saec. 11), quam sic referi *Kem:* "Immediate ante unctionem fit deprecatio, quae in nostro Ordine ritualis romani constituit orationem primam post unctionem paucis verbis mutatis: 'Domine Deus, qui per apostolum tuum locutus es dicens: *Infirmatur quis* [ponitur totus textus sacer], cura, quaesumus, Redemptor noster, gratia Spiritus Sancti languores istius infirmi, et ejus sana vulnera, ac dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis et corporis ab eo expelle, et plenam ei interius exteriusque sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiae tuae restitutus et sanatus ad pristina pietatis tuae reparetur officia. Per te, Salvator mundi, qui vivis.' Sequitur rubrica: 'Hic incipiat eum ungere sacerdos ... ita dicens: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, regnantis in saecula saeculorum. *Accipe sanitatem corporis ct remissionem omnium peccatorum tuorum'* "[55]

*Ordo 14* (Missale Romaricense, ante annum 1100). Ponuntur novem consuetae formae *indicativae* particulares ad varias partes; prima, quae est ad caput, est forma Ambrosiana, ut in Ordine 12.

*Ordo 15* (Pontificale Senonense, anno 1200). Refertur tantum brevis forma optativa similis ei quae nunc est in usu: "Per istam sacri olei unctionem et Dei benedictionem, remittat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum". Rubrica addit: "Similiter per omnes sensus".

*Ordo 16* (Pontificale Cameracense, circa annum 1200). Praemittitur secunda forma Gregoriana, *indicativa;* sequuntur decem ex consuetis formis indicativis particularibus.

*Ordo 17* (Bellovacensis). Praecedit forma *optativo-imperativa* ut in Ordine 10 ("Sit tibi haec unctio. . . Operare creatura olei"); sequuntur decem ex consuetis formis *indicativis* particularibus; additur in fine diffusa forma generalis *optativa,* cujus principium sonat ut forma latina nunc in usu: "Per istam unctionem et Dei benedictionem mundentur ab omni sorde peccati, et sanctificentur manus, et os, cor quoque, tactus, odoratus, visus, auditus, et gustus, totum corpus et anima tua, ut idoneus efficiaris ad invocandum in nomine ejusdem Dei nostri. . ."

*Ordo 18* (Pontificale Constantinopolitanum,[30] asservatum in domo Fratrum Praedicatorum Parisiis, circa annum 1200). Referuntur octo ex consuetis formis *indicativis* particularibus, sed post unam-

[55] *Op. cit.* (supra in p. 499) 162. Cf. *Benedictum XIV* cit. in p. 497 sq.

[30] Ex hac tamen origine non sequitur istud Pontificale fuisse in usu pro fidelibus ipsius ritus orientalis.

quamque additur quaedam benedictio vel forma *optativa* sub titulo "Oratio"; in fine additur haec duplex generalis forma *imperativa et optativa:* "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, *accipe sanitatem mentis et corporis.* Amen. Haec tibi unctio per istud signum sanctae et vivificae crucis et per oleum sanctificatum et per donum Sancti Spiritus, fiat ad sanitatem et sempiternam salutem. Amen."

*Ordo 19* (Ex codice Victorino, circa annum 1200). Rubrica praemittit: "Perungant singuli sacerdotes infirmum . . . ut maculae quae per quinque sensus mentis et corporis fragilitate carnali [ipse contraxit] . . . hac medicina spirituali, et Domini misericordia pellantur." Sequitur: "Ante unctionem oratio [Invocantur spirituales effectus unctionis]. . . Alia [i.e. ante unctionem oratio]. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, *accipe sanitatem.* Amen. [Haec igitur *forma imperativa ponitur sub titulo orationis* et quidem ante unctionem]. Item ante unctionem. Inunguo te [Prosequitur secunda forma Gregoriana, *indicativa]."* Sequuntur duodecim ex consuetis particularibus formis *indicativis* (septima tamen est *optativa)* ; prima, ad caput, est consueta formula Ambrosiana sicut in Ordine 12; octava (Ad collum) est duodecima forma Codicis Tiliani cum verbis *imperativis* ("Operare creatura olei") et cum appositione ("Invocata magni Creatoris majestate") significante *deprecativam* indolem formae; decima (Ubi maximus dolor urget) est undecima forma *indicativa* ejusdem Codicis Tiliani cum simili appositione ("Obsecrans misericordiam Dei").

*Ordo 20* (Pontificale ecclesiae Apamiensis in Syria57). Referuntur sex ex consuetis formis *indicativis* particularibus; adduntur duae unctiones ad pectus et umbilicum cum forma *optativa* latina.

*Ordo 21* (Floriacensis, circa a. 1200). Praecedit forma *optativo-imperativa,* sicut in Ordinibus 10 et 17 (Sit tibi haec unctio. . . Operare creatura olei); sequuntur undecim ex consuetis formis *indicativis* particularibus, sed ad calcem uniuscuiusque repetitur forma *imperativa* 'Operare creatura olei"; secunda forma "ad cerebrum" est secunda forma indicativa Gregoriana, additis verbis "Obsecrans misericordiam Domini".

*Ordo 22* (Rituale monasterii B. Mariae de Pontelevio, circa a. 1200). Refertur sola forma *optativa* latina nunc in usu: "Per istam sanctam unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti." Repetitur forma "Ad aures" quae sic terminat: "Quidquid per auditum peccasti"; dein rubrica habet: "Ad labia, etc."

""Ex qua origine non sequitur illud Pontificale fuisse in usu apud ipsos fideles ritus orientalis.

*Ordo 23* (Ex Codice Domini Desmarais, ante a. 1300). Praecedit forma *optativo-imperativa,* ut in Ordine 21 in unctione ad supercilia; sequuntur undecim ex consuetis formis *indicativis* particularibus; apponitur decimatertia oratio *optativo-dcprecativa.*

*Ordo 24* (Pontificale Ambianense). Habentur novem formae particulares ad singulos sensus vel partes inunctas; tantummodo prima (ad scapulas) est *indicativo* ("Ungo te [scapulae non nominatur] oleo sacro, ut per hanc unctionem accipias plenam peccatorum remissionem. Arnen."); ceterae sunt *optativae* ac sonant omnino ut hodierna forma latina; secunda est: "Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum. Amen" (in ceteris mutatur sola mentio sensus seu partis inunctae).

*Ordo 25* (Ex ms. codice bibliothecae regiae, circa a. 1400). Referuntur duodecim formae particulares ad singulas partes inunctas; decem sunt *indicativae,* ut de more (Ungo oculos, vel aures, vel nares, etc., ut . . .) ; sexta, quae est ad collum, est consueta formula Ambrosiana, sicut in Ordine 7; duodecima est secunda forma Gregoriana, *indicativo;* una (ad guttur) est consueta forma *optativa,* sicut in Ordine 8; una (ad renes) est forma *optativa* eadem ac in hodierna forma latina ("Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid peccasti per ardorem libidinis. Per.").

*Ordo 26* (Rituale ecclesiae S. Mariae Magdalenae prope Cenomanos, antea. 1400). Referuntur septem formae particulares *optativae,*eaedem ac in hodierna forma latina (ultima tamen dicitur non ad renes sed ad umbilicum). Sequitur generalis ac consueta forma optativa (Sit tibi haec unctio) sub curiosa rubrica "Reiteretur tota unctio". En integer textus:

"*Postea ungat dicendo.* Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti. *Ad oculos.* Per visum. Amen. *Ad aiires.* Per auditum. Amen. *Ad nares.* Per odoratum. Amen. *Ad labia.* Per gustum. Amen. *Ad manus.* Per tactum. Amen. *Ad pedes.* Per gressum. Amen. *Ad umbilicum.* Per ardorem libidinis. *Reiteretur tota unctio. Deinde communicetur si necesse juerit.* In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec olei unctio ad purificationem mentis et corporis, et ad munimen et defensionem contra jacula immundorum spirituum. Per. Corpus Domini nostri Jesu Christi prosit tibi ad salutem corporis et animae in vitam aeternam. Amen."

*Ordo 27* (Rituale Catalaunense, circa a. 1500). Referuntur octo ex consuetis formis particularibus *indicativis* (Ungo caput, vel oculos, vel aures, etc., ut . . .). Post unctiones dicuntur variae orationes, quarum prima est consueta formula *optativa* (Sit tibi haec unctio).

*Ordo 28* (Rituale Leodiense, editum a. 1553). Praecedit supradicta consueta forma *optativa* (Sit tibi haec unctio) quae habetur ad finem duorum Ordinum praecedentium. Subinde, sub rubrica "Post haec . . . profert formam verborum," sequuntur septem unctiones particulares sicut in hodierno ritu latino (pro unctione tamen renum fit unctio ad pectus) et cum eadem forma *optativa* latina (excepta forma "ad pectus" quae est *indicativo),* quam tamen ad singulas unctiones praecedit exclamatio *imperativa "Accipe sanitatem."* In fine repetitur eadem forma optativa, recitata ad initium. En forma unctionis "ad aures" quae eadem est (mutata mentione partis) quoad alios sensus (excepto pectore): "Pax tecum. Et cum spiritu tuo. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Accipe sanitatem. Amen. Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per auditum. Amen."

*Ordo 29* (Rituale Ambrosianum editum a. 1645) est conformis Rituali Romano. Post rubricam "Parochus . . . ungit . . . septem corporis infirmi partes, oculos, aures, nares, os, manus, pedes, ac renes. Dumque ungit, verborum formam ... in singulis partibus profert," sequuntur septem formae *optativae,* ut in Rituali Romano. De ritu Ambrosiano, confer dicta superius (p. 521 sq.).

*Ordo 30* est Euchologium Graecorum, cum forma deprecativa "Pater sancte" quam integre ex Goario supra retulimus (p. 511 sq.).

*Ordo Romanus* (Ordo 10, inter 15 Ordines Romanos editos a *Mabillon)* citatus in art. 1 (p. 171), antiquior saec. 13, et probabiliter, juxta Mabillon, exaratus saec. 11, refert ritum simillimum hodierno ritui latino, cum unctione quinque sensuum et quintuplici *forma optativa:* "Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid oculorum [vel aurium, vel narium, vel oris, vel tactus] vitio deliquisti." Eadem forma invenitur in antiquo Codice liturgico *Abbatiae Avcllancnsis,* probabiliter saec. 13 (Refertur in *ML* 151. 919 sq.).

*QUAEDAM RECENTIORA RITUALIA VARIARUM ECCLESIARUM.*[63]

*Pontificale Laudunense* (Laon) refert easdem prorsus formas *optativas* ad singulos sensus quae habentur in supradicto Ordine Romano seu in hodierna forma latina.

*Pontificale Viennense* (Vienne; circa a. 1500) refert consuetas formas *indicativos* ad singulos sensus, sed in unctione ad collum addit

[62] Relata a Launoy, *op. cit.* (supra, in p. 503) 464-533.
[63] *Ibid.* 501.

verba *imperativa* ("Accipe sanitatem"): "Ungo hoc collum tuum de oleo sancto, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti: accipe sanitatem in nomine Domini. Arnen."[00]

*Manuale Lugdunense* (Lyon; a. 1548). Particulares formae ad sensus sunt *indicativae,* exceptis duabus (Ad guttur et ad renes) *optativis,* quarum altera sonat ut hodierna forma latina.[01]

*Manuale Suessionense* (Soissons; a. 1530). Refert formas particulares *indicativas* (excepta prima quae est *optativa),* sed ad unctiones auris dextrae et pedum addit verba *imperativa* ("Accipe sanitatem"): *"Ad aurem dextram, fac crucem, dicens:* In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sit tibi haec perunctio. . . [Consueta forma optativa] In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, accipe [Supple: sanitatem[02]] in nomine Domini. Arnen. . . *Ad pedes.* In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, accipe sanitatem, ... in nomine Domini nostri Jesu Christi surge et ambula. In nomine Domini ungo hos pedes de oleo benedicto. . ."[03]

*Manuale Ambianense* (Amiens; a. 1541) habet consuetas formas particulares *indicativas;* subinde ("Post unctionem. Oremus") conjungit in unicam orationem formam hodiernam latinam ("Per istam unctionem . . .") et consuetam formulam *optativam* ("Sit tibi haec unctio . .

*Manuale Atrebatense* (Arras; a. 1563) *duos refert ritus.* Primus est brevior et pro casu urgenti, si instet periculum mortis, atque omnino concordat cum hodierno ritu latino; praecedit tamen forma *optativa* consueta (Sit tibi haec unctio) quae differt ab oratione praevia in hodierno Rituali. Alter est pro casibus communibus et consistit in formis *indicativis* ad sensus, quas tamen praecedit consueta forma *optativa* (Sit tibi haec unctio) et sequitur forma hodierna optativa sic magnifice extensa: "Per istam sacratissimam unctionem, et suam piissimam misericordiam et benedictionem, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per visum, per auditum, per odoratum, per gustum, per tactum, per gressum pedum, et absolvat te ab omnibus peccatis tuis confessis, contritis, et negligenter oblitis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Arnen."[05]

*Manuale Venetense* (Vannes; a. 1596), post consuetas formas *in-*

[*0] *Ibid.* 503.

['*] *Ibid.* 507 sq.

[1] Cf apud *Menardum* qui pariter hunc ritum refert in suis *Notis in Sacramentarium Gregorianum, ML* 78. 541sq. Ceterum hoc Manuale concordat cum antiquo Pontificali Suessionensi (Ordine 13) supra cit., in p. 525.

["] Launoy, *op. cit.* 513.

[M] *Ibid.* 516.

[K] *Ibid.* 517.

*dicativas* ad sensus, refert formam *optativam* compositam, ut in Manuali Ambianensi.[00]

*Manuale Tullense* (Toul; a. 1529) refert consuetas formas *indicativas* particulares (excepta ultima quae est *deprccativa),* quas sequuntur variae orationes resumentes sensum communium formularum optativarum.[07]

*Manuale Virdunense* (Verdun; a. 1554) refert prius formam *optativam* generalem (Sit tibi haec unctio), dein novem formas *indicativas* ad singulos sensus.[08]

*Manuale Metense* (Metz; a. 1542) refert tantum formas *indicativas* ad sensus.[00]

*Manuale Anicense* (Le-Puis-en Velay; a. 1527) refert consuetas formas *indicativas,* sed una (Ad guttur) est *optativa* (Sit tibi haec unctio).[70]

*Sacerdotale Romanum,* praeter hodiernas formas optativas in usu ecclesiae romanae, refert novem formas indicativas ad novem corporis partes, in usu apud Patriarchatum Venetiarum. Sex ex istis formis peculiarem formulationem assumunt (sic fere: "Ungo oculos, vel aures, vel nares, vel labia, vel manus, vel pedes, ut quidquid per hos sensus deliquisti per hanc unctionem auferatur"), quae quidem a theologis vocari consuevit *jorma Veneta* ut distingueretur a forma Ambrosiana ("Ungo te de oleo sanctificato, ut more militis superes aereas potestates") et a forma Romana ("Per istam unctionem indulgeat tibi Deus").

Integer hic ritus sic se habet: "Ordo ungendi infirmum secundum usum Patriarchatus Venetiarum. . . *Sacerdos intingens pollicem in oleo sancto infirmorum, ungat caput infirmi in modum crucis dicens:* Ungo caput tuum oleo sanctificato. In nomine Pa ψ tris, et Fi ψ lii, et Spiritus Hh Sancti: ut more militis uncti, praeparatus ad luctamen, possis aereas superare catervas. Per Christum. R. Arnen. . . *Ad oculos:* Ungo oculos tuos oleo sanctificato. In nomine etc.: ut quicquid de illicito visu deliquisti, hujus olei unctione expietur. Per Christum Dominum nostrum, qui tecum vivit, etc. R. Arnen. — *Ad aures:* Ungo has aures sacrati olei liquore. In nomine, etc.: ut quicquid delectatione nocivi auditus admissum est, medicina spirituali evacuetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Arnen. — *Ad nares:* Ungo has nares oleo sacrato, in nomine etc.: ut quicquid noxio vapore contractum est ab odore superfluo, ista emendet unctio vel

"*Ibid.* 519.
"*Ibid.* 521.
"*Ibid.* 524.
10 *Ibid.* 526.
'·° *Ibid.* 529.

medicatio. Per Christum Dominum nostrum. R. Arnen. — *Ad labia:* Ungo labia ista consecrati olei medicamento. In nomine, etc.: ut quicquid gustu superfluo et inordinato, vel otiosa vel criminosa peccasti locutione, divina clementia miserante, hac unctione expurgetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Arnen. — *Ad pectus:* Ungo pectus tuum oleo sancto: ut hac unctione protectus fortiter stare valeas adversus aereas catervas. In nomine, etc.: sit haec unctio olei sanctificat! ad purificationem mentis et corporis. Per Christum Dominum nostrum. Qui tecum. R. Arnen. — *Ad scapulas:* Ungo has scapulas, sive in medio scapularum oleo sacro. In nomine, etc.: ut ex omni parte spirituali protectione munitus, valeas diabolicos impetus viriliter contemnere, ac procul possis eos robore superni juvaminis repellere. Per Christum Dominum nostrum. Qui tecum vivit et regnat. R. Arnen. — *Ad manus:* Ungo has manus oleo sanctificato. In nomine, etc.: ut quicquid illicito vel noxio tactu vel opere peregerunt, per hanc unctionem evacuetur. Per Christum Dominum nostrum. Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Arnen. — *Ad pedes:* Ungo hos pedes oleo benedicto. In nomine, etc.: ut quicquid superfluo vel nocivo incessu commiserunt, ista aboleat unctio vel medicatio. Per Christum Dominum nostrum. R. Arnen."[71]

Subinde, inter benedictiones post unctionem, habetur etiam formula *imperativa:* "In nomine Patris, et Filii, et Spritus sancti, accipe sanitatem mentis et corporis. R. Arnen."[72]

*CONSPECTUS,* in quo breviter et quoad essentiam classificantur omnes praedictae formae sub quibusdam nominibus, partim conventionalibus partim fundatis in ipsa re vel usu theologorum:[73]

1. *Forma invocativa.*[7'] *Mozarabica* (In nomine Patris et Filii et Spiritus S.).
   *Sola.* Liber Ordinum (?). Sacramentarium Gregorianum.
   *Mixta* (cum aliis formis). Communissime in ritualibus latinis.
2. *Forma deprecativa* (directa oratio: Domine, sana hunc famulum).
   *Graeca* ("Pater sancte," sana servum tuum et vivifica illum).
   *Sola.* Euchologium Graecum. Ritualia orientalia communissime.
   *Mixta.* Symeon Thessalonicensis et quidem alii schismatici (?). Hodierni Maronitae (mixta cum forma Romana).
   *Latina* (variae expressionis).

[71] *Sacerdotale ad consuetudinem S Romanae Ecclesiae aliarumque ecclesiarum ex Apostolicae bibliothecae ac Sanctorum Patrum jurium sanctionibus, etc. . . . collectum* (Venctiis 1579) fol. HOsq. Launoy, *op. cit.* (supra, in p. 503) 532, hunc textum citat, sub forma tamen abbreviata, ex editione Veneta a. 1555.

[72] Launoy, *ibid.* 533.

[73] Theologi consueverunt vocare: *Ambrosianant,* formam: "Ungo te ut more militis superes aereas potestates," quae tamen jam invenitur in Codice Rhemensi; *Venetam,* formam: "Ungo te ut quidquid deliquisti, hac unctione sanetur," quae similiter jam invenitur in Codice Rhemensi; *Romanam,* formam: "Per istam unctionem indulgeat vel parcat tibi Deus," quae pariter quoad essentiam extat in eodem Codice.

[7'] Haec dici nequit vera forma, sed mera invocatio Trinitatis, quae communissime invenitur tanquam initium vel pars formae, juxta commendationem Apostoli: "Ungentes in nomine Domini."

*Sola.* Liber Ordinum (?). Sacramentarium Gelasianum et probabiliter antiquius Sacramentarium Gregorianum. Ordo 6. Accenseri potest Ordo 9 (nam inter 12 formas quas refert una tantum est optativa).

*Mixta.* Communissima.

3. *Forma optativa* (indirecta oratio, aequivalens deprecatio).

*Rhemensis* (Sit tibi haec unctio ad purificationem mentis et corporis).[75]

*Sola.* Ordo S.

*Mixta.* Codex Rhemensis. Codex Ratoldi, Codex Tilianus. Ordines 2, 3, 9, 10, 11, 12, 13, 17, 18, 21, 23, 25, 26, 28. Manuale Anicense.

*Romana* (Per istam unctionem indulgeat, vel parcat, tibi Dominus).

*Sola.* Ordines 15 et 22 (Accenseri possunt Ordines 24, in quo tamen una forma est optativa Rhemensis, et praecipue 26). Ordo Romanus. Codex Avellanensis. Pontificale Laudunense. Manuale Atrebatense. Sacerdotale Romanum (ritus Romanus). Rituale Romanum Pauli V. Quidam orientales, ut Syri, Armeni et Jacobitae malabarici.

*Mixta.* Codex Rhemensis, Rituale Ambrosianum Ordines 1, 2, 10, 17, 20, 28. Manuale Lugdunense. Manuale Venetense. Modemi Maronitae.

4. *Forma indicative*

*Celtica* (Ungo te ut salveris in nomine Patris et Filii et Spiritus S.).

*Sola.* Tria Ritualia Celtica.

*Mixta.* Raro, nam supplantata est ab evolutioribus formis Gregoriana et Veneta.

*Gregoriana* (Ungo te in nomine P. et F. et Sp. S., ut non lateat in te spiritus immundus et per olei unctionem accipias sanitatem).

*Sola.* Ordines 4 et 5, quibus accenseri potest Ordo 12, in quo inter tredecim formas una est partialiter optativa.

*Mixta.* Sacramentarium Gregorianum. Codex Tilianus. Ordines 1, 3, 10, 16, 19, 21, 25, 28.

*Ambrosiana* (sic dicta a Scholasticis) (Ungo te, vel caput tuum, ut more militis superes aëreas potestates).

*Sola.* Ordo 7.

*Mixta.* Codex Rhemensis. Codex Ratoldi. Codex Tilianus, Rituale Ambrosianum, Ordines 1, 11, 12, 14, 19, 25, 27, Sacerdotale Romanum (ritus Venetus).

*Veneta* (sic dicta a theologis post saec. 16) (Ungo te [vel oculos tuos, vel aures, etc.] ut quidquid deliquisti [vel per oculos, aures, etc., deliquisti] hac unctione sanetur).

*Sola.* Ordo 27.

*Mixta.* Codex Rhemensis. Codex Ratoldi. Codex Tilianus. Ordines 1. 2, 10. 11, 12, 13, 14, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 23, 24, 25. Manualia Lugdunense, Suessionense, Atrebatense, Venetense, Tullense. Virdunense, Anicense, Sacerdotale Romanum (ritus Venetus).

5. *Forma imperativa*

*Gregoriana* (Operare, creatura olei, in nomine P. et F. et Sp. S., ut non lateat in hoc corpore spiritus immundus sed operetur, vel habitet, spiritus Christi).

*Sola.* Nunquam.

*Mixta.* Sacramentarium Gregorianum. Codex Ratoldi. Codex Tilianus. Rituale Ambrosianum. Ordines 1, 10, 11, 13, 17, 19, 21, 23.

*Suessionensis vel Narbonensis* (Accipe sanitatem in nomine Domini)

*Sola.* Pontificale Narbonense.

*Mixta.* Ordines 13, 18, 19, 28. Pontificale Viennense. Manuale Suessionense.

[75] Hacc forma dici posset *Mozarabica,* nam essentialiter jam invenitur in Libro Ordinum, ut dictum est supra (p. 519)

Uniendo simul formas deprecativas et optativas, sub unica voce et ratione formae deprecativae, et quatuor supradictas formas indicativas sub eadem voce formae indicativae,[78] habemus quod *14 ritus Latini sunt integraliter deprecativi, 17 vero sunt integraliter indicativi,* ceteri vero sunt mixti (unus vel alter est fere integraliter deprecativus vel indicativus, sed adhuc est mixtus ob unam saltem discrepantem formam). Ceterum ritibus deprecativis accensenda sunt innumera *Ritualia Orientalia* omnium temporum et omnia ritualia latina inde a medio saec. 17 post editionem Ritualis Romani per Paulum V. Sic autem distribuuntur:

*Ritus integre deprecativi:* Liber Ordinum mozarabicus (forma invocativa deprecativa), Sacramentaria Gelasianum et antiquius Gregorianum (pure deprecativa), Ordines 6 (pure deprecativa), 8 (optativa Rhemensis), 9 (undecim pure deprecativae et una optativa Rhemensis), 15 (optativa Romana), 22 (eadem), 26 (eadem), Ordo Romanus (eadem), Codex Avellanensis (eadem), Pontificale Laudunense (eadem), Manuale Atrebatense (in ritu pro casu urgentiori eadem). Sacerdotale Romanum (ritus Romanus). Praeterea, Ritualia Orientalia a tempore immemorabili et Ritualia Latina inde a medio saec. 17.

*Ritus integre indicativi:* Una forma Graeca antiqua, juxta incertum testimonium solius Theodulphi Aurelianensis, tria Ritualia Celtica, Codex Rhemensis (tantum ritus abbreviatus pro casu urgenti), Codex Tilianus, Ordines 1, 3, 4, 5, 7, 14, 16, 27, Pontificale Viennense, Manualia Ambianense et Metcnse, Sacerdotale Romanum (ritus Venetus).

*UT IGITUR AD NOSTRUM ARGUMENTUM PROPEREMUS, EX ATTENTO EXAMINE HARUM FORMARUM, HAEC SEQUUNTUR:*

1. Nemo non mirabitur quanta abundantia ac varietate invocationum, orationum et deprecationum, omnes ecclesiae concorditer et constanter circumdederint ipsum ritum unctionis seu ipsam applicationem materiae hujus sacramenti; quod nequaquam observatur in administratione ceterorum sacramentorum, non excluso ipso Baptismo aut Eucharistia.[77] In Extrema enim Unctione omnes orationes cumulantur ac veluti convergunt immediate super ipsam unctionem, seu super materiam, quasi ad explicandam et fecundandam ejus significationem eamque elevandam ad sensum cujusdam objectivae deprecationis. Ex quo saltem suspicari licet aliquid peculiare hic contingere

[77] Formas imperativas, quae ceteroquin fere nunquam solae inveniuntur, excludimus a ratione formae sacramentalis, ut explicabitur infra, p. 536 sq. Forma autem quam diximus invocativa, non est vera forma sed initium vel pars formae.

[78] *Catechismus Cone. Trid.,* supra cit., in p. 509 sq. "Nullum enim est aliud Sacramentum, quod pluribus precibus conficiatur."

in ipsa forma hujus sacramenti, qua unctio affici debet, eam scilicet sibi vindicare indolem cujusdam proprie dictae deprecationis.

2. Ut primam ac necessariam distinctionem inter varias formas instituamus, duae immediate ante oculos se sistunt, quae ex una parte sunt certo validae, utpote solae nunc adhibitae in utraque Ecclesia, et ex alia parte ob eandem rationem, legitime repraesentant sensum communis Traditionis utriusque Ecclesiae, scilicet forma Romana ("Per istam unctionem indulgeat tibi Deus") et forma Graeca (Pater sancte, sana servum tuum et vivifica illum), utraque deprecativa (forma enim optativa latina, omnibus consentientibus, non indicativa est sed deprecativa, etsi minus directe, quam graeca, indolem deprecatoriam explicet). Jam haec mira concordantia formae utriusque Ecclesiae aliquod signum est sensus Traditionis de necessitate formae deprecativae in hoc sacramento. Praeterea, ipsa immutata ratio formae graecae, quae a tempore immemorabili (probabiliter inde a tempore Patrum) constanter indolem deprecativam retinuit, necnon venerabilis quoque antiquitas formae latinae quae certo transcendit saeculum 13 quaeque paulatim in occidentali ecclesia ita connaturaliter praevaluit, ut jam a saec. 17 ceteras minusque perspicuas formas expulsent, aliud signum efformant ejusdem sensus traditionalis. Non enim haec ex mero casu vel ex alia causa facile explicabis, sive si dicas Christum instituisse genericam quandam formam, quae tam deprecative quam indicative pro lubito exprimi possit, sive si addas Ecclesiam habere potestatem determinandi illam formam ac reapse pro varietate temporum et ecclesiarum determinasse.

3. Si nunc accedamus ad varietatem latinarum formarum, supposito quidem omnes quae extant in supradictis libris liturgicis esse validas (quod facile concedi potest, ac debet, saltem quoad totum ritum concrete spectatum) necnon integre quoad sua essentialia in illis libris referri (quod quidem de quibusdam ambigi potest, ut de ritu Sacramentariorum Gelasiani et Gregoriani antiquioris, necnon de Ordinibus 7 et 8, qui videntur referre ritum quendam abbreviatum, si comparetur diffusiori ritui ceterorum Ordinum), ea varietas nedum noceat, potius confirmat conclusionem nostram, quoniam ex una parte multas ostendit formas simpliciter deprecativas (intellige tum *deprecativas proprie dictas tum optativas)* et ex alia parte plura praebet indicia ex quibus legitime deducitur formas ipsas quae grammaticaliter sonant indicative (intellige *indicativas proprie dictas et imperativas),* reapse esse, secundum se vel in contextu orantis Ecclesiae, veras formas aequivalenter seu formaliter deprecativas. Paucis: elementum deprecativum, secus ac indicativum, de facto invenitur in omnibus formis, quae vere formae dici possunt, adeoque, utpote commune elementum omnium formarum

quae ut validae supponuntur, ipsum dicendum est essentiale elementum, requisitum ad validitatem sacramenti, vel ex ipsa voluntate Christi vel saltem (in sententia genericae institutionis) ex jugiter immutata voluntate Ecclesiae.

*Et primo* quidem, attenta praxi utriusque ecclesiae, formae deprecativae multo ampliori numero indicativas excedunt, ut constat ex dictis supra (p. 534), etsi, attenta sola praxi latina usque ad saec. 17. aequali fere numero gaudeant, consideratis tantummodo ritibus quos vocavimus integraliter indicativos vel deprecativos, nam ex mixtis, in quibus formae indicativae excedunt deprecativas, decisivum judicium in hac quaestione desumi nequit. Ceterum, ad ipsam formarum antiquitatem quod attinet, non parum exaggeravit *Launoy* affirmans usque ad annum millesimum solam formam indicativam in usu fuisse; nam forma etiam deprecativa invenitur in antiquioribus documentis, non solum admixta indicativis (communissime) sed etiam sola (Liber Ordinum, Sacramentaria Gelasianum et Gregorianum, Ordines 6, 8,9), dum ipsa forma indicativa sola non invenitur nisi in triplici Rituali Celtico, in Codicibus Rhemensi (partialiter) et Tiliano, et in Ordinibus, 4, 5, 7.

*Secundo,* quaedam formulae indicativae non sunt formae sacramentales, sed accidentalia quaedam additamenta, interjecta inter formas, tanquam solemnes antiphonae vel exclamationes, ad exprimendam fidem Ecclesiae in efficaciam ritus et deprecativae orationis. Hoc valet peculiariter de *duplici jorma imperativa,* tam Gregoriana ("Operare, creatura olei") quam ac praecipue Suessionensi-Narbonensi ("Accipe sanitatem"), quae proinde similiter eliminandae sunt ab hac quaestione de forma sacramenti.

Prima enim ("Operare, creatura olei"), quae nunquam sola sed jugiter adjecta principali formulae indicativae vel optativae invenitur, tam manifesto apparet esse quaedam explicativa additio ut nunquam, quod scimus, ab ipsis adversariis ut vera forma objecta fuerit. Accidentalis indoles illius maxime apparet in Ordine 21, in quo ipsa apponitur unicuique ex undecim formis indicativis, quae clauduntur invocatione "Per Dominum N.J. Ch." Ceterum ipsa verba quae adduntur (In nomine Patris et Filii et Spiritus S.) sufficerent in contextu ad eam trahendam ad sensum aequivalenter deprecativum. Altera etiam (longe recentioris originis, nam primo apparet in Ordine 13, seu Pontificali Suessionensi, ante a. 1100) non solum jugiter apponitur proprie dictae formae (excipe fortasse rituale Narbonense in quo ipsa sola inveniri videtur), sed ex ipso etiam modo quo apponitur, characterem suum accidentalem clare manifestat. In Ordine 13 apponitur formae optativae vel indicativae in sola unctione tum ad aures tum ad pedes,

una cum verbis "In nomine P. et F. et Sp. S.," non secus ac ibidem apponitur subsequens formula accidentalis: "In nomine Domini nostri Jesu Christi, surge et ambula." In Ordine 18 refertur, una cum generali formula optativa, post absolutas omnes formas indicativas ad varios sensus, veluti quaedam appendix peracti ritus. In Ordine 19 e contra, ipsa praemittitur ritui sub rubrica "Ante unctionem alia oratio." In Ordine 28 (Leodiensi, a. 1553) ipsa praemittitur singulis formis optativis Romanis ad unctionem singulorum sensuum, ad modum unius cum introductoriis versiculis "Pax tecum. Et cum spiritu tuo" (cf. supra, p. 529). Similiter in Pontificali Viennensi ea formula appenditur uni ex formulis indicativis (Ad collum). Manuale autem Suessionense non differt a supradicto Ordine 13 seu antiquo Pontificali ejusdem dioecesis. In ritu Veneto longe sejungitur ab ipsis formis unctionis ac refertur inter multas benedictiones quae subsequuntur ritum sacramentalem.[78]

Sola igitur difficultas provenire potest ex ritu *Narbonensi* (cf. supra, p. 526) in quo ea formula refertur, dicenda in ipsa unctione: ex quo quidem praecipue dubitativum argumentum desumpsit *Benedictus XIV* (cf. supra, p. 498), scribens: "Nec facile erit ad deprecativum sensum hanc detorquere, quae extat in antiquo Pontificali Narbonensi: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti regnantis in saecula saeculorum, accipe sânitatem corporis, et remissionem peccatorum tuorum." Attamen, imprimis probabile est ibi integrum ritum non referri, sed tantum initium aliquod quo recolatur quid agendum ac dicendum sit, scilicet vera forma ad varios sensus, quae tacetur quia supponitur communiter nota; id verisimile reddit tum analogia cum aliis Ordinibus, ac praecipue cum Pontificali Suessionensi ejusdem regionis (in quod ea forma dicitur translatam esse ex rituali ipso Narbonensi), tum defectus cujuslibet determinationis singularum unctionum, imo absentia mentionis unctionis in genere (quae est aliena ab omnibus formis latinae ecclesiae), tum ipsa verba: "Hic incipiat eum ungere sacerdos, dicens . . ." quae significant tantummodo initium totius ritus. Ceterum, etiam si ibi integer ritus proponeretur, ita ut forma revera essent illa

"Haec ccrtc non vidit aut non consideravit *M. Qucra,* cum scripsit: "Es un echo que las formas imperativas no son oraciones explicitas. Sin dificultad lo admiten los adversarios; pero rcplican que en dichas iglcsias prccisamcntc las palabras que acompanan a la unciôn no constituian la forma, sino que esta se incluia en alguna de las oraciones adjuntas. Mas crccmos scr esta una soluciôn desesperada, a la que se acude sin necesidad. Y decimos desesperada, porque *i* como cxplicar que en *todos* los rituales de las iglcsias se prcccptùe una formula que ha de acompafiar a la unciôn, y de tal suertc. que suelen advertir que la pronunciation de aquclla sea simultanea con esta, y los Concilies declaran y los mismos adversarios lo confiesan, que gencralmentc en estas palabras esta la forma del sacramento, y que esto no obstante lo que con tanto empeno inculcan rituales y Concilies como cscncial, en algunas iglcsias sea meramente acidental?" ("La forma del sacramento de la Estrcmaunciôn," *Estudios Ecclesiasticos 3* [1924] 2S0).

verba (In nomine P. et F. et Sp. S. accipe sanitatem), adhuc non sequeretur ea esse formaliter indicativa seu imperativa, nam ex ipsa contexta oratione, quae praecedit et cum qua intime coniunguntur, facile trahuntur ad sensum aequivalenter deprecativum, ut infra dicetur etiam de aliis indicativis formis.

*Tertio,* ut accedamus ad ipsas frequentes formas indicativas (Ungo te), quae vere formae esse possunt:

*Imprimis* notandum est (quod quidem communiter a theologis non attenditur), illegitime eas vocari formas indicativas. Nam sola actio ungendi in eis modo indicativo exprimitur (Ungo te), non vero ipse effectus seu efficacitas sacramenti (Sano te) sicut in formis indicativis aliorum sacramentorum (Baptizo te, seu abluo te spiritualiter; Confirmo te; Absolvo te vel Remitto tibi), quod quidem maxime requiritur ad hoc ut habeatur forma sacramentalis proprie, etsi grammaticaliter tantum, indicativa, cum sacramentum sit essentialiter signum gratiae efficax; indicativa vero expressio ipsius actus ungendi, accidentaliter et impertinenter se habet, sicut si in Baptismo diceretur: Abluo te corporaliter et spiritualiter te baptizo seu abluo, vel, Per istam corporalem ablutionem spiritualiter te baptizo, et in Confirmatione: Ungo te et spiritualiter te confirmo, vel, Per istam unctionem spiritualiter te confirmo.

Unde, cum in sic dictis indicativis formis Extremae Unctionis efficacia sacramenti nunquam indicative exprimatur, nullum videtur adesse essentiale discrimen inter hanc communem formam indicativam: "Ungo te ut accipias sanitatem et remissionem peccatorum" et hanc optativam formam, quae est de essentia latinae formae: "Per istam meam unctionem detur tibi sanitas et indulgentia peccatorum tuorum" (verba enim "Per istam meam unctionem" idem significant ac "Ungo te" etsi in forma indirecta); adeoque quo jure haec ab omnibus habetur ut deprecativa, illa similiter non indicativa sed deprecativa dici debet, nisi aliunde accedat, in utroque quidem casu, aliqua ratio exigens sensuum indicativum, ut accidit quoad ipsam formam optativam absolutionis (Absolvatur, Absolvaris, Absolvat te Deus) in sacramento Poenitentiae.

*Praeterea,* notandum est in non paucis formis quae, ob solam rationem verbi "Ungo," indicativae dici solent, indolem deprecativam signanter indicari, aut *explicite* in ipsa rubrica praecedenti ("Supplicando dum ungitur infirmus, sacerdos dicat: Ungo te"), aut *aequivalenter* in ipsa forma, adjectis verbis "Invocato Deo" vel "Obsecrans Deum" imo "Per nostram deprecationem" (Ungo te, invocato Deo, vel obsecrans Deum ut", imo "Ungo te ut per hanc unctionem atque nostram deprecationem"); aut *implicite,* interiecta seu addita oratione

unicuique formae indicativae ad singulos sensus, vel addita communi conclusione orationum Ecclesiae: "Per Dominum N. J. Ch. etc.": aut tandem aequivalenti hac *declaratione jacta post unctionem:* "Inunxi te ut per hanc unctionem atque nostram deprecationem recipere merearis sanitatem."

Primus modus invenitur in ipsa antiqua forma Gregoriana: "Perungat infirmum ... et supplicando, dum ungitur infirmus, dicat . . . hanc Orationem: Inungo te de oleo sancto in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ut . . ." (cf. supra, p. 140 sq.), quod fere ad verbum repetunt Ordo 3, et Ordo 4 qui praeterea addit verba "Obsecrans misericordiam Dei" post invocationem Trinitatis, in eadem forma indicativa Gregoriana, quam solam refert. Secundus modus est valde frequens: Sacramcntarium Gregorianum (praedicta forma), Codex Ratoldi. Codex Tilianus, Ordines 1, 2, 3, 4, 5, 10, 11, 12, 16, 19, 21. 23, 25 (seu quotquot repetunt formam Gregorianam ). Tertius modus observatur in Ordine 1 (in quo ad unamquamque formam indicativam additur, ad modum orationis, antiphona et psalmus), Ordine 2 (in quo unaquaeque forma indicativa absolvitur verbis "Per Dominum," quibus omnes Ecclesiae orationes absolvi solent), Ordine 7 (idem; ponitur solum initium "Per"), Ordine 12 (in quo eadem additio occurrit). Ordine 13 (in quo idem observatur, et praeterea post unctionem ad labia additur specialis oratio seu benedictio), Ordine 16 (eadem conclusio "Per Dominum"), Ordine 17 (idem), Ordine 18 (in quo unicuique formae indicativae additur specialis oratio sub modo benedictionis vel optativae formulae), Ordine 19 (in quo iterum additur deprecativa conclusio "Per Christum"), Ordine 20 (idem), Ordine 21 (idem), Ordine 25 (idem), Ordine 27 (idem). Quartus tandem modus invenitur in Ordinibus 14 et 27; praeterea, in Ordine 23 illa subsequens declaratio incorporatur in ipsa ultima forma unctionis ad partem "ubi dolor plus est" his verbis quibus declaratur sensus deprecativus omnium praecedentium formarum indicativarum: "Iteratis precibus, dilectissimi nobis, oremus Deum Patrem omnipotentem, pro famulo suo N. quem salutifero in nomine ejus oleo peruncto allevet eum a lecto doloris ejus, et ecclesiae suae sanctae faciat intéressé conventibus."

Hinc nullum apparet essentiale discrimen inter formam optativam Romanam (Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus) et praedictas formas indicativas ("Ungo te, obsecrans misericordiam Dei ut tibi indulgeatur, vel ut saneris," "Ungo te ut per istam unctionem et nostram deprecationem tibi indulgeatur, vel saneris"), nisi quod in istis indoles deprecativa significetur signate, potiusquam exercite sicut in priori: imo in eis significatio deprecationis certior est, attenta sola forma grammaticali, eo quod formula optativa absolute loquendo intelligi

possit etiam in sensu indicativo, ut contingit quoad deprecativas formulas absolutionis in sacramento Poenitentiae (Absolvat te Dominus). Unde si forma Romana est non indicativa sed deprecativa, ut omnes concedunt, etiam, imo a fortiori, praedictae formae quae vocari solent indicativae, reapse deprecativae dici debent.

Idem judicium ferendum est de recentioribus ritualibus variarum ecclesiarum, adductis a Launoy. Nam quaedam, ut Manualia Lugdunense, Suessionense, Atrebatense (secundus ritus), Venetense, Tuilense, Virdunense et Anicense, habent formas mixtas, indicativas nempe (plerumque) et aliquam optativam. Praeterea, Manuale Suessionense post ipsam formam indicativam ad labia addit ad modum unius orationem optativam; Manuale Atrebatense ante et post omnes formas indicativas apponit formam optativam, imo in sequenti oratione post unctionem explicat indolem deprecativam totius ritus: "Unxi te oleo sanctificato, invocata magna Creatoris majestate . . . ," sicut in Ordinibus 14 et 27 supra relatis; Manuale Virdunense (necnon Metense, sub verbis tamen abbreviatis) addit similem explicationem: "Inunxi te quatenus per hanc unctionem et nostram deprecationem recipere merearis sanitatem." Ipsa celebris *forma Veneta,* in Sacerdotali Romano relata, ostendit similiter indolem deprecativam; nam unaquaeque forma indicativa absolvitur verbis quae orationes Ecclesiae terminare solent: "Per Christum Dominum nostrum. Arnen" (imo quater: "Per Christum Dominum nostrum, qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Arnen") et praeterea in unctione ad labia fit mentio divinae clementiae miserentis: "Ungo labia ista ... ut quidquid . . . peccasti . . . , divina clementia miserante, hac unctione expurgetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Arnen."

*Quid igitur manet de tot tantisque formis indicativis agitatis ab adversariis?*

Ex formulis Sacramentariorum *Menardi* et aliorum, manent tantum tria *Ritualia Celtica,* quae ceterum unam eademque referunt formam. Ex formulis Ordinum *Martcne* nulla revera manet, nisi quis velit absolute retinere quasdam formulas Ordinum 2, 7, 12, 16, 17, 19, 20, 21, 25, 27, reputans additionem illam "Per," "Per Christum," "Per Dominum," esse insufficientem ad trahendam formam indicativam "Ungo te" ad sensum deprecativum; ceteri Ordines continent manifeste formam indicativam aequivalenter deprecativam (Ordines 1, 3, 4. 5, 10, 11, 13, 14, IS, 23, 29) vel formam etiam materialiter deprecativam aut optativam (Ordines 6, 8, 9, 15, 22, 24 [qui tamen praeter octo formas optativas unam habet despiciendam indicativam], 26, 28 [qui similiter unam inter multas optativas refert indicativam] et 30). Ex ritualibus adductis a *Launoy* manent tantum formulae *Pontificalis*

*Viennensis* et *Manualis Ambianensis*. Paucissimae igitur formulae manent ex tanta messi, tam laboriose collecta.

Jamvero, imprimis, istae formulae quamnam auctoritatem sibi vindicare possent contra multitudinem ceterarum? Nonne potius dicendae essent aut incompletae, aut incertae, aut cum aliis ejusdem aetatis ac regionis reapse convenientes?

Praeterea, ut jam dictum est supra (p. 538), hae aliaeque sic dictae formae indicativae, etiam grammaticaliter tantum consideratae, illegitime appellantur sacramentaliter indicativae ex eo tantum quod actio ungendi exprimatur modo indicativo. Nam sensus sacramentalis respicit ipsum effectum seu efficaciam sacramenti, adeoque non sunt dicendae indicativae nisi illae formae quae hanc efficaciam et effectum indicative exprimunt (Ungo te et te salvo, vel, Per hanc unctionem te salvo aut confero sanitatem indulgentiamque peccatorum); hoc autem in nulla ex sic dictis indicativis formis verificatur; unde forma "Ungo te ut salvaris" non est magis indicativa quam forma: "Per istam unctionem salvaris" vel "Sit tibi haec unctio in salutem," quae ab omnibus habentur ut optativae seu deprecativae.

Quapropter sensus aequivalenter indicativus vel deprecativus harum formarum aliunde quam ex grammatica constructione quaerendus est. scilicet ex ipso sensu Traditionis, ex analogia ac comparatione aliarum formarum (maxime duarum earum quae in utraque Ecclesia nunc adhibentur, quarum una ex immemorabili et altera ex antiquo ac Romano usu descendit) et ex ipso contextu totius ritus. Jamvero tria haec indigitant deprecativum sensum cujuslibet formae, quae vere et qua talis, in aliqua ecclesia olim adhibita fuerit.

Et de primo et altero, res constat ex dictis in superioribus. Ad contextum vero quod attinet, etiam in paucis illis formis quae nullam continent explicitant expressionem indicantem deprecativam intentionem Ecclesiae, haec sufficienter manifestatur ex ipsis orationibus, eas formulas praecedentibus vel sequentibus, quae in nullo rituali desunt (cf. apud Martène et Launoy ubi de praedictis Ordinibus et Ritualibus) quaeque efformant veluti unum quid cum ipsis formis, quantum saltem attinet ad explicandum earundem sensum ab Ecclesia intentum, juxta mentem totius Traditionis interpretantis et applicantis ipsa verba Iacobi: "Ungentes in nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum." Ceterum, hic idem sensus ab Ecclesia intentus, erueretur, etiam si deesset praedictus apparatus orationum, ex ipsis eisdem adjunctis Ecclesiae interpretantis et applicantis traditionalem sensum verborum Iacobi; quaelibet enim forma verborum suum sensum habet ex intentione loquentis, sufficienter, saltem ex adjunctis, manifestata.

Ad rem apte *Kern:* "Utrum aliqua oratio sit deprecativa necne, non

est unice decernendum ex constructione grammatica, sed plurimum pendet ab intentione loquentis manifesta ex circumstantiis, in quibus loquitur. Cum Martha et Maria miserunt ad Jesum dicentes: 'Domine, ecce quem amas, infirmatur' (Io. xi, 3), specietenus Salvatori tantum nuntiarunt, quid acciderit; re ipsa illa verba erant tenerrima deprecatio, quod non solum Dominus omniscientia sua novit, sed etiam quivis attentus lector evangelii facile intelligit. Si quis in angustiis positus et auxilium coeleste exoptans dicat e.gr. ter: Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto etc., vel in honorem B.M.V. hymnum Magnificat vel symbolum apostolicum. nemo prudens ei ominabitur repulsam, quia non fecerit veram supplicationem. Exempla similia inveniuntur etiam in orationibus missalis romani."[70]

Ex hucusque dictis, sufficienter patet omnes et singulas formas sacramentales, quae indicativae dicuntur, esse de facto aequivalenter (vel. ut alii dicunt, formaliter) deprecativas, idque supponendo eas omnes et singulas esse revera formas sacramentales et non mere additionales ac declarativas. Jamvero quoad plures earum de hoc ipso non leviter dubitari potest.

Nam imprimis, quamvis recte affirmetur in omnibus ecclesiis, quarum praxis refertur in supra expositis libris liturgicis, sacramentum cum valida forma administratum esse, tamen de quibusdam libris merito dubitatur utrum revera ipsam formam sacramenti referant, an tantum quendam ritum abbreviatum cum una ex prioribus aut significautioribus formulis accidentalibus qua recoleretur vera forma, non relata quidem sed omnibus apprime nota. Id signanter apparet ex examine tum ritualis Narbonensis de quo supra diximus (p. 537); tum Ordinis 7, in quo tota descriptio ritus paucis lineis constat, citato brevissime solo initio sex orationum, quas, absque ulla mentione unctionis et formularum ad singulos sensus, sequitur haec brevis rubrica et forma: "Dum ungitur infirmus, dicitur a sacerdote hic versiculus: Ungo te oleo sanctificato in nomine Domini, ut more militis praeparatus ad luctam, possis aereas superare catervas. Per." (vix enim quis convincatur hanc tantum formam adhibitam fuisse, quae potius apparet esse initiaVs quaedam formula); tum Ordinis 6. in quo adhuc brevior ritus exhibetur cum una forma pure deprecativa. Id patet etiam ex modo quo antiqui theologi (S. Thomas et Bonaventura) cognoscebant vel citabant notam formam Ambrosianam per solum ejus initium "Ungo hos oculos oleo sanctificato in nomine P. et F. et Sp. S.", quae tamen multo longior est ac refert quoque formam optativam Romanam (cf. in p. 522).

n *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 161.

Praeterea, in pluribus ritualibus quae referunt formas indicativas, mixtas cum deprecativis vel optativis, vix apparet quaenam sit revera ipsa forma sacramentalis. Nec dici potest eas tantum esse sacramentales quae dicuntur inter ipsas unctiones variorum sensuum, tum quia etiam inter ungendum saepe miscentur formae indicativae cum deprecativis vel optativis; tum quia quandoque forma quaedam generalis optativa vel indicativa quae refertur ante unctionem asseritur vel supponitur proferenda in unctione et tamen simul immediate referuntur diversae formae indicativae ad singulas unctiones;[90] tum quia ad valorem sacramenti non est necesse ut forma essentialis dicatur inter ungendum sed potest immediate praecedere vel sequi unctionem, et de facto, si credamus Simeoni Thessalonicensi (cf. supra, p. 517 ), saec. 15 apud Graecos mos fuit dicendi formam: "Pater sancte" ante unctionem dum sacerdos imponeret manum super infirmum, inter ungendum vero proferendi verba accessoria "Adjutorium nostrum in nomine Domini." | |

Hinc sequitur, in disputando de necessitate vel secus formae deprecativae, prudentius esse attendere ad hodiernas formas in usu in utraque Ecclesia, quippe quae solae sunt certo essentiales et certo validae, atque asserere cum S. *Thoma* quod quidquid praeter eas vel ab eis discordans in antiquioribus formis invenitur, non est nisi elementum extrinsecum et accidentale. Hoc quod S. Doctor, velut a priori et absque ulteriori inquisitione, recte asserebat de sola tunc temporis objecta forma Ambrosiana (ut nunc comprobatur ex exactiori ejus cognitione), verum est de ceteris formis indicativis quas posteriores adversarii in medium attulerunt, ut patet ex attento examine quod instituere conati sumus.

Unde simpliciter dicatur cum *Catcchismo Cono. Trid.* (supra rei., p. 509): "Ex [ipsis verbis Iacobi] . . . licet cognoscere, formam precationis modo proferendam esse, tametsi, quibus potissimum verbis concipienda sit, Apostolus non expresserit. Verum hoc ad nos fideli Patrum traditione permanavit, ita ut omnes Ecclesiae eam formae rationem retineant, qua omnium mater et magistra sancta Ecclesia Romana utitur. Nam etsi aliqui nonnulla verba immutant, cum pro, 'indulgeat tibi Deus', ponunt, 'remittat', vel 'parcat': interdum etiam, 'sanet quidquid commisisti': tamen, quia nulla fit sententiae immutatio, constat, eamdem ab omnibus formam religiose servari."

*°Cf. Ordines 1, 2, 10, 11, 12, 16. Id explicari potest, juxta varios Ordines, vel ex eo quod iteraretur unctio (cf. Ordinem 26). vel ex eo quod unus sacerdos ungeret et alius formas recitaret aut unus unam formam diceret ct alius aliam, vel ex eo quod prima generalis formula diceretur in prima unctione, i.e. ad caput, ut quandoque explicite indicatur.

Probatur 4. *EX RATIONE PECULIARIS INDOLIS HUJUS SACRAMENTI.*

*S. Thomas* sequentes tres affert rationes, deductas ex speciali indole hujus sacramenti prae ceteris: 'Oratio deprecativa est forma huius sacramenti. . . Cuius ratio multiplex assignatur. *Primo,* quia suscipiens sacramentum hoc est viribus propriis destitutus. Unde indiget orationibus sublevari. — *Secundo,* quia datur exeuntibus, qui iam desinunt esse de foro Ecclesiae, et in solius Dei manu requiescunt. Unde ei per orationem committuntur. — *Tertio,* quia hoc sacramentum non habet aliquem effectum qui semper ex operatione ministri consequatur, omnibus quae sunt de essentia sacramenti rite peractis; sicut character in baptismo et confirmatione; et transubstantiatio in Eucharistia; et remissio peccati in poenitentia, existente contritione, quae est de essentia sacramenti poenitentiae, non autem de essentia huius sacramenti. Et ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicativi modi, sicut in praedictis sacramentis" *{Suppi.,* q. 29, a. 8; In *C. Gent.* 4. 73 S. Doctor affert primam rationem, in *Opusculo vero De jorma absolutionis* affert et explicat tertiam rationem).

Hae tres rationes, quas repetunt et variis modis exornant vel determinant alii theologi, ut Albertus M., Bonaventura, Soto, Bellarminus, Suarez, Gonet, Billuart et communiter moderni dogmatici,s' ad duas reduci possunt; nam prima et altera, etsi videantur accipi ex parte subjecti seu ex peculiari ejus conditione, proprie ac formaliter desu-

" Quidam theologi positivi videntur, ut de more, has rationes despicere. Etiam *Kerr.,* talibus criticis aliquatenus indulgens, scribit: "Concedimus, in re sacramcntaria non nimis fidendum esse rationibus mere internis, et scholasticos quosdam recentioris aetatis non immerito incurrisse irrisionem theologorum positivorum, quod manifestis argumentis historicis cum pervicacia opposuerunt rationes convenientiae ab antiquioribus doctoribus acceptas. At postquam veritas est probata ex primariis fontibus theologicis, rationes internae saepe eximie iuvant ad meliorem eius intelligentiam" *(De sacramento Extrema Unctionis* [Ratisbonae 1907] 159).

Quinam sint isti pervicaces theologi moderni qui ex solis convenientiae rationibus hic arguant, nescimus. Certe ipsi antiqui scholastici primo et principaliter arguebant ei Christi institutione, nota per Apostolum, et ex usu Romanae Ecclesiae quae est magistra veritatis. Ita 5. *Thomas:* 'Oratio deprecativa est forma huius sacramenti, ut patet per verba lacobi; et ex usu Romanae Ecclesiae, quae solum verbis deprecativis utitur in collatione huius sacramenti" *(Suppi.,* q. 29, a. 8) et *Bonaventura:* "Si autem quaeras, quare in isto sacramento potius est oratio de essentia quam in alio, respondetur quod ratio principalis est institutio. Si quaeras rationem institutionis, dici potest quod haec habet rationem congruitatis multiplicem. . ." (In 4 *Sent.,* dist. 23, a. 1, q. 4).

Rationes autem convenientiae, a theologis adductae, non sunt considerandae ut merum otiosum ornamentum, quod possit ad libitum et absque nocumento a scientia theologica resecari; pertinent e converso ad ipsam essentiam hujus scientiae cujus est mysteria fidei explicare, cum sit ipsa fides quaerens intellectum. Nec otiose eas rationes, in presenti quaestione, prosequitur ipse *Catechismus Cone. Trid.* qui est ad parochos pro fidelibus pabulo fidei pascendis. Sic dicti theologi positivi, qui eas rationes facile despiciunt, utut aliunde benemeriti, non raro genuino sensui theologico valedicunt nec in suis laboribus exoptatum fructum assequuntur nisi tandem ad antiquorum tramitem reducantur. Quod quidem, ex hac ipsa quaestione quam versamus, non leviter confirmatur.

muntur ex primo ac spirituali effectu hujus sacramenti, qui est abundantia quaedam gratia, tertia vero ex secundario sed omnino peculiari effectu, qui est corporalis sanatio.

*PRIMA RATIO* deducitur *ex abundantiori effectu spirituali* hujus sacramenti. Quae ratio tripliciter confici potest, attenta ipsa conditione subjecti qui per hanc gratiam sacramentalem adjuvatur:

*Primo* enim "suscipiens sacramentum hoc est *viribus propriis destitutus"* seu. ratione corporalis defectus redundantis in ipsam animi lassitudinem, impar est ad capiendum majorem ac majorem sacramenti effectum juxta meliores ac meliores dispositiones, quas connaturaliter elicere non valet, eo saltem gradu ac facilitate qua possunt elici ab homine mente et corpore sano. Ne igitur homo inveniatur in pejori conditione quoad receptionem hujus sacramenti et absque culpa defraudetur tali sacramentali influxu qui dispositionibus subjecti alligatur, convenit ut in tali defectu ac necessitate per ipsum sacramentum adjuvetur, quatenus gratiam abundantiorem obtineat qua defectus dispositionum veluti ex ipso opere operato suppleatur. Cum autem hoc sit supra et ultra communem exigentiam sacramenti in genere spectati, oportet ut id a sacramento efficiatur modo quodam deprecatorio, quatenus in sua ipsa essentia, seu in ipsa forma ex qua significatio sacramentalis maxime derivatur, exprimat privilegiatam hanc sacramentalem supplentiam divinae misericordiae, quae orationem necessario appellat et nonnisi orationi respondet. Inde pia mater Ecclesia. Divinae Indulgentiae confisa et Christi institutionem per Apostolum edocta, hoc sacramentum sua oratione objective fecundat, quasi opus operantis in opus operatum convertens.

*Secundo,* hoc sacramentum per propriam gratiam sacramentalem est *"consummativum sacramenti Poenitentiae"* et consequenter "totius Christianae vitae, quae perpetua poenitentia esse debet" *(Cone. Trid.,* sess. 14, prol.) necnon "totius spiritualis curationis, qua homo quasi ad percipiendam gloriam praeparatur" (C. *Gent.* 4. 73); quod quidem maxime patet ex effectu abstersionis reliquiarum peccati quae nec per laboriosum sacramentum Poenitentiae nec etiam per regenerativam ac totalem Baptismi purificationem directe absterguntur. Cum igitur indulgentialis indoles hujus gratiae sit pariter ultra communem exigentiam remissivorum ipsorum sacramentorum ac pendeat ex speciali intentione divinae misericordiae quae nonnisi oratione movetur ac placatur, oportet ut privilégiants iste influxus hujus sacramenti in ipsa ejus forma exprimatur sub modo deprecativae significationis.

Ad rem S. *Thomas:* "Quia . . . hoc sacramentum perfectae curationis effectum habet, et in eo requiritur copia gratiae; competit huic sacra-

mento quod multi sacerdotes intersint, et quod oratio totius ecclesiae ad effectum huius sacramenti coadiuvet. Unde Iacobus dicit: 'Inducat presbyteros Ecclesiae, et oratio fidei sanabit infirmum'. Si tamen unus solus presbyter adsit, intelligitur hoc sacramentum perficere in virtute totius Ecclesiae, cuius minister existit, et cuius personam gerit" (C. *Gent.* 4. 73).

*Albertus M.:* "Hujus [necessitatis formae deprecativae] . . . aliam causam sine praejudicio dico esse magnitudinem rei istius sacramenti: res enim sua est purgatio omnium reliquiarum peccati impedientium immediatum transitum ad requiem secundum animam, et glorificationem secundum corpus: hujusmodi autem res tanta est, quod non potest tota effici gratia sacramentali: sed quod gratia sacramentalis operatur, adhuc exigit, quod residuum complens petatur per orationem a misericordia divina. Et quia istud sacramentum transmittit istum ad divinae misericordiae operationem, ideo forma sua est per modum deprecationis ad misericordiam, operationem sacramenti perficientem.'"[u]

*Bellarminus:* "Nota: Caussas cur forma debeat esse deprecatoria, varias assignari, sed illam videri praecipuam, quia hoc sacramentum est complementum sacramenti Poenitentiae, et quasi poenitentia quaedam infirmorum, qui non possunt jam facere opera Poenitentiae. Idcirco hoc interest inter haec duo sacramenta, quod in sacramento Poenitentiae requiritur confessio et Satisfactio, et proinde opera laboriosa ex parte suscipientis sacramentum: unde ibi est justitia et misericordia: in hoc autem sacramento est sola Dei misericordia, et ideo dicitur: 'Indulgeat tibi Deus'. Itaque ad significandum in hoc sacramento esse remissionem ex sola misericordia utimur prece."[83]

*Suarez:* "Tertia ratio est . . . , quia hoc sacramentum ordinatur ad obtinendum per modum indulgentiae id, quod in judicio poenitentiae obtineri non potuit per modum justitiae, propter imperfectam hominis satisfactionem vel dispositionem. Unde, quia homo infirmus jam est quasi viribus destitutus ad satisfaciendum, ideo exoratur Deus, ut remittat, si quid post sacramentum poenitentiae residuum est."[84]

*Tertio,* Extrema Unctio est ultimum sacramentum, seu *sacramentum exeuntium,* et qua tale dupliciter considerari potest. Datur enim homini in ejus *transitu a joro Ecclesiae ad jorum Dei* in quo nulla amplius humana appellatio vel potestas computatur; datur praeterea ut immediate *dispositivum ad gloriam,* seu ut quoddam baptisma aeternitatis,

[u] *Op. cit.* (supra in p. 492) 12.

[83] *De sacramento Extremae Unctionis,* c. 7, *Opera omnia, Disputationes de controversiis Christianae fidei* III (Mediolani 18S9) 759.

[84] *Op. cit.* (supra in p. 494) 822.

quo homo in supernam civitatem introducitur et in futuram vitam generatur.

Cum igitur effectus hujus sacramenti usque ad ultimum vitae instans, quod est initium aeternitatis, protendatur, Ecclesia nonnisi deprecatorio modo supremum hoc auxilium administrat, ac si timeret efficacem suam potestatem ad ipsum ostium divini fori exercere, filiumque Deo remittit veluti commendationis epistola munitum. Sic per Extremam Unctionem omnia fidei sacramenta in quandam objectivam deprecationem consummantur, tanquam in ultimum signum quo tota figurarum oeconomia in aeternas realitates resolvitur. Et haec est illa "Oratio fidei" quae secundum Apostolum "salvabit infirmum/' Ad rem *Albertus M.,* ex quo videtur S. Thomas hanc rationem sumpsisse: "[Alia sacramenta] exhibentur ei qui manet in Ecclesia, et ab Ecclesia disponitur: et ideo circa illum magis significatur esse operatio ministrorum in sacramentis: sed iste praesumitur esse in statu transeuntis ad dispositionem divinam: et ideo Ecclesia faciendo quod potest, committit eum divinae dispositioni."[85]

*SECUNDA RATIO* deducitur *ex effectu sanationis corporalis,* qui est peculiaris huic sacramento.

Haec ratio, quam Soto apte "potissimam rationem" appellat et ipse S. Thomas ut efficacem ac veluti necessariam afferre videtur ("Et ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicativi modi" ), est ignota Alberto M., Bonaventurae aliisque coaevis doctoribus, sed propria S. Thomae, qui eam junior praeformavit in *Commento super Sent.* (*Suppi.,* q. 29, a. 8, nuper cit.) et senior resumpsit ac perfecit in *Opusculo De forma absolutionis*™ ad probandam, per argumentum disparitatis, necessitatem formae indicativae in sacramento Poenitentiae.[87]

*In Suppi.,* q. 29, a. 8 (nuper cit., p. 441), haec ratio Angelici clara non est, imo videtur pati difficili instantia. Reducitur enim ad hoc: Ideo in sola Extrema Unctione requiritur forma deprecativa, quia ejus effectus, secus ac in aliis sacramentis, est incertus, et ideo haec incertitudo exprimi debet in forma sub modo deprecativo; effectum autem esse incertum patet ex eo quod, posito valido sacramento, effectus potest totaliter frustrari, effectus quidem spiritualis ob indispositionem hominis ponentis obicem gratiae, effectus vero corporalis[89] ob dispo-

*Op cit.* (supra in p. 492) 11 sq.

MHoc opusculum, juxta omnes criticos certe authenticum, S. Doctor exaravit inter a. 1269 ct a. 1272 (sic Mandonnet, Glorieux et Castagnoli, nemine contradicente).

" Cf. tractatum *De Poenitentia* III 554 sq., 670 sq.

"S. Doctor hic non nominat directe effectum corporalem, sed agit de utroque effectu in communi, illum tamen distinguit ac nominat in articulo sequenti (ad 3). Unde haec nostra expositio, quae ceteroquin communiter traditur a Commentatoribus (cf. v.g. Soto, Suarez et Gonet) legitima est.

sitionem divinae providentiae cognoscentis illum non expedire huic homini ad suam salutem, dum e contrario ex aliis sacramentis valide positis semper sequitur aliquis effectus, ut character in Baptismo, transsubstantiatio in Eucharistia et remissio peccatorum in Poenitentia?

Iamvero, ex illa S. Thomae assertione "Hoc sacramentum non habet aliquem effectum qui semper ex operatione ministri sequatur... sicut character in baptismo" sequeretur vel quod Extrema Unctio non habet rem-et-sacramentum, sicut est character in Baptismo, et hoc est contra doctrinam ipsius S. Doctoris qui paulo inferius (q. 30, a. 3, ad 3) assignat rem-et-sacramentum Extremae Unctionis, dicens ipsum esse "non characterem sed quandam interiorem devotionem, quae est spiritualis unctio," vel quod sacramentum Extremae Unctionis valide administratum non necessario causât rem-et-sacramentum, sed hic etiam effectus dependet, in hoc saltem sacramento, a dispositione subjecti, quod quidem pugnat cum conceptu rei-et-sacramenti, quem cum aliis Thomistis et ad mentem S. Doctoris, tradidimus in tractatu *De sacr. in genere,* docentes illud esse effectum inseparabilem a sacramento valido necnon propriam causam et fundamentum reviviscentiae sacramenti.

Fortasse ob hanc instantiam, quam non attenderat junior Doctor adhuc imperfecte sentiens de his quae pertinent ad causalitatem sacramentorum, S. Thomas senior, ac perfector sui systematis de illa causalitate, supradictam rationem reformavit vel perfecit in suo *Opusculo De forma absolutionis* (cap. 1), jugiter tamen insistens in eodem principio disparitatis Extremae Unctionis ab aliis sacramentis ex parte sui effectus et oculum mentis figens directe in sacramentalem indolem ipsius effectus corporalis qui per solam Extremam Unctionem producitur quique implicat sacramentalem incertitudinem, necessario significandam in ipsa forma sacramenti. Textus sic se habet: "[In ipsis verbis Iac. 5.14 sq.] ratio hujus singularis observantiae [i.e. formae deprecativae in Extrema Unctione] assignari videtur. In aliis enim sacramentis *nihil corporaliter agitur quod non statim ex operatione ministri sequatur,* sicut statim in baptismo fit ablutio corporalis quae spiritualem designat et sacramentaliter causât; sanatio autem corporalis non statim sequitur ex unctione, sed petitur praestanda a Deo, unde et interior sanatio quae per eam significatur, sub deprecatione a Deo poscitur. . . Non autem similis ratio est utendi deprecativa oratione in . . . sacramento [Poenitentiae] sicut in sacramento extremae unctionis, quia *nihil corporale expectatur juturum,* quod non statim fiat, ut est in extrema unctione, quinimmo certissimum est in hoc sacra-

[1] Ex hoc confirmatur de mente S. Thomae esse quod non datur sacramentum Poenitentiae validum et informe, ut sustinuimus in tractatu *De Poenitentia* II 153 sqq.

mento per claves ecclesiae remissionem peccatorum conferri, nisi sit impedimentum ex parte confitentis, sicut etiam accidit in baptismo."""

Haec S. Doctoris ratio non liquida apparet prima fronte, adeoque ut difficilis vel insufficiens reicitur a *Vasqucsio* (Dub. 3, n. 6) et *Lugone* (Disp. 13, sect. 4, n. 99: "Hoc non videtur satisfacere, quia per verba formae non exprimitur salus corporis, sed remissio peccatorum"). Imprimis autem adverte quod ratio illa facile ac superficialiter sic posset intelligi, quod, quia in Extrema Unctione praeter certum et infallibilem effectum gratiae, confertur etiam incertus seu conditionalis effectus sanitatis corporalis, cujus collatio sequitur easdem fere conditiones ac oratio, ideo ad significandum talem effectum et talem modum collationis, forma hujus sacramenti, in qua oportet omnem ejus effectum significari, convenienter poni debet sub verbis deprecativis.

Attamen, verus et subtilior sensus S. Doctoris sic explicandus est. Spiritualis effectus quorundam sacramentorum significatur per aliquod corporale quod fit in sacramento, et talis significatio transit ac reflectitur in ipsa forma, nam "oportet quod forma sacramenti significet id quod in sacramento agitur proportionaliter materiae sacramenti" (5 *p., q. 84, a.* 5). Ita in sacramento Baptismi effectus spiritualis ablutionis significatur per corporalem ablutionem, quae est ipsa materia sacramenti, et exprimitur in forma "Ego te baptizo," cujus sensus est: "Ego te abluo spiritualiter in similitudinem materialis ablutionis quam in te hic et nunc exerceo." Et idem contingit in aliis sacramentis, in quibus agitur aliquid corporale, ut in Confirmatione et Ordine. Jamvero in his sacramentis illud corporale quod agitur, sequitur statim et certo ex operatione ministri, nec expectatur futurum, cum ipsum sit naturalis effectus elementi quod adhibetur a ministro et ipsa materia sacramenti, ut patet de ablutione in Baptismo; unde forma, quae exprimit hanc corporalem actionem, ut est significativa correspondentis spiritualis actionis seu effectus, debet poni in verbis indicativis, ut ita in ea significetur id quod fit et modus quo fit.

In Extrema autem Unctione id quod corporaliter fit et in quo sacramentalis significatio completur, non est proprie et immediate ipsa unctio, sed sanitas corporalis sub tali unctione, nam unctio non explicat effectum hujus sacramenti nisi inquantum sanativa, tota enim essentia et finis hujus sacramenti in eo consistit ut mediante sanatione corporali significetur sanatio spiritualis. Haec tamen corporalis sanatio non est materia ipsius sacramenti nec adhibetur ab ipso ministro, nam unctio, ut patet, non habet pro naturali effectu hanc sanationem, quemadmodum in Baptismo ablutio naturaliter producit

^Editio P. Castagnoli, *L'Opuscolo "De Forma Absolutionis" di San Tommaso d*Aquino* (Piacenza [Collegio Alberonil 1933) 74-76.

corporalem munditiem, sed est effectus ipsius sacramenti, nec est praesens et certus effectus, sed futurus et conditionalis, dependens nempe ab iisdem fere conditionibus quibus subicitur efficacitas orationis. Cum igitur forma sacramenti debeat significare actionem corporalem quae in eo fit, eo quod ab ea pendeat significatio spiritualis effectus in forma expressi, cumque corporalis sanatio quae fit in Extrema Unctione sit futura et incerta, oportet ut haec incertitudo reflectatur ac signetur in ipsa ejus forma, quod quidem convenienter fit sub verbis deprecativis.01

Nec valet obicere quod, cum sacramenta efficiant quod significant, posita incerta illa et deprecativa forma, sequeretur Extremam Unctionem non producere infallibiliter suum effectum, quod falsum est de effectu principali spiritualis sanationis. Nam significatio formae Extremae Unctionis est certa, signat enim sub verbis deprecativis certam et praesentem sanationem spiritualem, sed eam significat mediante incerta et futura materia, a Deo impetranda, ita ut tota incertitudo ac futuritio se habeat de materiali, seu ex parte materiae, nec ceteroquin ex parte ipsius materiae qua componitur sacramentum, seu unctione corporis, sed ex parte solius materiae quae, una cum unctione, concurrit ad significationem sacramentalem, scilicet ex parte ipsius corporalis sanationis.

Exinde patet differentia quoad formam inter Extremam Unctionem et Poenitentiam aliaque sacramenta. In Poenitentia enim nihil proprie exercetur corporale nec quidquam expectatur futurum et incertum; in Baptismo exercetur aliquid corporale, sed certum et praesens; in Extrema Unctione vero exercetur aliquid corporale futurum et incertum, a quo tamen pendet significatio sacramenti, et ideo haec incertitudo reflectitur in ejus forma sub modo deprecativo. Item, in Extrema Unctione exercetur quidem vera potestas sacramentalis per ministrum, sed dependenter a significatione incertae materiae et incerti effectus, quod non accidit in Poenitentia nec in aliis sacramentis.

## RESPONSIO

Praecipuae objectiones, et signanter quae contra secundum argumentum ex antiquioribus ritualibus afferuntur, sufficienter in ipsa

“ Hanc esse S. Doctoris mentem, satis clare colligitur cx sequentibus verbis *Suppi.*, q. 32, a. 1, c. et ad 1: “Hoc sacramentum est quaedam spiritualis curatio, . . . quae quidem per quemdam corporalis curationis modum significatur. Et ideo illis quibus corporalis curatio non competit, scilicet sanis, non debet hoc sacramentum conferri. . . Quamvis spiritualis sanitas sit principalis effectus huius sacramenti, tamen oportet quod per curationem corporalem significetur curatio spiritualis, etiam si corporalis sanatio non sequatur. Et ideo solum illis hoc sacramento sanitas spiritualis dari potest quibus corporalis curatio competit, scilicet infirmis; sicut ille solus potest baptismum suscipere qui potest corporalis ablutionis esse particeps, non autem puer in ventre matris existons."

Conclusione inter arguendum explosae sunt. Manent breviter diluendae quaedam leviores exceptiones quas quidam deducunt ex parallélisme Extremae Unctionis cum Baptismo, vel cum Poenitentia, vel generice etiam cum ceteris sacramentis. Unde:

Obj. 1. *(A paritate cum Baptismo).* Sicut ex verbis Christi "Baptizantes eos" colligimus formam Baptismi esse verba indicativa "Ego te baptizo," ita a pari ex verbis Apostoli "Ungentes eum" colligere debemus formam Extremae Unctionis esse verba indicativa: "Ungo te."

Resp. Disparitas est in eo quod Apostolus dicit etiam: "Orent super eum ... et oratio fidei salvabit infirmum," unde etiam oratio in forma significanda est. Praeterea, concessa paritate, argumentum retorqueri potest; nam sicut ex verbis Christi: "Baptizantes eos in nomine P. et F. et Sp. S." colligimus invocationem Trinitatis esse addendam verbis "Ego te baptizo" in forma Baptismi, ita ex verbis Iacobi colligimus orationem esse exprimendam in forma Extremae Unctionis, quidquid sit de necessitate dicendi etiam verba "Ungo te" vel quomodolibet exprimendi actum unctionis, de quo disputabitur in art. seq. Ceterum, ut non semel dictum est, ipsa sola verba "Ungo te" non reddunt formam proprie indicativam, sacramentaliter loquendo, nisi sub modo indicativo exprimatur etiam ipsa collatio gratiae sacramentalis ("Sano te"), cum sacramentum nihil aliud sit quam signum efficax gratiae.

Obj. 2. *(A paritate cum Poenitentia).* Sicut in Poenitentia dicitur "Ego te absolvo in nomine P. et F. et Sp. S.," ita in Extrema Unctione dici posset et olim dicebatur: "Ego te ungo in nomine P. et F. et Sp. S." Iamvero illa est forma proprie indicativa. Ergo et ista, nec est ratio quare haec similesque formae indicativae, quae in antiquis ritualibus occurrunt de Extrema Unctione, sint aliter explicandae ac indicativae formae absolutionis.

Resp. Ut constat ex dictis in tractatu *De Poenitentia* III 554 sq., ratio disparitatis in interpretatione utriusque formae triplex est. Primo enim ipsa verba Scripturae quoad Poenitentiam indicant formam indicativam ("Quorum remiseritis peccata"), quoad Extremam Unctionem vero indicant formam deprecativam ("Orent super eum"). Secundo, Traditio et Ecclesia diversimode intellexerunt verba utriusque formae, exponentes ipsa verba Scripturae. Tertio ipsa diversa indoles duorum sacramentorum exigit et ostendit diversum sensum eorundem materialiter verborum, sive scilicet judicialis ratio quae in Poenitentia requirit formam indicativam (pugnant enim inter se intimatio et de-

precatio) sive incertitudo effectus quae in Extrema Unctione postulat formam deprecativam, ut supra explicatum est.

Ceterum, si premeretur paritas inter formas Poenitentiae et formas Extremae Unctionis, sequeretur quod etiam in Poenitentia sufficeret forma deprecativa; nam sicut in quibusdam formis Extremae Unctionis dicitur: "Parcat vel indulgeat tibi Dominus," ita in quibusdam formis Poenitentiae dicitur: "Absolvat te Dominus."

Obj. 3. *(A paritate cum ceteris sacramentis,* seu ex propria indole formae sacramentalis et sacramenti in genere). Forma deprecativa repugnat essentiae sacramenti, nam oratio influit ex opere operantis nec necessario inducit effectum, dum sacramentum influit ex opere operato et infallibiliter; ex qua ratione in tractatu *De Poenitentia* III 670 probatum est formam absolutionis esse necessario indicativam. *Praeterea,* in forma omnis sacramenti debet exprimi intentio agentis seu ministri, quod nequit fieri nisi per formam indicativam, exprimentem nempe actualem actus positionem. *Praeterea,* si oratio esset forma sacramenti, sequeretur quod ex distractione vel mala dispositione ministri invalidaretur sacramentum, sicut evacuatur propria ratio deprecationis.

Resp. Oratio per se et essentialiter non repugnat generali rationi sacramenti, dummodo elevetur ad rationem formae efficacis ex opere operato, ultra id quod habet connaturaliter ex vi operis operantis (in quo casu non transformatur opus operatum in opus operantis sed potius e converso, sicut accidit etiam in sacrificio novae legis) et dummodo, sub tali ratione formae, sit apta ad significandam propriam efficacitatem sacramenti. Haec autem secunda conditio verificatur in solo sacramento Extremae Unctionis ob incertitudinem effectus corporalis sanitatis, ut supra explicatum est. Ex hac eadem ratione in tractatu De Poenitentia deduximus necessitatem indicativae absolutionis, quia nempe forma sacramenti debet esse apta ad significandam propriam efficaciam sacramenti et oratio non est apta ad significandam certam efficacitatem Poenitentiae, dum est apta ad significandum incertum effectum Extremae Unctionis.

Intentio ministri potest exprimi multipliciter, sive per verba ipsius formae sive etiam ex adjunctis, et, si per verba formae, sive modo directo (Ungo te) sive indirecto (Per istam unctionem). Praeterea, objectum expressae intentionis potest esse tum actio unctiva (Ungo te) tum ipsa efficacia seu effectus sacramenti (Sano te). Dicimus ergo intentionem conferendi ipsum effectum sacramenti debere exprimi per formam deprecativam (saltem formaliter seu aequivalenter talem), intentionem vero ungendi, si exprimatur (nam, ut dicetur in art. seq., non necessario exprimi debet), quomodolibet exprimi posse (Ungatur,

Ungo, Per istam unctionem) dummodo expressio sit aequivalenter indicativa, cum agatur de re certa, sed non in ea residere propriam vim formae sacramentalis, quae essentialiter consistit in significando effectum.

Distractio vel mala ministri dispositio evacuat vim orationis sed non corrumpit formam sacramentalem deprecatoriam, formaliter prout est forma sacramenti, quia oratio elevatur ad hanc rationem non ut est subjectiva et privata deprecatio sed objective et secundum se, vel, si placet, prout est indefectibilis oratio Ecclesiae, applicantis sacramenta per suos ministros. Ceterum, aliquid simile contingit cum sacerdos recitat officium non digne nec attente nec devote, imo actualiter peccando; haec enim deprecatio quae ut privata oratio nihil est, manet nihilominus ipsa officialis Ecclesiae deprecatio per suos ministros.

ART. 8. Utrum Forma Hujus Sacramenti Sit Quaelibet Formula Verborum, Quae Sufficienter Exprimat Quinque Elementa Significata In Ipsa Forma Latina, Scilicet Materiam, Ministrum, Effectum, Subjectum Et Causam Principalem *(Suppi.,* q. 29, a. 9).02

## STATUS QUAESTIONIS

In art. praec. consideravimus generalem ac veluti externam indolem formae hujus sacramenti; restat ut specificam ejus ac veluti internam structuram consideremus, quibusnam nempe verbis ea deprecativa forma constare debeat, vel potius quosnam conceptus per eam exprimere oporteat. Cum autem ex una parte sacramentum ex quinque resultet elementis, ipso scilicet *ritu (ex* materia et forma coalescente), *effectu, causa principali, causa instrumentali* seu ministro, et *subjecto,* et ex alia parte sacramentalis significatio in ipsa forma potissime colligatur, quaeritur an omnia et singula praedicta elementa *debeant aliquatenus (sive jormaliter, sive aequivalenter, sive implicite) in ipsa jornia significari,* per quamlibet ceteroquin materialium verborum expressionem, sicut uno vel alio modo de facto significantur in ipsa forma breviori latina “Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti.”

Similem quaestionem agitavimus in praecedenti tractatu *De Poenitentia* 111 504 sqq., ubi de essentialibus verbis absolutionis, sed hic majorem difficultatem prae se fert, proximam illi quae theologos angustiat in determinanda forma Confirmationis, ob easdem fere discrepantias quae inveniuntur inter varias formas, olim in usu in ipsa Ecclesia latina et praecipue inter ipsas hodiernas grecam et latinam formas.

" Cf. bibliographiam art. praec., p. 487 sq.

Haec enim *latina jorma* quinque praedicta elementa insigniter ostendit etiam in breviori illa formulatione quae pro casu necessitatis sufficiens habetur: Per istam (minister) sanctam unctionem (materia) indulgeat (effectus) tibi (subjectum) Dominus (causa principalis) quidquid deliquisti (ulterior effectus determinatio); et praeterea in formula longiori amplius determinatur tum causa principalis, verbis "Et suam piissimam misericordiam," tum subjectum simul et effectus, verbis "Quidquid per visum, per auditum, per odoratum, per gustum et locutionem, per tactum, per gressum, deliquisti." *Forma vero graeca, ex* sua diffusa dictione ad principalia verba reducta, nonnisi tria elementa prima fronte ostendere videtur, et quidem alio prorsus modo significata: Pater sancte (causa principalis), animarum et corporum medice, sana (effectus corporalis) servum tuum N. (subjectum) et vivifica illum per Christi tui gratiam (effectus spiritualis); ubi duorum elementorum mentio, unctionis scilicet et ministri, prorsus deesse videtur.

Hinc non pauca doctorum dubia ac discussiones, quae tamen ad unum praecipuum punctum duasque inde divergentes opiniones reducuntur: *utrum scilicet expressio quinque supradictorum elementorum quae inveniuntur in jorma latina sit essentialis jormae sacramenti* nec sufficiat expressio trium illorum quae sola videntur significari in formula graeca; quod quidem alii affirmant, alii vero negant.

## PARS NEGATIVA et PARS AFFIRMATIVA

Nota theologica.

*Formam longiorem latinam, necnon jormam breviorem saltem si in casu necessitatis adhibeatur, esse validam* seu continere omnia elementa requisita ad essentiam formae sacramentalis et ad valorem sacramenti, est *theologice certum,* ut constat sive ex documentis Cone. Flor., Cone. Trid., Ritualis Romani et Codicis J. C., quae eam proponunt, sive ex antiquo et hodie universali usu Ecclesiae latinae.

*Formam similiter graecam* in se continere essentialia elementa, nequit negari absque aliqua nota *temeritatis,* tum ob constantem et aequivalenter approbatum usum ipsorum catholicorum Orientalium, tum ob ipsum theologorum firmo consensu in hac re.

In forma latina *mentionem sacramentalis effectus* esse necessariam, non immerito a quibusdam doctoribus (Pesch, Cappello, Otten) dicitur. et ab aliis videtur facile supponi, esse *theologice certum.* Id quippe satis clare innuitur in verbis Tridentinis (sess. 14 de Poenit., cap. 3): "Forma, in qua praecipue ipsius [sacramenti] vis sita est," quorum sensum explicite tradit Leo XIII in epistola "Apostolicae curae" a.

1896 de invaliditate anglicanarum ordinationum, inquiens: 'Omnes norunt, sacramenta novae legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficacia, debere gratiam et significare quam efficiunt et efficere quam significant. Quae significatio, etsi in toto ritu essentiali, in materia scilicet et forma, haberi debet, praecipue tamen ad formam pertinet; quum materia sit pars per se non determinata, quae per illam determinetur" *(Cavaliera* 961).

*Mentionem autem sensuum* seu partium inunctarum non esse necessariam, saltem cum adhibetur unica unctio sub unica forma in casa necessitatis, non videtur hodie negari posse sine aliqua nota *temeritatis,* ut etiam dictum est in art. 4 (p. 400 sq.) de ipsa validitate unicae unctionis, et ob easdem rationes.

Cetera relinquuntur liberae doctorum disputationi, etsi ceteroquin omnes conveniant in admittenda necessitate mentionis causae divinae, praeterquam sacramentalis effectus, ita ut pro certo habeant elementa formae essentialia esse saltem duo quae in formula latina sic exprimuntur: Indulgeat Dominus.

*SENTENTIAE THEOLOGORUM.*

Alii aliter in hac re sentiunt auctores atque non paucas produnt particulares suarum opinionum determinationes, quarum praecipuas juverit prius sub quintuplici praedicto elemento colligere, antequam omnes ad duas principaliores ac communiores reducamus. Secundarias autem quaestiones et opiniones dabimus inter arguendum in ipsa conclusione, ubi etiam fusius exponemus singula verba formulae latinae.

*Mentio materiae* (seu, ut alii dicunt, sacramenti, vel signi sacramentalis, vel causae instrumentalis, vel actus, vel unctionis) : *"Per unctionem."*

*Requiritur:* S. Thomas et antiqui communiter, usque ad Cone. Trid., Bellarminus, Suarez, Gonet, De Sainte-Beuve, Frassen, Billuart et communiter alii usque ad S. Alphonsum, qui cum Busembaum refert communem moralistarum sententiam; ex modernis plures: Pesch, Tanquerey. Lépicier. Hugon, Kilker, Boyer, Hervé, et moralistae Ballerini-Palmieri, Lehmkuhl. Bucceroni, Noldin, Priimmer, Cappello. Conte a Coronata. Piscetta-Gennaro, Regatillo.

*Non requiritur:* Pauci antiquiores, ut .Arcudius, Juénin et Drouin, et plures moderni, ut Pohle, Kern. Sanda. Diekamp, Otten, Quera, Daffara. Gougnard, Van Noort, Merkclbach.

*Mentio ministri* (seu causae instrumentalis): *"Istam* (unctionem)." Cum haec includatur implicite in ipsa mentione materiae proximae, seu unctionis, eodem modo, ac prius, secernendi sunt doctores, ac propterea ipsi communiter silent de hac determinatione. Potest tamen ulterius quaeri an mentio ministri debeat esse etiam aequivalens (qualiter invenitur in forma hodierna in voce "istam"), vel etiam formalis (qualis habetur in antiquis formis indicativis verbo: Ungo), et hoc sensu plures auctores *affirmant* (saltem implicite, cum dicant vocem "istam" esse necessariam in forma latina), alii *negant* (Frassen et Ballerini-Palmieri) alii dubitant (Suarez).

*Mentio effectus: "Indulgeat (quidquid deliquisti}"*

*Requiritur:* Omnes theologi in hoc concordant ut in minimum requisitum; discrepant tamen quoad effectus determinationem. Alii nempe aliter dicunt requiri et sufficere ut exprimatur:

/Miquis effectus, aut corporalis aut spiritualis, et vel hic vel ille spiritualis effectus. Van Noort.

Aliquis effectus, aut corporalis aut spiritualis. Diekamp, Daffara.

Effectus vel generalis vel principalis. Sanda. Quera.

Effectus generalis (i.e. reliquiae peccati, ut in forma latina), vel uterque particularis (i.e. sanitas animae et corporis, ut in forma graeca). Pesch, Otten, Cappello.

Effectus principalis. S. Thomas, Bellarminus, Billuart, S. Alphonsus qui pro se citat Lacroix, Mazzotta et Gobat.

*Mentio subjecti:* "Tibi" (vel "Deliquisti").

*Requiritur:* Hoc supponunt communiter doctores. et explicite asserunt De Sainte-Beuve, Lépicier, Kilker, Gougnard. Cappello. Praeterea ante Codicem a quibusdam requirebatur etiam mentio quinque sensuum seu partium inunctarum (cf. infra, p. 560 sq.).

*Mentio causae principalis:* "Dominus" (Indulgeat Dominus).

*Requiritur:* Hoc videntur supponere omnes doctores, et necessario admittendum est ab omnibus qui tenent necessitatem formae deprecativae, quippe quae saltem exercite continet mentionem Dei cui deprecatio dirigitur. An praeterea ipsa nominatio divinae causae (Dominus, Deus, Trinitas, Spiritus S., Christus) requiratur, a pluribus, nominatim S. Thoma, Bellarmino, Gonet, manifeste supponitur (cum in forma latina dicant necessaria ipsa verba: Per suam misericordiam), a quibusdam, ut Kilker, explicite notatur, ab aliis, ut Suarez, videtur dubitari.

Cum igitur omnes theologi concordent quoad necessitatem mentionis effectus, subjecti et causae principalis, *discordent vero qtioad necessitatem mentionis materiae et ministri,* facile est omnes ad duas sententias reducere, omissis ulterioribus determinationibus de unoquoque elemento.

*PRIMA SENTENTIA* docet requiri ac sufficere quamlibet formulam verborum (intellige, saltem juxta plures, deprecativam) in qua exprimatur triplex elementum sacramentale, scilicet *effectus, subjectum* et *causa principalis* (quidam dicunt duo: effectus et causa, sed subintelligunt tertium, seu subjectum, imo quidam dicunt unum tantum requiri, scilicet orationem exprimentem effectum, sed in ipsa oratione subintelligunt mentionem divinae causae), ita ut forma Extremae Unctionis sint verba latina: *"Indulgeat tibi Dominus,"* vel alia aequivalentia.

Ita pauci antiquiores, ut *Arcudius (De concordia . . .* ,1. 5, c. 2) *Juénin (De sacram.,* diss. 7, q. 4, conci. 2, quaeres 2), *Drouin (Dc re sacramentaria,* 1. 7, q. 3), et plures moderni, ut *Pohle, Kcrn, Sanda, Diekamp, Otten, Quera, Daffara, Gougnard, Verhamme, MerkelbachT*

" Quatenus dicit sola verba "Indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti" esse essentialia.

Rationes negandi necessitatem mentionis materiae, sunt tum quia id non exigitur ab ipsa sacramentalitate formae, ut patet in Poenitentia et Ordine, tum ac praecipue quia id non invenitur in omnibus formis Extremae Unctionis ab Ecclesiis usitatis et signanter in hodierna ac traditional! forma Graeca, quae nullum prorsus verbum habet de unctione.

*KERN:* "Forma sufficiens ad valorem Extremae Unctionis est quaevis deprecatio pro infirmo, sive formalis sive virtualis. Hac assertione statuitur, ad hoc, ut forma sufficiat ad valorem sacramenti, non esse necessariam explicitam mentionem neque actionis ministri (per istam s. Unctionem), neque misericordiae divinae (et suam piissimam misericordiam), neque determinati cuiusdam effectus (indulgeat tibi Dominus, quidquid per sensus deliquisti), sed *quamcunque orationem,* etiamsi nihil eorum exprimat, quae habet nostra latina, ad essentiam sacramenti sufficere, dummodo sit deprecatio formalis vel virtualis pro infirmo qua tali.

"Probatur. . . Validae censendae sunt omnes formae deprecativae et indicativae, quae continentur in Ordinibus nobis conservatis. Nam de deprecativis nullum unquam dubium est motum; de indicativis autem tantum ideo controvertebatur, quod multis theologis immerito videbantur carere omni deprecatione. Ergo nihil est dicendum necessarium ex parte formae, quod non invenitur in omnibus. Atqui omnes solum unum elementum habent commune: deprecationem pro infirmo, quae secundum quosdam Ordines est formalis, secundum alios virtualis.

"Profecto, praeter hanc universalem rationem nihil extat in vigente forma latina, quod non in aliis quibusdam desideretur. Nam: 1. 'Per istam sanctam Unctionem' nullo modo invenitur in forma ecclesiarum orientalium, prout nobis refertur a Symeone Thessalonicensi, Goar, modernis auctoribus ecclesiarum dissidentium et ab ipso Euchologio magno.04 Igitur cum theologi latini nunc satis communiter una ex parte agnoscunt valorem formae graecae, ex altera parte negant valere formam, quae non exprimat actionem ministri (unctionem), nescio, an aperte sibi contradicant. 2. *Piissima misericordia Dei* in compluribus ex formis adductis . . . non commemoratur; ceterum hoc membrum paucissimi essentiale existimant. 3. *Remissio peccatorum explicite* non petitur per formam graecam et complures latinas . . . , quae vel tantum sanitatem aut confortationem vel utrumque simul vel generatim salutem infirmo adprecantur. . .

"Hinc dicendum est: essentia sacramenti exigit, ut omnes effectus eius vel explicite vel implicite oratione sacerdotis formaliter vel virtualiter deprecativa petantur. Hoc autem praestant formae, quae actu in Occidente et Oriente adhibentur, hoc praestiterunt omnes formae, quae ex antiquitate hodiedum supersunt, imo repugnat deprecatio pro infirmo qua tali, quae hoc non praestet. . . Tandem forma requiritur, ut determinet materiam ad sacramentum. . . Duo vero sacramenta, Confirmatio et Unctio infirmorum, ex institutione divina habent materiam consecratam, quae ipsa benedictione episcopali est ordinata ad certos effectus supernaturales. Unde per se solum necesse est, ut forma manifestet, materiam hic et nunc adhiberi ad eum finem, ad quem est consecrata. Hoc autem multis modis potest fieri. Hinc videmus, duo haec sacramenta diversis temporibus et in diversis ecclesiis sub formis apparenter maxime discrepantibus esse perfecta. Nullius harum formarum valor rationibus a priori elidi potest. Liberum erat Domino, etiam Confirmationis et Extremae Unctionis formas magis determinare, quam communis ratio sacramenti exigebat. Novimus, eum revera ob specialem finem s. Unctionis infimiorum constituisse, ut eius materia determinetur per verba deprecativa. Qui

*' "Ecclesiae unitae Ruthenorum ct Maronitarum inter verba: 'sana servum tuum' inseruerunt: 'per istam unctionem,' puto, quia theologi occidentales eis scrupulum ingesserunt. Confer Benedictum XIV., Opera inedita (pubi. Heiner) p. 364."

insuper postulat, ut deprecatio contineat expressam mentionem huius vel illius effectus particularis et actionis ministri, is tenetur, ut omissis rationibus speculativis clarum aliquod argumentum ex fontibus revelationis proponat. Ili vero fontes huiusmodi argumentum non praebent, sed clare talem opinionem excludunt."[86]

*DIEKAMP:* "Ex comparatione cum formis valde inter se diversis, quae usque ad saeculum 13 in Occidente et hodie adhuc in Oriente occurrunt, apparet ad essentiam non pertinere, ut materia sacramenti in forma indicetur . . . proindeque per se orationem aliquam pro infirmo factam, in qua unus effectus sacramenti, sive corporalis sive spiritualis, exprimitur, ut formam sufficere."[00]

*OTTEN:* "Ex his similibusque formis concludimus ea tantum verba esse essentialia, quae effectum sacramenti significant, dummodo aliqua ratione sive ex seipsis sive ex adjunctis oratio dici possint; reliqua enim in diversis formis ceteroquin validis saepe desiderantur. Effectus autem sacramenti significari potest aut gencrice, quatenus indicatur deletio reliquiarum peccati, ut in forma Latina; 'Indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti'; aut specifice, quatenus exprimitur sanitas corporalis et sanctificatio animae, quod servatur in forma Graeca."[87]

*VERUAMME:* "Ad valorem extremae unctionis, forma debet esse oratio pro infirmo, cum unctione coniuncta, quacumque ratione illa oratio exprimatur. Reliqua omnia, quae forma exprimere contingit, non videntur essentialia. . . Plerique [auctores] essentialia dicunt [in forma latina]: per istam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. . . Tamen . . . commemoratio actionis ungendi non videtur esse de essentia sacramenti. Praeterea, sola verba: indulgeat tibi Dominus, omissis: quidquid deliquisti, quum super infirmum proferuntur, forte iam satis significant effectum extremae unctionis, misericordiam nempe et benevolentiam divinam infirmo exhibitam."[88]

*SECUNDA SENTENTIA* docet requiri ac sufficere quamlibet formulam verborum (intellige, juxta plures, deprecativam) in qua exprimatur quintuplex elementum sacramentale, scilicet *materia, minister, eflcctus, subjectum* et *causa principalis* (quidam dicunt tria: materia seu ritus seu causa instrumentalis, effectus et causa principalis, sed subintelligunt tum ministrum, inclusum in materia, tum subjectum), ita ut forma Extremae Unctionis sint verba latina: *"Per istam unctionem indulgeat" tibi Dominus"* vel alia aequivalentia.

Ita communissime antiquiores: S. *Thomas, Bellarminus, Suarez, Gonet, TrombeUi, De Sainte-Beuve, Frassen, Billuart, S. Alphonsus,* et communius moderni: *Pesch, Lépicicr, Ilugon, Kilkcr, Boyer, Hervé, Ballerini-Palmieri, Lehmkuhl, Bucccroni, Noldin, Priimmer, Cappello, Piscctta-Gcnnaro, Conte a Coronata, Rcgatillo.*

*S. Thomas:* "Praedicta oratio [i.e. forma latina] est competens forma hujus sacramenti. Quia tangit sacramentum, in hoc quod dicitur, 'per istam sanctam unctionem'; et illud quod operatur in sacramento,

[86] *Dc sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonae 1907) 163-166.

[87] *Theologiae dogmaticae manuale* IV (secunda versio latina juxta cd. 9, cura A. Hoffmann, Parisiis 1946) 388.

[88] *Institutiones dogmaticae* VI (Chicago 1925) 239 sq.

[89] "De forma Extremae Unctionis," *Collationes Brugenses* 45 (1949) 367 et 370. An verbum "indulgeat" sit magis spccificandum, seu complendum verbis "quidquid deliquisti" disputatur, ut dicetur infra, p. 573 sq.

scilicet 'divinam misericordiam'; et effectum, scilicet remissionem peccatorum" *{Suppi.,* q. 29, a. 9; cf. ad 2 et 3).

*BELLARMINUS:* "His verbis [formae latinae] explicantur omnia quae in forma sacramenti explicari debent, nimirum caussa principalis, quae est Dei misericordia; et instrumentaria, quae est sacra Unctio; nec non effectus, idest, remissio peccati, et consequenter corporalis sanitas, quae ex remissione perfecta peccati pendet, sicut morbus ex peccato ut plurimum oriri solet. Unde Dominus Matth. 9. paralitico, quem curare volebat, prius dixit: 'Remittuntur tibi peccata tua'; ut omnes intelligerent, peccata ejus caussam fuisse morbi: ut etiam alteri, quem ad piscinam curaverat Dominus, dixit Joannis 6. 'Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi contingat'."[1]

*SUAREZ* dubitat tantum de necessitate exprimendi causam principalem in forma sacramentali: "Indicat [S. Thomas] . . . illam particulam ['Et suam piissimam misericordiam'] esse de substantia formae, et in solut. ad 2 reddit congruentiam, quia misericordia respicit miseriam; unde, quia hoc sacramentum datur homini quasi in ultima miseriae necessitate constituto, ideo in illo veluti confugimus ad divinam misericordiam, quae proinde in forma expresse declaratur. Praeterea, sicut diximus modum deprecativum esse de substantia hujus formae, ita est verisimile, esse de substantia, explicare divinam misericordiam, ad quam homo aegrotus confugit, tanquam destitutus viribus ad satisfaciendum. Denique, cum Ecclesia interponat haec verba inter alia substantialia, videtur certe verisimile etiam ipsa substantialia esse. Quae rationes ut minimum persuadent esse necessarium (sub gravi culpa) illam particulam non omittere, ne a communi Ecclesiae consuetudine recedatur, et ut omne periculum et dubium vitetur. An vero in re ipsa particula illa substantialis sit, incertum mihi est, quia explicari in forma principalem causam effectus sacramentalis non solet esse de substantia sacramenti, nisi ubi invocatio Trinitatis ob specialem aliquam rationem est necessaria. Item quia ipsamet forma deprecativa ex se includit ordinem ad divinam misericordiam seu invocationem ejus. . . Denique hoc ipso quod dicitur, 'Indulgeat tibi Deus', actus misericordiae satis expresse postulatur; ergo in actu exercito per misericordiam petitur, quamvis in actu signato non proferatur; non est igitur certum particulam illam esse essentialem, quamvis sit certum non esse omittendam."[2]

*DE SAINTE-BEUVE:* "Respondeo [in forma latina] videri haec esse essentialia: 'Per istam unctionem indulgeat tibi Deus'. Cetera posita sunt ad majorem expressionem. Probatur quia per haec exprimuntur actus, causa principalis, subjectum et effectus. Actus quidem: 'Per istam unctionem'. Causa principalis, 'Deus'; subjectum, 'tibi'; effectus, 'indulgeat'. Misericordia Dei includitur in verbo 'indulgeat'. ut et quod significatur verbis istis, 'quidquid peccasti'. Nam Deus indulget peccatori."[3]

*BILLUART:* "Ista [verba] . . . , 'per istam unctionem', aut alia unctionem saltem implicite significantia, sunt essentialia; quia alias cum oleum sit indifferens ad multa, non satis determinaretur per formam ad unctionem: sicut si in baptismi forma omitteretur 'te baptizo', ut suo loco vidimus. Dixi, 'aut alia unctionem saltem implicite significantia'; quia in hac forma Graecorum: 'Pater sancte, medice animarum et coniorum, sana etc.' unctio importatur tantum implicite per *το* 'medice' et 'sana'. Item ista: 'Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti', sunt essentialia,

[1] *Dc sacramento Extremae Unctionis,* c. 7, *Opera omnia, Disputationes de controversiis christianac fidei* III (Mediolani 1859) 759.
[2] In 3 p., q. 84 sqq., disp. 40, s. 3, n. 14, *Opera omnia* XXII (ed. C. Berton, Parisiis: Vivès 1866) 823.
[3] *Tractatus dc sacramento Unctionis Infirmorum Extremae,* disp. 4, a. 3, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 98.

utpote per quae significatur effectus principalis sacramenti. Quidam tamen negant de istis verbis, 'quidquid deliquisti'; quia existimant sufficienter significari per το 'indulgeat': at falluntur; significatio enim hujus verbi, 'indulgere', longe latior et generalior est quam istorum, 'condonare' seu 'remittere delicta'. 'Indulgeo', inquit Calepinus, significat 'obsequor, consentio, inservio, facile concedo, plus aequo remitto': unde omittendo 'quidquid deliquisti', non significaretur determinate principalis effectus sacramenti, qui est remissio peccatorum."[4]

*PESCH:* "Essentialia ea tantum sunt verba, quae enuntiant actionem unctionis et effectum sacramenti, i.e. sive generatim deletionem reliquiarum peccati, ut 'indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti', sive speciatim sanitatem corporis et sanctificationem animae, ut in forma graeca."[5]

*CAPPELLO* satis ambigue aut diminute loquitur, ita ut utramque oppositam sententiam in eodem contextu proferre videatur: "Forma hujus sacramenti est oratio significans effectum sacramenti. Haec doctrina communis est ac theologice certa. . . Ex variis formis modo relatis patet quid in forma sit essentiale, quid non. Scilicet ea tantum verba censeri debent essentialia, quae omnibus formis sunt communia. . . Verba omnibus formis communia ideoque essentialia ea tantum sunt, quae actionem unctionis et effectum sacramentalem enuntiant, id est sive generatim abstersionem reliquiarum peccati, ut 'indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti', sive speciatim [sanitatem] corporis et sanctificationem animae ut in forma graeca. . . De . . . opinionibus, ab antiquis praesertim DD. propositis, aequum feratur judicium: scii, verba essentialia formae - - - ea tantum sunt, quae actionem unctionis et effectum sacramentalem significant. Igitur quaestio nec est nec esse debet de hac aut illa voce. Itaque, paucis, haec certo essentialia videntur: Γ 'Indulgeat Dominus', aut aequivalentia; 2° pronomen 'tibi', cum opus sit ut exprimatur subiectum cui sacramentum confertur."[6] Prima et ultima verba hujus textus intelligenda sunt de exclusione non ipsius mentionis unctionis sed ceterarum particularum formae latinae, secus contradicunt ceteris verbis.

*Praeterea circa opiniones theologorum duo sedulo notanda sunt:*

1. *Quoad mentionem subjecti,* nunc certum est non requiri, saltem in casu necessitatis, mentionem sensuum, seu ipsarum partium inunctarum, in forma sacramenti, nam, juxta *Decretum S. Officii* a. 1906 et *Codicem J. C.* (cit. in p. 404 sq.), ad valorem sacramenti sufficit unica unctio cum forma breviori (in qua sensus non exprimuntur), saltem in casu necessitatis (cf. dicta in p. 424-426). Antea vero, cum disputaretur an unctio quinque sensuum esset necessaria ad valorem sacramenti (cf. supra in art. 4, p. 409-425), disputatum est consequenter an in ipsa forma mentio quinque sensuum (aut particulariter aut saltem generaliter: "Quidquid per omnes sensus deliquisti") necessaria esset. Generatim auctores asserebant vel negabant necessitatem illius mentionis prout asserebant vel negabant necessitatem ipsius quintuplicis unctionis; non tamen omnes, nam una necessitas non imme-

[3] *Tractatus de Extrema Unctione,* diss. unica, a. 3, petes 1, *Cursus theologiae* (Parisiis 1904) X 14.

[4] *Praelectiones dogmaticae* (cd. 4 et S, Friburgi Brisgoviae 1920) VII 1-2, p. 269.

[5] *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* III: *De Extrema Unctione* (ed. 2, Taurini 1942) 62 et 66 sq.

diate et evidenter secum trahit alteram. Ita, *Suarez,* et S. *Alphonsus,* concessa practica probabilitate unius generalis unctionis, requirunt nihilominus ut in forma fiat mentio quinque sensuum, et e converso *Salmanticenses morales, Billuart* et *Aertnys,* dum sustinent necessitatem quintuplicis unctionis, negant vel dubitant de necessitate exprimendi quinque sensus in ipsa forma, dicentes in forma Graecorum sensus non exprimi et in forma ipsa latina verbum "quidquid deliquisti" referri ad peccata omnium sensuum.

2. *Quidam theologi,* ut *Tanquercy, Van Noort, Zubizarreta, Abârzuza, Merkelbach, Aertnys-Damen* (praecipue inter defensores primae sententiae), ad explicandum discrimen inter formam latinam hodiernam et formas sive graecam sive alias olim in usu apud Latinos, iterum hic (cf. supra, p. 495 sq., 500 sq.) *introducunt commodam diam et ambiguam sententiam de generica institutione jormac* et de potestate Ecclesiae determinandi formam in specie infima. Jamvero non satis intelligitur quid sibi velint. Nam: vel supponunt Ecclesiam de facto ea potestate usam fuisse, ita ut formae latina et graeca, etsi discrepantes in aliquo essentiali elemento, sint validae, ob Ecclesiae variam determinationem, et tunc frustra disputant de elementis requisitis ad validitatem, assumentes illud principium: Ea tantum sunt essentialia quae in utraque forma sunt eadem; vel supponunt Ecclesiam ea potestate usam non fuisse, et tunc bene assumunt praedictum principium, sed inepte hic invocant suam sententiam de generica institutione et de praefata Ecclesiae potestate, quoniam, supposito non usu hujus potestatis nec ulla determinatione apposita ab Ecclesia, validitas formae decidenda est ex solo elemento generico a Christo instituto, ita ut cetera sint accidentales appositiones variarum ecclesiarum.

Quidam, ut *Aertnys-Damen* (n. 539), candide sua faciunt et excribunt haec verba *Benedicti XIV:* "Formam hujus sacramenti non esse a Christo institutam *in specie infima,* ut aiunt, hoc est verbis certis praescripta, theologi omnes admittunt."

Jamvero, *primo,* non clare apparet quo sensu Benedictus XIV hic sumat "institutionem in specie infima"; nam non est idem ac institutio "verbis certis praescripta" (seu ipsorum verborum) quam doctores appellant "in individuo" et omnes ut evidenter falsam negant, dum dividuntur quoad quaestionem de institutione specifica. *Secundo* valde probabile est Benedictum sub ea minus felici expressione institutionis in specie infima (quae videtur lapsus calami vel mentis) intelligere solam institutionem in individuo seu quoad ipsa verba; quod quidem apparet tum ex addita explicatione "Verbis certis praescripta," tum ex sequenti assertione "Theologi omnes admittunt" quae secus esset manifeste falsa, cum sententia specificae institutionis olim fuerit communior,

vel saltem satis communis, tum ac praecipue ex eo quod inferius in eodem opere ipse Benedictus, expendens complicatam quaestionem de materia sacramenti Ordinis, sententiam de generica institutione reicit, et quidem, ut patet ex contexta ratione, in communi quoad omnia sacramenta; ait enim: "Haec doctrina [de generica Ordinis institutione] duas gravissimas offendit difficultates. Primo quippe non satis probatur quod Christus Dominus praedictam potestatem [determinandi materiam et formam sacramenti] fecerit Ecclesiae: imo oppositum videtur evinci ex Tridentino, sess. 21, cap. 2, ubi declarat a Christo relictam esse Ecclesiae potestatem mutandi quae Sacramentorum dispensationem respiciunt, 'salva illorum substantia': mutatio vero materiae et formae, non ad ritum et dispensationem, sed ad substantiam pertinet. Deinde, data Ecclesiae facultate de qua est sermo, gratis omnino et arbitrario fingitur quod Ecclesia ea usa fuerit: dicant enim ubi et quando, quo saeculo, in quo concilio, a quo Pontifice facta sit ejusmodi mutatio?"[7] *Tertio,* si Benedictus XIV revera loquitur de specifica institutione, non apparet unde sibi formaverit eam opinionem de negativa sententia theologorum, cum apud antiquiores theologos contraria sententia fuerit communior; et praecipue non apparet unde Aertnys-Damcn eandem opinionem sibi formaverit de theologis modernis, qui tam evidenter et tam acriter dividuntur, quasi ex aequo agmine, in hac quaestione. *Quarto,* etiam inter theologos qui negant modo indeterminato specificam institutionem omnium sacramentorum per Christum, seu sustinent solam genericam institutionem quoad materiam et formam aliquorum sacramentorum, plures renuunt hic suam sententiam ad formam Extremae Unctionis applicare, utpote frustraneam aut non necessariam; unde non apparet quo jure Aertnys-Damen ea verba profert quasi ad inculcandum omnes theologos hanc quaestionem de discrimine variarum formarum Extremae Unctionis resolvere applicando eorum sententiam juxta quam non ipse Christus sed Ecclesia determinaverit specifice formam hujus sacramenti.

## CONCLUSIO

Valida forma Extremae Unctionis est omnis et sola verbalis oratio quae sufficienter (seu formalitcr, acquivalentcr aut implicite) exprimit quinque elementa ex quibus sacramentum consurgit, scilicet materiam, effectum, causam principalem, ministrum et subjectum.

Solus quidem effectus rtet ut exprimatur explicite et formalitcr, causa vero principalis et subjectum sufficit ut exprimantur explicite et acquivalenter, materia denique et minister possunt exprimi implicite tantum.

[7] *Dc synodo dioecesana,* l. 8, c. 10, n. 10, in Migne, *Theologiae cursus completus* XXV (Parisiis 1841) 1120.

Ea ipsa quinque elementa continentur in forma latina, etiam breviori, et quidem omnia formalitcr (excepto ministro qui tantum acquivalenter significatur), ita ut ea forma possit probabilissime reduci ad hanc brevissimam dictionem: "Per unctionem indulgeat Dominus," etsi certior sit haec fusior formulatio: "Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti."

Probatur tum ex ipsa natura sacramenti sive in genere sive Unctionis, tum ac praecipue ex sensu Ecclesiae, in variis formulis, signanter Romana et Graeca, expresso.

*PRIMO,* si attendamus ad naturam *sacramenti in genere,* cum ipsum sit essentialiter signum et ejus significatio potissime in forma resideat a qua speciem accipit, "forma sacramenti, ut ait S. *Thomas,* continere debet quidquid pertinet ad speciem sacramenti" (3 p., q. 72, a. 4); ad speciem autem sacramenti concurrunt, quamvis diversimode, quatuor ejus causae, scilicet materia, forma, causa efficiens (quae hic est duplex: ministerialis et principalis) et causa finalis seu effectus qui est sanctificatio subjecti; unde oportet ut in forma cujuslibet sacramenti quinque elementa, exprimantur, scilicet (praeter ipsam formam quae est suipsius exercita expressio), materia, effectus, causa principalis, minister et subjectum.

Non tamen necesse est ut omnia eodem modo exprimantur, sed juxta eorum majorem vel minorem principalitatem, mensuratam tum ab ipsa natura sacramenti in genere tum a peculiari indole uniuscuiusque sacramenti, ita ut contingat quaedam formaliter exprimenda esse, quaedam vero tantum aequivalenter aut etiam implicite exprimi posse. Et quidem, generatin'! saltem loquendo, expressio ipsius effectus, ceterorum elementorum significationem manifeste praecellit, cum ab effectu ipsa forma ipsumque sacramentum ab extrinseco specificetur, tamquam signum a signato; unde S. *Thomas* absolute pronuntiat: "Per formam sacramenti debet exprimi sacramenti effectus" (3 p., q. 78, a. 2). Hinc fit ut in forma omnium sacramentorum *effectus formalitcr exprimi debeat,* nisi contingat ipsum veluti absorberi ac eminenter significari in altiori quadam ratione qua sacramentum totum repleatur ac vivificetur, ut accidit in Eucharistia cujus forma immediate exprimit non ipsum effectum gratiae quomodolibet sed Corpus Christi, prout est fons gratiae ad modum cibi, quod ceteroquin se habet ut primus effectus illius sacramenti seu ut res-et-sacramentum ejus.§ *Cetera*

* Cujus quidem discriminis rationem assignavimus cum S. Thoma in tractatu *De Poenitentia* III 524-529 ex eo quod "oportet quod forma sacramenti significet id quod in sacramento agitur proportionahter materiae sacramenti" (3 p., q. 84, a. 3), et in Eucharistia forma afficit materiam non ad applicandum immediate effectum gratiae sed ad eam consecrandam per praesentiam Christi, qui est dator gratiae.

*vero elementa quomodo significari debeant, utrum jormaliter an aequivalenter vel implicite, potius ex consideratione indolis uniuscuiusque,* praeterquam ac praecipue ex ipsa positiva Christi institutione explicata per Ecclesiam, colligi debet, cum majori quidem vel minori probabilitate, ut facere tentavimus in difficiliori quaestione de forma Confirmationis necnon in quaestione de forma absolutionis in superioribus tractatibus.0

Considerando igitur *peculiarem indolem Extremae Unctionis,* nihil imprimis invenimus quod minus permittat quam ipsam *jormalem expressionem effectus,* sicut e converso contingit in Eucharistia, et ideo Extrema Unctio in hoc perfecte colliniat cum omnibus aliis sacramentis, nominatim Baptismo, Confirmatione et Poenitentia, quorum forma immediate ac formaliter effectum exhibet.

Quoad cetera vero elementa nihil exigit ut formaliter exprimantur, sicut exigitur ut in Baptismo causa divina atque subjectum, et in Confirmatione causa divina atque materia, formaliter significentur. Forma enim Extremae Unctionis consistit essentialiter in deprecatione pro infirmo; in ipsa autem deprecatione non necessario debet formaliter exprimi ipsa persona quae rogatur aut pro qua rogatur, sed eo ipso quod super hanc personam mihi praesentem imploro supernaturalem effectum, causam divinam simul et subjectum divini effectus aequivalenter significo.

Ex ipsa igitur deprecativa indole formae Extremae Unctionis sequitur ex una parte quod non requiratur formalis expressio *causae principalis et subjecti* sed sufficiat *aequivalens,* et ex alia parte quod haec aequivalens expressio omnino requiratur nec sufficiat tantum implicita, nam oratio impetratoria importat immediate illa duo elementa.

Ex eadem deprecatoria indole sequitur vicissim quod sufficiat *implicita expressio materiae et ministri,* et non requiratur aequivalens, nec a fortiori formalis, nam in hoc sacramento, secus ac in Baptismo et Confirmatione, ipsa indoles deprecatoria totius ritus deprimit momentum actionis ministri, seu unctionis, quae, virtute formae, veluti transmutatur ac evehitur ad rationem objectivae cujusdam deprecationis. Unde, quamvis in omnibus sacramentis quae in usu alicujus materiae consistunt (proprie ac praecipue Baptismo, Confirmatione et Extrema Unctione) forma debeat hunc usum exprimere qui consistit in ipsa actione ministri circa remotam materiam, juxta nempe supra invocatum S. Thomae principium 'Oportet quod forma sacramenti significet id quod in sacramento agitur proportionaliter materiae sacramenti," tamen in Extrema Unctione non est necesse ut illa actio

0 Ct. tractatus *De Baptismo et Confirmatione* 332-337, et *De Poenitentia* III 524sqq.

(includens materiam et ministrum) exprimatur formaliter aut aequivalenter, sicut in Baptismo et Confirmatione, sed sufficit ut significetur implicite, idque exigit ipse modus quem materia assumit in hoc sacramento, utpote, ut ita dicatur, depressa ac minorata, sive ex ipsa dicta indole deprecatoria sive etiam ex eo quod, ut notavimus supra (p. 549 sq.), ipsa unctio non ex se sola valet fundare propriam significationem hujus sacramenti sed ut conjuncta cum ipso effectu corporalis sanationis, qui est, etiam sacramentaliter, incertus ac futurus.

*SECUNDO,* jam attendentes ad *sensum Ecclesiae,* totum hoc comprobatum comperimus, ex attento examine praecipuarum formularum, hodie vel olim in usu, ad quas supra (p. 532 sq.) ceteras omnes reduximus, Romanae scilicet, Rhemensis, Celticae, Gregorianae, Ambrosianae, Venetae et Graecae.10

*Forma Romana* (optativa, nunc in usu in tota ecclesia latina) : *Per istam* (aequivalens mentio ministri) *sanctam unctionem* (formalis mentio materiae) *indulgeat* (formalis mentio spiritualis effectus) *tibi* (formalis mentio subjecti) *Dominus* (formalis mentio causae principalis).

Quinque elementa clare proponuntur, quatuor formaliter, unum vero (minister) aequivalenter. Omisimus verba “Quidquid deliquisti,” quae sunt ulterior expressio effectus, quia, ut infra dicetur, de eorum necessitate controvertitur. Haec forma, ut dicitur, brevior, pro casu saltem necessitatis ad valorem sufficiens, utpote a saeculis in usu in Ecclesia Romana, matre ac magistra ceterarum, omnes alias formas vi probativa excellit, atque haberi debet ut petra comparationis ex qua ceterae judicentur. Ejus valor crescit tum ex eo quod ab ipsis Conciliis Florentino ac Tridentino proponitur, tum ex eo quod S. Officium et Codex J. C., cum decreverunt longiorem formam pro casu necessitatis abbreviare, et quantum possibile fuerit, ad essentialia elementa reducere, quinque praedicta sollicite retinuerunt, inclusa quidem mentione unctionis; nec refert quod retinuerunt etiam verba “Sanctam” et “Arnen,” necnon expressionem “Quidquid deliquisti,” nam illa verba sunt brevissima et manifeste prae se ferunt accidentalem indolem, de necessitate vero illius expressionis controvertitur a theologis et ideo saltem ad cautelam retineri debuit.

10 Formulas imperativas (supra relatas, p. 533) jam simpliciter exclusimus a ratione formae sacramentalis nec ceterum ipsae solae ac per se stantes unquam inveniuntur, nisi fortasse in solo rituali Narbonensi (cf. dicta in p. 536-53Ssq.). Ceterum, in eis quinque supradicta elementa facile invenies, excepta forma Narbonensi quae, ut prostat, caret mentione unctionis, quae tamen fit in immediate praecedenti oratione, per explicitam citationem ipsius textus lacobi Ex hoc ipso defectu mentionis materiae, desumi potest argumentum contra veritatem formae Narbonenis, quae in hoc differret ab omnibus aliis formis ecclesiae latinae.

*Forma Rhemensis"* (optativa; quae valde communis fuit ut mixta aliis formis, sed sola invenitur tantum in Ordine 8) : *In nomine P. et F. et Sp. S.* (formalis mentio causae principalis) *sit tibi* (formalis mentio subjecti) *hacc* (aequivalens mentio ministri) *unctio olei* (formalis mentio materiae tum proximae tum remotae) *in purificationem mentis ct corporis* (formalis mentio utriusque effectus).

Quinque elementa proponuntur, quatuor formaliter unum vero (minister) aequivalenter. Praeterea, secus ac in forma Romana, mentio materiae est in forma directa et importat etiam mentionem materiae remotae; duplex etiam effectus distincte proponitur.

*Forma Celtica* (indicativa: valde rara): *Ungo* (formalis mentio tum materiae proximae tum ministri) *te* (formalis mentio subjecti) *de oleo sanctificato* (formalis mentio materiae remotae) *ut salveris* (formalis mentio effectus generalis) *in nomine P. et F. et Sp. S.* (formalis mentio causae principalis).

Quinque elementa proponuntur et quidem omnia formaliter, inclusa materia remota; effectus tantummodo generaliter proponitur.

*Forma Grcgoriana* (indicativa; valde frequens; proponitur sola in Ordinibus 4 et 5): *Ungo* (formalis mentio materiae proximae et ministri) *te* (formalis mentio subjecti) *de oleo sanctificato* (formalis mentio materiae remotae) *in nomine P. et F. et Sp. S.* (formalis mentio causae principalis) *ut non lateat in te spiritus immundus et per hanc unctionem accipias pristinam et melioratam sanitatem* (formalis mentio utriusque effectus).

Quinque elementa, sicut in praecedenti, formaliter exprimuntur; praeterea uterque effectus distincte proponitur.

*Forma Ambrosiana* (indicativa; satis frequens; proponitur sola in Ordine 7): *Ungo* (formalis mentio materiae proximae et ministri) *te* (formalis mentio subjecti) *de oleo sanctificato* (formalis mentio materiae remotae) *in nomine Domini* (formalis mentio causae principalis), *ut more militis praeparatus ad luctam possis aereas superare catenas* (formalis mentio spiritualis effectus).

Quinque elementa formaliter, ut in duobus praecedentibus, significantur: solus spiritualis effectus formaliter et directe significatur. In ipso rituali Ambrosiano desunt verba "In nomine Domini" sed mentio causae principalis habetur tum aequivalenter in verbis "Oleo sanctificato" tum formaliter in verbis quae immediate sequuntur (nam in hoc rituali agitur de forma mixta) : "Operare, creatura olei in nomine P. et F. et Sp. S.," necnon in aliis subsequentibus.

ll Hanc et subséquentes formas, quas in art. praec. (p. 519 sqq.) ex integro retulimus, hic ad praecipua ct essentialia verba congruentius reducimus.

*Forma Veneta* (indicativa; valde frequens; sola invenitur in Ordine 27, in ipso rituali Veneto et in paucis aliis ritualibus): *Ungo* (formalis mentio materiae proximae et ministri) *te* (formalis mentio subjecti) *de oleo sanctificato* (formalis mentio materiae remotae) *ut quidquid deliquisti hac unctione sanetur* (formalis mentio spiritualis effectus), *in nomine P. et F. et Sp. S.* (vel per Christum D. N.) (formalis mentio causae principalis).

Quinque elementa formaliter exprimuntur; solus spiritualis effectus formaliter designatur, sicut in forma Romana.

*Forma deprecativa latina.* Quaenam fuerit vera forma adhibita tempore Gelasii et Gregorii RR.PP. nescimus; ceterum supra relatae (cf. in p. 519 et 13S) orationes ad ungendum infirmum in Sacramentario Gelasiano (idem dic de originali Gregoriano, ut notavimus in p. 519). referunt formaliter tria elementa, i.e. causam principalem, subjectum et effectum, duo vero implicite, i.e. ministrum orantem, et materiam seu unctionem, quae exprimitur in verbis "Praesta medicinam" et "Qui omnem infirmitatem praecepti tui potestate depellis" (nam hic habetur allusio ad praeceptum Iacobi de ungendis infirmis).

Ordines autem 6 (in quo sola forma deprecativa invenitur) et 9 (in quo undecim ex duodecim formis sunt deprecativae), quinque elementa formaliter proferunt (cf. supra, p. 524).

*Forma Graeca* (pure deprecativa; olim et hodie in usu in tota fere ecclesia orientali): *Pater sancte* (formalis mentio causae principalis), *animarum et corporum medice* (implicita mentio tum materiae, seu unctionis, tum ministri ungentis), *sana a corporis infirmitate et vivifica per Christi tui gratiam* (formalis mentio utriusque effectus) *servum tuum N.* (formalis et distincta mentio subjecti).

Quinque elementa proponuntur, tria nempe formaliter, duo vero (i.e. materia et minister) implicite tantum.

Collatis igitur his omnibus formis, ad quas ceterae reducuntur, habemus *acquivalcntcm mentionem ministri* in solis formis optativis Romana et Rhemensi et in formis deprecativis Ordinum 6 et 9 (cujus ratio est quia in his mentio materiae, utut formalis, non ponitur sub expressione verbali: Ungo, sed nominalis: Per istam unctionem, Sit tibi unctio), *implicitam vero mentionem materiae ct ministri* in sola forma Graeca (et in Gelasiana, si ut forma accipiatur).

Cetera vero elementa in his formis et omnia in ceteris formis, formaliter exprimuntur. Nominatim, de ipsa materia seu unctione in omnibus formis, excepta Graeca, fit mentio formalis, et in quibusdam etiam emphatica, per additam nempe significationem materiae remotae seu olei (Ungo te de oleo sanctificato, Per hanc olei

unctionem, Sit haec olei unctio) vel per repetitam ipsius unctionis mentionem sub diversa ratione (Ungo te de oleo sanctificato ut per hanc unctionem . . .).

Examen igitur traditionalium omnium formarum confirmat nostram conclusionem, in ipsa principaliori forma Romana potissime fundatam. Ceterum, nequaquam dissimulare intendimus unicam quidem sed satis obviam *difficultatem, provenientem ex forma Graeca, ex qua procedit etiam unicum vel praecipuum punctum controversiae inter duas doctorum sententias supra relatas.* Prima enim fronte nulla haberi videtur unctionis (et consequenter ministri) mentio in ea forma, aliunde certo valida et magni quidem valoris (utut longe minoris quam latina formula), utpote a tempore immemorabili adhibita in orientalibus ecclesiis tam schismaticis quam catholicis, nec umquam ab Ecclesia Romana reprobata sed potius aequivalenter approbata.

Hinc triplex theologorum solutio, jam supra memorata. Quidam nempe, recurrentes ad solam genericam Christi institutionem et ipsius Ecclesiae specificam determinationem, dicunt mentionem unctionis (et consequenter ministri) esse necessariam in formula latina, et simul non necessariam in formula Graeca, quia sic de utraque determinavit Ecclesia. Ceteri vero theologi, renuentes recurrere ad hoc commodum refugium (vel quia reiciunt ipsam sententiam de generica institutione et praedictam Ecclesiae potestatem, vel quia in hac saltem quaestione eam frustranee invocari judicant, utpote quae possit aliter convenientius resolvi quin recurratur ad usum potestatis Ecclesiae nullum habentis vestigium in Traditione), dividuntur in duas opiniones. Alii enim dicunt mentionem unctionis non esse ad valorem necessariam, utpote quae omittatur in forma Graeca, certo valida et ab ecclesia catholica orientali usitata, alii vero asserunt eam unctionem esse necessariam, saltem implicite, ac taliter etiam in forma Graeca sufficienter contineri.

Juxta hanc igitur sententiam, dicimus verba "Medice animarum et corporum, sana et vivifica," in ipso praecipue contextu sacramentalis deprecationis et unctionis, implicite continere requisitam materiae (et consequenter ministri) mentionem. Nam imago medici sanantis involvit conceptum actionis curativae, quae ceteroquin ad speciem unctionis satis determinatur tum ex communi usu unctiones adhibendi in medicando, tum praecipue ex adjunctis hic et nunc peractae sacramentalis unctionis, tum etiam ex probabili evangelica allusione, in ipsa eadem forma immediate apposita ("Qui Filium tuum. . . lesum Christum omnem morbum curantem, misisti") ad textum *Mare*. 6. 12 sq. in quo agitur de unctione apostolorum in Christi ministerio ("Ungebant oleo

multos aegros et sanabant"), insinuativo quidem praeambulo hujus sacramenti.

Nec aliunde ex indole sacramentali demonstrari potest hic majorem requiri materiae determinationem; quinimmo, ut dictum est supra (p. 564 sq.), ex peculiari indole hujus sacramenti potius contrarium ostenditur. Cum enim, juxta supra invocatum principium S. Thomae, "oporteat quod forma sacramenti significet id quod in sacramento agitur proportionaliter materiae sacramenti," materia et effectus illorum sacramentorum quae in usu materiae consistunt, possunt ad modum unius significari, et ideo, sicut in Baptismo verbum ipsum "baptizo" utrumque significat, directe quidam materiam et indirecte effectum (Ego te baptizo = Te abluo materialiter in spiritualem ablutionem), ita vicissim in forma Graeca Extremae Unctionis verba "Medice sana" directe significant effectum et simul indirecte exprimunt materiam seu unctivam actionem medicantis ac sanantis.

Res confirmatur a signo. Non defuit enim apud Orientales aliquod tentamen introducendi vel apponendi eorum formae explicitam unctionis mentionem, quod quidem assumi potest ut signum tum necessitatis illius tum propositi clarius exprimendi quod sufficienter jam continetur in illa forma. Id imprimis videri potest in duabus formis indicativis relatis a *Theodulpho Aurelianensi* ("Ungo te . . .") et *Archangelskij* ("Sanctificatur servus Dei oleo laetitiae . . .") et in forma coniecturaliter proposita a *Katanskij* ("Ungitur servus Dei . . .") (cf. supra, p. 516 et 517). Praeterea, *Rutheni* et *Maronitae* in sua forma graeca. supra relata (p. 512 sq.), introduxerunt explicitam mentionem unctionis ("Sana per hanc unctionem servum tuum" pro originali: "Sana servum tuum"). Tandem quidam hodierni orientales, ut *Maronitae* (partialiter tantum), *Syri, Arment* et *lacobitae Malabarici* (cit. in p. 513 sq.), formulam ipsam latinam adoptarunt.

*Juverit singula ex quinque suprodictis clementis separatim considerare ac magis determinare,* tum quia non desunt secundariae doctorum controversiae de quibusdam, tum quia inde constabit quaenam verba in ipsa principaliori formula latina nunc in usu, sint essentialia, et ad quamnam minimam expressionem tum formula latina, tum generaliter forma hujus sacramenti reduci possit.

*MENTIO MATERIAE PROXIMAE,* seu unctionis, *de jacto* fit, et quidem formaliter (Ungo te, Sit tibi haec unctio, Per istam unctionem) in omnibus formis, excepta Graeca in qua tantum implicite fit, ut diximus contra aliquos qui id negant. *De jure,* ipsa requiritur (etsi a quibusdam hoc negetur), non tamen formaliter sed *saltem implicite,* puta per explicitam mentionem divini medici curantis, ut in forma

Graeca, vel per explicitam citationem aut allusionem ad textum Iacobi (v.g. Juxta Iacobi commendationem indulgeat tibi Deus) qualiter habetur in supradicta oratione Gelasiana.

*MENTIO MATERIAE REMOTAE,* seu olei, quae ceteroquin aequivalenter continetur in ipsa mentione unctionis, *de facto* distincte ac formaliter fit in non paucis formis (Ungo te de oleo sanctificato, Sit tibi haec olei unctio. Per hanc olei unctionem), non tamen in Romana. *De iure* autem fieri debet *saltem implicite et indirecte,* quatenus necessario ac aequivalenter includitur in ipsa implicita mentione unctionis *(Suppi.,* q. 29, a. 9, ad 1); et haec implicita atque indirecta mentio sufficit, ut ostendit vel ipsa forma Romana quae oleum tacet. Etiam in Baptismo et Confirmatione mentio materiae remotae est tantum indirecta, quatenus includitur necessario in materia proxima (i.e. in ablutione et unctione), quae tamen in illis sacramentis formaliter exprimi debet.

Unde tota mentio materiae reduci potest ad minimam expressionem quam habet in forma Graeca (verbum "Medice," in contextu: Pater sancte, medice corporum et animarum, sana . . . ), vel aliam aequivalentem.

Inde in ipsa *iorma latina* nunc in usu verba "Per unctionem" sunt essentialia, etsi idem conceptus possit aliter exprimi.

*MENTIO MINISTRI, de facto* fit in omnibus formis aut, et frequentius, formaliter (Ungo te, Per nostram deprecationem), aut aequivalenter (Per "istam" vel "hanc" unctionem, Sit tibi "haec" unctio), aut tantum implicite, ut in forma Graeca, modo supra exposito. *De iure* fieri debet, *saltem implicite.*

Unde tota mentio ministri reduci potest ad minimam expressionem quam, una cum ipsa materia, habet in supradicto verbo formae Graecae ("Medice").

Inde in *iorma latina* vox "istam" non videtur essentialis, ut bene iudicant Frassen et Ballerini-Palmieri, non dissentiente Suaresio, contra alios theologos; nam requisita implicita mentio ministri iam habetur in ipsa mentione unctionis.

*MENTIO EFFECTUS, de iure* debet esse *iormalis,* et etiam *de facto* invenitur formaliter in omnibus formis, cum discrepanti tamen determinatione duplicis effectus, corporalis et multiformis spiritualis. Quaedam enim formae referunt generalem effectum, quaedam utrumque, quaedam directe solum corporalem, quaedam directe solum spiritualem, et quidem multipliciter expressum, ut patet ex sequenti conspectu:

*Generalis effectus* (curatio, sanatio): Forma Celtica: Salus (Ut salveris).

*Uterque distinctus effectus:*

Forma Graeca: Sanatio corporis et vificatio animi per gratiam.

Forma Rhcmensis: Purificatio mentis et corporis.

Forma Gregoriana: Expulsio demonum ct sanitas corporalis.

*Spiritualis effectus* (ex subjecta tamen materia involvens corporalem, quatenus infirmitas corporis consideratur ut connexa cum infirmitate animi, seu peccato12):

Forma Romana: Indulgentia delictorum (Indulgeat quidquid deliquisti).

Forma Veneta: Sanatio delictorum (Quidquid deliquisti sanetur vel emundetur).

Forma Ambrosiana: Expunctio impugnationis demonum (Ut possis aëreas superare catervas).

*Corporalis effectus* (involvens tamen indirecte, eodem modo supradicto, effectum spiritualem):

Supradicta forma Gregoriana, prout abbreviatur in Codice Tiliano et in Ordinibus 3, 4 et 5 (ejusdem ecclesiae Turonensis), dempta scilicet mentione expulsionis demonum et retenta sola directa mentione sanitatis corporalis, nisi quis, ut dicetur infra, probabiliter velit accipere verba "Recuperetur in te virtus et salus" ut expressio utriusque spiritualis et corporalis effectus.

Exinde ipsi *theologi discrepant,* potiusquam dissentiant, in assignando determinato modo quo effectus exprimi debeat, an nempe generaliter aut particulariter, an uterque, an hic aut ille (cf. supra, p. 556).

Jamvero, si attendamus tum ipsam naturam sacramenti, quod a principali effectu directe specificatur, tum ipsas formas nuper relatas (signanter Romanam), in quibus praevalet mentio principalis effectus, dicendum est cum S. *Thoma* solius spiritualis effectus mentionem esse necessariam ac sufficientem. Haec tamen fieri potest etiam eo generali vel indirecto modo quo habetur in forma Celtica et in abbreviata forma Gregoriana Codicis Tiliani et Ordinum 3, 4 et 5; nam salus, quae communiter invocatur in priori forma, primo et principaliter refertur ad salutem spiritualem, quae est praecipuum objectum omnis orationis, et signanter sacramentalis; sanitas vero corporalis, quae sola videtur invocari in altera forma, est intime ligata cum spirituali, tum quia infirmitas corporalis connectitur cum spirituali, ut dictum est supra, tum quia corporalis sanitas est incertus effectus qui ab hoc sacramento non confertur nisi prosit spirituali sanitati. Ceterum, in hac ipsa abbreviata forma Gregoriana, videri potest, saltem generaliter expressus, uterque effectus, sequentibus, utut ambiguis, verbis: "Recuperetur in te virtus et salus," "Virtute Trinitatis medicatus sive fotus," "Pristinam et melioratam recipias sanitatem"; idque etiam suadetur ex eo quod secus non intelligeretur quare forma Gregoriana tam inepte abbreviata fuerit ut supprimeretur prima pars in qua fit mentio spiritualis effectus, nisi haec sufficienter visa sit contineri in altera parte ejusdem formae quae retenta fuit.

«Cf. Bellarminum, *loc. cit.* (supra in p. 559).

Ex quibus sequitur totam mentionem effectus reduci posse ad minimam expressionem quam habet in forma Celtica, seu ad verbum "Salus" vel "Sanatio," juxta verba Iacobi: "Et oratio fidei salvabit infirmum."

*Obici tamen potest* quod, cum hoc sacramentum habeat duplicem effectum, etiam corporalis necessario in forma exprimi debet, secus imcompleta esset ejus significatio sacramentalis; quod etiam confirmatur ex ipsis verbis Iacobi: "Oratio fidei salvabit infirmum," quae referuntur ad effectum corporalis sanitatis.

Sed *respondetur* quod sufficit ut in forma directe exprimatur tantum effectus principalis tum quia ab eo omne sacramentum specificatur, tum quia in Extrema Unctione solus effectus principalis est certus, corporalis vero incertus, verba autem formae debent habere certam significationem sicut habent certam efficacitatem. Nec inde incompleta evadit significatio formae; nam etiam effectus corporalis indirecte et imperfecte, juxta suam ipsius naturam, significatur, tum quia est intime connexus cum principali (sanitas enim aut infirmitas corporalis connectitur cum sanitate aut infirmitate spirituali, ut supra dictum est), tum praesertim, quia, etsi non significetur in ipsis verbis formae, significatur tamen in ipsa indole deprecativa eorundem verborum, nam, ut dictum est in art. praec. (p. 547-550), nonnisi ratione incerti effectus corporalis, forma hujus sacramenti modum deprecativum assumit.

Verba autem Iacobi: 'Oratio fidei salvabit infirmum" non uno modo exponi possunt et ab exegetis exponuntur, sive nempe de sola spirituali sanitate, sive de sola corporali, sive, ac probabilius, de utraque generice et in confuso (cf. in art. 1, p. 76 sq.); nec, si accipiuntur de sola corporali sanitate, significant eam exprimendam esse in ipsa forma, sed tantum significant, ut acute notat S. Thomas, eam a Iacobo "attribui orationi, quae est forma hujus sacramenti," seu, ut diximus, ex effectu corporali formam assumere indolem suam deprecativam, etsi in ipsis verbis formae hic effectus directe non significetur, ita ut forma directe significet tantum effectum spiritualem, sed, ratione incerti effectus corporalis, illum ipsum spiritualem effectum significet verbis deprecativis seu per orationem cui Iacobus corporalem effectum attribuit.

Ad rem S. *Thomas:* "In forma debet exprimi effectus principalis, et qui semper inducitur ex sacramento nisi sit defectus ex parte recipientis. Non autem talis effectus est corporalis sanitas, ut ex dictis patet, quamvis quandoque sequatur. Ratione cuius Iacobus hunc effectum attribuit orationi, quae est forma huius sacramenti" *{Suppi.,* q. 29, a. 9, ad 3).

Inde patet *formam latinam,* in qua solus effectus spiritualis, sub verbis tamen deprecativis, exprimitur, non esse incompletam in sua

significatione, sed perfectam, imo aliis formis perfectiorem, quia ex una parte discrimen instituit inter duos effectus, verbaliter referens solum principalem, et ex alia parte ipsius etiam corporalis effectus connotationem involvit in ipso modo deprecative seu optativo quo principalem effectum significat. Imo in hac ipsa deprecativa expressione latina forma Graecam pure deprecativam excellit, quia modus ejus optativus ex una parte sufficienter exprimit requisitam deprecationem ac divinum beneplacitum (Indulgeat tibi, non ego, sed Deus) et ex alia parte simul explicat sacramentalem ejus ac objectivam efficacitatem, quam habet prout, una cum unctione, constituit ipsum signum sacramentale efficax ex opere operato (Per istam unctionem indulgeat tibi Deus). Cf. infra dicenda (in p. 578) de comparatione utriusque formae.

Occasione ejusdem latinae formae *theologi disputant an verbum "Indulgeat" sit sufficiens* ad exprimendum praedictum principalem effectum nec debeat necessario compleri per appositionem *"Quidquid deliquisti"* vel similem, et an proinde haec verba sint necne essentialia in latina forma.

Haec verba esse essentialia nec sufficere solam vocem "Indulgeat," *affirmant* (quidam tantum ut probabilius) quamplures theologi, ut Suarez, Coninck, Laymann, Lacroix, Diana, Mazzotta, Salmanticenses morales, Billuart, S. Alphonsus, Kenrick, Ballerini-Palmieri, Scavini. D'Annibale, Lehmkuhl, Bucceroni, Génicot-Salsmans, Noldin, Tanquerey, Prümmer, Vermeersch, Kilker, Quera, Piscetta-Gennaro, Merkelbach, quia vox "Indulgeat" est nimis generalis (indulgeo enim potest significare: obsequor, consentio, inservio, facile concedo, plus aequo remitto), nec ideo valet sufficienter exprimere principalem effectum sacramenti, qui est remissio reliquiarum peccati juxta illud Iacobi: "Et si in peccatum sit, remittentur ei." *Negant* vero pauci doctores, ut *Frassen, De Sainte-Beuve, Gihr, Cappello, Conte a Coronata, Regatillo,* quia ex ipsa subjecta materia (i.e. homine peccatore cui Deus indulget) ea vox accipit determinatum sensum remissionis peccatorum. Utraque sententia videtur aeque intrinsece probabilis, etsi prior sit extrinsece probabilior, ob excedentem numerum patronorum. Ratio quidem prioris sententiae solida est, sed etiam ratio posterioris suum grave pondus habet, praecipue si attendatur ecclesiasticus usus illius vocis, nam voces "indulgentia, remissio, absolutio," simpliciter prolatae, accipiuntur, et quidem indiscriminatim, de remissione peccatorum, potiusquam solius reatus poenae,[1'] etsi ipsa vox "indulgentia," nunc saltem, aliquatenus ambigua facta sit ob assumptam ratio-

[1'] Cf. dicta de vocc "Absolvo" in tractatu *De Poenitentia* III 531 -533.

nem proprii nominis remissionis poenae per potestatem clavium extrasacramentalem.

*MENTIO SUBJECTI, de jacto* formaliter fit in omnibus formis (Indulgeat tibi, Sit tibi haec unctio, Deliquisti, Ungo te, Sana servum tuum N. ut valde distincte in forma Graeca); *de jure* autem facienda est non necessario formaliter, nec tantum implicite, sed *saltem acquivalenter,* ut si dicatur: Per istam unctionem, vel, Sit haec unctio in salutem, vel Per unctionem, vel, Sit unctio in salutem; nam ipsa explicita mentio actionis, maxime si concrete exprimatur per particulas "ista" et "haec," cum sit actio ministri et simul passio subjecti, utriusque mentionem aequivalenter continet.

Unde tota mentio subjecti reduci potest ad minimam expressionem contentam in voce "Unctio" et a fortiori in duplici voce "Ista unctio."

Inde in *jorma latina* vox "tibi" non est essentialis quia mentio subjecti veluti dupliciter jam continetur in expressione "Per istam unctionem" et praeterea etiam tertio continetur in voce "Deliquisti" si haec dicatur essentialis vel de facto apponatur.

*MENTIO CAUSAE PRINCIPALIS, de jacto* fit formaliter in omnibus formis et signantius in formis deprecativis (Indulgeat vel parcat vel sanet Dominus, Deus, Trinitas, P. et F. et Sp. S., Pater omnipotens, Pater sancte, Spiritus S., Christus, Per Christum D.N.; in forma latina mentio causae, emphatice determinatur attributo misericordiae: "Et suam piissimam misericordiam"); *de jure* autem non requiritur mentio formalis, nec sufficit implicita, sed requiritur et sufficit *aequivalens,* qualis continetur in verbis "Oremus vel Oratio" (Oremus pro hoc famulo ut sanetur), "Caelestis vel Superna" (Descendat super te de caelo salutaris medicina), "Divina" (Ut divina virtute saneris).

Ad haec proinde verba, vel similia, reduci potest minima expressio illius mentionis. Frustra autem hic invocaretur necessitas nominandi SS. Trinitatem, ut fit in aliis sacramentis (Baptismo, Confirmatione et Poenitentia), nam in solo Baptismo expressio Trinitatis est necessaria ob peculiarem rationem illius sacramenti," in aliis vero ipsa additur ex antiqua traditione Romanae saltem Ecclesiae, quae tamen conveni-entius judicavit aliter divinam causam significare in hoc sacramento, juxta ipsam indolem deprecativam suae formae.

Inde in *jorma Latina* vox "Dominus" est essentialis, etsi, ob appositionem verborum *"Et suam piissimam misericordiam"* (in forma longiori ad quinque sensus), possit illa omitti et haec sic accommodari (Indulgeat tibi superna ac piissima misericordia).

'* Cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 64-72, ct tractatum *De Poenitentia* III 530 sq.

Ceterum, de hac ipsa appositione disputatur a theologis an sit ad valorem necessaria, in forma nempe longiori ad quinque sensus (nam nunc in forma breviori pro casu necessitatis ab ipsa Ecclesia suppressa est) et dempta quidem voce "Piissima" quae ab omnibus ut manifeste accidentalis habetur. Plures antiquiores, ut 5. *Thomas, Bellarminus, Nuiius, Gonet,* eam habent saltem ut probabilius necessariam, atque invocant formae hujus sacramenti deprecativam indolem quae ad misericordiam refertur. Alii inter antiquiores, ut *Suarez* (dubitanter tamen; cf. supra, p. 559). *Coninck* (item dubitanter), *Palaus, Laymann, Henriquez, Dicastillo; Bonacina, Salmanticenses morales, Sparer, Holzmann, S. Alphonsus,* et communiter moderni, inter quos *Ballcrini-Palmieri, Lehmkuhl, Bucceroni, Vermeersch, Kilker, Cappello, Arregui, Conte a Coronata, Regatillo,* eam habent saltem ut probabilius (moderni dicunt: certe) non necessariam, et communem rationem assignant quia jam in ipsa voce "Indulgeat" mentio divinae misericordiae sufficienter invenitur, cui rationi moderni addunt ipsam exclusionem illius expressionis a breviori forma nunc in usu.

Ex qua quidem communi ratione apparet hanc quaestionem a pluribus non recte poni et hinc contingere ut saepe iidem doctores pro una vel altera sententia promiscue afferantur.[15] Aliud enim est quaerere an sit necessaria mentio attributi misericordiae divinae, et aliud an debeat fieri explicite illis ipsis verbis: "Et suam misericordiam," aut etiam aequivalenter illo priori verbo formae latinae "Indulgeat Dominus."

Priori quaestioni omnes videntur affirmative respondere, etiam patroni secundae sententiae, ut constat vel ex invocata ab eis ratione, quod nempe in ipsa voce "Indulgeat" inveniatur sufficiens mentio divinae misericordiae, nisi forte excipiatur unus vel alter, ut Suarez (cit. in p. 559) qui videtur dubitare de ipsa necessitate mentionis causae principalis. Alteri vero quaestioni, omnes pariter videntur negative respondere, etiam patroni primae sententiae, ut constat ex ratione ab iisdem invocata, seu ex necessitate significandi deprecativam indolem hujus sacramenti.[10] Unde totum discrimen inter auctores reducitur ad hoc quod antiquiores, attendentes formaliter ad ipsum conceptum illorum verborum, seu misericordiam divinam, affirmant illum esse

[15] Cf. v.g. auctores citatos a S. Alphonso (n. 711) qui secundam sententiam dicit longe communiorem ct probabiliorem, et notas appositas ibidem ab ejus editore Gaude.

[10] "Ipse *Bellarminus* postquam affirmavit "in forma sacramenti explicari debere . . . causam principalem, quae est Dei misericordia" (cf. supra, p. 559), immediate addit: "non esse in hac forma numerandas syllabas, quasi singula sint de essentia; solum enim sententia ad essentiam pertinet, quae formam habet deprecatoriam." 5. *Thomas* nihil aliud ad rem habet nisi: "Praedicta oratio {formula latina] est competens forma hujus sacramenti . . . quia tangit . . . illud quod operatur in sacramento, scilicet 'divinam misericordiam'. . . . Misericordia respicit miseriam. Et quia hoc sacramentum datur in' statu miseriae, scilicet infirmitatis, ideo potius hic quam in aliis fit mentio de misericordia" *{Suppi.,* q. 29, a. 9, corp, ct ad 2).

significandum ob rationem deprecativae indolis hujus formae, et quia de facto loquuntur de aptitudine ipsius formae latinae, consequenter dicunt ea verba esse necessaria nec ceteroquin ulterius inquirunt an idem conceptus jam inveniatur aliter expressus in eadem forma sub ipsa voce "Indulgeat"; moderniores vero, attendentes materialiter ad ipsa verba, negant ea esse necessaria ob eandem rationem deprecativae indolis quae jam invenitur sufficienter expressa in voce "Indulgeat," et inepte sibi fingunt se ab antiquioribus discrepare.

Ad rem autem ipsam quod attinet, dicendum est *imprimis* mentionem attributi divinae misericordiae esse necessariam in forma Extremae Unctionis, ut patet tum ex deprecativa essentia hujus formae, quae ex hoc ipso nequit eam mentionem non continere in ipso suo modo deprecatorio, cum deprecatio impetrativa sit essentialiter vox indigentis ad miserentem, tum ex ipsis formis in usu (Latina, Graeca et aliis supra enumeratis) quae omnes uno vel alio modo illud attributum exprimunt. *Secundo,* non requiritur ut ea mentio sit formalis (ut in forma latina: "Per suam misericordiam"[17] vel in forma Gregoriana abbreviata Codicis Tiliani et Ordinum 3, 4 et 5: "Ungo te obsecrans misericordiam Dei ut . . ."), nam in ipsa forma breviori, nunc ab Ecclesia proposita et adhibita, omittuntur ea verba "Per suam piissimam misericordiam," nec etiam ut sit stricte aequivalens (ut in verbo formae latinae "Indulgeat" vel in forma Graeca "Animarum et corporum medice, qui Filium tuum omnem morbum curantem misisti"), sed sufficit ut sit implicita, i.e. necessario contenta in ipsa deprecatoria indole hujus sacramenti, quomodolibet expressa, nam non aliter continetur in ceteris latinis formis antiquioribus quae solent ut validae haberi, scilicet in forma optativa Rhemensi et in quatuor formis indicativis Celtica, Gregoriana, Ambrosiana et Veneta. *Tertio,* ac consequenter, in forma latina longiori, ea mentio tripliciter habetur, scilicet implicite in ipsa ejus deprecativa indole, aequivalenter in verbo "Indulgeat," et formaliter in verbis "Per suam piissimam misericordiam," quae pro tanto non sunt essentiale elementum sed ulterior et aptissima determinatio unius essentialis conceptus tripliciter manifestati. Ceterum, ipsa deprecativa indoles hujus formae per eandem duplicem expressionem potissime manifestatur ita ut binae illae significationes, Ecclesiae deprecantis et Dei miserentis, pari passu procedant.

*EX DICTIS PATET QUAENAM VERBA IN FORMA LATINA SINT ESSENTIALIA:* Per istam (probabiliter accidentale) sanctam

"Eadem habetur in Ordinibus 22, 24 ct 26, qui referunt formam Romanam; in Ordine vero IS paulo immutatur "Per Dei benedictionem" pro "per suam piissimam misericordiam."

(accidentale[18]) unctionem (essentiale) indulgeat (essentiale) tibi (probabiliter accidentale) Dominus (essentiale) quidquid deliquisti (probabiliter accidentale). Arnen (accidentale). Unde *essentialis jorma est: Per unctionem indulgeat Dominus;* certior vero forma est: *Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti.* Quod quidem in hoc articulo probandum erat.

Si vero velimus etiam colligere varias theologorum disputationes et assumere, ut certum vel probabile juxta casum, id tantum in quo communiter consentiunt vel magis aut minus discrepant doctores, forma illa sic judicanda est: Per istam (probabiliter accidentale; disputatur), sanctam (certo accidentale) unctionem (probabilius essentiale; disputatur) indulgeat *(certo essentiale)* tibi (probabiliter accidentale; disputatur) Dominus *(certo essentiale),* quidquid deliquisti (probabiliter accidentale; disputatur) Arnen (certo accidentale). Ex quibus, in unum colligendo elementa ab omnibus admissa ut certe essentialia, habetur: *Indulgeat Dominus.* Quod quidem fere aequivalet minimo requisito a patronis primae sententiae supra memoratae (p. 556 sq.), qui tamen, dempta mentione unctionis in qua ipsa subjecti mentio includitur, necessario debent hanc ipsam mentionem illis duobus verbis addere, et assumere formam: Indulgeat tibi Dominus.

Potest etiam, attentis simul tum intrinsecis rationibus tum extrinseca doctorum auctoritate, sic judicari de verbis formae latinae: Verba scilicet essentialia sunt: Certissime: *Indulgeat Dominus;* certo: Indulgeat *tibi* Dominus; probabilissime: *Per unctionem* indulgeat Dominus; probabilius: Per *istam* unctionem indulgeat tibi Dominus; probabiliter: Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus *quidquid deliquisti.*

Omnes ceteroquin supradictae formae, aliquando in usu in utraque Ecclesia, reduci possunt ad quamlibet minimam verborum formulam, in qua effectus exprimatur formaliter, causa principalis et subjectum aequivalenter, materia et minister implicite. Ita:

Forma deprecativa *Graeca:* Medice caelestis, sana hunc famulum.

Forma optativa Latina seu *Romana:* Per unctionem indulgeat Deus.

Forma optativa *Rhemensis:* Sit unctio in salutem in nomine Domini.

Forma indicativa *Celtica:* Ungo ut salveris in nomine Trinitatis.

Forma indicativa *Gregoriana:* Ungo ut saneris in nomine Trinitatis.

Forma indicativa *Ambrosiana:* Ungo ut demones superes in nomine Domini.

Forma indicativa *Veneta:* Ungo ut a peccatis saneris per Christum.

*Aliae:* Ungaris in salutem in nomine Domini. Ungo deprecans ut saneris. Ungendo deprecor sanationem.

[u] Ea vox refertur a Cone. Florentino, Ordine 22, theologis mediaevalibus ut S. Thoma et Bonaventura, et retinetur in forma breviori nunc in usu; omittitur vero a Cone. Trid. et Ordinibus 15, 24, 26.

NOTA 1. *De aptitudine et excellentia formae Latinae.*

Inter varias formas supra memoratas, manifeste praecellit forma Romana, quae nunc latina dicitur et est. Idque provenit ex sua ipsa indole optativa et indirecta, quae medio modo se habet inter formam pure deprecativam Graecam et antiquiores formas indicativas latinas. In *forma enim Graeca,* indoles quidem deprecativa formae hujus sacramenti magnifice extollitur, sed veluti in detrimentum sacramentalitatis ejus, cum mentio materiae seu actus unctionis, ex quo forma sacramentatur, fere ad nihilum reducatur, seu ad quandam rationem implicitam et indirectam, in qua quidem plures theologi renuunt veram mentionem agnoscere. E converso, *antiquae formae* indicativae, exprimendo actum unctionis modo directo ac verbali ("Ungo te"), sacramentalem indolem hujus formae tam fortiter premunt, ut fere videatur evanescere indoles ejus deprecatoria, ac inde quidam theologi renuant hanc indolem illis formulis agnoscere.

*Forma vero Latina* utramque illarum formarum perfectionem in se colligit et utrumque pariter defectum expungit. Nam ex una parte, ipsa reducit indolem suam deprecativam ex modo formalis orationis ad modum quendam optativum, simul apponendo verba quae signanter, etsi indirecte, deprecationem sonant (Indulgeat tibi Dominus per suam piissimam misericordiam), in hoc quidem excellens formam optativam Rhemensem (Sit tibi haec unctio in purificationem mentis et corporis in nomine P. et F. et Sp. S.), et ex alia parte emollit quoque expressionem sacramentalis efficacitatis, nonnisi modo quodam indirecto apponendo explicitam mentionem unctionis, etsi simul eam efficacitatem insigniter exprimat ope particulae "per" (Per istam unctionem indulgeat Dominus). Praeterea, aptitudinem et excellentiam hujus formae commendat ipsa formalis et emphatica expressio tum causae principalis (Dominus et sua piissima misericordia) tum subjecti (Tibi; quod est veluti indicativa ac intimativa quaedam ritualis expressio formarum aliorum sacramentorum), necnon aequivalens et indirecta tantum mentio ministri (in verbis "Per istam [meam] unctionem" loco: "Ego te ungo") quae suo modo concurrit ad extollendam deprecativam indolem hujus formae sacramentalis.

Inde *Bonaventura* (cit. supra in p. 493), loquens de antiqua forma indicativa, apte notat: "Haec in aliquibus habetur Ecclesiis, sed non in Romana, quae maxime vitat ea quae possunt esse occasio deviandi," et *Catechismus Cone. Trid.* (cit. supra in p. 509) ex sola essentiali conformitate cum forma Romana deducens validitatem et apostolicitatem aliarum formarum, ait: "Omnes Ecclesiae eam formae rationem retinent, qua omnium mater et magistra sancta Ecclesia Romana utitur."

NOTA 2. *De verbis non essentialibus jormae latinae,* an si de facto ponantur, ut contingit in legitima administratione juxta formam Ritualis Romani, pertineant ad essentiam formae, ita ut haec non consequatur suam efficaciam nisi prolatis ultimis verbis ("Quidquid deliquisti").

Affirmative respondetur. Nam, cum mentio quinque supradictorum elementorum (scilicet materiae, ministri, effectus, subjecti et causae principalis) sit essentialis formae Extremae Unctionis, quamvis alio modo fieri possit (ita nempe ut solus effectus exprimatur formaliter, cetera vero elementa aequivalenter vel implicite tantum) et ad breviora verba reduci (ita nempe ut omittantur "Per suam piissimam misericordiam" longioris formae et "Quidquid deliquisti"), tamen omnia, prout de facto ponuntur et in solidum, constituunt essentiam formae. Accidit enim praedictae essentiali mentioni quod fiat hoc vel illo modo, scilicet in minimis requisitis aut in amplioribus, sed quando alterutro modo fit (dependenter ab intentione ministri et maxime ipsius Ecclesiae) ipsa est necessario essentialis sub eo modo quo fit, quia quomodolibet fiat, semper ipsa est et non alia. Ita, exemplificando: quamvis verbum "Indulgeat" sufficiat ad requisitam mentionem effectus, tamen, si de facto hic exprimitur per ampliora et explicitiora verba 'Indulgeat quidquid deliquisti," haec verba in solidum constituunt sacramentalem mentionem effectus ac pertinent ad essentiam formae; et idem dic de aliis verbis "Per suam piissimam misericordiam" (in longiori forma), "Istam," et "Tibi," quibus clarius exprimuntur cetera essentialia elementa formae.

Idipsum valet, et a fortiori, de verbis exprimentibus quinque sensus in forma longiori quae adhibetur in ordinaria sacramenti administratione (per visum, per auditum, etc.). Quamvis scilicet expressio partium corporis inunctarum non sit absolute requisita ad valorem sacramenti, ut patet ex ipsa validitate formae brevioris, sed se habeat ut magis determinata significatio ipsius subjecti, jam sufficienter significati per verbum "tibi," tamen, cum de facto ea expressio ponitur ac intenditur, concurrit ad unam eandemque sacramentalem significationem subjecti et consequenter pertinet ad essentiale elementum ipsius formae.

Eodem modo similem quaestionem resolvimus tum in tractatu *De Poenitentia* III 533-537, ubi de verbis "A peccatis tuis" quae adduntur, etsi non necessario, verbis essentialibus "Absolvo te" ad complendam eorum significationem, tum in praesenti tractatu (art. 5, p. 466 sq.), ubi de unctione quinque sensuum quae non necessario additur unicae ac generali unctioni per se solam sufficienti. Confer in utroque loco ampliorem quam dedimus explicationem praefatae rationis.

NOTA 3. An *minister, utens alia forma,* secundum se sufficiente, praeter eam quae praescribitur in proprio Rituali, valide administret sacramentum.

Respondetur affirmative. Aliter quidem esset si Ecclesia haberet potestatem determinandi formam, generice tantum a Christo institutam, et simul ea potestate ita usa fuerit ut vellet omnem aliam formam invalidam esse praeter hanc vel illam in Ritualibus praescriptam. Attamen, ex una parte, praedictam potestatem, quam fautores sententiae de generica institutione sacramentorum per Christum concedunt Ecclesiae, reiecimus in tractatu *Dc sacramentis in genere* nec ullam habet confirmationem ex disputatis quoad materiam et formam hujus sacramenti, et ex alia parte, etiam si ea potestas concederetur, nullum habetur signum quod Ecclesia in hac re unquam illa usa fuerit, ut concedunt plures ex ipsis defensoribus hujusmodi potestatis.

Unde recte scribit *Kern:* "Si nunc sacerdos administraret Extremam Unctionem cum intentione conficiendi sacramentum, omitteret autem consulto ad omnes sensus formam: Per istam Unctionem etc., gravissime quidem peccaret, sacramentum tamen esset validum, quia omnia necessaria, quae habet forma, continentur etiam in prima oratione, quae sequitur unctionem; estque haec oratio satis coniuncta cum materia proxima, ut cum ea in unum signum sacramentale possit coalescere. De facto oratio, quae secundum rituale romanum prima post unctionem dicitur, constituebat antiquitus formam essentialem ecclesiae Narbonensis."[19]

NOTA 4. Quaestio utrum in extraordinaria administratione per unicam unctionem valida censenda sit *forma brevior, sed particularis,* exprimens nempe tantummodo unum vel alterum determinatum sensum qui ungitur (Indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti), resoluta est in art. 4 (p. 451).

NOTA 5. *De licita administratione hujus sacramenti quod attinet ad formam.*

*Codex J. C.,* can. 937, praescribit: "Extremae Unctionis sacramentum conferri debet . . . per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis praescripta." Hunc canonem, generaliter saltem spectatum, importare gravem obligationem sequitur ex ipsa gravitate materiae et communiter admittitur a theologis. Iam *Benedictus XIV* scribebat: "Injungendum est parochis ut formam adhibeant in Rituali praescriptam, quae certe sine gravi flagitio non potest privata auctoritate immutari."[-0] Theologi autem morales hanc obligationem explicare ac determinare conantur.

*De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonac 1907) 160, in nota.
[-0]*Op. cit.* (supra in p. 498), c. 2, n. 2, coi. 1091.

*Primo* scilicet, ex eo canone sequitur ministrum latinum *sub gravi teneri ad adhibendam jormam proprii Ritualis,* adeoque graviter peccare adhibendo, pro forma optativa nunc in usu in Ecclesia Latina, formam deprecativam Graecorum, vel aliam sive deprecativam sive optativam sive indicativam. An etiam minister orientalis, utens forma latina vel alia praeter eam quae in proprio Rituali praescribitur, ageret contra eundem canonem Codicis (nec tantum contra particularem praescriptionem suae ecclesiae), non clare constat, sed probabilius videtur. Nam, quamvis Codex generaliter respiciat solam Ecclesiam latinam, tamen obligat etiam Orientalem "si de iis agatur, quae ex ipsa rei natura etiam Orientalem afficiunt" (can. 1), jamvero talis videtur esse praesens generalis praescriptio respiciens congruentem administrationem sacramenti; praeterea in ipso can. 937 expressio "Per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis praescripta" generaliter sonat, si comparetur cum simili expressione can. 2 ubi quaestio est de "liturgicis libris, ab Ecclesia Latina probatis," nam in priori indeterminate dicitur "Ab Ecclesia probatis" absque specificatione Latina," adeoque videtur ibi intelligi tota Ecclesia tam occidentalis quam orientalis.

*Secundo, dc modo conjungendi prolationem jorrnac cum applicatione materiae* seu unctione, haec praescribit *Rituale Romanum:* "Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quae paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit" (tit. 5. c. 1, n. 18). Subinde, immediate ante unctiones addit: "[Parochus] ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formae" *{ibid.,* c. 2, n. 8). Haec materiae et formae physica simultas, quamvis non ad validitatem requisita (nisi forte quis, cum determinata sacramentali intentione, ad unctionem unius sensus applicet formam convenientem soli alteri sensui) est apprime conveniens rationi tum sacramenti in genere tum hujus sacramenti. Similis rubrica habetur in *Enchologio* Graeco, a Goar edito: "Accipit Sacerdos sanctum Oleum, et extremam unctionem suscipientem ungit, sequentem Orationem dicens: Pater sancte . . ." (cf. supra, p. 511). Attamen saec. 15. teste Simeone Thessalonicensi (supra cit., p. 517), apud Graecos forma "Pater sancte" dicebatur ante unctionem, inter ungendum vero dicebantur verba "Adjutorium nostrum in nomine Domini." In antiquis etiam *Ordinibus,* a Martène editis, frequenter adnotatur formulas, praecipue particulares ad varios sensus, esse proferendas inter ungendum; attamen quaedam generaliores formulae etiam immediate ante unctionem dicebantur quae videntur fuisse sacramentales aut ad modum unius ad sacramentalem formam pertinuisse (cf. Ordines 2,

10, 11. 13), et ceteroquin de ipsis formis dictis inter ungendum ipsa earum prolixitas suadet eas non perfecte coincidisse cum ipsa unctione ita ut haec simul inciperet et simul absolveretur (cf. v.g. Ordines 9, 11, 12, 16, 17, 23).

*Tertio, accidentales jormae seu orationes,* quae praecedunt (quatuor) vel subsequuntur (tres) formam sacramentalem, constituunt extrinsecum tantum ritum et caeremonialem apparatum hujus sacramenti. Quoad gravitatem obligationis eas non omittendi discordant theologi morales (cf. Cappello, Aertnys-Damen, Prümmer, Conte a Coronata et Regatillo).

*Cappello* sic discussionem resumit ac resolvit: "Quidam dicunt istas preces, nisi excuset necessitas, recitandas esse sub gravi: quidam sub levi. Verius ita distinguendum: preces in Rituali praescriptae, per se obligant quidem sub gravi, at non de omnibus et singulis precibus id affirmandum est. Quare si quis omittat unam aut alteram precem, venialiter peccat. Item, saltem probabiliter, si omittat preces recitandas *vel* ante *vel* post unctiones."[21]

Advertunt autem quidam, ut *Aertnys-Damen* et *Conte a Coronata,* quod si preces quae unctiones praecedunt omissae fuerint, ratione nempe necessitatis, subinde, infirmo alleviato, suppleri debent.

*Quarto,* quoad gravitatem obligationis *non omittendi singula verba* formae latinae, non parum discrepant moralistae, etsi omnes dicant generalem gravitatem resultantem ex supradicto canone 937 Codicis J. C., admittere parvitatem materiae quoad hoc vel illud ex singulis verbis.

*Omissio jormae longioris,* seu usus formae brevioris, extra casum necessitatis, *gravis* ab omnibus judicatur, eo vel magis quod a quibusdam doctoribus dubitetur de ipso valore formae brevioris cum unica unctione extra casum necessitatis (cf. supra, p. 425 sq.).

*Omissio expressionis quinque sensuum* in formula longiori recte a pluribus, ut S. Alphonso, Lehmkuhl, Ballerini-Palmieri, Vermeersch, Hervé, *gravis* dicitur, cum de facto in forma longiori ea expressio pertineat ad essentialem integritatem formae.[22] Quidam tamen eam ut probabilius levem habent, ut Gobât, Génicot-Salsmans, Arregui, Conte

[21] *Op. cit.* (supra in p. 560) 54.

[22] *Vermeersch* id fundat in sequenti inepta ratione: "Qui sensum specialem non designaverit, nihil quidem omittit quod sacramento sit essentiale, sed sacramentum quasi totum simul administrare videtur. Quare qui plures sensus, nullum nominando, sed repetendo formam unxerit, videtur quasi pluries sacramentum iterare. Et si specialis sit efficacia ad exstinguenda peccata quae per singulos sensus commissa sunt, infirmum illa peculiari utilitate privat. Observes tamen, effectum ultra provinciam singulorum sensuum extendi, cum non omnia instrumenta peccati nominentur, et Ecclesia ipsa nunc suppresserit designationem renum" *(Theologia moralis* III [ed. 4 a Creusen recognita, Romae 19481 391).

a Coronata, Regatillo et *Cappello* scribens: "Gravis obligatio asserenda non est, nisi de ea certo constet, ideoque [cum de ea disputetur] benignior sententia tenenda."[23]

Omissio verborum *"Istam — Tibi — Quidquid deliquisti,"* ab omnibus gravis judicatur, eo quod plures teneant illa verba esse essentialia, ratione cujus ea omissio dubium redderet ipsum valorem sacramenti.

Omissio vocis *"Sanctam,"* judicatur *gravis* a paucis, ut Suarez et Gobat (quibus favere posset illius retentio in forma hodierna breviori), *levis* vero communiter a modernis, ut Ballerini-Palmieri, Bucceroni, Génicot-Salsmans, Vermeersch, Piscetta-Gennaro, Conte a Coronata, Cappello et Regatillo (imo hi duo ultimi dicunt: Levis vel forte nulla culpa).

Omissio vocis: *"Piissimam"* communissime judicatur *levis* a modernis, qui de illa separatim loquuntur, ut iisdem prorsus doctoribus supra nominatis (iterum Cappello et Regatillo dicunt: Levis vel forte nulla culpa).

Omissio expressionis *"Per suam misericordiam"* (quidam loquuntur de completa expressione "Per suam piissimam misericordiam"), recte judicatur *gravis* a pluribus, ut Suarez (id supponit; idemque videntur communiter supponere antiquiores, etiam inter illos qui docent ea verba non esse essentialia), Diana, Lacroix, Gobat, S. Alphonso, Kenrick, Lehmkuhl, Bucceroni, Vermeersch; nam est notabilis violatio legis, utpote in re quae integrat necessariam expressionem attributi divinae misericordiae in forma hujus sacramenti. Tamen saltem ut probabilius *levis* habetur a paucis modernis, ut Ballerini-Palmieri, Génicot-Salsmans, Cappello, Conte a Coronata et Rogatillo.

Omissio vocis *"Amen"* (quae juxta quaedam antiqua ritualia dicebatur non ab ipso ministro sed ab aliquo inserviente vel ab ipso infirmo) ab omnibus habetur ut manifeste *levis*.

## ART. 9. Utrum Ecclesia Habeat Potestatem Determinandi Materiam Et Formam Hujus Sacramenti, Ita Ut Christus Nonnisi Generice Eas Instituerit.

### STATUS QUAESTIONIS

Completa quaestio de hujus sacramenti institutione tria logice importat: an fuerit ab ipso Christo institutum, an immediate, *an etiam specifice* seu quoad omnia elementa quae de facto ad ejus validitatem sunt necessaria. Primum et alterum explevimus in Capite I (art. 1 et 2), tertium vero, quod est objectum hujus articuli, non potuimus

[23] *Op. cit.* (supra in p. 560) 71.

convenienter ibidem apponere, prout logicus ordo requirere videbatur, nisi praeoccupando aut absque utilitate repetendo plura quae subinde erant dicenda de ipsa materia et forma, quaeque praecise ab hac quaestione de generica vel specifica Christi institutione respiciuntur. Hinc logica justificatio hujus articuli, in quo ceteroquin non aliud intendimus quam breviter in unum colligere ea quae de hac quaestione sparsim tacta sunt in sex praecedentibus articulis de materia et forma hujus sacramenti.

Etiam enim in Extrema Unctione, defensores sententiae de generica sacramentorum institutione per Christum putant vel conantur invenire argumenta aut indicia suam opinionem comprobantia, etsi quoad hoc sacramentum potius disordinate ac dissonanter procedant, nam, ut ostendetur in Conclusione, quidam eam opinionem invocant in quaestione *de episcopali rescrvationc benedictionis olei,* alii in quaestione *de numero unctionum,* alii in quaestione *de forma deprecativa,* alii in quaestione *de verbis quibus haec forma exprimi debeat.* Paucissimi autem sunt qui constanter aut confidenter omnibus his quaestionibus suam opinionem applicare velint, sed ubi aliqui vident illius doctrinae confirmationem eo alii renuunt confugere, omnibus ceteroquin procedentibus ex eodem commodo principio, semel assumpto, quod nempe ubi facile historicae varietates praxis sacramcntalis explicari nequeant, recurrendum sit ad genericam institutionem Christi et ad specificam determinationem per potestatem Ecclesiae. In qua quidem fluctuanti versatilitate, ea sententia arbitrariam suam indolem ac vitium facile ostendit.

## CONCLUSIO

Ecclesia probabilius non habet potestatem determinandi materiam et formam hujus sacramenti, cum ipse Christus eas non tantum gcnerice sed etiam specifice instituerit. Nec historica varietas praxis sacramcntalis Extremae Unctionis ullam affert confirmationem contrariae sententiae, quin potius ejus labilitatem itenim ostendit.

Probatur.

Ut dictum est in tractatu *De sacr. in genere* 408-419, variae habentur positivae rationes, praecipue in ipsis documentis Ecclesiae fundatae, quae hanc conclusionem solide confirmant, quasque non vacat iterum recoquere. Praecipuae vero difficultates, quae sunt unicum fundamentum contrariae sententiae, ad sequentes reducuntur quod attinet ad materiam et formam hujus sacramenti:

1. Juxta quosdam theologos recentiores, *Alexander Halensis ct*

*Bonaventura* adduxerunt sententiam de generica institutione Extremae Unctionis et Confirmationis ad explicandam *totius ritus* horum sacramentorum mutationem, quam, juxta duos illos doctores, haec sacramenta subierunt inter tempus apostolicum et subsequentem aetatem (cf. supra, art. 2, p. 213-217).

*Attamen,* ut jam fuse demonstravimus (ibidem, p. 245), non recta est illa doctrinae Halensis et Bonaventurae interpretatio, cum hi manifeste doceant ipsam mediatam tantum illorum sacramentorum institutionem per Christum. Ceterum, data et non concessa tali interpretatione, illa sententia manifeste caret fundamento, nam in ea nullum affertur indicium alicujus discriminis ritus utriusque sacramenti inter priorem et posteriorem aetatem, si forte excipiatur assertio Halensis de introductione ritus chrismationis in Confirmationem tempore Concilii Meldensis, quae quidem, ut omnes concedunt, est historice falsa (cf. ibid., p. 228-230). Unde inepte quidam ex praedictis recentioribus sententiam Halensis et Bonaventurae, prout eam interpretantur in sensu genericae institutionis, ut rationabilem et fundatam habere videntur.

2. Phires defensores sententiae de generica institutione, ut *Schmid, Spàcil, Cappello, Larnicol, Conte a Coronata* et *Daflora,* eam invocant in quaestione de *episcopali rescrvationc benedictionis olei,* quae viget in Ecclesia latina, dum apud Orientales omnes presbyteri possunt valide oleum benedicere et in ipsa Ecclesia latina idipsum ex pontificia facultate facere possunt.

*Attamen,* haec ipsa varietas, dependens ab Ecclesiae potestate, quoad validitatem vel invaliditatem benedictionis, potest convenienter explicari, ut notavimus in art. 3 (p. 378), in ipsa sententia de specifica institutione, dicendo Christum ipsum designasse duos benedictionis ministros, ordinarium nempe in episcopo, et extraordinarium in presbytero, qui tamen non possit suam potestatem exercere, nisi dependenter ab aliquo actu ecclesiasticae superioris auctoritatis, tanquam a conditione cui alligatur exercitium illius potestatis, congruenter cum sua ipsa indole extraordinaria. Unde inepte quidam in hac re vident confirmationem sententiae de generica institutione; quod ceteroquin fatetur etiam unus vel alter ex ejusdem sententiae patronis, simpliciter huic argumento valedicens (cf. ibidem).

3. In quaestione de *materia* hujus sacramenti posset aliquis adhuc sustinere invaliditatem *unicae unctionis* extra casum necessitatis, simul admittendo, cum communi ac hodie certa sententia, illius validitatem pro casu necessitatis, atque hoc discrimen velle explicare recurrendo ad sententiam de generica institutione et de Ecclesiae potestate in determinationem materiae sacramenti. Quod quidem explicite dixerunt

aliqui antiquiores, ut *Billuart,* et videtur esse de mente quorundam recentiorum, ut *Billot, Spàcil, Vermeersch* et *Hervé,* qui dubitanter loquuntur de validitate unicae unctionis extra casum necessitatis (cf. in art. 4, p. 425 sq., 449 sq.).

*Attamen, ex* tali sententia aut dubitatione non magna resultaret confirmatio in favorem sententiae de generica institutione, imo potius haec debilitaretur, cum ex una parte praedictum discrimen communiter negetur a theologis, docentibus unicam unctionem esse validam etiam extra casum necessitatis (adeoque in sententia de specifica institutione Christum tantummodo unam unctionem instituisse, tanquam necessariam ad valorem sacramenti), et ex alia parte ipsi patroni genericae institutionis tam facilem ad eam recursum in hac quaestione facere vel dubitant (ut supradicti) vel prorsus renuunt (ut Gonet, cit. in p. 420). Cf. supra, in art. 4, p. 449 sq.

Ad rem apte *Kern:* "Defensoribus sententiae, unctionem quinque sensuum essentialem esse, nihil remanet nisi ut quaerant subsidium a celebri doctrina, Christum Dominum essentiam quorundam sacramentorum non determinasse in infima specie, sed ius huius determinationis dedisse Ecclesiae, ita ut modus diversus ab eo, quem Ecclesia illo iure usa constituerit, non solum sit illicitus, sed etiam invalidus. Hac enim doctrina non pauci theologi suas opiniones de essentia Confirmationis, maxime vero Ordinationis contra argumenta historica tuentur. Pari ergo cum fundamento videtur posse dici, Ecclesiam eodem iure circa Extremam Unctionem potiri ideoque ex lege ecclesiastica unctionem quinque sensuum saltem a tempore Eugenii IV. ad essentiam sacramenti esse necessariam.

"Verum illud ius Ecclesiae ex nullo fonte revelationis deducitur, sed tantum confictum est ad salvandam opinionem, essentiam Ordinationis consistere in traditione instrumentorum cum verbis respectivis; clare excluditur per doctores Scholae, praecipue per s. Thomam (e.gr. iii. . qu. 64, a. 2, ad 1), et ab ipsa Ecclesia non admittitur (Trid. sess. 21, . 2). Ceterum non est opus, ut ingrediamur in quaestionem, quae pertinet ad tractatum de sacramentis in genere. Nam quod attinet Extremam Unctionem, Concilium Tridentinum perspicuis verbis declarat, nihil ad eius essentiam requiri, nihil ut essentiale in ecclesia romana observari praeter ea, quae s. Jacobus in sua epistola praescribit. Docet enim Concilium (Doctr. de Extr. Unet. c. 3): 'Nulla ratione audiendi sunt . . . , qui dicunt, ritum et usum, quem s. romana ecclesia in huius sacramenti administratione observat, Jacobi apostoli sententiae repugnare atque ideo in alium commutandum esse. . . Nec profecto ecclesia romana, aliarum omnium mater et magistra, aliud in hac administranda Unctione, quantum ad ea. quae huius sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod b. Jacobus praescripsit.' Ergo Ecclesia solem-

niter reicit crimen, quod in administratione s. Unctionis infirmorum praeter ea, quae apostolus promulgando sacramentum tradidit, quidquam ut essentiale observet. Quod valet tam de materia quam de forma. S. Jacobum in sua epistola unctionem quinque sensuum ut substantialem praescripsisse, nemo unquam affirmavit."[24]

4. In quaestione de *forma deprecativa,* plures defensores genericae institutionis, ut *Gonet* (cit. in p. 495 sq.), *Launoy, Tournely, Drouin, Tanquerey* (relati in art. 7, p. 500-503), *LarnicoF* et Dafjara,*[2*] eam sollicite invocant ad explicandam validitatem plurium formarum indicativarum in antiquis ritualibus latinis.

*Attamen,* ut constat ex dictis in art. 7 (p. 534-543), recursus ad eam sententiam in hac quaestione non est necessarius nec utilis, quoniam omnes sic dictae formae indicativae, olim in usu, etsi materialiter ac grammaticaliter indicativae, sunt formaliter seu virtualiter deprecativae.

Idque confirmatur ex eo quod plures ex ipsis defensoribus illius sententiae hoc eodem modo explicant sensum formarum indicativarum ac renuunt vel dubitant ad illam sententiam recurrere in hac quaestione. Ita, inter plures alios, Billuart, Billot, Hugon,[27] Cappello et Daffara,·' illam prorsus praetermittunt; Gonet vero nonnisi dubitanter ac problematice ad illam recurrit, tanquam ad probabilem explicationem, et de facto ut probabiliorem amplectitur supradictam deprecativam interpretationem formarum indicativarum.

Praeterea, ut apte observat *Qucra,*[*] praedictus recursus ad determinationem variarum validarum formarum per potestatem Ecclesiae, difficilius in hac quaestione explicari potest, quoniam hic agitur de formarum determinatione inducta non ab ipsa universali Ecclesia, seu a S. Sede, sed a variis particularibus ecclesiis, ac inde inferretur his etiam Christum contulisse potestatem formam sacramenti determinandi, cujus rei nullum indicium aut fundamentum invenitur in tota Traditione. Nec valet dicere id particulares ecclesias fecisse ex communicata sibi a S. Sede praedicta potestate vel facultate; nam, ut respondet *Benedictus XIV* in alia quaestione de materiae sacramenti Ordinis mutatione, ab iisdem patronis genericae institutionis invocata: "Dicant . . . , ubi et quando, quo saeculo, in quo concilio, a quo Pontifice facta sit ejusmodi mutatio?"[30] Nec valet contra hanc Benedicti

[u] *De sacramento Extremae Unctionis* (Ratisbonac 1907) 140sq.
[*] *Compendium theologicum* IV (Romae 1939) 33.
[*] *De sacramentis et novissimis* (Taurini 1944) 90 et 92.
[2l] *Tractatus dogmatici* III (cd. 14, Parisiis 194S) 29.
[«] *Op.* nuper *cit.* 576, ubi agens de Extrema Unctione videtur contradicere his quae dicit in alio loco supra relato, i.e. in p. 90 et 92, ubi loquitur dc sacramentis in genere.
[''] "La forma del sacramento de la Extrmaunciôn," *Estudios Ecclesiasticos* 3 (1924) 281.
[*] *Loc. cit.* (supra in p. 562).

rationem instare cum *Spàcii"* eam S. Sedis communicationem seu concessionem potuisse fieri aequivalenter per tacitam approbationem vel tolerantiam eorum quae in particularibus ecclesiis fieri solebant, nam, ut notavimus supra (p. 382 sq.), talis aequivalens ac voluntaria abdicatio juris S. Sedis in his quae pertinent ad valorem sacramentorum, parum congruit principiis theologicis de plena ac suprema S. Pontificis potestate in his praesertim quae, sicut valida sacramentorum administratio, immediate referuntur ad universale bonum Ecclesiae.

5. Tandem in ipsa quaestione de *verbis seu essentialibus elementis formae* hujus sacramenti (sive dicatur deprecativa sive indicativa) quidam defensores genericae institutionis, ut *Tanquerey, Van Noort, Merkelbach, Aertnys-Damen, Zubizarreta* et *Abdrzuza* (supra relati, p. 561), iterum eam sententiam, quasi leviter ac eleganter pertransiendo, invocant ad explicandam magnam varietatem inter formam latinam nunc in usu et formam graecam necnon antiquiores formas latinas.

Quod autem nulla confirmatio ex hac varietate illi sententiae proveniat ipsaque frustranee necnon incongruenter in hac quaestione invocetur, ut bene vident plures ex ipsis ejus defensoribus, sufficienter ostensum est in art. praec. (p. 561 sq., 568, 580).

Ex quibus omnibus satis liquet praedictam sententiam de sola genera Christi institutione quorundam saltem sacramentorum, nullam confirmationem obtinere ex his quae in hoc et in praecedenti Capite disputavimus de materia et forma Extremae Unctionis. Idque etiam concedunt aliqui inter ipsos defensores illius sententiae, qui potius praeferunt eam invocare tantummodo in duplici difficiliori quaestione de materia Confirmationis et Ordinis.

'* *Doctrina theologiae Orientis separati dc Sacra Infirmorum Unctione* ("Orientalia Christiana," n. 74, Romae 1931) 154 sq.

# INDEX BIBLICUS

(Numeris paginarum ordinariis indicatur simplex mentio, italicis vero explicita citatio, crassioribus tandem aliquid notabilius)


GENESIS
8. 11 *342*

DEUTERONOMIUM
30. 3 83
32. 7 2

IOB
10. 1-2 *73*

PSALMI
28. 10 *2*

SAPIENTIA
15. 9 *73*

ECCLESIASTICUS
7. 40 2
38. 7-9 *14*

ISAIAS
1. 6 *14*
6. 10 83
9. 1 80
53. 5 83

IEREMIAS
8. 22
46. 11 14

IONAS
80

MALACHIAS
1. 6 *81*

MATTHAEUS
2. 20 75
4. 21 63
8. 8, 13 83
9. 8 75
9. 18 435
10. 51, 185
10. 1, 8 13
10. 3 63, 73
13. 15 83
13. 55 63
15. 28 83
17. 1 63
20. 34 13
21. 8 *342*
25. 36, 39 73
27. 44 75
28. 19 *427*

MARCUS
1. 25-34 13
1. 31 13
1. 41 13
3. 18 63
5. 23 435
5. 23, 41 13
5. 29 83
6. 5 13, 435
6. 7, 13 185
6. 12-13 13, 15, 36, 48, 49, *50,* 51-62, 142, 152, *1W>* 182, 185, 257 sq·, 263, 302, 304, 315, 338, *568 sq.*
6. 26 13
6. 56 73
7. 32 435
7. 33 14
8. 23 14
8. 23, 25 435
11. 1 342
11. 8 342
15. 40 63
16. 17 *260*
16. 17-18 *104*
16. IS *13, 435, 436*

LUCAS
2. 16 75, 481
4. 40 13, 73, *435*
5. 17, 19 83
6. 15 63
7. 10 73
9. 1-2 13
9. 2 73
9. 6 *51,* 185
10. 34 14
13. 13 435
24. 49 *301*

IOANNES
3. 5 *427*
3. 22-26 *51,* 257
4. 9 51
4. 46 56
6. 2 73
7. 39 73
9. 6 *230,* 232
11. 2, 3, 6 14
12. 40 73
15. 26 83
16. 7-15 307
*301*


[1] In indicibus ordinandis collaboravit *H. J. Ziegler* ex Typographia Bruce.

16. 13 307
20. 23 *301*
21. 25 *258*

ACTUS APOSTOLORUM

I. 3 *258, 307, 316*
1. 13 63
2. 38 75, 260
6. 6 *435*
8. 12, 16 *260*
8. 16 75
8. 17 301
9. 12 73
9. 12, 17 435
9. 37 73
10. 33 75, 481
10. 48 75, 260
11. 30 74
12. 17 63
13. 3 *435*
14. 23 74, *435*
15. 2, 4, 6, 22, 33 74
15. 13 63
16. 14 74
19. 5 260
20. 17 74
20. 17, 18, 28 *74*
20. 28 74
20. 35 73
21. 18 63, 74
27. 38 80
28. 8 435
28. 27 83

AD ROMANOS

4. 19 73
6. 3 260
8. 3 73
13. 11 79
14. 1-2 73
16. 23 *198*

I AD CORINTHIOS

6. 11 260
7. 10-13 *259*
8. 11-12 73
11 *142*
11. 23 *259*
11. 30 73, *151*
12. 9 *185*
15. 54-56 *198*

II AD CORINTHIOS

11. 29 73
12. 10 73
13. 3, 9 73
13. 4 73

AD GALATAS

1. 19 63
3. 27 260

AD PHILIPPENSES

2. 26 73

II AD THESSALONICENSES

1. 6 81

I AD TIMOTHEUM

3. 7-9 74
5. 17 74
5. 17-20 74

II AD TIMOTHEUM

4. 20 73

AD TITUM

1. *5* 74
*1.* 7 74

AD HEBRAEOS

12. 3 *73*

IACOBI

1. 1 76
1. 5 81
1. 7 76
1. 15 81
1. 21 77
2. 1 76
2. 9 81
2. 14 77
3. 9 76
4. 4, 7, 17 82
4. 10 76
4. 12 77
4. 17 SI
5. 7 82
5. 7, S 76
5. 10 *76, 259*
5. 11 76
5. 13 *75, 507*
5. 14-15 *2, 5, 6,* 13, 15, 46, 47, *48,* 50, 63-90, 73, 98, 104 sq., *125, 128, 129, 132,* 142, *149, 152, 153, 154, 157, 158, 159, 163, 164, 165,* 175, *182,* 184, 258-260, 338, *352,* 363, 427, 430, *480,* 481 sq., 507
5. 16 *74, 81,* 82-87, 89, *507, 508*
5. 16, 20 81
5. 17 *507*
5. 20 77

I PETRI

2. 9 *359*
2. 24 83
5. 1 74
5. 2 74
5. 8 *2*

II PETRI

1. 13 *79*
3. 1 79

APOCALYPSIS

2. 3 *73*

# INDEX EXEGETICUS

(Textus citantur iuxta ordinem quo occurrunt in hoc tractatu)


NOMINA huius sacramenti, in Traditione usitata, originem habent ex ipso textu lac. 5. 14sq. (p. 2, 5 sq.).

LOCI de Extrema Unctione (p. 13-15).

*Commendationes:* Unctiones adhibitae in A. et N.T. (cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 298) ; miraculosac curationes a Christo operatae: Mat. 20. 34; Marc. 1. 31, 41 ; 5. 23, 41 ; 6. 5 ; Luc. 4. 40; charisma sanationum Apostolis concessum: Mat. 10. 1, 8; Luc. 9. 1 sq.; Marc. 16. 18; unctiones de quibus in A.T.: Eccli. 38. 7-9; Is. 8. 22; 46. 11.

*Figurae:* Eccli. 38. 7-9; Is. 1. 6; 1er. 8. 22 (cf. 46. 11); Mare. 7. 33; 8. 23; Io. 9. 6; Luc. 10. 34 (parabola Samaritani; cf. in p. 350).

*Figura sacramentalis* seu sacramentum figurale non fuit in A.T.

*Directa insinuatio:* Mare. 6. 13. Raritas antiquorum commentariorum in Marcum (p. 92, 126, 146).

*Institutio seu promulgatio:* lac. 5. 14. Raritas antiquorum commentariorum in lacobum (p. 92, 142).

EXISTENTIA sacramenti (p. 51-90).

*Insinuatio: Mare. 6. 12 sq.* (p. 15, 51-62, 257 sq.).

Discrimen cum parallelo textu Luc. 9. 6 (p. 51). Parallclismus inter Mare. 6. 12 sq. de ungentibus Apostolis ct Io. 3. 22-26; 4. 1 sq. de baptizantibus Apostolis (p. 51 sq., 257 sq.); item inter Mare. 6. 12 sq. et lac. 5. 14 sq. (p. 52, 258). Interpretatio Protestandum (p. 36, 52, 61). Variae ipsorum theologorum interpretationes (p. 52-62). Mens Cone. Trid. (p. 58 sq.).

*Institutio seu promulgatio: lac. 5. 14 sq.* (p. 62-90).

Interpretatio Protestandum (p. 27 sq., 32, 34, 36, 63, 64-68, 88, 90, 338) et Modemistarum (p. 40, 42, 43, 63, 68). Authendca declarado Cone. Trid. (p. 46, 48, 49, 70-72, 280). Traditio insistenter hoc sacramentum connecdt cum textu lacobi (p. 262 sqq.). Textus expositio iuxta varia elementa sacramentalia, i.e. subiectum, ministrum, formam, materiam, effectum (p. 72-88). Congruenda textus lacobi cum doctrina et praxi Ecclesiae (p. 88-90). Variae theologorum interpretationes de effectu salvadonis, alleviationis et remissionis peccatorum (p. 76-82). Varius sensus tributus inciso "In nomine Domini" (p. 75 sq., 259, 352, 427, 481). Difficilior quaestio de connexione inter v. 14 sq. et v. 16 de confitendo alterutrum peccata (p. 82-87).

*Immediata institutio* Chrisd (p. 257-260). Ipsi non obstat silentium Evangelii, cum cetcroquin in Evangclio Marci habeatur insignis eius insinuatio (p. 204 sq., 257 sq.) ; textus lacobi eam sufficienter ostendit (p. 258-260).

MATERIA, tum *remota* tum *proxima,* indicatur in utroque textu Marci et lacobi (p. 76, 337 sq., 344 sq., 352, 427, 430).

*Manuum impositio,* quae olim praecipue pertinuit ad accidentalem ritum Extremae Unctionis, adhibita est in miraculosis sanationibus, sive a Christo: Luc. 4. 40; Mat. 9. 18; Marc. 5. 23; 6. 5; 7. 32; 8. 23, 25; Luc. 13. 13; sive ab Apostolis: Act. 9. 12, 17; 28, 8; Marc. 16. 18 (p. 13, 434 sq.).

FORMA indicatur in textu lacobi, verbis 'Oratio fidei" (p. 75 sq., 481) et, iuxta quosdam, etiam verbis "In nomine Domini" (p. 75, 259, 481 sq.). Iisdem verbis 'Oratio fidei" indicatur quoque indoles *essentialiter deprecativa* formae huius sacramenti (p. 507 sq., 551).

# INDEX THOMISTICUS

(Numeris paginarum ordinariis indicatur simplex mentio, italicis vero explicita citatio, crassioribus tandem aliquid notabilius)

*(Vide:* INDEX ANALYTICUS: Thomas Aquinas)


*1, 4,* 5, *6, 7, 9,* 13, 14, *15,* 16, 29, 30, *57,* 60, *88,* 91, *197,* 199, 204, 206, 207-209, *236,* 242, 247 »q., 249, 256, *257, 258,* 271, *273,* 274, 275, 278, *283,* 288, 317, 328, 329, 339, *340, 341,* 344, *346 sq., 351, 358,* 359, 360, *369 sq., 371, 392 sq., 398, 407 sq., 410 sq.,* 414-417, 429, *430,* 445, *452 sq., 458,* 459, 463, 467, 478, *479, 484, 486,* 487, 490, *492,* 502, 518, 543, *544, 545 sq.,* 547-550, 553, *558 sq., 563,* 569, 570, 571, *572,* 575, 577

## SUMMA THEOLOGICA

*Prima Secundae* (1-2)

q. 102, a. 5, ad 3 14

*Tertia Pars* (3 p.)

q. 64, a. 2, ad 3 207, 256
a. 3 199
a. 4 207
ad 1 199
ad 3 199
q. 65 6
a. 1 30
a. 2, ad 5
a. 4
q. 66, a. 1 *408*
ad 2 *408*
q. 72 a. 1 *236,* 273
ad 1 199, *207,* 256
a. 2 *317,351*
ad 3 344, 346
a. 3 *317,358,392*
ad 2 *359, 392 sq.*
ad 3 370
a. 4 *563*
a. 11 370
q. 73, a. 2 417
q. 78, a. 1 429
a. 2 *563*
a. 5 392
a. 6, ad 2 417
q. 84, a. 1, ad 1 360
a. 3 *549,563*

*Supplementum Tertiae Partis*

q.6, a. 6 *207*
q.29, prologus 6
q.29-33 16, 29
q.29, a. 1 6, 30, *88*
ad 2 *13,15*
a. 2 6,398, *410 sq*
417,459,467
ob. 2 *408, 430*
a. 3 6, 199, *207 sq.,* 256, *257*
Sed contra 209
ob. 1 *57*
ob. 2 *273*
ad 1 *57,258*
ad 2 *273*
a. 4 *317,340,*344
ad 1 *341,351*
ad 2 *351*
ad 3 *346 sq.*
a. 5 *317,329,358, 392,407 sq., 429*
ad 1 359,392
a. 6 *317,369 sq.*
ad 1 360, *371*
ad 2 359,*370,392*
a. 7-9 478
a. 7 478, *479,484, 486*
ad 1 *486*
ad 2 486
ad 3 359, 486
a. 8 487, *492,544,* 547-550
a. 9 553,*558, sq.*
ad 1 570
ad 2 559
ad 3 559,*572*
q.30, a. 1 4, 6
a. 3, ad 3 *548*
q. *32,* a. 1 4, 6, *550*
ad 1 *550*
a. 2 *6,9*
Sed contra *9*
a. 5 398,*410*
ob. 3 416
Sed contra 415
ad 3 416
a. 6 398, *410,* 414, 416, 445, *452 sq.,* 459
ob. 3 453
ad 1 453
ad 4 *453*
a. 7 *458*
q.33, a. 1, ob. 2 *9*
ad 2 9


## COMMENTARIUS IN 4 LIBROS SENTENTIARUM

*In 4 Sent.:*


dist. 2, q. 1,a. 2 30

q.1,a.4,q.4 it 199
q. 1, a. 4, q. 4, ad 1 199
dist. 3, q.}»a.5,q.2 271
≍ 'ı U: U i, ad i *207,283*
199
dist. 23, a. 1 29
a. 2 29
q. 1,a. 1,q.3 199, *207 sq.*

SUMMA CONTRA GENTILES

i. a. r 58 6,30

30,*197*,398,
410, 4/1,487,
544, *545 sq.*

OPUSCULA

*Opusc.5,* Dc articulis fidei et sacramentis Ecclesiae 29, 30,398, 410,*411*,452

*Opusc. 22,* Dc forma absolutionis 487,547, 548 jq.

# INDEX ONOMASTICUS

(Numeris paginarum ordinariis indicatur simplex mentio, italicis vero explicita citatio, crassioribus tandem aliquid notabilius)

(Quoad nomina stellulis signata vide: INDEX ANALYTICUS)


♦ABAELARDUS (Pseudo), 9, 16, *162 sq.,* 177, *272,* 307, *342*
ABARZUZA, *212 sq., 290,* 291, 495, 561, 588
ACTA PILATI. *Vide:* EVANGELIUM NICODEMI
ADALHARDI (Vita S.), 5, *154,* 176, 354
AEFRICUS (Cantuariensis), *157,* 263
AERTNYS-DAMEN, *336,* 396, 401, 418, 424, 425, 426, 432, 433, 561, 582, 588
AGOBARDUS LUGDUNENSIS, *151,* 175, 264
ALANUS DE INSULIS, *31,* 264, *269 sq.,* 272
♦ALBERTUS MAGNUS, 4, *6,* 16, *58, 96,* 204, *206 sq.,* 249, *271, 288, 328 sq.,* 347, 410, *411 sq.,* 414 sq., *445,* 463, *479 sq., 484,* 486, *487,* 490-^92, 502, 518, 544, *546, 547*
♦ALBIGENSES, 27, 31, 272
ALENTOV (B.), 26, 446
ALEXANDER III, 5, 7
♦ALEXANDER HALENSIS (Pseudo), 16, 200, 203-206, 222-230, 245-249, 256, 258, 272, 273, 274, 275, 277, 279, 287, 291, 298, 299, 301, 308, 584
ALEXANDER NATALIS, 327, 367, 422, 423
♦ALPHONSUS (Liguori), 327, 328, 336, 395, *396,* 398, 414, 417, *421,* 422, *424,* 426, 431, *432,* 454, 458, 490, 495, *498 sq.,* 500, 558, 561, 573, 575, 582, 583
♦AMALARIUS METENSIS, 3, 5, 15, 57, *149-151,* 174, 175, 263, *339,* 353, 354, *364,* 483, *484*
♦AMBROSIANA LITURGIA, 104, *166sq.,* 353, 364 sq., 438, 482, 518, 519, *521 sq.*
AMBROSIUS, 4, *104,* 175, 176, *342 sq.,* 392, 436, 482
AMBROSIUS (Pseudo), *260 sq.*
AMULO LUGDUNENSIS, *152,* 175, 264, 271
ANDRUTSUS (Ch.), 26, 447, 514
♦ANGLICAN!, 27, 37-39. *Vide:* PROTESTANTES
ANRICH, 44, 45
ANTOINE, 414, *422,* 423
APHRAATES, *103,* 176, 177, 338, *345,* 430
AQUISGRANENSE CONC. (a. 836), 3, 15, *156,* 173, 175, 264, 322, 353, 364, *366*
ARATOR, 132
ARAUSICANUM CONC. I (a. 441), 191, *192*
ARCHANGELSKIJ (M.), 26, 350, 569
ARCUDIUS (P.), 121, 172, 373, 375, 383, *447,* 514, 556
ARELATENSE CONC. (a. 813), 191, *192, 194*
♦ARMENI, 23, 31, 46, 135, *173,* 178-181, *188 sq.,* 193, 345, 346, 350, *368,* 374, 383, *441,* 448, *449, 513 sq.,* 518, 569. *Vide:* MONOPHYSITAE
ARNOBIUS (Junior), 132
ARREGUI, 336, 425, 575, 582
ATHANASIUS, 4, *103,* 132, 176, 338, *436,* 482
AUGUSTI, 28, *37, 39, 91*
♦AUGUSTINUS, 91, 122, *126,* 128, *149, 249,* 261, 263, *343,* 354, *392,* 482

*Textus:*

*Contra Cresconium,*
2. 30 *249*
*Enarrationes in Psalmos,*
Psal. 26, enarr. 2. 2 *343*
*In loannis evangelium tractatus,*
80. 3 *126*
*Sermones,*
135. 4 *392*
*Speculum de Scriptura Sacra, 122 sq.*

AUGUSTINUS (Pseudo),
*De visitatione infirmorum,*
2.4 *149,* 175, 176, 263
AUREOLUS, 493, *494,* 500

BALLERINI-PALMIERI, 320, 321, 336, 424, 500, 558, 573, 582, 583
BALTIMORENSE CONC. II, *326*
BANDINUS, *268*
BARDENHEWER (O.), 62, 79
BARHEBRAEUS, 351, 391
BASILIUS, 516
BECANUS, 289, 421, 500
♦BEDA, 5, 15, *57,* 75, 83, 92, 93, 94, 99, *121,* 122, *134 sq.,* 142-145, 151, 152, 174, 175, 176, 262, 263, 264, *348, 352,* 353, *354, 356, 363, 366,* 483, *484*
BELLACASA (Puig de la), 213, 290
♦BELLARMINUS, *4,* 31, *53 sq.,* 60, 64, *117, 210,* 288, 291, 328, 333, *334,* 411, 417, *419 sq.,* 421, 495, 544, *546,* 558, *559,* 571, *575*
♦BENEDICTUS XIV, 17, 24, *194 sq.,* 300, 321, 324, 371, 374, *375, 381,* 382, 384, 398, *414, 418,* 422, *423 sq.,* 426, 487, 490,

495, *497 sq.,* 500, 526, *537,* 557, 561 sq., *580, 587*
BENEDICTUS XV, 24, 324
BERNARD (P.), 199, 241
BERNARDUS (S.), 5, *163*
BERTI (J. L.), 54, 320, 327, 366, 367
BICKELL (G.), 127, 177, 188
BIEL (Gabriel), 209, 274, 276, 288, 417
♦BILLOT (L.), 53, 206, 213, *221 sq., 289, 290,* 291, 306, *401,* 421, 425, 426, 450, 495, 586, 587
♦BILLUART, 8, 53, *211,* 289, 290, 320, 321, 327, 328, *329, 334,* 336, 366, 367, 414, 417, *420 sq.,* 450, 458, 495, *498,* 544, 558, *559 sq.,* 573, 586, 587
♦BITTREMIEUX (J.), 17, 199, 200, 203, 209, 217, *218-220,* 228, *242, 247 sq., 278,* 280, 292, 293, 295, 296, *298, 304,* 305, 308
BJELJAEV, 9, 26, 346, 448
BLAT, 335, 396
BOBBIENSE MISSALE. *Vide:* SACRAMENTARIUM GALLICANUM
BONACINA, 335, 417, 454, 495, 575
♦BONAVENTURA, 3, 4, 5, *6, 9,* 16, 200, 203-206, 230-244, 245-249, 256, 258, 260, 272, *273,* 274, 275, 277, 278, 279, 287, 291, 298, 299, 301, 308, 328, *329, 346 sq.,* 407, *408,* 410, *412 sq.,* 414 sq., 453, 463, *479 sq., 484 sq.,* 486, 487, 490, *492 sq.,* 502, 518, *544,* 577, *578,* 585
BONIFACII (Statuta S.), 3, 15, *145 sq.,* 176, 339, *364*
♦BONIZO PLACENTINUS, *158 sq.,* 175, 177, 264 sq., 270, 271, 272, 273, 364 sq., *376*
BORD (I.), 17, 62, 70, 75, 77, 80, 98, 120, 121, 129, 145, 213, 290
BORELLA (P.), 17, 398, 434, 487
BOTTE (B.), *11,* 17
BOUDINHON (A.), 17, 81, *83,* 85, 98, 119, 120, 130
BOVON (J.), 28, 62, 66
BOYER (C.), *61,* 319, 320, 495, 558
BRACARENSE CONC. (a. 561), *365*
BRANCATUS, 366, 367
BUCCERONI (I.), 336, 396, 424, 425, 495, 558, 573, 575, 583
BULGARI, 374, 448
BURCHARDUS WORMATIENSIS, 146, 156, *157 sq.,* 160, 163
BUSEMBAUM, 417, 426

CABILLONENSE CONC. II (a. 813), 4, 15, *155 sq.,* 263, 322, 339, 354, *356, 364, 366*
CABROL (F.), 13, 136, 138, 362, 395, 434
♦CAESARIUS ARELATENSIS, 15, 128-131, 141, 175, 176, 263, 339, 354, 430, 482
♦CAIETANUS, 53, 60, 63, 71 sq., 327, 330, 370, 382
CALMES (T.), 62, 72, 80
♦CALVINUS, 25, 28, 35-37, 52, 63, 65, *67 sq.,* 118, 299, 325, *327*
CANO, *288 sq.*
♦CANONES HIPPOLYTI, 5, 97, 109-111, 436, 482, *485,* 511
♦CAPPELLO (F. M.), 17, 18, 213, 214, 290, 319, 320, 321, 324, *325 sq.,* 334, *335,* 348, 362, *377,* 378, *379, 381 sq., 384 sq., 386,* 393, 395, 396, 398, *400,* 401, *415,* 425, *427,* 432, *433, 454, 455,* 456, 457, *459, 462,* 487, 495, *499,* 558, *560,* 573, 575, *582, 583,* 585, 587
CAPREOLUS, 209, 276, *277,* 288, 327, 417
CAROLI MAGNI CAPITULARIA, 15, *147,* 176, 229 sq., 264, 339, 353
CARTHAGINENSE CONC.,
a. 390, *365*
a. 397, *365*
CASSIANUS, 99, *124,* 175, 263
CASSIODORUS, 3, 83, *131,* 175, 263, 342, 430, 482, *484*
♦CATECHISMUS CONC. TRID., 1, *2,* 4, 5, *7, 8,* 24, *50,* 60, *70, 286 sq.,* 304, *307, 322,* 324, 340, 344, 345, 357, 366, 398, *402 sq., 466, 479, 509 sq.,* 534, 544
CATHARI. *Vide:* ALBIGENSES
CAVALLERA (F.), 18, 54. *58 sq.,* 70. 199, 280, *284, 294 sq.,* 302
♦CELTICA LITURGIA, 353, 354. *520,* 531, 536, 540
CHAINE (J.), *14,* 18, 53, 60, 62, 75, 76, *77,* 80, 82, *84*
CHARDON (C.), *8,* 9, 10, 18, 91, 500, *503 sq.*
♦CHAVASSE (A.), 17, 18, 118, 120, *121 sq, 123, 124 sq., 129 sq.,* 132, 135, *138,* 143-145, 184, *355 sq., 364 sq., 409, 434,437 sq.*
CHEMNITIUS, 52, 65, 118. 292
CHRODEGANGUS METENSIS, 146, 347. 354
♦CHRYSOSTOMUS, 15, 92, 104-108, 124, 175, 176, 177, 184, 482, 516
CLEMENS VI, 23, *383*
CLEMENS VIII, *324,* 333, 371, 372, 380, *381,* 384
CLEMENS ALEXANDRINUS, 91
CLERICATUS (J.), 18, 335, 367
CODEX BARBERINI, 45, *446, 515*
♦CODEX IURIS CANONICI, 7, 23, 25, 317, *323,* 324, 325, *335 sq.,* 345, *361 sq.,* 368, *371, 377, 380, 391, 393, 396,* 398, 399, *400,* 401, *404,* 406, 425, *426,* 420, 432, *433,* 441, *450, 452, 453,* 454, 456, 470, *479,* 554, 560, 565, *580, 581, 582*
Can. 1 *380,581*
Can.2 *582*
Can.197 *377*
Can. 734, § 1 *361*
Can.734,§ 2 *361*
Can.735 *361 sq.*
Can. 937 7, 317, *323,* 335, *391, 393,* 400, 404,550,581,582
Can.746-749 400
Can. 752 400
Can. 940, §1 470

Can. 940, § 2 470
Can.945 317, *323,335 sq., 371,391, 396*
Can.947 *400, 426,*450, *452, 453*
Can. 947, § 1 *404,479*
Can. 947, § 2 *404*
Can. 947, § 3 *404*
Can. 947, § 4 *404, 433*
Can.1148 *336*
Can. 1148, § 1 *396*
Can. 1148, § 2 *396*

CODEX RATOLDI, *169,* 339, 442, *521*
CODEX RHEMENSIS, *167-169,* 174, 339, 354, *439,* 442, 518, *520 sq.,* 534, 536
CODEX TILIANUS, *169 sq.,* 354, *439,* 442, *521,* 534, 536
CODICES SINAITICI, 446 sq.
CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE, 24, 324, 371, *406*
CONGREGATIO S. OFFICII, 24, 25, 320, 321, *323 sq.,* 326, *331,* 322, 357, 367, 388, 400, 401, 404-406, *407,* 424, 425, 426, 432, 457, 560, 565
CONGREGATIO SS. RITUUM, *406 sq.,* 432
CONINCK, 333, 366, 367, 417, 422, 573, 575
CONNELL (F. J.), 18, 212, 213, *289,* 290, 291, *313*
CONSTANTIENSE CONC., 7, 47, 428, 430
CONSTANTINOPOLITANUM CONC. I, 191, *192*
CONSTITUTIONES APOSTOLORUM, 110, 114, 115, 185, 338, 349, 353, *363, 376,* 389, 483, 515
CONSTITUTIONES ECCLESIAE AEGYPTIACAE, 108, 109, 110
COPPENS (J.), 18, 98, 434
COPTI, 3, 107, *172 sq.,* 178, 350 sq., 368, *369,* 374, 390sq., *440,* 448, *449. Vide:* MONOPHYSITAE
CORNELY, *63,* 92
CORONATA (M. Conte a), 319, 320, 326, 334, 336, 378, 385, 393, 396, 425, 426, *433,* 454, 455, 457, *462 sq.,* 482, 495, 558-573, 575, 582, 583, 585
CRITOPULUS (Metrophanes), *10,* 183, *349* 350 *447* 514
CUTHBERTI '(Vita S.), 3, *134 sq.,* 142, 176
CYPRIANUS, *Epist.* 70 *(ad Januarium), 119*
CYRILLUS ALEXANDRINUS, 91, *125,* 128, 130, 175, 176, 263, 482

DAFFARA, 8, 53, 145, 212, 213, *290,* 291, 319, 320, 336, 378, 495, 556, 585, 587
D'ALES (A.), 18, S3, *60,* 62, 76, 77, *78 sq.,* 81 82 199
DALLAEUS, 28, 31, 90, 98, 105, 106, 118 sq., 120
DAMASCENUS (Pseudo), *186, 349*
DE AUGUSTINIS, 53, 319, 424, 487, 495
DE BAETS (M.), 17, 199, 200, 201, 202, 203, 217, *218, 278,* 280, *284 sq.,* 288, 291, 292, 293, *295 sq., 298, 300,* 304, *305,* 308
DE BRUYNE (L.), 123, 434
DE CLERCQ (C.), 18, *145, 195*
DE GUIBERT (P.), 18, 53, 70, *71*
DE HERDT, 455, 458
DELISLE (L.), 139, 167, 169
DE MEESTER (P.), 18, 446
DENIS, 213, 290, 319, 320
DENZINGER, *46, 107,* 108, 172, 173, 178, 181, 441
DE SAINTE-BEUVE (J.), 18, *32,* 54, 56, *57 sq., 118 sq., 121, 211 sq.,* 293, 295, *327 sq.,* 367, 421, 495, *496 sq.,* 558, *559,* 573
DE SMET, 214, 313
DIANA, 334, 362, 396, 421, 423, 431, 573, 583
DICASTILLO, 396, 575
DIDACHE, 94, 176, 338, 430
DIDASCALIA APOSTOLORUM, 111, 115, 185, 353, 389, 428, 430, 483
DIEKAMP (F.), 98, 145, 213, *289,* 290, 291, 319, 320, 400, *401,* 414, 495, 556, 558
DIMMA (Rituale), *165*
DIONYSIUS AREOPAGITA (Pseudo), *188,* 190, 261, 371
DIONYSIUS CARTHUSIANUS, 54, 209, *277* 288
DMITRIEVSKIJ (A.), 26, 349, 350
DOSITHEUS, 183, 348
DROUIN, 327, 352, 367, 422, 500, 501, 556, 587
DUCHESNE (L.), 109, 110, 136, 139, 511
DURANDUS, 209, 274, *276,* 288, 328, *329,* 417, 493, *494,* 500
DYOVUNIOTIS (K. I.), 3, 5, 26, 333, 349, 390, 391, 448, 514

EGBERTUS EBORACENSIS, 15, *146,* 165, 176, 263, 264, 353
EINIG, 212, 213, *214,* 241, 289, 290, 291, 334, 425, 500, 506
ELBEL, 397, 417, 422
ELIGIUS NOVIOMENSIS, 3, *132,* 175, 176, 263, 339, 354, *483,* 511, 519
EPHREM, 132, 177, 188
ESTIUS, 8, 53, 62, 79, 80, 81, 206, 212, *293,* 295, 366, 372, 328, 333, 421, 500
EUCHOLOGIUM GRAECUM, *172,* 342, 350, *389,* 440, 447, 448, *511 sq.*
EUGENII (Vita S.), 3, *134,* 339
EUSEBIUS CAESARIENSIS, 63, *102,* 175, 176, 338, 430, 435
EUSEBIUS R. P. (Pseudo), *157 sq.,* 160
EUTHYMIUS ZIGABENUS, *182,* 263
EUTYCHII (Vita S.), *135,* 263, 339, *483,* 511, 519
EVANGELIUM NICODEMI (Apocryphum), *95 sq.,* 176, 338, 345

FERLAND, 213, 290
FERRERES (J.), 18, 432, 434, *462*
FEROTIN, 136, 192, 519
FILLIUCCIUS, 333, 431
FILOCALO (A.), 18, 21
'FLORENTINUM CONC., 1, 7, 23, 29, *47,* 319, 322, 324, 330, 339, 345, 357, 366, 371, 398, 399, 400, 402, 410, 411, 417, 428, 429, 430, 445, 450, 452, *479,* 508, 554, 565, 577
FORCELLINI, *340 sq.*
FRANZELIN, 201, 241, 290
FRASSEN, 206, *211,* 212, *249, 274,* 289, 334, 367, 422, *451,* 463, *464,* 495, 558, 573
FROMOND, 62, 75, 84

GABRIEL V (patr. Coptorum), 107, 178
GALANUS, 46, 180, 189
GALTIER (P.), 98, 434
GAUDE, 522, 575
GELASIUS I, 137, 138, 567. *Vide:* SACRAMENTARIUM GELASIANUM
GÉNICOT-SALSMANS, *336,* 396, 401, 424, *425,* 426, *433,* 454, 455, 457, 462, 573, 5S7 583
GENOVEFAE (Vita S.), 186, *187*
GEORGIUS SYRUS, *391*
GERBAUDUS LEODIENSIS, *147,* 339, 353
GHERMOGEN (epis. russus), *349*
GIBSON (E. C. S.), 28, 39
GIHR, 290, 500, 506, 573
GILLMANN (F.), 214, 269
GNOSTICI, 94 sq., 338, 482, 483
GOAR, 5, 19, *45, 172,* 189, 190, 369, *373,* 376, *389,* 440, 446, 511, 512, 515, 517
GOBAT, 582, 583
GODEFROY (L.), 17, 19, 199, 213, 280, *284,* 290, *319,* 320, 336, 396, *418*
GOFFRIDUS VLNDOCENSIS, 3, 4, 5, 16, *159,* 176, *271,* 273
GOLUBCEV (A.), 26, 184, 189, 191, 446
GONET, 53, 289, 334, 367, 372, 380, 414, 417, *420,* 423, 490, *495 sq.,* 544, 547, 558, 575, 587
GORSKIJ (Th.), 10, 27
GOUGNARD (A.), 19, 319, 321, 336, 398, 401, 425, 427, 462, 495, 556
GRAECI. *Vide:* ORIENTALES. SCHISMATICI ORIENTALES
GRATIANUS, 146, 156, 163
GREGHI (E.), 19, 434
GREGORII IX (Decretales), *7*
GREGORIUS I, 133, 139, 191, *192 sq.,* 518, 567. *Vide:* SACRAMENTARIUM GREGORIANUM
GREGORIUS II, 139
GREGORIUS XVI, 24, 323
GREGORIUS DATHEVIENSIS, 180, *189*
GREGORIUS NYSSENUS, 132, *342*
GUIDO CARMELITA, 31, 45
GUILELMUS ALTISSIODORENSIS, 208, *270,* 273
GUILELMUS DE MELITONA, 222
GUILLAUME (L.), 19, 214, *215 sq.,* 199
GURY, 336, 418, 424, 432

HADRIANUS I, 138, 139
HARENT, *70 sq.*
HARNACK (A.), 41, 90
HAYMO HALBERSTADIENSIS, 57, *152 sq.,* 175, 263, 264, 339, 353, 354
HEFELE-LECLERCQ, 131, *145,* 178, *195, 372*
HENRIQUEZ (H.), 334, 417, 575
HERARDUS TURONENSIS, 3, 4, *155,* 176, 353, *485,* 511
HERMANN, 213, 290
HERVÉ, 145, 214, 290, 319, 320, 336, 400, 425, 426, 495, 558, 582, 586
HESYCHIUS, *125,* 175, 263, 482
HIERONYMUS, 80, 132, 186, *343*
HILARIUS, 132
HINCMARUS RHEMENSIS, 3, *154 sq.,* 176, 339, 353, *483*
HIPPOLYTUS, *96 sq.,* 138, 338. *Vide:* CANONES HIPPOLYTI. TRADITIO APOSTOLICA
HISPALENSE CONC. (a. 619), *365 sq.*
HITTORP, 166, 167, 511
HOLLMANN (G.), 39, 62, 65
HOLZMANN, 335, 417, 422, 575
HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, *162*
HUGO A S. VICTORE, 3, 4, 5, 9, 16, *164,* 175, 177, 203, 264, *265 sq., 272,* 298, 307. 408 sq., 480 sq.
HUGON, 53, 213, 241, 290, 321, 336, 463, *464,* 495, 500, 558, 587
HUGUENY (E.), *61 sq.,* 199, *278, 294*
HUMILIS A GENUA, 19, 199, 217, *220, 278* 293, 295
HURTADO, 333, 334, 366, 367, 431
HURTER, 290, 500, *501,* 506
HUSSITAE, 23, 31 sq., 47, 326
HYPATI! (Vita S.), *134*
HYQUAEUS, *211,* 289, 335, 421, *423,* 463, *464*

IACOBITAE, *173,* 188, 518, 569
IASTREBOV, 69, 346, 373, 448
IEREMIAS II (patr. constant), *183*
INNOCENTIUS I, 3, 5, 15, 23, 47, 93, 94, 116-122, 130, 141, 142, 146, 151, 175, 176, 186, 193, 229, 262, 263, 322, 339, *347, 354, 356, 363, 366,* 369, *430, 436,* 482
INNOCENTIUS III, 4, 23, *47,* 320, *322, 344,* 345, 400, *402,* 428, 430
INNOCENTIUS IV, *7,* 23, 24, *47,* 342, *344,* 345
JOANNES XXII (patr. Armenorum), *374*
IOANNES DE RUPELLA, 222
IOANNES OZNIENSIS (patr. Armenorum), *179*
IOANNES VECCUS, 5, *182*
IOB MONACHUS, 5, 27, 46, 350

IONAS AURELIANENSIS, 3, 57, *151 sq.,* 175, 230, 263, 264, 348, 353, 354, *483*
IOSEPHUS (patr. Nestorianus), 3, *177 sq.,* 482, *485,* 511
IRENAEUS, 44, *94,* 176, 338, 349, *435,* 436, *482, 483 sq.*
ISAAC ANTIOCHENUS, 3, *126 sq.,* 175, 177, 263
ISAAC LINGONENSIS, 3, *155*
ISIDORUS HISPALENSIS, 133
IUSTINUS, 96
IVO CARNOTENSIS, 3, 4, 5, 16, 146, 156, *159 sq.,* 177, *271,* 273

JACQUEMIER (G.), 19, 172, *369,* 446
JANSSENS (AI.), 19, 330, 331
JANSSENS DE BISTHOVEN (B.), 19, 398
JONES (B. H.),3<J *sq.*
JORIO (D.), *11,* 19
JUÉNIN, 290, 327, 367, 422, 500, 556
JUGIE (M.), *10,* 19, *178, 180 sq.,* 184, *188 sq., 190 sq., 350 sq., 374*

KATANSKIJ (A.), 27, 446, 514, 516, 569
KATTENBUSCH (F.), 28, 39, 66, 98, 105
KEFALAS (N.), 27, 69
KENRICK, 573, 583
KERN, *8,* 9, *10 sq.,* 17, 20, 53, *58, 60,* 62, *64 sq.,* 75, 76, *77 sq.,* 80, 81, 91, 98, 100, *107 sq.,* 113, *117 sq.,* 120, 129, 135, *145,* 213, 242, 259, 290, 320, *321, 336,* 352, 353, *364, 379,* 382, *386-388,* 393, 398, *414 sq.,* 425, *438 sq.,* 450, *462,* 487, 495, *526, 541 sq., 544,* 556, *557 sq., 580, 586 sq.*
KILKER (A. J.), 20, 319, 320, *321, 326,* 336 sq., 364, 377, *378,* 393, 396, *397,* 398, 401, 414, 425, 426, 432, 433, 455, 456, 457, *458,* 459, 470, 487, 558, 573, 575
KISELSTEIN (G.), 20, 398
KNABENBAUER, *14, 51 sq.,* 53, *57, 60*
KNITIS, 69, 447

LACROIX, 396, 431, 432, 573, 583
LAGRANGE (M.-J.), 60, *61,* 70, *71*
LAHITTON, 213, 290
LAMENTABILI (Decretum), 24, *39 sq.,* 51, 70, *286,* 312, 313
LARNICOL, 201, 206, 214, 290, 378, 585, 587
LATERANENSE CONC. IV, *194*
LAUNOMARI (Vita S.), 3, *133,* 339, *347,* 354, *482, 485,* 511
LAUNOY (J. de), 20, 121, 398, 445, 453, 487, 494, 499, 500, 501-503, 507, 510, 511, *518,* 529, 532, 536, 540, 541, 587
LAYMANN, 333, 334, *396 sq.,* 417, 422, 495, 573, 575
LEBEDINSKIJ (S.), 10, 27
LE BRAS (G.), 145, 146
LECLERCQ (H), 20, *93, 112 sq.,* 120, 136, 137, *139, 171,* 192. *Vide:* HEFELE-LECLERCQ
LEEMING, 286, 289, 291
LEHMKUHL, 319, 321, 396, 397, 424, 455, 464, *465,* 495, 558, 573, 575, 582, 583
LEIBNITIUS, *90*
LEJAY (P.), 20, 65, 98, *108,* 120, 130, 166
LENNERZ (H.), 199, 201, 214, *216 sq.,* 242, *289,* 291, 292
LEO XIII, *554 sq.*
LEOBINI (Vita S.), 3, *133 sq.,* 339, 353, 354
LEOPOLITANUM CONC. (a. 1891), *448 sq., 512 sq.*
LÉPICIER (A. H. M.), 8, 17, 20, S3, 206, 213, 259, 290, 321, 336, 348, 487, 500, 505 sq., 558
LERCHER, 98, 214, 290, 336, 495
LESETRE (H.), 20, 53
LIBANENSE CONC. (a. 1736), *373 sq., 449, 513*
LIBERALES PROTESTANTES, 28, 31
LIBER ORDINUM, *136,* 175, 191, *192,* 263, 339, 428, *441,* 469, *519,* 533, 534, 536
LIETZMANN (H.), 138, 139
LIRINENSIS, *354*
LOISY (A.), 28, 39, 40-42, 63, 68, 250, *289* 312
LUGDUNENSE CONC. II, 7, 23, *47, 182,* 428, 430
LUGO, *549*
LUTHERUS, 27, 28, 32, 33-35, 52, 63, 64, 65, *66 sq.,* 299

MABILLON (J.), 20, 135, *153,* 166, *171,* 422, 442, 444, 445, 494, 511, 529
MACARIUS BULGAKOV, 9, 27, 69, 333, **369, 447**
MACGUINNES, 213, 290
MACLEAR (G. F.), 28, *38*
MAGISTRETTI (M.), 167, 364, 438, 519, 522
MALDONATUS, 54-56, 60, 327, 328, 421
MALINOVSKIJ (N.), 27, 346, 349, 350, 447
MALTZEW (A. V.), 27, 350, 446
MALVY (A.), 20, *109 sq.,* 184, *372,* 440, 434, *436 sq. Vide:* MALVY-VILLER
MALVY-VILLER, *183,* 184, *372*
MANAZKERTENSE CONC. (a. 719), *179*
MANDAKUNI (L), 3, *127,* 128, 130, 175, 179, 263, 339, 482, *483*
MANGENOT (E.), 199, *294*
MARII (Vita S.), 3, *134*
MARONITAE, 3, 5, 107, 324, 338, 345, 368, *373 sq.,* 379, 380, 384, 448, *449, 513,* 518, 557, 569
MARTÈNE (E.), 21, 153, 170, 422, 442, 487, 494, 499, 500, *504,* 507, 511, 519, 522, 540, 541
MASTRIUS, 367, 495, 500
MAURUS (Silvester), 334, 352, 353, 366, 367

MEDIOLANENSE CONC. (a. 1579), *391*
MELANCHTHONIUS, 35, 63, 65, 299
MELCHITAE, *374,* 448, *513*
'MELDENSE CONC. (a. 845), 204, 208, 209, 228-230, 585
MENARDUS (H.), 139, 167, *169,* 170, 487, 494, 499, 500, *501,* 507, 509, 511, 519, 521, 530, 540
MERKELBACH, 336, 401, *405,* 425, 426, 433, 456, 463, *464,* 495, 556, 561, 573, 588
MESOLORAS (I. E.), 27, 447, 514
MESROP (Vita S.), *135,* 178sq., 339, *482*
MICHEL (A.), 199, 200, 214, *216, 221, 278,* 280, *284, 290,* 294, 295, 296, 306, *313*
MODERNISTAE, 24, 28, 31, 39-43, 51, 52, 61, 68, 200, 250, *286,* 311-314
MOGHILA (Petrus), 27, 183, 184, *348, 372,* 447, 448
M0GUNTINUM CONC. I (a. 847), 3, 15, 146, *156,* 157, 163, 176, 264
'MONOPHYSITAE, 46, 178-181, 187-189, 346, 350 sq., 374, 390 sq., 514 sq. *Vide:* ARMENI. COPTI. SYRI
MONTEFORTINO (Hieronymus de), *211,* 274, 289
MORINUS, 494, 511
MULLING (Rituale), *165 sq.*

NANCRATIUS, *149*
NAUTIN (P.), 110
NESTORIANI, 46, 177 sq., 351
NETZER (H.), 17, 21, 120, 129, 135, 139, 167, 169, *173 sq.*
NEWMAN, 250-252, 253, 254, 314
NICAENUM CONC. I, *372*
NICEPHORUS II (patr. constant), 182, *189 sq.*
NICOLAUS CLARAEVALLENSIS, 271, 273
NOLDIN-SCHMITT, 321, 336, 396, 401, *425,* 426, 433, 454, 455, 456, 464, *465,* ccq
NUGNUS, 333, 575

OECUMENIUS (Pseudo), *57* 157, 181, 263
OFFICIUM (S.). *Vide:* CONGREGATIO S. OFFICII
O'KANE, 458, 462
OLARIU, 69, 346, 349
OMNEBENE, 264, *269, 272,* 273
OPTATUS MILEVITANUS, 132, *342*
ORDINES (a Martène editi), 170, 339, 439, 442, 443 sq., 445, 453, 511, 518, 519, 522-529, 534, 536 sq., 539 sq., 543, 576, 577, 581 sq.
ORDINES ROMANI (a Mabillon editi), 390, 511. *Vide:* ORDO ROMANUS X
ORDO GRAECORUM. *Vide:* EUCHOLOGIUM GRAECUM
ORDO ROMANUS X, 171 sq., 174, *376,* 390, 439, 442, *444,* 518, *529,* 534
ORIENTALES, 107, 146, 172, 195, 324, 348-350, 363, 368, 371-375, 379-384, 440, 446-449, 485, 511-514, 518, 534, 568 sq., 578. *Vide:* SCHISMATICI ORIENTALES
ORIGENES, 4, 15, 44, 73, 92, 97-102, 103, 104, 143, 175, 176, 184, 435, 436, 482
OSWALD, 320, 366
OTTEN, 201, 202, 213, 241, 290, *313,* 319, 320, 321, 400, 495, *499,* 554, 556, 558

PACHOMII (Vita S.), 186
PALAUS, 333, 335, 417, 575
PALLAVICINI, *296,* 298
PALUDANUS, 209, 276, *277,* 288, 327, 417, 493, *494,* 500
PAQUET, 424, 495
PARISIENSE CONC.,
a. 556-575, ' ' *sq.*
a. 829, 230
PARSONS (E. *L.),38 sq.*
PARTHENII (Vita S.), 186
PASCENDI (Encyclica), 24, *40,* 51, *286,* 313
PASCHASIUS RADBERTUS, 4, *153 sq,* 176, 263
PERRONE, 500, 506
PESCH, 98, 100, 121, 201, 213, 241, *250,* 290, *313,* 319, 320, 321, 352, 396, 400, *401,* 414, 488, 500, *504 sq.,* 554, 558, *560*
PETROV (G.), 10, 27
PETROVSKIJ (A.), 27, 446
PETRUS CANTOR, 208, 270, 273
PETRUS CLUNIACENSIS, 3, 4, 5, 9, 16, 160 sq., 174, 175, 176, 177, *265*
PETRUS DAMIANUS (Pseudo). 4, 5, *158,* 174, 176, 264, 271
PETRUS LOMBARDUS, 3, 4, 5, *6,* 8, 16, 91, 93, 94, 153, *164 sq.,* 174, 175, 176, 177, 203, 264, *267 sq.,* 274, *328, 329, 36S*
PETRUS PICTAVIENSIS, *4*
PHILARETUS, 346, 348, 447
PICARD (E.), 28, 39
PIOLANTI, 214, 290, 320, 321, 495
PIROT, *61*
PISCETTA-GENNARO, 320, 336, 401, *425 sq.,* 426, 427, 433, 454, 455, 495, 558, 573, 583
PIUS VI, *24,323,371*
PIUS IX, 24, 323 sq.
PIUS X, 24, *39 sq.,* 51
PIUS XI, 25, 439 sq.
PIUS XII, 25
POULE, 290, 495, 556
PONTIFICALE ROMANUM, *138,* 185, 323, 342, *345,* 347, 348, 362, *389,* 390, *394 395*
POSSIDIUS, 4, *123 sq.,* 175, 436, 482
POURRAT (P.), 199, 200, 201, 203, 213, 214, *241 sq.,* 249-256, *261 sq.,* 290, 309-315
PRAEPOSITINUS, 408, 480

PRIMASIUS, 132
PROCOPIUS GAZAEUS, *128,* 130, 175, 263, 339, 482
PROSPER AQUITANUS (Pseudo), *124,* 176
PROTESTANTES, 27 sq., 31, 32-39, 47, 52, 61, 64-68, 98, 99, 113 sq., 118, 120, 132, 183, 184, 193, 200, 285, 296 sq., 298 sq., 325, 338. *Vide:* ANGLICAN!. CALVINUS. LIBERALES PROTESTANTES. LUTHERUS
PRUDENTIUS TRECENSIS, 5, *6,* 8, 132, *153,* 174, 176
PRÜMMER (D.), 21, 319, 321, 336, 396, 414, 433, *454,* 455, 457, 495, 558, 573, 582
PULLER (F. W.), 28, 38. 39, 62, 65, 91, 98, 105, 113, 118, 120, 184, 187, 196

QUERA (M.), 21, 488, 500, *508, 537,* 556, C7X eo?
QUINN (A.), 21, 456, 464

RABANUS MAURUS, *152,* 156, 165, 175, 263, 339, *354, 356 sq.*
RALLIS (C. M.), 5, 27, 349, 448
RATHERIUS VERONENSIS, *157,* 176
RATIONALISTAE, 31, 43-45
RAVESTEYN, 58, 212, 214, 221, *292 sq.,* 295, 300, 301, *303 sq.,* 306, 314
REGATILLO, 334, 385, 393, 401, 414, 426, 427, 432, *433, 434,* 454, 455, 457, *461, 463,* 495, 558, 573, 575, 582, 583
REGINO PRUMIENSIS, *157,* 176, 354
RENAN, 44 «q., 68
REYNERIUS, *32*
RICHARDUS A MEDIAVILLA, 415, 417, *493,* 500
RITUALE AMBROSIANUM. *Vide:* AMBROSIANA LITURGIA
RITUALE DIMMA, *520*
RITUALE GRAECORUM. *Vide:* EUCHOLOGIUM GRAECUM
RITUALE LEODIENSE, *432*
RITUALE MECHLINIENSE, *422,* 445
RITUALE MULLING, *520*
RITUALE NARBONENSE, 526, 537 sq., 565
RITUALE PARISIENSE, *423,* 445
RITUALE ROMANUM, 5, *7,* 23, 25, *50 sq.,* 140, 171, 185, *194, 195, 286,* 317, *322 sq., 361,* 395, 398, *403 sq.,* 406, 407, 426, *433,* 434, 439 sq., 442, 444, 447, 448, 453-459, *479, 509,* 518, 522, 534, 579, *581*
RITUALE STOWE, 520
RITUALIA (a Launov editi), 445, 453, 511, 518, 529-531, 536 sq., 540 sq.
RITUALIA CELTICA. *Vide:* CELTICA LITURGIA
ROBERTUS PAULULUS, 264, *268*
RODULPHUS BITURICENSIS, *154, 194,* 263, 354, 356, 364
ROLANDUS BANDINELLI, 208, *268,* 270, 272, 273, 307
ROPES (J. H.), 14, 29, 39, 62
ROSENMÜLLER, 39, 65
ROUËT DE JOURNEL, 21, 126, 446
RUCH (C.), 17, 21, *44 sq.,* 53, 62, 70, *72,* 75, 76, 77, *78,* 79, *80 sq., 81 sq.,* 84, *85-87,* 08, *100 sq., 113 sq.,* 120, 121, 129, 184, *187, 195-197,* 259
RUMENI, 345, *374,* 448, 513
RUPERTUS, 342, *343*
RUSSI, 3, 113, 350. *Vide:* SCHISMATICI ORIENTALES
RUTHENI, 324, 368, *373,* 380, 384, *448 sq., 512 sq.,* 557, 569

SABETTI-BARRETT, 418, 424, 456, 464
SACERDOTALE ROMANUM, *531 sq.,* 534
SACRAMENTARIUM AMBROSIANUM. *Vide:* AMBROSIANA LITURGIA
SACRAMENTARIUM GALLICANUM, *136 sq.,* 175, 339, 353, 389, 483
SACRAMENTARIUM GELASIANUM, 15, 137-139, 175, *185,* 339, *345, 347,* 348, 353, 363, 389, 428, 430, 431, 483, *519,* 534, 536, 567
SACRAMENTARIUM GREGORIANUM, 15, 137, 138, 139-141, 170, 175, 176, 263, 339, 342, *345, 347,* 348, 353, *363,* 428, 430, 431, *439, 441,* 468, 469, 483, *519 sq.,* 534, 536, 567
SACRAMENTARIUM SERAPIONIS, 111-114, 115, 175, 176, 185, 338, 349, 353, 389, 428, 430, 431, 483
SALMANTICENSES MORALES, 417,495, 561, 573, 575
SANCTORIUS (Card.), 495, *497*
SANDA, 495, 556
SASSE, 213, 290, 495
SCHANZ, 320, 366
SCHEGG (P.), 62, 79
SCHELSTRATE (E.), 172, 183
SCHISMATICI ORIENTALES, 25 sq., 31, 45 sq., 47, 52, 68 sq., 107, 181-184, 187, 189-191, 193, 333, 346, 348-350, 352, 369, 386-388, 446-448, 514. *Vide:* ORIENTALES
SCHMID, 22, 378, 585
SCHMITZ, 17, 81, 98
SCOTUS, 209, 249, 274, *275 sq.,* 278, 288, 328, *329, 413 sq.,* 414 sq., 490, 493, 518
SERAPIONIS SACRAMENTARIUM. *Vide:* SACRAMENTARIUM SERAPIONIS
SERARIUS (N.), 22, 421
SERGIUS (exegeta armenus), 179
SILVIUS, 290, 333, 335, 367, 421, 423
SIMEON THESSALONICENSIS, *1,* 5, 25, 27, *107, 182, 190,* 191, *350, 372,* 440, *447, 515, 517,* 543, 581
SISENSE CONC.,
a. 1243, *179 sq.*
a. 1342, *180,* 188
SODEN (Von), 39, 63, 66, 80

SONNATII (Statuta S.), *6,* 8, 15, /J/ sg., 141. 153, 176
♦SOTO (Dominicus), S3, 121, *209 sq., 276,* 288, 320, 321, 328, *329, 330,* 334, 414, 417, *418,* 490. 491, *493,* 495, 544
SOTO (Petrus), 54
SPACIL (Th.), 17, 22, *52,* 63, *68 sq.,* 75, 76, 77, *79 sq.,* 84, *85,* 120, 184, *191,* 213, 259, 290, 320, 321, *333,* 334, 353, *358, 367 sq., 371, 373,* 375, 378, *380, 386, 450, 514, 515 sq.,* 585. 586, 588
SPORER, 495, 575
STEITZ. 39, 66, 91, 98, 105
STOWE (Rituale), *165 sq.*
STRABO (Walafridus), 57, *152,* 175, 264, 348, 353, 354
♦SUAREZ, 22, 31, *210 sq.,* 289, 290, 291, 319, 320, 321, *327,* 328, 333 sq., *335, 348,* 353, 366, 372, 393, 395, 398, 414, 417, *418 sq.,* 421, 423, *431,* 454, *473,* 488, 490, 491, 495, *496,* 500, 544, *546,* 547, 558, *559,* 561, 573, 583
SULPICIUS SEVERUS, *186*
♦SUMMA SENTENTIARUM, 4, 5, 16, *164,* 175, 177, 264, *266 sq.,* 272, 408, 409, 480 sq.
♦SYRI, 3, 5, 107, *173,* 178, 188, 338, 350, *368,* 374, 390 sq., *513,* 518, 569. *Vide:* MONOPHYSITAE

TAMBURINI, 334, 396
TANNER, 321, 330, 334, 367, 417, 421, 423, 431, *500*
TANQUEREY, 145, 213, 290, 336, 380, 400, 456, 464, 500, 501, 561, 573, 587, 588
♦TAPPER (Ruardus), 53, *210,* 212, 214, *291 sq.,* 295, 300, 303, 304
♦TERTULLIANUS, 80, *97,* 132, 176, *185,* 340, *342*
*Textus:*
*Ad Scapulam*
4 *185*
*Adversus Marcionem*
1. 14 132
*De baptismo*
8 342
*De corona*
12 340, *342*
TESTAMENTUM D. N. I. C., 110, 114, 115, 185, 339, 353, 389, 483
THEINER (A.), 10, 50, 120, 182, 300, 301, 303, 304
THEODORETUS, 44, 132, *186,* 193
THEODORI STUDITAE (Vita), *149,* 176, 339
♦THEODORUS CANTUARIENSIS, 3, 15, *146,* 156, 157, 163, 165, *347 sq.,* 354, *363,* 366, 372
♦THEODULPHUS AUREL1ANENSIS, 3, 4, 15, *121, 147 sq.,* 165, 174, 176, 339, 353, 442, *444,* 446, 516, 534, 569
THEOPHYLACTUS, *57, 159,* 181, 263, *343*
♦THOMAS AQUINAS. *Vide:* INDEX THOMISTICUS
♦TICINENSE CONC. (a. 850), 5, 15, 47, 116, *136,* 174, 176, 263
TOLETANUM CONC. (a. 400), *365*
TONER (P. J.), 22, 500. 506
TOURNEEY, 53, 121, 320, 328, 367, 422, 423, 490, 500, 501, *503,* 587
TRADITIO APOSTOLICA, 97, 108 sq., 110, 111, 114, 115, 185, 338, 349, 353, 376, 389, *428,* 430, 483
TRESANI (Vita S.), 4. *133,* 339
♦TRIDENTINUM CONC., *1, 2, 4,* 5, *7,* 10, 15, 24, 41 sq., 46, 47-50, *58 sq.,* 70, 72, *75,* 89, 120, *198,* 212, 278, 279, 280-308, 315, 320, *322,* 324. *339,* 345, *352,* 353, 357, 363, 366, 398, *399 sq., 402, 428 sq.,* 430, *450, 479, 508 sq., 545, 554,* 565

*Textus:*
*Sessio 5, de peccato originali,*
can. 1 297
can. 2 297
*Sessio 6, de. iustificatione,*
can. 1 297
can. 2 297
can. 3 297
*Sessio 7, de sacr. in genere,*
can. 1 1, 46,*47 sq., 280,282*
can. 12 297
*Sessio 7, de Baptismo,*
can. 4 297
*Sessio 7, de Confirmatione,*
can. 1 297
*Sessio 13, de Eucharistia,*
cap. 1 *282*
cap. 2 *282*
cap. 3 *399,429*
*Sessio 14, de Poenitentia,*
cap. 1 282
can. 1 *282*
*Sessio 14, De Extrema Unctione,* 24, 48-50
prologus *1, 2, 4,* 24, 48, *198, 545*
cap. 1 15, 24, *48, 70,* 72, 282, *283,* 315, *322, 399 sq., 402, 428 sq., 508 sq.*
cap. 2 24
cap. 3 24, *48 sq., 75,* 120, *554*
can. 1 24, 46, *49,* 89, *282,* 283, 297, 315
can. 2 24
can. 3 24, *49*
can. 4 24, 70,75
*Sessio 21, de Communione,*
cap. 2 *283*
*Sessio 23, de Ordine,*
cap. 1 *282 sq.*
can. 1 *282 sq.*
*Sessio 24, de Matrimonio,*
prologus *282, 283*
can. 1 *283,*297

TROMBELLI (J. Ch.), 22, 1S4, 320, 321, 488, 519, 588
TURMEL (J.), 29, 42 sq.
TURONENSE CONC.
a. 567, *130,* 354
saec. 9, *157*

UMBERG (J. B.), 22, 199, 228, 335, *396*

VACANT (A.), 199, 213
VALENTIA (Gregorius de), 330, 417, 495
VAN DEN EYNDE (D.), 199, 218
VAN DER HEEREN, 22, 199, *201,* 213, *214 sq., 242,* 290, 292, *314 sq.*
VAN NOORT-VERHAAR, 8, *221,* 242, *289, 290,* 291, 293, 306, 319, 320, *321,* 336, 400, 495, 561, 588
VAN STEENKISTE, 63, 83, *84*
VASQUEZ, 289, 549
VERHAMME (A.), 17, 22, 75, *320 sq.,* 330-333, 334, *335,* 400, 414, 425, 427, 433, 450, 455, 457, 488, 495, 556, 558
VERMEERSCH (A.), 12, 22, 334, 401, 425, 426, 454, 455, 456, 464-466, 573, 575, *582,* 583, 586
VICTOR ANTIOCHENUS, *56 sq.,* 92, *126* 175, 177, 263, 482, 483, *484*
VILLIEN (A.), 23, 120, 130
VOSTÉ (I. M.), *63, 71*

WALDENSES, 23, 31 sq., 47, 322, 326, 402
WALDENSIS (Thomas), 32, 54, 120
WARREN, 166, 519
WEISS (B.), 65, 325
WICLEFFITAE, 23, 31 sq., 47, 326
WILLIAMS (W. W.), 28, *38*
WILMART (A.), 136, 139
WINDISCH (H.), 39, 63, 65
WIRCEBURGENSES, 290, 320, *328, 352 sq., 357,* 366, 367, 422, 495
WORMATIENSE CONC. (a. 868), 156, 322, 347, 354

ZAMOSTENUM CONC. (a. 1720), *373, 448, 512*
ZUBIZARRETA, 213, 290, 336, 400, 495, 561, 588

# INDEX ANALYTICUS

(Quoad nomina stellulis signata vide: INDEX ONOMASTICUS)


♦ABAELARDUS (Pseudo) satis apte scribit de E. U., eam appellans "sacramentum ultimum omnium et quasi consummationem," 162 sq.

♦ALBERTUS MAGNUS.
De nomine "Extrema Unctio," 6
Vocat E. U. "sacramentum exeuntium," 4, 6
Dc sensu textus *Mare. 6.* 12 sq., 58
Textum Evangelii Nicodcmi interpretatur de E. U., 96
Defendit immediatam institutionem E. U. et Confirmationis contra Pseudo-Halensem et Bonavcnturam, 206 sq., 273, 288
Benedictio olei est necessaria ad valorem sacramenti, 328 sq.
Materia remota E. U. est oleum simplex sine balsamo, 347
De numero unctionum, 445
Unctio quinque sensuum pertinet ad essentiam sacramenti, 411 sq.
Mens Alberti, sicut et S. Thomae, est quod plures unctiones sunt de necessitate sacramenti tamquam partes integrantes, 415-417, 463
Forma E. U. est essentialiter deprecativa, 490-492
Ratio quare debeat esse deprecativa, 546, 547

♦ALBIGENSES primi inter haereticos explicite hoc sacramentum rciecerunt, 27, 31

♦ALEXANDER HALENSIS (Pseudo).
Iuxta reccntiora studia, Summa Theologiae Alex. Halensi hucusque tributa composita est ab eius discipulis; quarta pars de sacramentis tribuitur Guilclmo de Melitona, 222
Celebris Pseudo-Halensis sententia dc mediata Christi institutione sacr. E. U. et Confirmationis, 203-206, 222-230
In hoc sensu mediatae institutionis cius sententiam interpretati sunt antiquiores theologi communiter et plures adhuc moderniores, 206-213
Plures tamen moderni conantur illam sententiam interpretari in sensu cuiusdam immediatae institutionis, 213–222, 584 sq.
Haec interpretatio omnino rcicicnda videtur, 245-249
Refellitur Pseudo-Halensis sententia, 256 sq., 258, 261, 274, 280, 308
Variae censurae quae a theologis illi sententiae affiguntur, 212 sq., 277 sq.
Peregrina Pseudo-Halensis affirmatio de institutione Confirmationis in Concilio Meldensi, 204, 225, 228-230
Docet etiam Apostolos mutasse ad tempus formam Baptismi, 206

♦ALPHONSUS (Liguori).
Per accidens, in casu necessitatis, oleum catechumenorum et chrisma Confirmationis adhiberi possunt in administrationc E. U., 395 sq.
Unica unctio non est sufficiens ad valorem sacramenti, 417, 421, 422, 426
Potest tamen adhiberi sub conditione in casu necessitatis, ob contrariam plurium sententiam, 424
Una gutta probabiliter sufficit ad rationem unctionis requisitae in sacramento, 431 sq.
Forma deprecativa est necessaria ad valorem sacramenti, 495, 498 sq., 500
In forma E. U. exprimere oportet etiam materiam et ministrum, ita ut sonet: "Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558
Etiam quando sacramentum administratur per unicam unctionem requiritur ut in forma fiat mentio quinque sensuum, 561
De licita administratione E. U. quod attinet ad materiam et formam, 454, 582 sq.

♦AMALARIUS METENSIS.
Insigne profert testimonium de sacramentalitate E. U., 339, 483, 4S4
Dc episcopali reservatione benedictionis olei, 364

♦AMBROSIANA LITURGIA.
Testimonium de E. U. sive benedictio olei infirmorum, 166 sq.
E. U. vocatur impositio manuum, in quo habetur suggestivum testimonium antiquae praxis imponendi manus in hoc etiam sacramento, 4, 104, 438 sq.
Celebris forma E. U. quae dicitur Ambrosiana, 532 sq., eiusque varia elementa, 566
Forma E. U. in Sacramentario saec. 13 et Sacramentario saec. 16, 521 sq.

♦ANGLICANI.
Negant sacramentalitatem E. U., 37-39
Retinent E. U. inter sic dicta quinque sacramenta minora, 27, 32, 37
Minorem tamen aestimationem erga hoc sacramentum ostendunt quam erga cetera quatuor, 32, 37
*Vide:* PROTESTANTES.

APOSTOLI.
Soli Apostoli (non vero ipse Christus) exhibentur ungentes oleo aut baptizantes, 51 sq.
Non habuerunt potestatem instituendi sacramenta, 261
luxta S. Thomam nullatenus conveniens fuisset ut apostolis conferretur potestas instituendi sacramenta, 207 sq.
In particulari nulla est ratio tribuendi institutionem E. U. Iacobo potiusquam aliis Apostolis, 260
Inepte quidam mediaevales, nominatim Pseudo-Halensis et Bonaventura, docuerunt E. U. fuisse institutam ab ipsis Apostolis, nec nisi mediate tantum a Christo, 203 sq., 205 sq., 226 sq.
*Vide:* ALEXANDER HALENSIS (Pseudo). BONAVENTURA.

ARCANI disciplina, quatenus invocari possit ut ratio paucitatis antiquorum documentorum de E. U., 91

♦ARMENI.
*Dissidentes sive Monophysitae:*
Sacramentum E. U. numquam negarunt sed potius in suis ritualibus libris retinuerunt. Ex eorum coetu proveniunt duo insignia testimonia de hoc sacramento, i.e. Vita S. Mesrop (saec. 5) et Ioannes Mandakuni, patriarcha Armenorum (saec. 5), 127, 135, 138sq.
Nihilominus hoc sacramentum apud ipsos iamdudum obsolevit, saltem nempe inde a saec. 14, ita ut nonnisi aliquod fortasse corruptumque vestigium maneat in benedictione butyri sive olei sesamci, 46, 180 sq., 346
Vicissitudines huius sacramenti apud Armenos, 178-181
Unus vel alter confudit E. U. cum Poenitentia, 31
Abusus unctionis poenitentium, 193
Saec. 14 invaluit apud Armenos etiam unctio mortuorum, 188 sq.
Praxis benedicendi oleum infirmorum per simplices presbyteros, 374
*Catholici:*
Concilium nationale a. 1911 invehitur contra extinctionem et corruptionem E. U. apud Armenos dissidentes, 181
Recesserunt a communi Orientalium praxi concedendi presbyteris facultatem benedicendi oleum E. U., 368
Adoptarunt praxim latinam etiam circa numerum unctionum et qualitatem partium inunctarum, 448 sq.
Pariter adoptarunt formam sacramentalem optativam, similem latinae formae, 513 sq., 518, 569
*Vide:* COPTI. MONOPHYSITAE. ORIENTALES. SYRI.

♦AUGUSTINUS.
De immediata institutione sacramentorum per Christum, 261, 307
S. Doctor nihil directe habet de sacramento E. U., etsi habeatur ut princeps inter Patres in materia sacramentaria, 122 sq.
Mens tamen eius colligi potest ex Possidio eius familiari et Caesario Arelatense eius interprete, 123 sq.
Symbolismus olei, 343

BALSAMUM non requiritur in oleo E. U., 326, 347 sq., ob rationem quam assignat S. Thomas, 351

BAPTISMUS.
luxta Pseudo-Halensem Apostoli mutaverunt ad tempus formam Baptismi quem administrarunt in nomine Christi, 206
Comparatio Baptismi cum E. U. *Vide:* EXTREMA UNCTIO.

♦BEDA.
Insigne profert testimonium de E. U. in suo commentario in ep. Iacobi, 93, 142-145
In sua Vita S. Cuthberti profert aliud testimonium de E. U., 134 sq.
Textum *Mare.* 6. 12 sq. videtur interpretari de sacramento E. U. iam instituto, 57
Verba Iacobi "In nomine Domini" interpretatur de benedictione olei E. U., 75, 352, 356, 366
De quibusdam non dissimulandis ambiguitatibus in textu Bedae, 83, 121, 143-145
Verba Iacobi "Et si in peccatis sit, remittentur ei" videtur referre ad sacramentum Poenitentiae, 99

♦BELLARMINUS.
E. U. vocat "quasi quamdam Poenitentiam infirmorum," 4
Videtur explicare textum *Mare.* 6. 12 sq. de mera figura sacramenti E. U., 53 sq., 60
De valore testimonii Innocentii I, 117
E. U. et Confirmatio sunt immediate a Christo instituta, 210
Unica unctio non est sufficiens ad valorem sacramenti, 417, 419 sq.
De necessitate formae deprecativae in E. U., 495, 546

In valida forma E. U. exprimere oportet etiam materiam ct ministrum, ita ut sonct: “Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558, 559

BENEDICTIO OLEI.
Hanc benedictionem quidam post Bedam vident significatam in verbis lacobi “In nomine Domini," 75, 352 sq., 356, 366, 427
Haec benedictio signanter proponitur in omnibus monumentis liturgicis, ut Didache, 108, 353; Traditione Apostolica, 109, 353, 389; Didascalia Apostolorum, 111, 389; Sacramcntario Serapionis, 111 sq., 353 ; Constitutionibus Apost., 115; Testamento D.N.I.C., 115, 389; Sacramcntario Gallicano, 353; Sacr. Gelasiano, 137 sq., 353; Sacr. Gregoriano, 139 sq., 353 ; Liturgia Celtica, 353; Liturgia Ambrosiana, 166, 353; Euchologio Graeco, 389
Magnum momentum quod huic benedictioni in antiquitate tribuebatur, 355 sq., 408 sq.
Ipsa requiritur ad valorem sacramenti, 320, 352-362
Non ergo est mere caeremonialis sicut benedictio aquae in Baptismo, 357
Nequaquam tamen est ipsa forma sacramenti, uti videntur putasse quidam mediaevales, 356-360, 408 sq., 481, 483, 486
Oleum benedictum est materia sacramenti, 352-362
Quare materia quorumdam sacramentorum prae ceteris benedicatur seu consecretur, 358-360
Haec benedictio debet per se fieri ab episcopo, 321, 362-371 ; quae episcopalis reservatio est conveniens, 369-371
Potest tamen simplex presbyter ex commissa facultate oleum E. U. benedicere, 321, 371-377. *Vide:* PRESBYTER.
Haec benedictio debet esse specialis, seu ordinata ad hoc sacramentum, 321 sq.. 388-397 ; de qua tamen necessitate omnino inter se dissentiunt theologi, 334-337
Nihil per sc obstat quominus idem oleum pro duobus sacramentis consecretur, dummodo duplici (saltem formaliter) speciali benedictione donetur, 394
Pariter nihil obstat quominus oleum sacramentale inserviat aliis etiam usibus, 395
E converso oleum non sacramentale (ut oleum catechumenorum) nequit inservire sacramentis E. U. ct Confirmationis; tamen plures auctores docent quod per accidens, in casu necessitatis, oleum catechumenorum ct chrisma Confirmationis possunt adhiberi sub conditione in E. U., 395-397

BENEDICTUS XIV.
In duabus Constitutionibus distincte agit de E. U., cum peculiari referentia ad usus Graecorum, 24
De non tradendo oleo infirmorum in privatum usum fidelium, 194 sq.
De extraordinaria potestate presbyterorum quoad benedictionem olei E. U., 371, 375, 381 sq.
De mente S. Thomae et aliorum antiquorum circa necessitatem quinque unctionum, 414, 416
Inclinat in sententiam de sufficientia unius unctionis ad valorem sacramenti, 422, 423 sq.
Necessitas formae dcprecativae, 495, 497 sq., 500
Plus aequo Benedictus commovetur ab indole indicativa formae imperativae Narbonensis, 537 sq.
De quibusdam ambiguis cius verbis circa gencricam institutionem formae E. U., 561 sq.
Adhibenda est in E. U. ipsa ac sola forma a Rituali praescripta, 580

BIBLIOGRAPHIA.
Generalis bibliographia de E. U., apud theologos, 16-23; Schismaticos, 26sq.; Protestantes, 28 sq.
De textu lacobi, 62 sq.
Dc unctionibus non sacramentalibus, 184
De E. U. immediata institutione per Christum, 199
De materia proxima, 398
De impositione manuum, 434
Dc praxi Orientalium quoad materiam proximam, 446
De forma E. U., 487 sq.

BILLOT.
Interpretatio ct iudicium de sententia Pscudo-Halensis et Bonaventurae circa modum institutionis E. U. ct Confirmationis per Christum. 221 sq., 306
Adhuc post Codicem Billot ut probabiliorem eligit non satis tutam sententiam. iuxta quam unica unctio non sufficit ad valorem sacramenti, 401, 418, 421, 425, 426

BILLUART.
Unica unctio non est sufficiens ad valorem sacramenti, 417, 420 sq.
Necessitas formae dcprecativae in E. U . 495, 498
In valida forma E. V., oportet exprimere etiam materiam ct ministrum, ita ut sonet: “Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus,” 558, 559 sq.
Etsi quintuplex unctio sensuum sit necessaria, non est ncccssc ut quinque sensus in ipsa forma exprimantur, 561

♦BITTREMIEUX peculiariter inter modernos attentavit rehabilitationem sententiae Pseudo-Halcnsis et Bonaventurae de modo institutionis E. U. ct Confirmationis per Christum, 203, 217, 218-220, 247 sq., 278, 293, 298, 304, 308

♦BONAVENTURA.
De nomine "Extrema Unctio," 6
De sensu huius nominis, 9
Vocat E. U. "sacramentum exeuntium," 4
Celebris cius sententia de mediata E. U. et Confirmationis institutione per Christum, 203-206, 230-244
Videtur etiam docere ipsam confessionem non fuisse immediate institutam a Christo, secus ac ipsa potestas clavium, 234, 243, 246
Improbabiliter quidam auctores dicunt doctrinam Bonaventurae in Brcviloquio differre ab ea quam exposuerat in Commentario super Sententias, 241-244
In sensu mediatae institutionis eius sententiam interpretati sunt communiter antiquiores theologi et plures adhuc moderni, 206-213
Alii tamen moderni conantur illam sententiam interpretari in sensu cuiusdam immediatae institutionis (puta gencricac), 213-222, 584 sq.; quae quidem interpretatio omnino reicicnda videtur, 245-249
Refellitur ca sententia de mediata institutione, 256 sq., 258, 260, 261, 274, 308
Variae censurae quae a theologis illi affiguntur, 212 sq., 277 sq.
Materia remota E. U. est oleum simplex sine balsamo, 347
Benedictio olei est necessaria ad valorem sacramenti, 328, 329
Materia proxima non est oleum sed cius usus scu unctio, 408
Unctio quinque sensuum pertinet ad essentiam sacramenti, 412 sq.
Mens S. Doctoris, sicut et S. Thomae, est quod plures unctiones sunt necessariae tamquam partes integrantes, 415-417, 463
Forma E. U. est essentialiter deprecativa, 490 sq., 492 sq.
De aptitudine ct excellentia formae latinae, 578

♦BONIZO PLACENTINUS.
Tribuit Apostolis institutionem E. U., sed cius mens est valde obscura, 158, 264, 265, 270-275
Nequaquam testatur olim apud Latinos oleum E. U. fuisse benedictum a presbyteris, 364 sq., 376

•CAESARIUS ARELATENSIS.
Insigne profert testimonium de E. U., 123, 128-131
Inepte autem quidam eruditi vident in eo consuetudinem privatae unctionis, 130 sq.

♦CAIETANUS.
Videtur dubitare de authenticitate epistolae Iacobi, 63
An ipse neget in textu Iacobi agi de sacramento E. U., 71 sq.
Quidam cum Pallavicini plus aequo calumniantur Caietanum ut S. Scripturae interpretem, 71
Inclinat in negandam episcopalem reservationem benedictionis olei, 330

♦CALVINUS.
Indignis ludibriis ac calumniis cumulat catholicum sacramentum E. U., 27, 35-37
Negat sacramcntalitatem E. U., 36 sq., 49
Ait caeremoniam commendatam a Iacobo fuisse merum symbolum charismaticae curationis exercitae tempore apostolico, 36, 65, 67 sq.
Valorem testimonii Innocentii I de E. U. minuere conatur, dicens in eo agi de privatis unctionibus, 68, 118
Peculiariter despicit materiam huius sacramenti, seu oleum ab episcopo benedictum, 325, 327
*Vide:* PROTESTANTES.

♦CANONES HIPPOLYTI.
Proferunt insigne testimonium de E. U., 109-111
Vocant E. U. "oleum orationis," in quo fortasse videri potest origo graeci nominis Euchelaei, 5 sq.
*Vide:* HIPPOLYTUS.

♦CAPPELLO.
Testatur quosdam censere materiam validam E. U. esse non solum oleum olivae sed oleum quodeumque illi simile, sed nullum profert nomen, 325 sq.
Invocat sententiam de gcncrica institutione sacramentorum in quaestione de episcopali reservatione benedictionis olei, 378, 585
Negat necessitatem specialis benedictionis in oleo E. U., 334, 335, 393
Inclinat in sententiam iuxta quam non solum S. Sedes sed etiam episcopi possunt, abstrahendo ab hodierna S. Sedis reservatione, concedere presbyteris facultatem benedicendi oleum E. U., 379, 381 sq.
Inclinat in sententiam iuxta quam in peculiaribus circumstantiis (puta cum agitur de ungendo moribundo sensibus destituto) simplex presbyter potest benedicere oleum infirmorum de praesumpta licentia S. Sedis, 384 sq.

Putat non improbabile esse presbyteros schismaticos retinere facultatem benedicendi oleum infirmorum, 386
Ad valorem sacramenti certe sufficit unica unctio in fronte, probabilissime in qualibet parte capitis, valde probabiliter in qualibet parte corporis, 400, 427, 457 sq., 462
De mente S. Thomae aliorumque antiquorum circa necessitatem quinque unctionum, 415
Omissio unctionis manuum non improbabiliter est leve tantum peccatum, 445
Omissio unctionis unius ex binis organis est culpa levis, 455
Necessitas formae dcprecativae, 495, 499
In valida forma E. U. exprimere oportet etiam materiam et ministrum, ita ut sonet: "Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558, 560
De licita administratione E. U. quod attinet ad formam, 582 sq.

♦CATECHISMUS CONC. TRID.
Divisio cap. 6 de E. U., 24
E. U. comparatur Baptismo, 1, 2
Vocatur "sacramentum exeuntium," 4
Nomen "Extrema Unctio" eiusque ratio, 7, 8
Divina origo et sacramentalitas E. U., 50
E. U. est immediate a Christo instituta, 286 sq., 304, 307
Materia remota E. U. est oleum olivae, 322, 324, 345
Symbolismus olei E. U., 324, 340, 344
Necessitas benedictionis olei infirmorum, 357
Materia proxima E. U., 398, 402 sq.
E. U. est unum sacramentum, non obstante unctionum pluralitate, 466
Forma E. U., 479, 508 sq.
Forma est essentialiter deprecativa, 509 sq.
Indoles variarum formarum E. U. iudicanda est ex indole deprecativa formae latinae ac romanae, 543
De aptitudine et excellentia formae latinae, 578

♦CELTICA LITURGIA.
Ritus E. U., 165 sq.
Forma sacramentalis, 520, ejusque elementa, 566, 572

♦CHAVASSE.
Docet olim etiam laicos administrasse sacramentum E. U. iuxta textum Innocentii I, 120
Reicit valorem testimonii Cassiani, 124 sq.
Non convenienter interpretatur textum Bedae, 135, 143-145
Renuit agnoscere impositionem manuum antiquitus associari consuevisse administration! E. U., 437 sq.
De magno momento quod antiqui tribuebant benedictioni olei in sacramento E. U., 409

CHRISTUS.
Non oportet ut omnium sacramentorum institutio per Christum referatur in ipso evangelio, sed fundamentaliorum tantum, 204 sq., 258
In Scriptura numquam dicitur Christus unctionem olei adhibuisse, sed soli Apostoli id fecisse dicuntur, 51
Pariter non Christus sed soli Apostoli dicuntur baptizasse, 51
Christus nequaquam debuit per seipsum ministrare omnia sacramenta quae instituit, 205
Soli Christo competit institutio sacramentorum, 207, 236, 256, 260 sq.
Iuxta Pseudo-Halensem et Bonaventuram Christus mediate tantum instituit E. U. et Confirmationem. *Vide:* ALEXANDER HALENSIS (Pseudo). BONAVENTURA.
Materiam duorum sacramentorum, i.e. Baptismi et Eucharistiae, Christus per suum usum immediate consecravit, materiam vero Confirmationis et E. U. reliquit consecrandam per Ecclesiam, 359 sq.

♦CHRYSOSTOMUS.
Insigne profert testimonium de E. U., quidquid in contrarium dicant Protestantes qui illud referunt ad Poenitentiam, 15, 104-108, 115, 124
De textu Iacobi, 262

♦CODEX I. C.
Divisio tit. 5 de E. U., 25
Nomen "Extrema Unctio," 7
Materia remota E. U. est oleum olivae, 323, 345
De benedictione olei E. U., 361 sq.
De episcopali reservatione benedictionis olei E. U., 380
De benedicendo oleo infirmorum benedictione speciali, 335 sq., 391
De facultate presbyteri benedicendi oleum E. U., 371
Materia proxima E. U., 398, 400, 404
De sufficientia unicae unctionis in casu necessitatis, 400, 401, 404, 406, 425, 426, 429, 441, 450, 456, 560
Permittitur unctio per instrumentum in casu necessitatis, 432 sq.
De modo faciendi unctiones, 453, 454, 456
De supplendis unctionibus omissis, 404, 406, 670
Forma E. U., 479, 554, 565
In E. U. sub gravi adhibendae sunt ipsa forma aliaeque preces in Rituali praescriptae, 580 sq.

BNM

Probabiliter haec Codicis lex obligat etiam ministros Orientales, 580
Quoad gravitatem tamen huius obligationis non omittendi singula verba formae discrepant theologi, 582 sq.

CODICES LITURGICI (a Mcnardo editi), i.e. Codex Rhemensis, Codex Ratoldi, Codex Tilianus.
Ritus unctionis, 167-170
Materia sacramenti exhibetur in varietate partium inunctarum, 442 sq.
Forma sacramenti, 167 sq., 170, 520sq., 566
Codex Rhemensis plurcs refert formas, quarum una (indicativa: "Ungo te ut more militis . . .") subinde communissima evasit, 167 sq., 520 sq.
Varia huius formae elementa, 566

CONFIRMATIO.
Celebris sententia Pseudo-Halensis et Bonaventurac de mediata institutione Confirmationis per Christum. *Vide:* ALEXANDER HALENSIS (Pseudo). BONAVENTURA.
Peregrina Pseudo-Halensis opinio de institutione Confirmationis in Cone. Mcldcnsi (a. 845), 204, 225, 228-230
Confirmatio est instituta a Christo immediate. Quaecumque in praesenti tractatu dicuntur de immediata institutione E. U. valent, proportione servata, etiam de Confirmatione, 200. *Vide:* INSTITUTIO.

CONGREGATIO S. OFFICII.
Decretum a. 1611 temerariam ct errori proximam declaravit propositionem iuxta quam E. U. posset valide ministrari oleo episcopali benedictione non consecrato, 323, 326, 357, 367
Decretum a. 1754 permisit unctionem per instrumentum in casu necessitatis, 407, 432 sq.
Recentius, inde ab a. 1906, S. Officium plura emisit decreta circa administrationem E. U., 24
Tam theologice quam practice praecipua sunt decreta a. 1906 et 1917, quibus, saltem indirecte declaratur sufficientia unicae unctionis in casu necessitatis, 24, 400, 404-406, 425 sq., 560

CONSECRATIO OLEI. *Vide:* BENEDICTIO OLEI.

CONSTITUTIONES ECCLESIASTICAE AEGYPTIACAE. *Vide:* TRADITIO APOSTOLICA.

COPTI.
Copti, sicut etiam Syri ct Maronitae, vocant E. U. "sacramentum lampadum," 3, 5, 107, 178, 338, 374
Ritus unctionis, 172 sq.
Praxis benedicendi oleum E. U. per simplices presbyteros, 374
Ab hac praxi recesserunt Copti uniti sive catholici, 368, 369
Forma sacramentalis est similis formae deprecativae in generali usu apud Orientales, 514 sq.
*Vide:* ARMENT MONOPHYSITAE. ORIENTALES. SYRI.

DALLAEUS.
Considerari potest ut praecipuus auctor qui suam aliorumque Protestandum doctrinam ct obicctioncs circa E. U. exponit, 39
Impugnat valorem testimoniorum Traditionis ante saec. 8, 90
Insignia Origenis et Chrysostomi testimonia interpretatur non de E. U. sed de Poenitentia, 98, 105, 106
Valorem testimonii Innocentii I deprimere conatur, dicens in eo agi de privatis unctionibus, 118, 120
*Vide:* PROTESTANTES.

DE BAETS primus inter modernos attentavit rehabilitationem sententiae Pseudo-Halensis et Bonaventurac dc modo institutionis E. U. et Confirmationis per Christum, 203, 217, 218, 278, 284 sq., 291, 293, 295 sq., 298, 3(M, 308

DEFUNCTI. *Vide:* MORS.

DE SAINTE BEUVE.
Ab omni censura excusat Pseudo-Halensis et Bonaventurac sententiam dc mediata institutione E. U. et Confirmationis per Christum, 211 sq., 293
Benedictio olei est necessaria ad valorem sacramenti, 327 sq.
Sufficit unica unctio ad valorem sacramenti, 421
Necessaria est forma deprecativa, 495, 496 sq.
In valida forma E. U. exprimere oportet etiam materiam ct ministrum, ita ut sonet: "Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558 sq.

ECCLESIA.
Documenta generalia dc E. U., 23-25
Documenta de nomine huius sacramenti, 7
Documenta dc divina origine ct sacramcntalitate E. U., 47-51
Documenta dc materia remota, seu oleo ab episcopo benedicto, 322-325
Documenta dc episcopali reservatione benedictionis olei, 366
Nullo modo conveniens esset ut communicaretur Ecclesiae potestas instituendi sacramenta, 207 sq., 261
Iuxta Pseudo-Halenscm ct Bonavcnturam

Ecclesia post Apostolos instituit sacramentum Confirmationis, 207 sq., 226–244. Quod quidem recte impugnatur a S. Thoma, 207 sq.
Ecclesia non habet potestatem determinandi materiam ct formam E. U., quippe quae sunt specifice a Christo institutae, 378, 583-588. *Vide:* INSTITUTIO.
Documenta Ecclesiae quae referuntur ad immediatam institutionem E. U. per Christum, 280, 285-287
Sententia de gencrica institutione sacramentorum, iuxta quam Ecclesia habet potestatem determinandi materiam et formam sacramentorum, est aliena a mente antiquorum theologorum, 245

EFFECTUS.
Per E. U. datur quidam excellens effectus seu quaedam gratiae plenitudo, 360, 545-547
Etiam E. U. producit sic dictum rem-et-sacramentum, 548
Triplici expressione effectus E. U. indicatur in textu lacobi, 76-87
Non tamen constat utrum salvatio referatur ad effectum corporalem et allcviatio ad effectum spiritualem, an e contrario, 76-81
De effectu remissionis peccatorum in textu lacobi, 81 sq.
Difficilis quaestio de connexione inter v. 15 ubi agitur dc hoc effectu et v. 16 de confessione peccatorum, 82-87
Utrum ct quomodo facienda sit mentio effectus in forma E. U., 563, 570-574
Quinam ex variis E. U. effectibus exprimuntur in variis formis ct quinam ct quomodo necessario exprimi debeant, 570-574
Solus spiritualis effectus est necessario exprimendus, ct quidem saltem generali ac indirecto modo, 571 sq.
Effectus corporalis non necessario exprimi debet, de facto tamen significatur saltem in ipsa indole deprecativa formae, 572
Effectus corporalis sanitatis non sufficienter significatur per ipsam solam unctionem, 487
Hic idem effectus petit deprecativam indolem formae huius sacramenti. Explicatur subtilis ratio S. Thomae, 547-550, 572
An assignari possit aliquis particularis effectus pluralitati unctionum qua tali, maxime quando omissae unctiones supplentur post iam absolutum sacramentum in unica unctione, 474-476

EPISCOPUS est ordinarius minister benedictionis olei infirmorum. I *ide.* BENEDICTIO OLEI.

EUCHARISTIA comparatur cum E. U. *Vide:* EXTREMA UNCTIO.

EUCHELAEUM. *Vide:* NOMINA.

EUCHOLOGIUM.
Benedictio olei infirmorum, 389
Ritus unctionis iuxta Euchologium a Goar editum, 172
Quod attinet ad materiam proximam E. U. Euchologium prorsus silet de partibus ungendis, 447
Impositio manuum super infirmum in administratione E. U., 440 sq.
Forma E. U.: "Pater sancte," 511 sq.
*Vide:* ORIENTALES. SCHISMATICI ORIENTALES.

EXTREMA UNCTIO.
Circa varia elementa sacramentalia, scilicet: Sacramentum, Nomina, Institutionem, Materiam, Formam, Effectum, Subiectum, Ministrum, *vide ad haec verba*
E. U. connumeratur cum aliis sacramentis in documentis Traditionis, 176
*Comparatio E. U.:*
*Cum ceteris sacramentis* generaliter:
Quoad raritatem documentorum prioris Traditionis, 91, 92
Quoad necessitatem benedicendi seu consecrandi materiam, 358-360
Quoad effectum abundantioris gratiae, 360 sq.
Quoad effectum corporalis sanitatis qui est ei proprius, 361
Quoad peculiarem necessitatem formae deprecativae, 549 sq.
Quoad difficultatem conciliandi deprecativam indolem formae cum propria sacramenti efficacia ex opere operato, 552 sq.
Quoad elementa exprimenda in forma, ' 563-565
*Cum Baptismo:*
Quoad effectum. Est enim velut ultimus baptismus, complens remissionem incoeptam per Baptismum ct Poenitentiam, ac praeparans ad alteram vitam, quasi baptismus aeternitatis, 1, 104, 316
Quoad administrationem utriusque sacramenti per Apostolos durante Christi ministerio, 257 sq.
Quoad materiam remotam (oleum commune, aqua communis), 344
Quoad necessitatem consecrandi materiam, 359 sq.
Quoad indolem benedictionis olei et aquae, 355, 357, 361
Quoad materiam proximam, seu usum olei ct usum aquae, 427
Quoad pluralitatem unctionum, prout est necessaria ad integritatem sacramenti, 467

Quoad supplendam omissarum unctionum, 470
Quoad formam deprecativam, 551
Quoad elementa exprimenda in forma, 564 sq.
*Cum Confirmatione:*
Quoad totam quaestionem de modo institutionis, 256-315
Quoad episcopalem reservationem benedictionis olei et extraordinariam facultatem presbyterorum, 383
Quoad presbyteros schismaticos quatenus retinent hanc facultatem, 387
Quoad validum usum chrismatis Confirmationis in E. U., 394, 395 sq.
Quoad elementa exprimenda in forma sacramcntali, 553, 563-565
*Cum Eucharistia:*
Quoad necessitatem sacramenti in casu moribundi sensibus destituti, 198
Quoad tempus administrationis (binomium: Unctio-Viaticum, infirmorum sacramenta), 176
Quoad materiam remotam (oleum commune, panis communis), 344
Quoad materiam proximam, quatenus est non ipsum oleum sed cius usus, 399, 407, 428, 429, 430
Quoad consecrationem materiae seu necessitatem eam benedicendi, 108, 359 sq.
Quoad pluralitatem unctionum, prout pertinet ad integritatem sacramenti, 415, 467, 471 sq.
Quoad peculiarem effectum singularum unctionum, 475
Quoad formam, quatenus in Eucharistia 'effectus principalis exprimitur alio modo, seu non formaliter sed eminenter, 563, 564
*Cum Poenitentia:*
Quoad nomen, quatenus E. U. vocatur "Publicae poenitentiae sacramentum" (Ivo Carnotensis), "Poenitentiae consummativum" (Cone. Trid.), "Poenitentia quaedam infirmorum" (Bellarminus), 4, 160
Quoad connexionem inter confessionem et E. U. in textu lacobi et in textu Bcdae, 82-87, 143 sq.
Quoad necessitatem sacramenti in casu moribundi sensibus destituti, 198
Quoad effectum quatenus E. U. est complementum Poenitentiae, 1, 4, 92, 100, 104, 316, 360, 545 sq.
Quoad tempus administrationis (trinomium: Pocnitentia-Unctio-Viaticum, infirmorum sacramenta), 176
Quoad denegationem sacramentorum publice poenitentibus, 116, 156
Quoad pluralitatem unctionum, prout pertinet ad integritatem sacramenti, 471 sq.
Quoad peculiarem effectum singularum unctionum, 475
Quoad necessitatem formae deprecativae, 488 sq., 508, 551
Quoad elementa exprimenda in forma sacramentali, 579
*Cum Ordine:*
Quoad necessitatem consecrandi materiam, 359
*Cum Matrimonio:*
Quoad necessitatem consecrandi materiam, 359
Quoad necessitatem formae verbalis, 485

FIGURAE.
Figurae et adumbrationes E. U., 13-15
In A. T. nullum fuit sacramentum figurativum E. U., sed hoc sacramentum (sicut et Confirmatio) est proprium et singulare N. T., 14 sq., 205
In textu *Mare*. 6. 12 sq. non agitur de mera figura, sed de quodam initio ac praeparatione ipsius institutionis, 15, 60 sq.

FLORENTINUM CONC.
E. U. est verum sacramentum, 47
Concilium distincte tradit omnia elementa huius sacramenti, 23
Materia remota est oleum olivae, 319, 322, 324, 345, 346
Necessitas benedictionis olei, 357
Materia proxima, seu unctiones, 398, 399, 400, 402, 417, 428, 430, 445
Forma E. U., 479, 508, 554. Est essentialiter deprecativa, 508

FORMA.
In forma praecipue residet significatio et efficacia cuiuslibet sacramenti, 547-550, 554 sq., 563
De ea proinde valent haec S. Thomae principia sive effata: "Forma sacramenti continere debet quidquid pertinet ad speciem sacramenti," 563. "Per formam sacramenti debet exprimi sacramenti effectus," 563. "In forma debet exprimi effectus principalis," 572. "Oportet quod forma sacramenti significet id quod in sacramento agitur proportionalitcr materiae sacramenti," 540, 564
Forma E. U. tripliciter indicatur in textu lacobi de oratione super infirmum in nomine Domini, 75 sq.
Quidam expositores eam legunt peculiariter in verbis "In nomine Domini," 75, 259, 481
Forma E. U. non est benedictio olei sed oratio quae dicitur in ipsa unctione, 481-487
Quaestio de necessitate formae deprecativae est propria ac peculiaris istius sacramenti, 488

Quoad sacramentum Poenitentiae peculiaris quaestio inverso modo ponitur, scilicet de necessitate formae indicativae, 48S
Divisio formae in indicativam et deprecativam, 488 sq., 491, 495
Celebris theologorum controversia de necessitate formae deprecativae in E. U., 490-507
Quidam, ut Pesch, Lépicier et Toner, peregrinas introducunt opiniones in hac controversia, 500, 504-506
Forma E. U., secus ac ceterorum sacramentorum, debet esse essentialiter (etsi non materialiter) deprecativa, 507-553
Triplex ratio, huic sacramento propria ac peculiaris, ostendit convenientiam formae deprecativae, 544-550
Formae sacramentali, seu efficaci ex opere operato, non repugnat indoles deprecativa, 552 sq.
De forma graeca "Pater sancte," unica atque formaliter deprecativa, 511-516
Formae latinac innumerae varietates, 517–534
Forma latina hodierni usus, 517
Eius historia, 517 sq.
Probabile est in Ecclesia Romana formam deprecativam sive optativam iugiter in usu fuisse inde a tempore Gregorii Magni, 518, 519
Forma brevior ac generalis sufficit ad validitatem, saltem in casu necessitatis, 424-426, 554, 555, 560
Comparatur forma latina cum aliis formis quoad indolem deprecativam, 539 sq.
Principaliores ac celebriores formae indicativae dividi possunt in Celticam, Gregorianam, Ambrosianam, Venetam; deprecativae vero sive optativae in Graecam, Romanam, Rhemensem, 532 sq., 539 sq., 565-567
Formae deprecativae sive optativae, omnibus consideratis, non leviter excedunt numero formas indicatives, 534, 536
Indoles formae E. U. maxime iudicanda est ex utraque forma, nunc ct ab antiquo in usu in utraque ecclesia, seu Graeca ct Romana, quippe quae certae sunt ct certo validae, 535, 543
Dc valore formae sic dictae imperativae ("Operare, creatura olei"), 533, 536-538
Plurimae formae sic dictae indicativae illegitime sic vocantur cx eo tantum quod sola actio ungendi indicative exprimatur, nam effectus, cx quo iudicanda est indoles formae sacramentalis, in cis non exprimitur indicative, 538
Ceterum, deprecativa indoles in sic dictis formis indicativis satis significatur ex textu ipso vel contextu, ita ut materialiter quidem indicativae sed simul formalitcr deprecativae dici debeant, 538-543
Ipsa comparatio formarum indicativarum cum deprecativa forma Romana ostendit carum indolem deprecativam, 539 sq.
Circa elementa exprimenda in forma E. U. quidam theologi dicunt sufficere mentionem effectus, subiecti et causae principalis, ita ut haec sit forma valida: "Indulgeat tibi Deus," 556-558
Alii vero requirunt etiam mentionem materiae ct ministri, ita ut forma valida sit: "Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558-560
Forma E. U. est quaelibet formula verborum quibus, uno vel alio modo, sufficienter exprimantur quinque elementa sacramentalia: materia, minister, effectus, subicctum et causa principalis, 562-577
Solus effectus debet necessario exprimi formaliter, cetera vero possunt exprimi aequivalenter vel implicite, 562-577
Quomodo de facto varia elementa exprimantur in praecipuis formis olim vel hodie in usu, 565-576
Quomodo exprimuntur in ipsa forma latina Ritualis Romani, 554, 565
Comparatio praecipuarum formarum quoad singula elementa, 569-577
Excellentia formae latinae seu romanae prae ceteris ct nominatim prae graeca, 572 sq., 578
Disputatur utrum in forma latina verbum "Indulgeat" sit sufficiens ad exprimendum effectum spiritualem, an debeat addi: "Quidquid deliquisti," 573 sq.
Disputatur an verba "Et suam piissimam misericordiam" sint necessaria in forma latina, sed quaestio non recte ponitur aut est potius de verbis quam de re, 574-576
Quaenam sint verba essentialia in forma latina, necnon in aliis, 576
Forma latina tota reducitur ad hanc essentialem expressionem: "Per unctionem indulgeat Dominus," 577
Verba, quae de se non sunt essentialia in forma latina, cum de facto adhibentur, pertinent ad essentiam formae, 579
Formae graccae expressa elementa sunt causa principalis, effectus et subicctum, 554. Comparata, cum forma latina, invenitur minus apta, etsi sufficiens, 572 sq., 578
Minister utens alia forma ab ea quae praescribitur in suo Rituali, valide administrat, dummodo in ea forma exprimantur necessaria elementa, 580

De licita administratione E. U. quantum ad formam, 580-583

GOAR.
In suo Euchologio edidit orientalem ritum E. U., ostendens Schismaticos Orientales hoc sacramentum nequaquam negasse aut illo caruisse, 45 sq.
De praxi orientali benedicendi oleum E. U. per simplices presbyteros, 372
De praxi orientali iuxta quam etiam episcopus benedicit oleum infirmorum in Feria V in Coena Domini, 369

GOFFRIDUS VINDOCENSIS, una cum Ivonc Carnotensi, primus suscitavit controversiam dc iterabilitate E. U., hanc incaute negans, 16, 159

GRAECI. *Vide:* ORIENTALES. SCHISMATICI ORIENTALES.

GREGORIUS I.
Auctor habetur Sacramentarii Grcgoriani quoad eius primigenium nucleum, 139. *Vide:* SACRAMENTARIUM GREGORIANUM.
De unctione in reconciliationem haereticorum, 192 sq.

GUILELMUS ALTISSIODORENSIS videtur docere Confirmationem esse institutam ab Apostolis, sed minus probabiliter haec sententia ei affigitur, 270-275

HIPPOLYTUS.
Allusiones ad Extremam Unctionem, 96 sq.
Traditio Apostolica et Canones Hippolyto tributi proferunt testimonia huius sacramenti, 97, 108-111

HUGO A S. VICTORE.
Parvum tractatum exhibet dc E. U., 164
Minus probabiliter ci tribuitur sententia dc mediata institutione E. U., etsi ipse dicat hoc sacramentum institutum esse ab Apostolis, 203, 264, 265 sq., 270-275
Videtur ambigue docere sacramentum E. U. consistere in ipso oleo benedicto potiusquam in usu olei seu unctione, 408 sq.
Videtur negare necessitatem formae in E. U. vel eam reponere in ipsa olei benedictione, 480 sq.

IACOBUS.
Quo sensu institutio E. U. apud Patres et maxime apud theologos saec. 12 tribuatur lacobo. 262-275
Inepte Pscudo-Halensis et Bonaventura referunt ad lacobum vel alios Apostolos eam institutionem. *Vide:* ALEXANDER HALENSIS (Pseudo). BONAVENTURA.
Nulla est particularis ratio quare institutio E. U. competeret lacobo potiusquam aliis Apostolis, 260

IMPOSITIO MANUUM.
Inde a primis temporibus impositio manuum coniuncta est orationi tam sacramentel! quam extrasacramentali, 435
Impositio manuum in E. U. non pertinet ad validam materiam, 434
Mature tamen ac connaturaliter accessit, ut constat ex Patribus et liturgicis documentis, 434—441
Peculiare testimonium affertur ex liturgia ambrosiana, 4, 104, 438 sq.
Illius vestigia in liturgia gallicana et romana, in ipso hodierno Rituali Romano, et in ritu Graecorum, 439^441
Origcncs in textu lacobi verbis "Et orent super eum" substituit verba "Et imponant ei manus," 98, 100. Ratio huius substitutionis, 100

INFIRMUS.
Corporalis infirmitas, et quidem gravis ac periculosa, est conditio necessaria in subiecto E. U., 72 sq.
Inepte autem Schismatici Orientales sacramentum conferunt leviter infirmis, imo et sanis, ratione nempe solius spiritualis infirmitatis, 25, 46
Ipse status periculose infirmantis ostendit convenientiam institutionis particularis sacramenti, qualis est E. U., 197 sq.
De privatis unctionibus infirmorum, 132 sq., 185-187
*Vide:* SANITAS. SUBIECTUM.

INNOCENTIUS I.
Profert praecipuum testimonium de hoc sacramento in antiqua Traditione ante saec. 8, 15, 23, 47, 93 sq., 116-122
Ter E. U. appellat sacramentum, 23
Nihilominus Protestantes valorem illius testimonii minuere conantur, dicentes in eo agi de mero usu privato olei benedicti, 118sq.
Dc quadam ambiguitate in textu Innoccntii, 119-122
Hoc testimonium frequenter citatur a posterioribus scriptoribus, maxime inde a saec. 8 post Bcdam, 117 sq., 142, 146, 151, 156, 157, 159
In eo explicite statuitur materiam E. U. esse "oleum ab episcopo confectum seu benedictum," 339
Dc necessitate benedictionis quoad oleum E. U., 356
De episcopali reservatione huius benedictionis, 363, 366
In verbis "Benedicere et tangere chrismate" non improbabiliter fit allusio ad impositionem manuum in E. U., 436, 438

# INDEX ANALYTICUS


INNOCENTIUS III.
Symbolismus olei, 344
Dc materia proxima E. U., 400, 102, 428, 430

INNOCENTIUS IV.
Svmbolismus olei, 344
Remota materia E. U. est oleum olivae, 345

INSTITUTIO.
Quid sit proprie "instituere" et "institutio" in ecclesiastico usu cui sese conformat Cone. Trid. in sua doctrina, 280-285
Divisio institutionis sacramentorum in improprie dictam et proprie dictam, mediatam et immediatam, genericam et specificam, 200-202
Contingit theologos valde fluctuanter ac incerte dc his distinctionibus loqui, 201
Factum divinae institutionis E. U., 30-198
De institutione sive promulgatione sacramenti certe agitur in textu *lac.* 5. 14 sq., in quo varia elementa E. U. distincte exhibentur, 15, 63-90
Insinuatio E. U. apud *Mare.* 6. 12 sq.; variae theologorum interpretationes, 51-62
In hoc textu non agitur de mera figura, sed potius de quodam initio et praeparatione ipsius institutionis, 15, 60 sq.
Rationes convenientiae pro institutione huius sacramenti, 197 sq.
E. U. (sicut et Confirmatio) est immediate a Christo instituta, 256-315
Haec est hodie communissima theologorum sententia, indirecte saltem confirmata a Cone. Trid., ita ut contraria opinio de mediata tantum institutione nunc vix tuto sustineri queat, 203, 277 sq., 280, 287-291
Olim tamen id negarunt quidam theologi, notantor Pseudo-Halensis et Bonaventura, 203-249. *Vide:* ALEXANDER HALENSIS (Pseudo). BONAVENTURA.
Etiam inter modernos Pourrai similem quamdam negationem protulit, 249-256. *Vide:* POURRAT.
Quo sensu institutio E. U. apud Patres et maxime apud theologos saec. 12 referatur ad lacobum, 262-275
E. U., sicut cetera sacramenta, est a Christo etiam specifice instituta, quantum nempe ad cius materiam et formam, 583-588
Plures defensores sic dictae gcnericae institutionis quorumdam sacramentorum conantur suam opinionem etiam ad aliquas quaestiones de E. U. applicare, ut dc interpretatione sententiae Pseudo-Halensis et Bonaventurae, de episcopali reservatione benedictionis olei, de numero unctionum, de forma dcprecativa, dc verbis seu clementis essentialibus in forma. At talis conatus frustraneus videtur, 584-588
Haec opinio de generica institutione E. U. et Confirmationis a quibusdam affigitur Pseudo-Halensi et Bonaventurae, sed omnino improbabiliter, 213-217, 245
Ea tamen opinio quandam habet cognationem cum doctrina Pseudo-Halensis et Bonaventurae de mediata institutione illorum sacramentorum, 278 sq.
De tempore institutionis E. U., 315 sq.

INSTRUMENTUM.
Unctio per instrumentum est licita in solo casu necessitatis, ex ipsa Codicis dispositione, 430 sq., 457
Documenta S. Sedis ad rem, 407, 432 sq.
Ceterum, in ipso casu necessitatis usus instrumenti non est simpliciter consulendus, 433 sq.

INTENTIO.
Ab intentione ministri pendet ut de facto plures unctiones sint de essentia sacramenti, 466 sq.
Pariter ob intentionem ministri ea seligentis, quaedam verba, quae in forma sacramentali non sunt secundum se essentialia, fiunt de facto essentialia, 579

IOB MONACHUS.
Quidam ab hoc schismatico doctore saec. 13 repetunt classicum nomen Euchelaeum, 5
Videtur confudisse E. U. cum sacramento Poenitentiae, 46

IVO CARNOTENSIS.
Vocat E. U. "Publicae poenitentiae sacramentum," 160
Una cum Goffrido Vindoccnsi, primus ipse suscitavit controversiam de iterabilitatc E. U., quam incaute negavit, 16, 159 sq.

KERN.
Docet nomen "Extrema Unctio" originem habuisse ex abusu administrandi hoc sacramentum in extremis tantum, 8, 9, 10 sq.
Ambigue loquitur de necessitate benedictionis olei quoad validam materiam E. U., 320 sq.
Affirmat necessitatem specialis benedictionis huius olei, 336
Sustinet non solum Papam sed etiam episcopos posse, abstrahendo ab actuali S. Sedis reservatione, concedere presbyteris facultatem benedicendi oleum E. U., 379, 382

Probabilius presbyteri schismatici retinent facultatem benedicendi oleum infirmorum, 386-388
De mente S. Thomae et aliorum antiquorum circa necessitatem quinque unctionum, 414 sq.
Pluralitas unctionum nullo modo est de necessitate sacramenti, 462
Necessitas formae deprecativae in E. U., 495, 499
De formis materialiter indicativis, aequivalenter vero dcprecativis, 541 sq.
Valida forma E. U. est: "Indulgeat tibi Dominus," nec requiritur mentio materiae et ministri, 556, 557 sq.
Inepte hic, sicut et in quaestione de aliis sacramentis, invocatur a quibusdam sententia de generica institutione sacramentorum, 586 sq.

KILKER.
Peregrinam quamdam distinctionem introducit in quaestionem de necessitate specialis benedictionis ad hoc ut oleum sit valida materia E. U., 336 sq.
Renuit applicare sententiam de generica institutione sacramentorum quaestioni de extraordinaria potestate presbyteri in benedictionem olei E. U., 378
Casus necessitatis in quibus liceat uti oleo catechumenorum vel chrismate Confirmationis in administratione E. U·, 397
Ad valorem sacramenti sufficit unica unctio etiam extra casum necessitatis, 425
In valida forma E. U. oportet exprimere etiam materiam et ministrum, ita ut sonct: "Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558

LAICI.
Tertullianus testatur laicis apud haereticos sacerdotalia munera concessa fuisse, 97
Quidam eruditi catholici putant olim etiam laicos administrasse E. U., iuxta textum ipsum Innocentii I, 120, 121 sq.
De confessione apud laicos in textu Bcdac, 144
An Beda vocem "Presbyteri" in textu lacobi accipiat pro quibuslibet aetate senioribus, 143

LAUNOY (J. de).
Plura ritualia variarum ecclesiarum edidit ac erudite commentatus est, 511, 529-531, 540sq. *Vide:* RITUALIA.
De ambigua orthodoxia huius doctoris, 501
Negat necessitatem formae deprecativae in E. U., 499, 500, 501-503, 510
Recurrit ad sententiam de generica institutione sacramentorum in quaestione de forma deprecativa, 587

LIBERALES PROTESTANTES.
Negant divinam originem sacramenti E. U., 28
Originem huius sacramenti explicant de more iuxta sua principia evolutionistica, 31

LIBER ORDINUM.
Testimonium de E. U., 136
Forma huius sacramenti, 136
De sufficientia unicae unctionis, 441
Refert tantum unicam unctionem in capite, 469
Forma E. U., 519
De unctione in reconciliatione haereticorum, 192

LITURGICA MONUMENTA de E. U.
A saec. 2 ad saec. 5, 108-116
A saec. 5 ad saec. 8, 136-141
A saec. 8 ad saec. 12, 165-173
*Vide:* CODICES LITURGICI. EUCHOLOGIUM. ORDINES. RITUALIA. SACRAMENTARIA.

LOISY.
Dubitat de authenticitate epistolae lacobi, 63
Docet in textu lacobi non agi de sacramento sed mere commendari piam aliquam observantiam, 68
*Vide: MODERNISTAE.*

LUTHERUS.
Nonnisi duo sacramenta, Baptismum et Coenam, admittit, 33
Negat vel in dubium revocat authcnticitatem epistolae lacobi, 32, 34, 63, 64
Severe iudicat de E. U., 27
Docet in textu lacobi agi de charismate sanationum corporalium, quod fuit proprium temporis apostolici, 65, 66 sq.
In textu lacobi nulla ratio sacramentalitatis indicatur, 66 sq.
Impugnat sacramcntalitatem E. U., 33-35, 49
E. U. assimilât sacramcntalibus salis et aquae benedictae, 34
Impugnat nomen "Extrema Unctio," 8, 33
*Vide: PROTESTANTES.*

MABILLON.
Rcicit authcnticitatem nominis "Extrema Unctio" in textu Prudentii Trecensis, 153
Edidit Ordines Romanos, 422, 529. *Vide:* ORDO ROMANUS.

MAGIA.
Plures Patres, ut Cyrillus Alex., Mandakuni, Procopius, Caesarius, Eligius,

commendant fidelibus usum E. U. ut eos avertant a recursu ad magicas artes et ariolos, 125, 127, 128-130, 132

MALDONATUS.
Mordicus sustinet in *Mare*. 6. 12sq. agi de applicatione sacramenti E. U. iam instituti, 54-56, 60
Videtur negare benedictionem olei esse necessariam ad valorem sacramenti, 327 sq.
Inter primos proposuit sententiam de sufficientia unicae unctionis ad valorem sacramenti, si tamen ipse est verus auctor operis de Sacramentis quod ei tribuitur, 421

MANDAKUNI, patriarcha Armenorum, insigne profert testimonium de E. U., 127, 178, 179

MARONITAE.
Maronitae, sicut Copti et Syri, E. U. vocant "sacramentum lampadum," 3, 5, 107, 178, 338, 374
Retinent praxim orientalem benedicendi oleum E. U. per simplices presbyteros, 373 sq., 380, 384
Adoptarunt praxim latinam circa numerum unctionum et qualitatem partium inunctarum, 448 sq.
Forma E. U., 513
Adoptarunt partialiter tantum formam latinam, 518, 569
In ipsam formam graccam introduxerunt explicitam mentionem materiae seu unctionis, 569

MARTÈNE.
Edidit 30 Ordines liturgicos variarum ecclesiarum, quorum quatuordecim priores sunt saec. 12 antiquiores, 170, 339 sq., 422, 511, 518, 522-529. *Vide:* ORDINES LITURGICI.
Reicit authcnticitatem nominis "Extrema Unctio" in textu Prudentii Trccensis, 153
Negat necessitatem formae deprecativae in E. U., 499, 500, 504

MATERIA.
*Materia reniota:*
Est oleum, 337-344. *Vide:* OLEUM.
Oleum olivarum, 344-347
Oleum purum, sine balsano, 347-352
Nec refert quod in quibusdam antiquis documentis sit sermo de chrismate, cum ista voce quodeumque oleum benedictum olim designaretur, 347 sq.
Oleum benedictum, per se ab episcopo, probabiliter benedictione speciali, 352-377. *Vide:* BENEDICTIO OLEI.
*Materia proxima:*
Est usus olei, non vero ipsum oleum utut benedictum, 407-409, 427–430
Non tamen quilibet usus olei, sed unctio, 409, 438-441
Est quaelibet unctio, abstrahendo a numero unctionum et a qualitate partium inunctarum, ita ut unica unctio in qualibet corporis parte sit valida materia sacramenti, 409, 441-453
Momentosa controversia theologorum de sufficientia unicae unctionis, 400, 409-425
Ortus et evolutio sententiae affirmativae, 421–425
Unicam unctionem sufficere in casu necessitatis est tam firma sententia ut contraria nunc absolvi nequeat ab omni nota temeritatis, 400
Disputatur tamen utrum sufficiat unica unctio etiam extra casum necessitatis, 401, 425 sq.
Item, utrum sufficiat unica unctio sub forma breviori ac particulari, exprimente unum tantum vel alterum determinatum sensum, 401, 426
Item, utrum sufficiat unica unctio peracta in alia corporis parte quam in proprie dicto aliquo sensu vel in fronte, 401, 426 sq.
Unica unctio sufficit etiam extra casum necessitatis, 450
Ut tamen unica unctio sufficiat debet fieri cum forma generali, 451
Unctio in qualibet parte corporis valde probabiliter sufficit ad valorem, 451 sq.
Varietas partium inunctarum in antiquis Codicibus et Ordinibus, 441-449
Unctio quinque sensuum refertur iam in ritu Sacramentarii Gregoriani (saec. 9-10) ac subinde paulatim praevaluit, 441, 442, 444 sq.
De convenientia unctionis quinque sensuum, 452 sq.
Multiplicitas unctionum non officit unitati sacramenti, 417
*De licita materia proxima,* seu de convenienti modo faciendi unctiones, 453-459
De omissione unctionis pedum, 454
Dc omissione unctionis renum. *Vide:* RENES.
De ordine servando inter unctiones et de nulla omittenda, 454-456
Omissio unius ex unctionibus ad quinque sensus communiter habetur ut gravis; quidam tamen habent ut levem omissionem unctionis ad manus. 454 sq.
Disputatur an gravis sit omissio unctionis unius ex binis organis, 455
De obligatione et modo supplendi omissas unctiones, 456 sq. Gravitas huius obligationis est incerta, 456 sq. Probabiliter haec obligatio durat quamdiu durat periculum mortis, 457, 477
Praefatae unctionum supplcntiac doctores

varias assignant rationes, 456 sq., 461 sq. Vera ratio est quia pluralitas unctionum pertinet ad integritatem sacramenti, 470, 476
An suppletae unctiones habeant aliquem effectum sibi proprium, additum praecedenti effectui ipsius sacramenti, 474-476
Dc modo ungendi manus, 457 sq.
Dc modo ungendi mutilatos, 458
Dc modo agendi si inter ungendum articulus mortis de repente aggravetur, 459
Unctio quinque sensuum, vel potius pluralitas unctionum, pertinet ad integritatem sacramenti, 415–417, 456, 457, 463, 466–477
De hac re theologi confuso modo loquuntur, 460
Plures unctiones (quinque, vel septem, vel quotquot in usu sint), quando de facto ponuntur, integrant ipsam materiam sacramenti, ita ut sacramentum nec sit nec operetur nisi omnes absolvantur, 466-468, 473 sq.
Absolute etiam loquendo ct abstrahendo ab ordinaria sacramenti administratione, pluralitas unctionum pertinet ad integritatem, etsi non ad essentiam, sacramenti, ita ut sit necessario ponenda aut supplenda, 468-477
Explicatur hacc conclusio ct ab apparenti cius ambiguitate purgatur, 470-476. Solvitur difficultas proveniens ex defectu effectus sacramentalis qui competat ipsi pluralitati unctionum, 474-476
An et quomodo facienda sit mentio materiae seu unctionis in ipsa forma sacramentali, 569 sq.

MATRIMONIUM comparatur cum E. U. *Vide:* EXTREMA UNCTIO.

♦MELDENSE CONC. (a. 845).
Pseudo-Halcnsis peregrinam emisit opinionem iuxta quam sacramentum Confirmationis institutum fuerit in hoc Concilio, 204, 225, 228-230
Canones huius Concilii qui ad hanc quaestionem referuntur, 229

♦MENARDUS.
Edidit Sacramentarium Gregorianum et plures Codices liturgicos. *Vide ad haec verba*
Negat necessitatem formae deprccativae in E. U., 499, 500, 501, 509

♦MICHEL.
Interpretatio sententiae Pseudo-Halcnsis et Bonavcnturae de modo institutionis E. U. ct Confirmationis per Christum, 214, 216, 221, 278
An sententia mediatae institutionis feriatur decisione Tridentina, 294, 295, 306

MINISTER.
Minister E. U. est solus ct omnis sacerdos, iuxta epistolam Iacobi, 74 sq.
Influxus intentionis ministri in essentialia huius sacramenti. *Vide:* INTENTIO.
An et quomodo facienda sit mentio ministri in forma E. U., 570
Utens alia forma ab ea quae praescribitur in Rituali valide administrat sacramentum, dummodo in ea exprimantur omnia necessaria elementa, 580
Dc presbytero ut ministro sive sacramenti sive benedictionis olei. *Vide:* PRESBYTER.
De licita administratione quantum ad materiam, 453–459, et ad formam, 580-583
A Codice I. C. minister sub gravi obligatur uti forma sacramentali in proprio Rituali praescripta, 580 sq. Quae Codicis obligatio attingit etiam ministros orientales, 581

♦MODERNISTAE.
Decretum “Lamentabili" et Encyclica “Pascendi," 39 sq., 51
Quomodo exponant textum *Mare.* 6. 12 sq., 52, 61
In textu ipso Iacobi non agitur de sacramento sed commendatur pia aliqua observantia, 68
E. U. est humanae originis, per evolutionem sensus religiosi, 31, 39
Captioso modo loquuntur dc quadam mediata E. U. institutione per Christum, 28, 39, 40, 42, 202, 286
Praecipua dicta Loisy et Turmcl, notiorum scriptorum modernistarum, 40-43

♦MOGHILA.
Testimonium dc E. U. in Confessione Orthodoxa Petri Moghilae, 183, 184
Ibidem praescribitur ut oleum E. U. sit purum, non obstante contraria quadam praxi Orientalium, 348
Praxis benedicendi oleum E. U. per simplices presbyteros, 372
Aliud Moghilae opus, seu Euchologium, praeter unctiones capitis et pectoris, assignat unctiones quinque sensuum ex quadam imitatione ipsius Ritualis Romani, 447
*Vide:* ORIENTALES. SCHISMATICI ORIENTALES.

♦MONOPHYSITAE.
Apud eos usus E. U. obsolevit, etsi illius existentia numquam negata fuerit, ut constat vel ex libris ritualibus, 46, 178-181

Praxis benedicendi oleum infirmorum per simplices presbyteros, 374
Syri et Copti idem oleum adhibent pro catechumenis et infirmis, 390 sq.
Forma E. U. est deprecatio similis formae aliorum Orientalium, 514 sq.
Nominatim apud Armenos aliquando invaluit unctio mortuorum, 187-189
*Vide:* ARMENI. COPTI. SYRI.

MORS.
E. U. est sacramentum exeuntium, 4, 546 sq.
An infirmus suscipiat effectum sacramenti si moriatur post unam vel alteram unctionem, nondum absolutis omnibus unctionibus, 468
Dc unctione mortuorum quae aliquando invaluit apud Monophysitas et Schismaticos Orientales, 187-191. De tali unctione testimonium Simeonis Thessalonicensis, 107

NESTORIANI.
Post separationem sacramentum E. U. apud eos obsolevit, nec nisi aliquod probabile ac corruptum eius vestigium permansit, 46, 177 sq.
Pro oleo nempe infirmorum adhibent mixturam ex oleo, aqua et pulvere dc reliquiis alicuius sancti, quam infirmis bibendam tradunt, 351

NOMINA.
Varia nomina sacramenti E. U., 2-12
Peculiaria quaedam nomina sunt:
Oleum infirmorum, 4
Sacramentum lampadum (apud Coptos, Maronitas et Syros), 3, 5, 107, 178, 338, 374
Sacramentum exeuntium, 4, 546
Extrema Unctio (technicum latinum nomen), de cuius origine ct sensu vario modo iudicant theologi, 3, 4, 6-9
Prima vice illud invenitur in Statutis Sonnatii ct apud Prudentium Trccensem, 6, 8, 131 sq., 153
Aptitudo huius nominis frustra impugnatur a quibusdam modernis theologis, 9-12. A fortiori illud rcicitur a Protestantibus, 8, 33
Euchclacum (technicum nomen apud Orientales), probabiliter provenit ex ipsa forma deprccativa "Pater sancte" quae ipsa ascendit ad aetatem Patrum, 3, 4, 5 sq., 110, 515
Origo huius nominis, ut est tcchnica appellatio, est satis recens. Forte ascendit ad lob monachum saec. 13. Quoad sensum tamen cius origo repeti potest ab antiquis Patribus, ut ab ipsis Canonibus Hippolyti, 5

OLEUM.
Est nomen ipsius sacramenti E. U., 2 sq., 317, 338, 353 sq., 428
Apud Graecos proprium nomen huius sacramenti est Euchelacum quod significat oleum orationis, 3, 5 sq., 110, 515
Copti, Syri ct Maronitae vocant hoc sacramentum "mysterium lampadum," 3, 5, 107, 178, 338, 374
De lucerna continente oleum infirmorum apud Orientales, 107, 178
Convenientia institutionis olei in hoc sacramento, seu varii sacramentales olei symbolismi, variis sacramentis et signanter E. U. convenientes, 339-344
In oleo E. U. non requiritur balsamum sicut in oleo Confirmationis, 319, 326
Benedictio olei. *Vide ad hanc vocem*
Praxis distinguendi triplex oleum benedictum ascendit ad saec. 7, 390
Oleum catechumenorum adhibetur in Baptismo, ordinatione presbyteri et consecratione regis, 390, 395
Oleum chrismatis adhibetur in Confirmatione, Baptismo, consecratione Ecclesiae, altaris, calicis, patenae et campanac, 390, 395
Oleum infirmorum adhibetur tum in E. U. tum in benedictione campanac, 390, 395
Usus olei. *Vide:* MATERIA. UNCTIO.

ORATIO.
In antiqua praxi oratio saepe associata invenitur impositioni manuum, 435
Nomine orationis apud Patres designatur forma sacramentorum, 510
E. U. apud Graecos vocatur Euchelaeum quod significat oleum orationis, 3, 5 sq., 110, 515
In textu lacobi oratio signat formam sacramcntalem E. U., 75, 76
De indole essentialiter deprecativa formae E. U. *Vide:* FORMA.
Haec deprecativa indoles nullatenus opponitur efficacitati ex opere operato quae est propria sacramentalis formae, 485

ORDINES LITURGICI (a Martcne editi).
Quoad materiam proximam E. U. produnt magnam varietatem in numero unctionum et qualitate partium inunctarum, 442-444, 445
Forma E. U., 518, 522-529
Variae referuntur formae tam indicativae quam deprccativae. Forma ipsa deprecativa sive optativa latina refertur ante saec. 11 in Ordinibus 1, 2, 10 et 17, inde vero a saec. 13 communius invenitur, i.e. in Ordinibus 15, 20, 22, 24, 25, 26, 28, 518, 522-529

Ceterae formae quae indicativae dicuntur, sunt reapse aequivalenter deprccativae, 539-541

ORDO comparatur cum E. U. *Vide:* EXTREMA UNCTIO.

ORDO ROMANUS (X inter 15 a Mabillon editos), ex quo descendit hodiernus ritus romanus, exhibet completum catalogum septem unctionum, i.e. ad quinque sensus, ad pedes ct renes, 171 sq., 444
Item refert formam simillimam formae optativae latinae hodierni Ritualis Romani, 171 sq., 529

♦ORIENTALES (in genere, sive uniti sive Schismatici).
E. U. vocant chrisma, 3
Classicum nomen ab eis adhibitum est Euchelaeum, 3, 5 sq., 110, 515
Praecipuae differentiae a Latinis in praxi huius sacramenti, 26
Ritus unctionis iuxta Euchologium a Goar editum, 172
Praxis benedicendi oleum E. U. per simplices presbyteros, 324, 363, 366, 368, 371-374
Valde probabiliter presbyteri orientales hanc facultatem habent per tacitum consensum S. Sedis, 384
Episcopi orientales nequeunt, absque consensu S. Sedis, auferre a suis presbyteris hanc facultatem, 382
De numero unctionum uniformitas omnino desideratur. Theodulphus Aurcliancnsis saec. 9 refert Graecos unxisse totum corpus, nempe per triplicem crucem unctivam, amplectentem totum corpus, 444, 446
Codices saec. 11-14 disparatas partes ungendas assignant, 446 sq.
Simeon Thessalonicensis exhibet tres unctiones in fronte, vultu et manibus, 447
Euchologium Graecum prorsus silet de partibus ungendis, quas vario modo assignant privati doctores, 447
Euchologium Petri Moghilae praeter unctiones capitis et pectoris assignat unctiones quinque sensuum ex quadam imitatione ipsius Ritualis Romani, 447
Inter orientales catholicos, plures, ut Copti, Rutheni et maxime Armeni ac Maronitae, adoptarunt praxim latinam, 448 sq.
Forma sacramentalis fuit et est essentialiter et formaliter deprecativa, atque continetur in oratione "Pater sancte," 511-514
Haec forma ascendit ad aetatem Patrum; ex ea originem habuit nomen Euchelaeum (oleum orationis) quo Orientales vocant sacramentum E. U., 515
Forte non defuit antiquitus una vel altera forma indicativa apud ipsos Orientales, 516 sq., 569
Varia elementa formae Graecae "Pater sancte." Prima quidem fronte apparet incompleta, at sufficienter continet omnia elementa ad validitatem requisita, nam mentio materiae et ministri, quae videtur desiderari, habetur implicite, 567-569
*Vide:* EUCHOLOGIUM. SCHISMATICI ORIENTALES.

♦ORIGENES.
Insigne profert testimonium de E. U., quidquid in contrarium dicant tum Protestantes tum aliqui eruditi catholici, qui docent Origenem agere de solo sacramento Poenitentiae, 15, 97-102, 115
Primus inter Patres profert directam et integram citationem textus Iacobi, 98, 262
Verbis tamen "Et orent super eum" substituit verba "Et imponant ei manus," 4, 73, 98, 100, 435, 436
Ea substitutio nequaquam arguit ipsum referre textum Iacobi ad solum sacramentum Poenitentiae, 100 sq.
Ratio illius substitutionis, 100

PAGANI.
Usus unctionum apud paganos, 13 sq.
Rationalistae explicant originem E. U. per derivationem ex ritibus paganis, 31, 43-45

♦PALUDANUS.
Videtur negare benedictionem olei esse necessariam ad valorem sacramenti, 327
De sufficientia unicae unctioni, 417
Sustinet validitatem formae indicativae in E. U., 493 sq.

PATRES (sive Traditio).
Varia nomina sacramenti E. U., 2-12
Protestantes reiciunt testimonium Traditionis de hoc sacramento ante saec. 8-9, 32, 47
In antiquiori Traditione usque ad saec. 8 rarior est sermo de E. U., 15, 91. Relativi huius silentii variae rationes assignantur, 91-93
Argumentum Traditionis de divina institutione et sacramcntalitate E. U., 90-184, peculiariter 115sq., 141, 173-177
Traditio concorditer intellexit in textu Iacobi agi de E. U., 69 sq.
Testimonia de immediata institutione E U. per Christum, 260-275
Dc ambigua expressione "Instituta ab Apostolis" apud antiquos scriptores, praesertim saec, 12, 262-275

Dc remota materia E. U., seu dc necessitate olei, 338 sq.
Symbolismus olei, 342-344
Materia remota est oleum olivae, 344 sq.
De necessitate benedictionis olei, 353 sq.
De episcopali reservatione huius benedictionis, 363-367
Materia E. U. non est ipsum oleum, utut benedictum, sed eius usus seu unctio, 428
Oratio quae comitatur unctionem habet indolem propriae formae sacramentalis, 482-485
Forma est essentialiter deprecativa, 510–543
De forma orientali "Pater sancte," 511–516
Formae latinae innumerae varietates, 517–534

PETRUS CLUNIACENSIS.
Insigniter scribit de E. U., dum contra Goffridum et Ivonem claudit controversiam de iterabilitate huius sacramenti, eam diserte defendens, 160 sq.
Improbabiliter a quibusdam dicitur tribuisse Apostolis institutionem huius sacramenti, 265, 270-275

PETRUS LOMBARDUS.
De nomine "Extrema Unctio," 6, 8
Integram distinctionem scribit de hoc sacramento, colligens summam praecedentium doctorum et praeparans fundamentum inquisitionum posteriorum theologorum, 16, 164 sq.
Minus probabiliter a quibusdam ei tribuitur sententia de mediata institutione E. U., etsi ipse dicat eam esse institutam ab Apostolis, 203, 264, 267 sq., 270-275
Benedictio olei est necessaria ad valorem sacramenti, 328

POENITENTIA.
De connexione inter v. 15 de remissione peccatorum per E. U. et v. 16 de confessione peccatorum in epistola Iacobi, 82-87
De connexione confessionis cum E. U. in textu Bcdae, 143 sq.
Protestantes et aliqui catholici insignia Origcnis et Chrysostomi testimonia de E U. inepte interpretantur de sola Poenitentia, 98-102, 104-108, 115, 124
Bonaventura videtur docere confessionem non fuisse immediate institutam a Christo, sicut ipsa potestas clavium, sed tantum mediate, 234, 243, 246
Probabiliter antiquitus E. U. non administrabatur publice poenitentibus, 93, 116, 156
Unctio in reconciliatione haereticorum olim invaluit tam in Oriente quam in Occidente, 101 sq., 115, 191-193
Unctio vero ipsorum simpliciter pocnitentium est merus ac rccentior abusus ipsorum Schismaticorum, 193
Abusus Graecorum imponendi sacram unctionem in sacramentalem satisfactionem damnatur ab Innocentio IV, 23, 47
Quidam inter Schismaticos Orientales et Monophysitas Armenos confuderunt E. U. cum Poenitentia, 5, 31, 46
Comparatio Poenitentiae cum E. U. *Vide:* EXTREMA UNCTIO.

PONTIFICALE ROMANUM.
Materia remota E. U., 323, 324 sq., 345
In oleo E. U. non requiritur balsamum, 347
Benedictio olei E. U., 362, 389, 394 sq.
Benedictio olei catechumenorum, 395

POURRAT.
Quamdam novam ac peregrinam sententiam introduxit, iuxta quam Christus E. U. instituit quidem immediate sed implicite tantum, 203, 213, 249-256, 279
Haec sententia, quidquid in contrarium dicat ipse auctor, debet reduci ad sententiam de mere mediata institutione, 203, 309
Rcicitur ea sententia, qualiter profertur, ciusque graves defectus ostenduntur, 279, 309-315
Non inepte quidam vident aliquam cognationem inter hanc sententiam et aliqua principia modernistica, a qua tamen ipse auctor sese purgare conatur, 311-315

PRESBYTER.
Dc sensu presbyteri in textu Iacobi, 74, 363
Quare presbytero per se competat consecrare materiam Eucharistiae, excellentioris sacramenti, non vero oleum seu materiam E. U., 370sq.
De extraordinaria potestate presbyter potest benedicere oleum E. U., quod per se quidem competit soli episcopo, 371-388
Apud Orientales antiqua praxis fert ut talis facultas modo generali presbyteris committatur, 372-375
Probabiliter antiquitus in utraque ecclesia eadem erat praxis, iuxta quam ordinarie et de facto episcopus benediceret oleum ct in eius absentia id fieret a simplici presbytero, 375 sq.
Quomodo sit vocanda talis presbyteralis potestas, an nempe dici possit proprie delegata, 377

Dc sacramcntali indole huius potestatis, 377
Quod attinet ad eius originem, probabiliter provenit ex ipsa institutione divina, 378
Quod attinet ad concedentem hanc facultatem, probabilius solus Papa eam concedere potest, 378-384
De modo eam concedendi, seu per expressum vel tacitum consensum, 384 sq.
Quidam putant in peculiaribus circumstantiis consensum S. Sedis praesumi posse, 384 sq.
Quod attinet ad subiectum, haec facultas nequit concedi diaconis vel aliis inferioribus ministris, 385
Quod attinet ad illius usum, presbyter orientalis valide ministrat subiecto latino oleum a se benedictum, 385 sq.
An presbyteri schismatici retineant facultatem benedicendi oleum infirmorum ambigi potest, sed probabilius affirmatur, 386-388
Utrum non solum episcopus sed etiam presbyter delegatus valide oleum consecret si utatur alia formula ab ea quae in suo rituali praescribitur, 393 sq.
*Vide:* MINISTER.

PROTESTANTES.
Bibliographia de E. U., 28 sq.
Inter recentiores Protestantes nonnisi pauci sunt qui de hoc sacramento peculiariter occupantur, 39
Summa haeresis protestanticae circa E. U., 27 sq.
Impugnant nomen "Extrema Unctio," 8, 33
Totis viribus reiciunt divinam institutionem E. U., 8, 30, 31, 32-39, 299
Eorum doctrina exponitur et damnatur a Cone. Trid., 48 sq.
Quomodo Novatores exponant textum *Mare.* 6. 12 sq., 52, 61, 65
Negant unanimiter in textu lacobi agi de sacramento E. U., sed in illius explicatione mira varietate inter se dissentiunt, 64-68, 88, 90
Invocant parallclLsmum inter utrumque textum Marci et lacobi, 52, 65, 68
Negant omnem valorem argumento antiquioris Traditionis ante saec. 8, docentes nonnisi post hanc aetatem paulatim efformatum esse conceptum ritus sacramcntalis a Christo instituti, 90 sq.
Vim testimoniorum Origcnis ct Chrysostomi de E. U. evacuare conantur, ea referentes ad solam Poenitentiam. 98-102, 104-108
Pariter reiciunt valorem testimonii Innocenta I. in quo dicunt agi dc privato usu olei benedicti. 118sq., 120
Ex unctionibus non sacramcntalibus sive privatis, in usu in antiqua Ecclesia, arguunt contra existentiam sacramenti, 184, 193
Peculiariter despiciunt materiam huius sacramenti, seu oleum ab episcopo benedictum, 325, 338
*Vide:* ANGLICAN!. CALVINUS. DALLAEUS. LIBERALES PROTESTANTES. LUTHERUS. PULLER.

PULLER.
Ait in textu lacobi agi de charismate sanationis corporalis quod fuit proprium aetatis apostolicae, 65
Docet nonnisi post saec. 8 incoepisse efformari ac evolvi conceptum sacramenti E. U., 91
Origcnis et Chrysostomi testimonia de E. U. interpretatur dc sola Poenitentia, 98, 105
Infirmare conatur vim testimonii Sacramentarii Serapionis, 113
Valorem testimonii Innocentii I reicit, dicens in eo agi de privatis unctionibus, 118, 120
De eisdem unctionibus privatis interpretatur textum Sacramentarii Gallicani, 137
Ex antiquo usu earundem unctionum arguit contra existentiam sacramenti, 184, 187, 193

RATIONALISTAE.
Explicant originem E. U. per derivationem ex ritibus paganis vel iudaicis, 31, 43-45
Huius explicationis ineptitudo ostenditur, 44 sq.

RAVESTEYN quid sentiat de sententia Pseudo-Halensis et Bonaventurae, necnon de ipsa quaestione circa modum institutionis E. U. per Christum, 210, 214, 221, 292 sq., 295, 301, 303 sq., 306

RENES.
In antiquis liturgicis Codicibus et Ordinibus unctio renum raro exhibetur, 442
Occurrit in Ordine Romano X (a Mabillon edito), ex quo descendit hodiernus ritus romanus, 444
Documenta Ecclesiae circa cius usum et omissionem, 399, 403, 404, 406 sq., 454
De convenientia talis unctionis, 452 sq.
Cum ea connectitur, vel pro ea stat, unctio in umbilico, dc qua in Ordinibus 1, 2, 14, 20, a Martène editis, et in pluribus Ritualibus editis a Launov, 442, 445, 453

RITUALE ROMANUM.
E. U. ministranda est post Poenitentiam et Viaticum, 7

Divina origo et sacramentalitas E. U., 50 sq.
Ritus unctionis infirmorum qui exhibetur in hodierno rituali descendit ex Ordine Romano saec. 11, 171
De non tradendis oleis sacramentalibus in usum privatum, 194
De benedictione olei non sacramentalis, 195
Materia remota E. U., 322 sq., 324
De benedictione olei E. U., 361
Materia proxima E. U., 308, 403 sq.
Sufficientia unicae unctionis, 456
In hodierno Rituali servatur vestigium impositionis manuum in E. U., 434, 439 sq.
De ordine et modo faciendi unctiones, 453, 454, 456, 457, 458 sq.
De unctione per instrumentum, 433
Forma E. U., 479, 554
Forma est essentialiter deprecativa, 509

RITUALIA variarum ecclesiarum a Launoy edita
Forma E. U. Hodierna forma optativa latina refertur in pluribus Ritualibus, sola vel una cum formis indicativis, 518, 529-534
Ceterae formae, quae sonant indicative, sunt reapse aequivalenter deprecativae, 540

RUTHENI.
Retinent praxim orientalem benedicendi oleum E. U. per simplices presbyteros, 373, 380, 384
Adoptarunt praxim latinam circa unctionem quinque sensuum, quibus addunt duas unctiones pedum et pectoris, 448 sq.
Retinent formam sacramentalem "Pater sancte" in communi usu apud Orientales, 512 sq.
Attamen in eam introduxerunt explicitam mentionem materiae seu unctionis, 569

SACRAMENTARIUM AMBROSIANUM. *Vide:* AMBROSIANA LITURGIA.

SACRAMENTARIUM GALLICANUM, sive Missale Bobbiense, profert testimonium de E. U. in benedictione olei infirmorum, 136 sq.

SACRAMENTARIUM GELASIANUM.
Testimonium de E. U., seu benedictio olei infirmorum, 137 sq.
In eo continetur ambigua expressio "Omni unguenti, gustanti, tangenti," in qua legi etiam potest allusio ad privatas unctiones, 138, 185
Ritus unctionis infirmorum, 138 sq.
Materia remota E. U. est oleum olivae, 345
De episcopali reservatione benedictionis olei, 363
Materia proxima seu unctio, 430
Forma sacramentalis, 519

SACRAMENTARIUM GREGORIANUM.
Eius auctor et momentum, 139
Testimonium de E. U., sive benedictio olei infirmorum, 139 sq.
Ritus unctionis infirmorum, 140 sq., 170
Materia remota E. U. est oleum olivae, 345
De episcopali reservatione benedictionis olei, 363
De materia proxima seu unctione, 430
Referuntur quatuor unctiones: in collo, gutture, scapulis, pectore; praeterea additur quosdam inungere quinque sensus, 441 sq.
Tres referuntur formae E. U., quarum secunda ac celebrior est, saltem materialiter, indicativa, 519 sq., 521
Formae, quam vocamus Gregorianam, varia elementa, 566

*SACRAMENTARIUM SERAPIONIS.
Serapion fuit coaevus et familiaris Athanasii, 103 sq.
Profert unum ex praecipuis testimoniis de hoc sacramento in priori Traditionis periodo, quod Protestantes inaniter infirmare conantur, 15, 111-114, 115 sq.

SACRAMENTUM.
*Sacramentum in genere:*
Sacramenta efficiunt quod significant ac vicissim, 549 sq.
Sacramentum est signum practicum gratiae ac uno vel alio modo continet sanctificationem, 429
Christus vario modo consecravit materiam singulorum sacramentorum et ea ordinavit ad proprium effectum et efficacitatem, 358-360
De propria vi formae sacramentalis. *Vide:* FORMA.
*Extrema Unctio:*
Definitio metaphysica et physica, 12sq.
Eius sacramentalitas iuxta textum Iacobi, 88
Nomen sacramenti ei tribuitur in Traditione inde ab Innocentio I, 174, 176 sq.
Eius sacramentalitas in Traditione, 174, 175 sq.
Eius sacramentalis unitas, non obstante unctionum pluralitate, 417, 460, 466, 467 sq.
Qua ratione pluralitas unctionum sit sacramentalis, seu ingrediatur ipsam materiam sacramenti, 415
Rationi sacramenti, seu influxui ex opere operato, non repugnat forma deprecativa quae exigitur in E. U., 552 sq.

SANITAS.
Sanitas aut infirmitas corporalis connectitur cum sanitate aut infirmitate spirituali, 571, 572
Propterea in quibusdam formis sacramentalibus sola sanitas corporalis videtur exprimi, 571
Influxus effectus sanitatis corporalis in necessitatem benedictionis olei E. U., 361
Item ac praecipue in indolem deprecativam formae E. U., 547-550, 572
*Vide:* EFFECTUS. INFIRMUS. SUBIECTUM.

SCHISMATICI ORIENTALES.
Bibliographia de E. U., 26 sq.
Admittunt sacramentum E. U., contra id quod olim inepte dixerunt quidam catholici eruditi, 45 sq., 177
Eorum fides in hoc sacramentum significatur sive in libris liturgicis sive apud scriptores tam antiquos quam modernos, 181-184
Contra sollicitantes Protestantes hoc sacramentum defenderunt, 181, 183
Summa errorum, vel potius differentiarum a catholicis, circa E. U., 25 sq.
Praecipuus speculativus error est circa proprium effectum huius sacramenti, quem reponunt in corporali sanitate, 25
Praecipuus practicus error est circa subiectum, cum ministrent sacramentum etiam leviter infirmis, imo et sanis, 25, 46
Propterea impugnant convenientiam nominis latini "Extrema Unctio," 9 sq.
Inde etiam provenit abusus unctionis poenitentium, 193
Saec 13-15 invaluit etiam unctio mortuorum, 189-191
Quomodo exponant textum *Mare.* 6. 12 sq., 52
Recte exponunt textum Iacobi, in sensu nempe sacramentali, 68 sq.
Materia remota E. U. est oleum olivae, 346
Praxis apponendi oleo E. U. aliquid alterius materiae, ut frumenti, aquae et praecipuo vini, 348-350. Illius symbolismus, 349 sq.
Quidam doctores rciciunt, ut alienam ab orthodoxia, episcopalem reservationem benedictionis olei, 333
Ex antiqua praxi oleum benedicitur a simplicibus presbyteris, immediate ante administrationem sacramenti, 372 sq.
Nihilominus adhuc subsistit consuetudo benedictionis olei ab episcopo in Feria V Coenae Domini, 309
Probabilius presbyteri schismatici non amiserunt potestatem benedicendi oleum infirmorum, 386-388
De qualitate et numero partium inunctarum. *Vide:* ORIENTALES.
Forma sacramenti est deprecatio "Pater sancte" sicut apud Orientales catholicos, 514
*Vide:* EUCHOLOGIUM. MOGHILA. ORIENTALES. SIMEON THESSALONICENSIS.

SCOTUS.
Inauguravit ulteriores theologorum disputationes de specifico effectu E. U., 16
Dissentit a familiaribus suis Pseudo-Halensi et Bonaventura in quaestione de immediata institutione E. U. et Confirmationis per Christum, 209, 248, 274, 275 sq., 288, 298, 301
Benedictio olei est necessaria ad valorem sacramenti, 328, 329
Unctio quinque sensuum pertinet ad essentiam sacramenti, 413 sq.
Mens cius est quod plures unctiones sunt de necessitate sacramenti tamquam partes integrantes, 415-417, 463
Forma E. U. est essentialiter deprecativa, 490 sq., 493

SIMEON THESSALONICENSIS.
Eius testimonium de sacramento E. U., 1, 182
Utitur nomine "Euchelaeum" quod inde a sua aetate evasit classicum apud Orientales, 5
E. U. vocat "oleum infirmorum," 4
Ab ipso originem habere videtur error Schismaticorum de ungendis quibuslibet, etiam leviter, infirmis, 25
Testatur ac iustificare conatur usum ungendi mortuos (Euchelaeum mortuorum) qui invaluit saec. 13-15 apud Schismaticos, 107, 190
De oleo E. U. a Graecis asservato in lucerna, 107
Praxis Orientalium miscendi vinum oleo E. U., 350
Praxis benedicendi oleum infirmorum per simplices presbyteros, 372
Simeon exhibet tres tantum unctiones: in fronte, vultu et manibus, 447
Forma E. U. "Pater sancte," 515
Simeon refert ministrum post eam formam et quidem inter ungendum proferre verba "Adiutorium nostrum in nomine Domini," 515, 517, 543, 581
*Vide:* SCHISMATICI ORIENTALES.

SOTO (Dominicus).
Opinionem Pseudo-Halensis et Bonaventurae de mediata E. U. et Confirmationis institutione per Christum vocat non tutam et temerariam, 209 sq., 276, 288

Benedictio olei est necessaria ad valorem sacramenti, 328, 329
Immerito dicitur Soto negasse episcopalem reservationem huius benedictionis, 330
Unica unctio non est sufficiens ad valorem sacramenti, 417, 418
Soto suggessit ingeniosam interpretationem (a Suaresio subinde magis determinatam) formae indicativae in sensu deprecative, 491, 493, 495

◆SUAREZ.
E. U. et Confirmatio sunt immediate a Christo institutae, 210 sq.
Inepte docet facultatem benedicendi oleum infirmorum non posse simplici presbytero delegari, 333 sq., 372
Negat necessitatem specialis benedictionis quoad oleum E. U., 334, 335, 393
Mitigationem inducit in olim communem opinionem de insufficientia unicae unctionis ad valorem sacramenti, 417, 418 sq.
Necessitas formae deprecativae, 495, 496
Suarez assumit ac determinat suggestionem propositam a Soto, iuxta quam formae indicativae ritualium interpretandae sunt ut deprecativae, seu sunt materialiter tantum indicativae, formaliter vero deprecativae, 491, 495, 496
Ratio quare forma huius sacramenti sit deprecativa, 546
In valida forma E. U. exprimere oportet etiam materiam et ministrum, ita ut sonct: "Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558, 559
Etiam cum sacramentum administratur per unicam unctionem requiritur ut in forma fiat mentio quinque sensuum, 561

SUBIECTUM.
Iuxta ipsam epistolam lacobi, subiectum E. U. est corporaliter ac periculose infirmus, 72-74
Inde inepte Schismatici Orientales inungunt etiam leviter infirmos et sanos, 25, 46
Exinde etiam processit apud eos duplex alius abusus unctionis poenitentium et unctionis mortuorum, 189-191, 193
An et quomodo facienda sit mentio subiccti in forma sacramenti, 574
Probabilius in priori aetate E. U. martyribus non conferebatur, 93
*Vide:* INFIRMUS. SANITAS.

◆SUMMA SENTENTIARUM.
Integrum caput habet dc E. U., 164
Minus probabiliter dicitur auctor huius operis docere E. U. proprie institutam esse ab Apostolis, etsi eius verba id sonare videantur, 264, 266 sq., 270-275
Videtur ambigue docere sacramentum E. U. consistere in ipso oleo benedicto potiusquam in cius usu sive unctione, 408 sq.
Videtur etiam negare necessitatem formae in E. U. vel eam reponere in ipsa olei benedictione, 480 sq.

◆SYRI.
Syri, sicut Copti et Maronitae, E. U. vocant "sacramentum lampadum," 3, 5, 107, 178, 338, 374
Ritus unctionis, 173
Syri dissidentes sive Monophysitae sequuntur orientalem praxim benedicendi oleum per simplices presbyteros, uniti vero sive catholici ab ea praxi recesserunt, 368, 374
Pariter dissidentes retinent formam deprccativam de genere communis formae Orientalium, uniti vero adoptarunt recentius formam optativam similem latinae formae, 513, 514 sq., 518, 569
Apud dissidentes aliquando invaluit unctio mortuorum, 188 sq.
*Vide:* ARMENT. COPTI. MONOPHYSITAE.

◆TAPPER quid sentiat de sententia Pseudo-Halensis et Bonaventurae necnon de ipsa quaestione circa modum institutionis E. U. per Christum, 210, 214, 291 sq., 295, 303 sq.

◆TERTULLIANUS.
De apocrypho Evangelio Nicodemi, 96
Allusio ad E. U., 97
Symbolismus olei, 340, 342
Increpat mulieres haereticas, ritus Ecclesiae usurpantes, 97

◆THEODORUS CANTUARIENSIS testatur apud Graecos oleum infirmorum benedici a simplicibus presbyteris, 146, 363, 372

◆THEODULPHUS AURELIANENSIS.
Proponit veluti parvum rituale E. U., 147sq.
Exhibet undecim unctiones, inter quas quinque unctiones quinque sensuum, 444
Testatur in ritu Graecorum fieri tres cruces unctivas in totum corpus, 444, 446
Curiosum etiam ritum Graecorum testatur in quo adhibita fuisset forma indicativa, 148, 516

THEOLOGI (de hoc quidem sacramento minus copiose scribentes, vide: Bibliographiam) disputant ac dissentiunt praecipue:
De iterabilitatc E. U. Haec fuit prima

scu antiquior controversia de hoc sacramento, 15 sq., 159-161
De sensu ct aptitudine nominis "Extrema Unctio," 6-12
De interpretatione textus *Marc.* 6. 12 sq., 51-62
De determinato sensu sanationis et allcviationis in textu Iacobi, 76–SI
De connexione inter v. 15 "Et si in peccatis sit, remittentur ei" et v. 16 "Confitemini ergo alterutrum peccata vestra," 82-87
De sensu testimonii Innocentii I, 119-122
De interpretatione doctrinae Pseudo-Halcnsis et Bonaventurae circa institutionem E. U. et Confirmationis per Christum, 206-222
De censuris affigendis sententiae Pscudo-Halensis ct Bonaventurae, 212 sq., 277 sq., vel generaliter ipsi sententiae de mediata Christi institutione, 287–291
De sensu expressionis "Ab Apostolis instituta" apud Petrum Lombardum aliosque saec. 12 doctores, 264-275
De causa concedente presbyteris facultatem benedicendi oleum infirmorum, an nempe sit sola S. Sedes an etiam episcopi, 378-384
De sufficientia unicae unctionis ad valorem sacramenti, 409–125
De validitate unicae unctionis etiam extra casum necessitatis, 401, 425 sq.
De validitate unicae unctionis cum forma breviori ac particulari, exprimente unum tantum sensum, 401, 426
De validitate unicae unctionis peractae in alia corporis parte quam in aliquo proprie dicto sensu aut in fronte, 401, 426 sq.
De supplentia omissarum unctionum, an sit necessaria, 405 sq., 456 sq.; quaenam sit cius ratio, 456 sq., 461 sq.; an habeat aliquem peculiarem effectum, 456 sq., 464, 474
De necessitate formae dcprccativae in E. U., 490-507
De clementis quae sunt necessario exprimenda in forma E. U., an nempe, praeter mentionem effectus, subiecti ct causae principalis, sit facienda mentio materiae ct ministri, 555-562

♦THOMAS AQUINAS.
Amplificat ac determinat embryonalem tractatum dc E. U., iam a Petro Lombardum elaboratum. Tamen in sua Summa Theologica ad hunc tractatum non pervenit, 16
Loci de E. U., 29
*Nomina* huius sacramenti: Consummatio Poenitentiae, 1,4; Sacramentum exeuntium, 5; Extrema Unctio, 1, 6; ratio huius classici nominis, 1, 9
*Figurae* E. U., 13. In A. T. nullum fuit sacramentum E. U., 14 sq.
*Sacramentalitas* E. U., 88
De sensu textus *Mare.* 6. 12 sq., 57 sq., 60
Soli Christo pertinet institutio sacramentorum, 207, 236, 256
S. Doctor signanter defendit immediatam institutionem E. U. et Confirmationis contra Pscudo-Halensem ct Bonaventuram, 207-209, 248, 256, 273, 286
*Materia remota* E. U. est oleum olivae, 344, 346 sq.
Oleum autem purum, scu sine balsamo, 347, 351
Sacramentalis symbolismus olei, 340, 351
Benedictio olei est necessaria ad valorem sacramenti, 328, 329
Rationes convenientiae pro necessitate benedictionis olei, 358-361
Convenientia episcopalis reservationis benedictionis olei, 369-371
Convenientia benedicendi oleum infirmorum speciali benedictione, 392 sq.
*Materia proxima* E. U. non est oleum benedictum sed usus olei, 407 sq., 429, 430
De numero unctionum, 445
Unctio quinque sensuum pertinet ad essentiam sacramenti, 410 sq.
De mente S. Thomae disputant theologi; vera expositio esse videtur quod quinque unctiones sunt partes integrantes sacramenti, ita nempe quod in unica unctione, etsi salvetur essentia scu validitas sacramenti, deest tamen eius integritas, 414–417, 463
De convenientia unctionis quinque sensuum, necnon pedum et renum, 452 sq.
De modo ungendi mutilatos, 458
*Forma* E. U., 479 sq., 484, 486
Forma huius sacramenti est essentialiter deprecativa, 490 sq., 492
Triplex peculiaris ratio, huic sacramento propria, unde fluit convenientia deprecativac formae, 544-550
Praecipua ratio videtur peti ex corporali effectu huius sacramenti. Explicatur haec subtilis ratio S. Doctoris, 547-550, 572
Indoles aliarum formarum, quae indicative sonant, iudicanda est ex indole deprecativa formae latinac, 543
Dc clementis exprimendis in forma, 571, 572
"In forma debet exprimi effectus principalis," 572. De aliis S. Doctoris principiis circa formam sacramcntalem, *vide:* FORMA.
In forma E. U. exprimi debent etiam materia ct minister, ita ut sonct: "Per

istam unctionem indulgeat tibi Dominus," 558 sq.

♦TICINENSE CONC. (a. 850).
Insigne profert testimonium dc E. U., eam sacramentum appellans, 156
Praecipit ne detur E. U. publice poenitentibus nondum reconciliatis, 116, 156

TRADITIO. *Vide:* PATRES.

♦TRADITIO APOSTOLICA profert antiquissimum testimonium de E. U. in formula benedictionis olei, 97, 108 sq. *Vide:* HIPPOLYTUS.

♦TRIDENTINUM CONC.
Normae pro interpretatione decisionum concilii, 296-298, 305
Divisio sess. 14, de Extrema Unctione, 24
Nomina huius sacramenti: Consummatio Poenitentiae, 1, 2, 4; Sacramentum exeuntium, 4; Sacramentum unctionis infirmorum, 4, 11; Extrema Unctio, 4, 7, 10 sq.
Sacramentalitas E. U. eiusque divina origo, 46, 47-50
Doctrina Protestantium exponitur ct damnatur, 48 sq.
Concilium tradit authenticam interpretationem textus lacobi, definiens in eo agi de sacramento E. U., quin tamen definiat id ex solo textu deduci, 48, 70 sq.
Addit in eo textu indicari omnia elementa huius sacramenti, scilicet materiam, formam, ministrum ct effectum, 70, 72
Non indicat num in co textu agatur dc presbyteris prout distinguuntur ab episcopis, 75
Ipsa doctrina Concilii aptissime quadrat cum verbis lacobi, 89 sq.
Quo sensu dicat E. U. insinuari in *Mare.* 6. 12 sq., 54, 58 sq., 257
Priora schemata (scu variantes) decisionum conciliarium, 49 sq., 58 sq., 120, 509
Concilium virtualiter docet ipsam immediatam institutionem sacramenti E. U. per Christum, ut constat ex obvio sensu verborum ct examine textus ac contextus, 280-308
Ipsa nota expressio Concilii "Salva illorum substantia" excludit mediatam institutionem E. U., 283
Ex ipsis Actis Concilii apparet Patres non cogitasse nisi dc immediata institutione E. U., 299-304
Materia remota E. U,, 322, 324
Symbolismus olei E. U., 324, 339
Necessitas benedictionis olei, 357
Concilium videtur exponere verba lacobi "In nomine Domini" dc olei benedictione, ct quidem episcopali, 352 sq., 363
Materia proxima E. U., 398, 399, 400, 402, 428 sq., 430
Forma E. U., 479, 554, 565
Forma est essentialiter deprecativa, 508 sq.

UNCTIO.
Unctio proprie intclligitur non quilibet contactus olei, sed contactus successivus super corporis superficiem, 431
De quantitate olei ad rationem unctionis requisita, 431 sq.
Medicinalis usus unctionis apud paganos ct iudaeos, 13 sq.
Unctio prout est nomen ipsius sacramenti E. U., 3, 428, 430
De ipso composito nomine "Extrema Unctio," *vide:* NOMINA.
De unctione prout est sacramentum infirmorum, *vide:* EXTREMA UNCTIO.
Dc unctione prout est materia huius sacramenti, *vide:* MATERIA.
De unctione poenitentium, 191 sq.
De unctione mortuorum, olim in usu apud Monophysitas ct Schismaticos Orientales, 187-191
*De privatis unctionibus* infirmorum, 185-187
Eorum discrimen a sacramentali Unctione, 193 sq.
Inepte Protestantes ex illis unctionibus arguunt contra existentiam sacramenti, 184, 193-197
Fatendum tamen est unctiones privatas inducere frequentem ambiguitatem in interpretationem antiquorum documentorum dc E. U., 93, 109, 111, 113 sq., 115, 409
Ecclesia sollicite prohibet ne oleum sacramentalc tradatur in usum privatum, 194 sq.
De privatis unctionibus in Vitis Sanctorum, 132 sq., 185-187, 193 sq., 196 sq., 430 sq., 487; in documentis liturgicis, 130, 140, 185, 389, 430sq.; in scriptis Patrum, 132 sq.
Allusio ad has unctiones legi potest in expressione "Omni unguenti, gustanti, tangenti" Sacr. Gelasiani ct Gregoriani, 138, 140
An etiam de privatis unctionibus sit sermo in textu Innocentii I, 118, 121, ct Bcdae, 143

♦VERHAMME.
Peregrinam sustinet opinionem, iuxta quam probabiliter ad valorem E. U. sufficiat ut oleum sit a simplici presbytero benedictum, 330-333
Negat necessitatem specialis benedictionis quoad oleum E. U., 324, 325
Valida forma E. U. est "Indulgeat tibi

Dominus" nec requiritur mentio materiae et ministri, 556, 558

♦WERMEERSCH docet pluralitatem unctionum esse de necessitate sacramenti, quatenus pertinet ad cius integritatem, imo singulas unctiones habere peculiarem ac proprium effectum, 456 sq., 464, 465sq.

VITAE SANCTORUM.
Testimonia de E. U., 133-136, 149, 154, 163, 178
Unctiones privatae non sacramentales, 132 sq., 185-187, 193 sq., 196 sq.,43Osq., 487

♦WALDENSES contemnunt administrationem huius sacramenti, potiusquam directe negent eius existentiam, 31 sq., 47

♦WICLEFFITAE.
Despiciunt administrationem huius sacramenti, potiusquam directe negent eius existentiam, 31 sq.
Despiciunt peculiariter oleum E. U. ab episcopo benedictum, 326 sq.